

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

<http://www.archive.org/details/pt2episcopalregi04hing>







¶ 107. 22 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 107. 22 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi
¶ 108. 23 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 108. 23 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 109. 24 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 109. 24 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 110. 25 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 110. 25 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 111. 26 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 111. 26 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 112. 27 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 112. 27 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 113. 28 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 113. 28 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 114. 29 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 115. 30 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 116. 31 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 117. 31 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 118. 31 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 119. 31 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 120. 31 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 121. 31 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 122. 31 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 123. 31 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 124. 31 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 125. 31 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

¶ 126. 31 Aug. 1397. Ex parte Episcopi Bathoniensi

THE REGISTER

OF

John de Grandisson,

BISHOP OF EXETER,

(A.D. 1327—1369).

PART II, 1331—1360.

BY THE

REV. F. C. HINGESTON-RANDOLPH, M.A.,
OF EXETER COLLEGE, OXFORD,
RECTOR OF RINGMORE
AND PREBENDARY OF EXETER.

BQX
2108
113
(v4)

LONDON :

GEORGE BELL & SONS,
YORK STREET, COVENT GARDEN.

EXETER :

HENRY S. ELAND, HIGH STREET;
WILLIAM POLLARD & Co., PRINTERS, NORTH STREET.
1897.

ALD-7156

THE INSTITUTE OF MEDIEVAL STUDIES
13 ST. MUSLEY PLACE
TORONTO 6, CANADA.

OCT 2 - 1931

315



PREFACE.

THE REGISTER of Bishop John de Grandisson is comprised in three folio Volumes, written on vellum, and, with the exception of a few places slightly injured by damp, in good condition throughout.

It is, in fact, a Collection of several separate Registers, or portions of Registers, and even single leaves, grouped together without any attempt at orderly arrangement ; but for this the Eighteenth Century Binders are not responsible, for the numbering of the folios is early, and was, probably, made not long after the Bishop's death, when the Documents were first collected in Bundles of *quaterni* (or Volumes).

Volume I consists of 221 folios, and contains—

- (1.) A Register of Royal Letters and Writs, A.D. 1327—1363 ; folios 1—34.
- (2.) A Register of Papal Letters, A.D. 1327—1363 ; folios 35—48.
- (3.) The Visitation of the Royal Free Chapel of Bosham (in the Diocese of Chichester), of which the Bishops of Exeter were Ordinaries, A.D. 1363 ; folios 49—51.
- (4.) A Register of the Bishop's Private Letters, A.D. 1327—1349 ; folios 52—88.
- (5.) Miscellaneous Documents of various dates ; folios 89—109 ; including a long and minute account of the Proceedings in a Visitation of the Cathedral Church, 26 Nov., 1337 (folios 98—101).
- (6.) The *latter part* of the “ Registrum Commune,” A.D. 1342—1362 ; folios 110—221.

Three Documents have been bound in with this Volume, quite at the will of the binders, who inserted them without the slightest reference to the Entries on the adjacent folios, *viz.*,—

- (1.) A paper Document, inserted between folios 30 and 31. It belongs, properly, to Bishop Brantingham's Episcopate, being a copy of a Notarial Record (under the hand of William de Lydeforde) of a visitation held in October, 1392, by John de Lydeforde, Archdeacon of Totnes, in the Conventual Church of Buckland Abbey in the Deanery of Tamerton, to settle a dispute which had arisen between the Abbat and Richard Underdoune, Vicar of Bickleigh, as to the Endowment of the Vicarage. The Archdeacon recites the Composition arranged by Bishop Grandisson, 11 Nov., 1356, which will be found in Vol. III of his Register, fol. 110 ; as a footnote to which I propose to print this interesting fragment (for the copy is, unfortunately, incomplete) in my Third Part.

- (2.) A sheet of vellum, inserted between folios 42 and 43, containing a rough Index of the contents of this Volume. It is of no value as an Index ; but it is interesting because it is of early date and affords further proof that all the Documents have been arranged, almost from the first, as we find them now. At the top of the folio has been written, by a later hand,—*Hic intitulantur nomina materiarum tocius hujus Registri.*
- (3.) The Taxation (A.D. 1363) of the Vicarage of the Church of Northam, which had been appropriated to the Collegiate Church of Ottery St. Mary ; a deed written on vellum, inserted between folios 214 and 215. The seal has been removed, but part of its label remains.

Between two of the folios of the Register of Private Letters I found, loose, the rough drafts of two Letters which had not been copied in ; one in Latin and written on vellum ; the other in French, written, on paper, by the Bishop himself. Of the latter, as of peculiar interest, a *fac-simile* has been given, by way of frontispiece to Part the First. See pp. 308—310.

Volume II consists, nominally, of 242 folios, but really of only 222 ; for folio 207 has been cut out, and the scribe who numbered the folios passed, carelessly, from 80 to 100. I thought, at first sight, that nineteen leaves had been purloined ; but, happily, this proved not to be the case, for the text is continuous. The Volume contains—

- (1.) A Register of Appropriations of Churches and other similar Ordinances, A.D. 1329—1338 ; folios 1—14.
- (2.) A Register of Commissions, A.D. 1328—1334 ; folios 15—20.
- (3.) Two Documents, evidently copied on some pages which had been left blank, and both without date. They belong, however, to the year 1328 ; the first being a Mandate, directed to the Vicar of Chudleigh, to publish the Excommunication of certain nefarious persons who had taken advantage of the confusions consequent on the murder of Bishop Stapeldon and the two recent vacancies of the See, to plunder the Bishop's Parks and Manors (*see p. 352*) ; the second, a copy of the Decrees issued by the Bishop after his Visitation of the Cathedral Church in that year (*see pp. 435—437*) ; folios 21, 22.
- (4.) A Register of Pensions, Obligations, Acquittances, etc., A.D. 1328—1339 ; folios 23—27.—Two of the pages (folios 25b and 26a) were utilised for copies of Documents relating to the Prebendal Church of St. Buryan, in Cornwall (A.D. 1238, etc.). I have printed them (pp. 84—87) at the end of the Register of Royal Letters and Writs, as they should be

read in connection with No. 166 of that Series. And fol. 26b, which had been left blank, was utilized by William Germyn, Registrar of the Diocese in Bishop Woolton's time, for a copy of a Composition as to the Endowment of the Vicarage of the Church of Holne (which had been appropriated to the Master and Brethren of St. John's Hospital, Exeter), dated 3 Oct., 1329. *See pp. 530—532.*

- (5.) A Register of Dispensations, Licences, and Letters Dimissory, A.D. 1329—1335 ; folios 28—37.
- (6.) A Letter addressed to the King by the Bishop (without date, but probably written early in 1337), containing "divers petitions" touching the maintenance of the rights and privileges of the Church in the County of Cornwall, then recently erected into a Royal Duchy ; folio 38 (*see page 840*).
- (7.) The *first part* of the "Registrum Commune," A.D. 132[6]7—1341 ; folios 39—242.

Two Documents have been bound in with this Volume ; viz.—

- (1.) A Composition, written on vellum, between the Rector of Cheriton-Bishop and his parishioners, dated in March, 1300, *i.e.*, in Bishop Byton's time, whose Register has perished. I have printed it in my Edition of Bishop Stapeldon's Register, p. 444.
- (2.) A Document, written on paper and imperfect, relating to the Chantry in the Chapel of Wadetone, in the Parish of Stoke-Gabriel, dated 12 Nov. 1323. It will be printed in the Third Part, at the end of the "Registrum Commune."

The dorse of folio 20 and both sides of a leaf of vellum between folios 20 and 21 are occupied by a rough Index of the contents of this Volume, similar to that referred to above.

This Second Volume is, apparently, complete ; but the First Volume (which, as I have shewn, contains the *second part* of the "Registrum Commune") has suffered loss at the end, the *quaterni* of the last seven years of Grandisson's Episcopate having perished.

It will be seen that many of the Notaries, and others, who had charge, successively, of these Registers had no special regard for orderly arrangement. One of them, who had occasion to refer (*see page 592*) to an Entry recorded "on the second page, near the end of the fourth folio of the first *quaternus*" of the "Registrum Commune," calls the latter, as well he might, *iste libellus cumulatus*. The piling up was, of course, inevitable, but not the disorder and confusion which, to a great extent, pervade these two Volumes. It was impossible, or, at any rate, most undesirable, to print them as they stand. I have, therefore, arranged all the entries in chronological order, with the exception of the contents of the separate Registers of

BQX
2108
.A3

Wrists and Private Letters, and one or two groups of miscellaneous Documents, which did not easily lend themselves to this method of treatment, chiefly because of the frequent omission of the exact dates. The labour involved in the process has been great ; for it was necessary, as a preliminary step, to analyse, carefully, the contents of both Volumes, arranging brief abstracts of the very numerous Entries after the manner of a Kalendar ; and the intricacy and difficulty of the task will be appreciated by those who examine the references to the folios which are entered in the margins throughout. The result, however, will be very satisfactory to the student, who is now provided with a continuous narrative in place of the labyrinth through which he has been obliged to find his way, hitherto, as best he could. It must be added that the Acts of the Bishop and his officials during the earlier years of his Episcopate were very fully recorded. But at the time of the Great Pestilence, as might, perhaps, be expected, there was a serious falling off in this respect, from which there was no real recovery in subsequent years ; only the more important Documents, with few exceptions, were formally registered—that is, copied on the *quaterni*, for permanent record, from the *Memoranda* made at the time ; and these were often entered carelessly, without regard to their dates. The records which have come down to us, however, all these drawbacks notwithstanding, are of great interest and value ; and I have been able to supply not a few deficiencies from contemporaneous sources external to the Register.

Volume III consists of 164 folios, numbered by a comparatively recent hand, and probably when the *quaterni* received their present binding. It is known as "The Register of Institutions" ; and it is, happily, complete from the Bishop's Consecration to within a few months of his death. At the end, folios 156b—164 were utilized for certain Entries which belong, really, to the "Registrum Commune." I have printed them, in the First Part, in their proper place (pp. 543—549).

There should be a Fourth Volume. But, alas, the Records of the Bishop's Ordinations have been lost for centuries.


F. C. H.-R.

RINGMORE RECTORY,

31 March, 1897.

THE REGISTER
OF
BISHOP JOHN DE GRANDISSON.

CONTINUATION OF
THE “REGISTRUM COMMUNE.”



Registrum Commune.

fol. 143b. Anno Domini Millesimo CCC^{mo} tricesimo primo, et Con-
Vol. II. secracionis Venerabilis Patris predicti quarto.

[Visitations in Cornwall, by the Commissary of the Dean and Chapter,—

A.D. Visitacio defectuum Ecclesiarum et Locorum in Cornubia, ad Reverendos
1331. Viros, Decanum et Capitulum Exonie spectancium, per Dominum Ricardum
de Brayleghe, ipsorum Dominiorum Decani et Capituli Confratrem et
Nuncium speciale, ad hoc deputatum, Anno Domini Millesimo CCC^{mo}
tricesimo primo, post Festum Pasche [31 March].

ALTERNON,—

Fenestre in capite Cancelli ibidem ruincse, et vitrum fractum. Aliique
defectus tam in tecto quam in parietibus; quorum reparacio spectat ad par-
ochianos, et eciam omnium aliorum Ornamentorum et Librorum Matuti-
narium, eo quod parochiani decimas Instauri non exsolvunt. Et tenentur
similiter construeret et reficere Cancellum, si necesse fuerit; prout patet
per acta et compositionem super hiis confecta. Ad Archidiaconum Loci
spectat super hiis et aliis defectibus visitare et correccionem facere.

BOCONNOC,—

Bodkonok est infra Peculiarem Jurisdictionem Decani et Capituli Exonie
apud Sanctum Wynnocum. Deficit cyphus pro infirmis. Sunt ibi duo
Corporalia, sine repositoriis competentibus. Deficit unum par Vestimen-
torum. Deficit parura ad tuallas Majoris Altaris. Deficit unum super-
pellicum. Deficit unum rochetum¹. Velum Quadragesimale et Nupciale de-
ficiunt. Deficit Palla mortuorum et Frontale. Missale insufficiens. Est
ibi Troparium debile. Deficit Ordinale. Deficiunt serura et bende² ad
Pixidem. Crismatorium debile et sine serura. Asser ad Pacem³ insuffi-
ciens. Phiole debiles. Deficit vas ad incensum, et Candelabrum Paschale.
Crux portabilis debilis. Baptisterium sine serura. Deficit celatura supra
Majus Altare.

BROADOAK,—

Brothake.—Omnia sunt ibi quasi in defectu ad celebrandum Divina. Cimi-
terium male clausum et domus Rectoris ruinosa.

RESPRYN (in St. Winnow),—

Reprina.—In Capella de Reprina omnia sunt quasi in defectu ad celebrandum
Divina. Est, tamen, Cantaria continua; et quidam parochiani ibi per-
cipiunt omnia Sacramentalia, preter sepulturam tantum.

ST. WINNOW,—

Apud Sanctum Wynnocum.—Sunt ibi tria Corporalia, sine repositoriis; set
unum debile. Deficit rochetum. Velum Quadragesimale et Nupciale, et
Palla mortuorum deficiunt. Vexillum inconveniens. Est unum Gradale,
male ligatum. Pixis ad Eukaristiam debilis et sine serura. Asser ad
Pacem male depictus. Deficit vas ad incensum, et Candelabrum Paschale.
Deficit celatura supra Majus Altare. Campanelle pro mortuis et infirmis,
et campanella pro Levacione Corporis Christi deficiunt. Deficit serura ad

¹ A short surplice, or "cotta."

fibula ferrea.—D' Arnis.

² The fastenings or clasps. Benda, i.e.,

³ The Pax-board.

A.D. Baptisterium. Parva fenestra unius lumenis in Cancello insufficiens, et
 1331. sine vitro. Quidam sunt de Parochia qui vocantur parochiani Sancti
 Vol. II. Nectani, ubi ex compositione habebunt duodecim Missas per annum, certis
 temporibus; qui aliis temporibus subtrahunt se, et non frequentant
 Matricem Ecclesiam, nec, prout tenentur, conferunt ad reparacionem
 Matricis Ecclesie, exceptis paucis.—In dicta Capella Sancti Nectani deficiunt
 necessaria ad celebrandum Divina.

Detectum est quod quedam pars Parci Orientalis de Bodkonok, et pars Parci Australis de eadem, est in Parochia Sancti Nectani. Item, detectum est per parochianos Sancti Wynnoci quod Vicarius Sancti Wynnoci de molendinis in Parochia sua existentibus non percipit decimas debitas; videlicet, de molendino Sancti Wynnoci, quod valet per annum xxxs., non percipit nisi vjd.; de molendino de Sepwaschse, quod valet per annum xjs., percipit pro decimis vjd.; de molendino de Polscote¹, quod valet per annum vijs., percipit vjd. pro decimis; pro duabus molendinibus de Dounaus, videlicet de uno aquatico et alio fullonario, que valent per annum xvjs., percipit pro decimis vid. Dictum est Vicario quod ipse agat et exigat decimas justas et debitas.

ST. VERRYAN (antiently called Elerky—the name of the Manor),—
 Elercus.—Est ibi una grangea, cujus parietes sunt de terra² et possunt pro modico emendari. Continet v polas; et sunt quatuor paria furcarum bona: tigna et wandura deficiunt, et est fere discooperta³. Est ibi nova aula, camera et garderoba, celarium et coquina, de constructione Magistri Bartholomei de Sancto Laurencio. Curia est male clausa. Tres tantum acre Anglicane spectant ad Firmarium; residuum Sanctuarii, quod est longum et latum, spectat ad Vicarium. Cancellus est obscurus: alias fuit ordinatum quod fierent fenestre in Cancello, et descenderent; ad quorum reparacionem et aliorum defectuum Vicarius tenetur. Et Dominus Johannes Cook, nunc Vicarius, percepit ab Executoribus predecessoris sui ix marcas argenti et magnam quantitatem meremii pro reparacione defectuum.

ST. GWENNAP,—

Weneppa.—Cancellus est male coopertus per totum; fenestre vitree obscure. Legenda male ligata et non cooperta. Et, licet in alia Visitacione precedente contineatur quod defectus Cancelli, Librorum, et Ornamentorum reparari deberent communibus sumptibus Decani et Capituli Exonis et Vicarii, Vicarius dicit quod in nullo tenetur, nisi tantum ad onera Episcopalia et Archidiaconalia, et ad Cantariam Capelle Sancte Trinitatis, secundum Ordinacionem Vicarie sue. Est ibi una grangia male cooperta; et unum hostium asportatum et aliud debile. Dicta grangia indiget reparacione, vel cito tendet in ruinam.

ST. CONSTANTINE,—

Constantinus.—Est ibi Legenda debilis et male ligata. Reparacio defectuum ad Rectoriam spectancium spectat ad Vicarium. Vicarius dicit quod non habet Ordinacionem. Domus quas Vicarius inhabitat, ut quidam dicunt, spectant ad Rectoriam. Multi sunt defectus in Ecclesia, qui sunt reparandi per Visitacionem Archidiaconi. Vicarius hoc anno recepit decimas garbarum de duabus croftis. Et parochiani dicunt quod in illis croftis pro parte solebant esse pomeria, et in parte excoli fabe et pise; de quibus Vicarius consuevit percipere decimas. An de aliis graminibus bladi ibidem

¹ *hodie*, Polscoe.

² *parietes de terra*]. “Cob-walls,” i.e., walls built of earth mingled with straw.

³ *paria furcarum—tigna—wandura*]. This large barn was nearly roofless. Nothing remained but the four large “couples” or “principals.” The

purlins were gone, and so was the “wandura.” This curious word, probably, means the framework of small “wands” or boughs (such as are used in making wattles or hurdles), on which the thatch was laid, as slates are laid on laths.

A.D. exultis recipere debeat decimas ignorant. Vicarius dicit quod eas salvo
1331. depositus quoque sciat an spectant ad Rectoriam vel Vicariam.

Vol. II. ST. MULLYON,—

Melanus.—Est ibi Legenda competens, male cooperta et sine pluribus.¹ Ordinale, cum Venitario, male ligatum. Adhuc remanent omnes defectus priores corrigendi fere; excepto Cancello, de novo per Executores bone memorie Domini Thome [de Bytton], Exoniensis Episcopi, bene constructo quidem. Libri Matutinales deficiunt et sunt defectivi; ad quorum reparacionem dicti Executores tenentur, ut patet in proxima Visitacione. Vicaria est nimis exilis, prout est clamor communis in partibus illis, et curia Vicarii ma'e clausa.

ST. SANCREED,—

Sancredus.—Sunt ibidem aliqui defectus corrigendi per Visitacionem Archidiaconi. Alias, in Visitacione, injunctum fuit Vicario quod quandam parvam domum repararet sumptibus suis, et redderet pro eadem Firmario xvijd. Adhuc non est illa domus erecta; et Vicarius dicit quod non tenetur eam reparare.

ST. ERTH,—

Ercus.—Est ibi una grangia male cooperta, et hostia ejusdem debilia. Vicarius tenetur Cancellum et Libros Matutinales, et cetera onera ordinaria, suis sumptibus sustinere; ni forte Cancellus casu fortuito, absque culpa Vicarii, corruerit. Tunc reedificacio ejusdem ad Decanum [et] Capitulum et ad Vicarium pro rata pertinebit. Hoc anno latrones ingressi fuerunt per fenestras Cancelli et depredarunt Ecclesiam, asportando Calicem, Libros, ceram, et alia. Unde parochiani petunt quod Decanus et Capitulum, vel Vicarius, dampnum sibi in ea parte illatum restituant.

ST. GWINEAR,—

Wynierus.—Vicarius tenetur ad sustentacionem Cancelli [et] Librorum Matutinalium, et ad supportandum omnia onera ordinaria. Ad presens, ut videtur, omnia sunt in bono statu ibidem.

ST. AGNES,—

Capella Sancte Agnetis.—Deficiunt plurule¹ pro Missali. Gradale, Antiphonarium, et Portiforium insufficiencia, et sine pluribus. Deficit Pixis pro Eucaristia. Crismatorium ligneum, insufficiens, et sine serura. Vas ad incensum deficit. Deest Velum Nupciale. Tintinabula pro infirnis et Elevacione Corporis Christi deficiunt. Feretrum mortuorum, hercia cum palla, deficiunt. Deficit serura pro Baptisterio. Turribulum insufficiens. Et sunt Vestimenta debilia; et alii defectus in Capella, tam in parietibus quam in tecto. Parochiani dicte Capelle tenentur sustentare dictam Capellam et invenire omnia necessaria ibidem pro Divinis celebrandis.

ST. PERRAN-ZABULO,—

Pieranus.—Unus calix est ibi sufficiens. Sex paria Corporalium, cum repositorii; quorum quedam sunt debilia. Tria superpellicia debilia. Deficit Velum Nupciale. Palla mortuorum debilis. Missale insufficiens et male ligatum. Duo Gradalia, quorum unum sufficiens et aliud male ligatum. Troparium corrosum et male ligatum. Due Legende de Tempore et due de Sanctis, quarum una de Tempore male ligata et sine asseribus. Antiphonarium insufficiens. Ordinale debile. Capitularium insufficiens et Collectarium. Pixis eburnea, sine serura, debilis. Crismatorium sine serura. Asser ad Pacem sine pictura². Candelabrum Paschale debile. Lanterna et bueta deficiunt. Deficiunt campanelle pro infirnis. Baptisterium sine serura. Deficit Capa Chori, et Filaterium³. Deficiunt fenestre

¹ Clasps.—Plustula = fibula; *boucle*. —D'Arnis.

cum metallo in superficie, in quo figuratur *Ymago Crucifixi*."

² The "picture" of the Crucifixion was painted, or embossed, on the Pax-board. See Stoke Canon (*Stapeldon's Register*, page 380),—"Item, asser

³ A reliquary: "vasis genus in quo recondiuntur Sanctorum reliquiae,—olim *filetiere*"; in this case those of St. Piran (*see below*).

A.D. vitree in Navi Ecclesie.—Parochiani Sancti Pirani tenentur ad sustentacionem Cancelli et invencionem Librorum Matutinalium, eo quod hactenus
 1331. Vol. II. perceperunt decimam Instauri dicte Ecclesie et predicta onera subierunt.
 Nunc, vero, dicitur quod, per incuriam eorum, Instaurum pro magna parte deficit. Et dicunt se paratos ad prestandum decimam Instauri, ita quod Decanus [et] Capitulum, et Vicarius, subeant onus reficiendi Cancellum et inveniendi Libros Matutinales, et cetera ad Rectoriam vel Vicariam spectancia. Vel quod liceat eis figere truncum in Ecclesia, et omnia ibidem oblata, una cum oblacionibus singulorum Altarium dicte Ecclesie, ad supportandum onera predicta, percipere; exceptis oblacionibus parochianorum temporibus statutis. Adhuc deferunt parochiani Reliquias Sancti Pirani,¹ inordinate, ad diversa et remota loca, ut prius.

¹ "In this Parish, of which the Cornish name is Piran in Treth, the Irish Saint is supposed to have died and been buried in the year 549 The record of Domesday proves that a Dean and Canons were settled here as early as the reign of the Confessor. The property is there called Lanpiran" (Oliver's *Monasticon*, page 71). The Oratory and cell of the Saint, which were overwhelmed with sand many centuries ago, were discovered and dug out in 1835. The following account of this most interesting event is from the pen of the gentleman who undertook and carried out the work; and, as it is the only original and authentick account in existence, and has never been published before, I am thankful to be able to reproduce it here. It will serve to correct many grave mistakes made by subsequent writers, who did not even see the ruins till some time after their discovery. I print it *verbatim* except for the omission, here and there, of a few unimportant words.

The Church, which is built nearly East and West, inclining only 4° North of West, is of but small dimensions, the length without the walls being 30 feet and within the walls 25 feet; the width within, 13 feet in the Chancel and 12 feet in the Nave, and the height about 18 feet. There is a very neat arched doorway, in a good state of preservation at the date of the work, viz. the day when I removed the sand from it, 7 ft. 4 in. by 2 feet 4 in., ornamented with pretty sculpture [I have omitted one word here and changed another: Mr. Michell calls the doorway "Saxon," after the manner of that day; and he calls the sculpture "tracery"]; the

arch itself having on its keystone the head of a tiger, and the points of its curve [he means, of course, the label-terminations] the head of a man and that of a woman, rudely sculptured in stone, and most assuredly of remote antiquity,—in the centre of the Nave, in the South wall; and another doorway in the North East corner, near the Altar, of similar dimensions and style, if we may judge from the remains of its arch lying near it; and which may be assumed to be that intended for the priest himself, leading into the Chancel. The Chancel is exactly 9½ feet long, and shews in the North and South walls the precise spots where the railing [screen] separating it from the Nave was fixed. Attached to the Eastern wall of the Church is an Altar, nearly equi-distant between the North and South walls, 5 ft. 3 in. long by 2 ft. 3 in. wide, and 4 feet high, built of stone and neatly plastered with lime. Eight inches above this Altar is a recess, or niche, about 12 in. high by 8 in. wide; in which, undoubtedly, was once St. Piran's Shrine, so much frequented for many ages by thousands of . . . pilgrims, who flocked from every quarter to present their offerings to the departed Saint. . . . There is only one small aperture or window, 12 in. high by 10 in. wide, about 10 ft. above the floor, in the South wall of the Chancel. . . . A stone seat, raised 14 in. above the level of the floor, and 12 in. wide, covered with lime-plaster, runs all round the walls except the East and South Walls of the Chancel. The Nave is exactly 15½ ft. long; its floor, together with the floor of the Chancel, being com-

Tenentes Sancti Pirani conqueruntur eo quod solebant habere turbas et

posed of lime and sand, apparently as perfect as when first laid down. Each door has two low steps to descend into the Church. The Church itself is plastered with beautifully white lime. The masonry of the entire Building is of the rudest kind, and evidently of very remote antiquity. There is not the slightest attempt at regular courses; but the stones, consisting of granite, quartz, sand-stone, porphyry, etc., appear to have been thrown together almost at random, horizontally, perpendicularly, and at every angle of inclination, just as the hand, not the eye, of the workman happened to direct him. To render the Church as perfect as when it was originally erected, nothing seemed wanting but its doors and roof. Not an atom of wood, except a piece of about 8 in. long by 2 in. wide, and an inch thick, was found within the walls. That there were many bodies interred both in the Chancel and Nave of the Church is an unquestionable fact. Several skeletons have been found deposited about 2 ft. below the floor. Three were discovered with their feet lying underneath the Altar, one of them of gigantic dimensions, measuring about 7 ft. 6 in.; . . . their heads, which appeared to be almost cemented together, lay between the knees of the skeleton deposited nearest to the South wall.

On the Southern and Western sides of this venerable ruin is the ancient burying ground, strewed over with tens of thousands of human bones and teeth as white as snow; and, strange as it may seem, the showers of sand which fall all around hardly ever remain on these melancholy relics of mortality. The skeletons hitherto discovered are all laid East and West, with the legs frequently crossed, . . . in graves a few feet below the surface. Flat stones are usually found underneath the skeletons, and similar stones placed around and over their chests, with other stones placed at the head and feet. Nothing in the Church in the way of inscription or coin was found by

which any ray of light could be cast on its antiquity. In the burial-ground was found, about 50 years ago, a very curious and massive silver ring and a Roman Coin of the Lower Empire. The ring is in my possession, and shews a neatness of ornament which might well be attributed to Roman manufacture, and which would do no discredit to the taste of the present day. It was, undoubtedly, deposited in the sand with its wearer.

Priest's House.—This building, which was also buried in the sands, is distant from the Church little more than 100 yards. At the time when the Church was overwhelmed it, probably, experienced the same fate. The dimensions are very contracted, not exceeding 15 ft. long by 12 ft. wide, and 10 ft. high. Whether it had a chamber, or chambers, is extremely uncertain; but some large pieces of wood were discovered in the excavation. One window only could be found and that in the South front, near the Eastern gable. The door, about 7 ft. high by 2 ft. 2 in. wide, was in the centre of this front, and the wood of its case and threshold was completely rotten. At a short distance from this house were discovered considerable quantities of sea-shells, with fragments of an earthen pot.

The above description of this most interesting Sanctuary is, as I have said, of great value. It was written in 1835 by the excavator himself, the late Mr. William Michell, of Comprigney, near Truro, before the hand of the restorer or the spoiler had touched the building. It was then in very good preservation, and the Altar was standing in its original position, North and South, against the East wall. An account of it was published by the Rev. C. Collins Trelawny, soon after the discovery, in a book entitled "Perranzabulo; the lost Church found," which went through seven editions (1837-72). In 1844 the Rev. William Haslam, then Curate-in-charge of the Parish, also published a book (J. Van Voorst, Pater-

jamponos apud Kerkyf, et nunc prohibentur, et implacitantur super eo in

noster Row), in which he gave an account of its "discovery and restoration." Both writers were largely indebted to Mr. Michell for their facts, neither of them having seen the buildings in their original state. It would have been well if Mr. Haslam had accepted those facts, and acted upon them when he undertook to deal with the ruins. But, finding the Altar stones thrown down by the sacrilegious hands of country folk in quest of treasure, he, unfortunately, started a theory—it was, really, nothing more—that it originally stood East and West, and that it was the Saint's tomb; and he rebuilt it accordingly, placing a new slab of granite on the top, inscribed with the words S. PIRANUS. This most misleading erection ought to be removed and the Altar rebuilt as it was found by Mr. Michell; and this could easily be done, for he describes its condition minutely and with undoubted accuracy. Only the feet of the three skeletons were under it; and, indeed, it is not easy to understand how it could have been supposed that a fabrick measuring only 5 ft. 3 in. in length could have been the tomb of a body which measured 7 ft. 6 in. Subsequently, in 1880, Mr. Haslam returned to the subject in a book entitled, "From Death unto Life." He seems to have forgotten that the discovery was made by Mr. Michell, and in 1835, before he ever saw the parish himself; for on page 19 he says, "Another thing which raised my name in and beyond the County was the 'Lost Church' at Perranzabuloe. There was an old British Church existing in some sand-hills in the parish, and it was said to be entire as far as the four walls. The hill under which it was buried was easily known by the teeth and bones which covered it. The legend said that the Patron-Saint, St. Piran, was buried under the Altar, and that close by the little Church was a cell in which he lived and died. This was enough. I got men and set to work to dig it up. After some days' labour we came to the floor, where we discovered the

stone seats, and on the plaster of the wall the greasy marks of the heads and shoulders of persons who had sat there many centuries ago. We found the Chancel step, and also the Altar-tomb (which was built East and West, not North and South). It was fallen; but enough remained to shew the original shape and height of it. I put a notice in the papers inviting people to come and see the old Church, which had been buried for fifteen hundred years (!). In the presence of many visitors, clerical and lay, we removed the stones of the Altar and found the skeleton of St. Piran;" and so on. As this is the latest detailed account of the discovery, and differs in several important respects from the account published by the same writer nearly forty years before, and as it has been widely accepted as an accurate account, it is fortunate that we are able to fall back on the clear and straight-forward description given by the original discoverer, who alone has left any reliable record of the facts. I am indebted to Mr. J. V. Sigvald Muller, of Newquay, for directing my attention to the matter, and to the great grandsons of Mr. Michell for the loan of the original MS. I may add that Mr. Haslam describes an east window, over the Altar, which he says was found built up. But Mr. Michell saw it before it had fallen, and describes it as a niche, not a window; regarding it as the simple shrine in which the Saint's Reliques had been preserved. When the old Church was overwhelmed, these Reliques were removed to the new Church, erected hard by, but on the other side of a stream which arrested the movement of the sand. Subsequently, when this stream had been diverted by mining operations, the onward march of the enemy was renewed, and it was seen that the new Church, also, was doomed: it was taken down in 1805, and rebuilt two miles away, and well out of danger.

There can be no doubt that the Reliques of the Saint were greatly ven-

A.D. Curia Regis per quandam [*a blank space*], cui Dominus Willelmus de 1331. Milleborne, habens dictam terram de Kerkyf ad firmam, eandem dimisit Vol. II. ad terminum sibi per Decanum et Capitulum concessum.

ST. ISSEY,—

Egloscruk.—Est ibi Cancellus debilis, male coopertus et ruinosus. Antiphonarium, cum Legenda, debile, obscurum, et male ligatum ; et in prima parte deficiunt duo quaterni. Legenda Sanctorum competens preterquam in principio, quod est corruptum. Duo Portiforia, debilia et male ligata. Ordinale debile. Tria Psalteria debilia, quorum unum sufficiens. Celatura in Cancello debilis. Cancellus debilis et murus ruinosus. Est ibi quedam parva area ad Rectoriam spectans, continuens dimidiam acram Anglicanam, et male clauditur.

ST. BREWARD,—

Brueredus.—Est ibi unum Portiforium competens, et Legenda Temporis et Sanctorum in uno volumine. Antiphonarium vetus et debile. Missale bonum. Duo Gradalia sufficiencia. Ordinale competens ; et ceteri Libri ad Missam competentes. Deficit parura ad Majus Altare.—Vicarius per Ordinacionem Vicarie tenetur agnoscere omnia onera ordinaria. Set tempore Domini Roberti, proximi ibidem Vicarii, facta fuit composicio inter ipsum et parochianos, quod dicti parochiani percipient decimam tocis Instauri Ecclesie, et sustentabunt Cancellum ; et, si oportuerit, de novo reficient. Et invenient Libros Matutinales, et alia ad Rectoriam vel Vicariam spectancia in Ecclesia predicta.—*Archives of the Dean and Chapter, No. 2851].*

^{fol.} Family of Tynten ; *Vendicio Maritagii Radulphi, filii et heredis*
^{143b.} *Stephani de Tynten,—*

Universis ad quos presentes Litere pervenerint Johannes, etc., salutem in Domino.—Noveritis nos concessisse, dimisisse, et tradidisse Domino Radulpho Bloyou, Militi, Custodiam corporis Radulphi, filii et heredis Stephani de Tynten, et Maritagium ejusdem Radulphi, filii Stephani, absque disparagacione ; cuius Custodia ad nos, ut de jure nostre Exoniensis Ecclesie, spectare dinoscitur ; habendum usque ad legitimam etatem dicti Radulphi, filii Stephani. Et, si de predicto Radulpho, filio Stephani, infra etatem existente, antequam per predictum Dominum Radulphum, seu assignatos suos, fuerit maritatus, humanitus contingat, volumus et concedimus per Presentes quod tunc idem Dominus Radulphus, seu assignati sui, habeant Maritagium Alicie et Johanue, sororum et heredum dicti Radulphi, filii Stephani, dum infra etatem fuerint, si sic acciderit et nos dicte Ecclesie nostre Exoniensi prefuerimus ; habendum quounque aliqua sororum et heredum predictarum infra etatem legitimam per ipsum Dominum Radulphum, seu assignatos suos, absque disparagacione fuerit maritata, seu ad legitimam etatem fuerint pervente. In cuius, etc.—Data apud Clyst primo

erated, and that they were resorted to by crowds of pilgrims down to the time of the Reformation. Bishop Brunescombe taxed the Vicarage on the 13th of August, 1269, assigning to the Vicar, *inter alia*, “omnes obvenciones de turnis Reliquiarum obvenientes” (*Register*, page 177). They are again referred to in this Visitation of 1331 ; the parishioners being accused of abusing their trust, by carrying the Reliques from place to place, and even to a great dis-

tance ; an irregularity as to which they had been warned before. In the Will of Sir John Arundel, Knt., dated 18 April and proved 7 June, 1433, is the following bequest,—“Item, lego ad usum Parochie Sancti Pyerani in Zabulo, ad claudendum capud Sancti Pyerani honorifice, et meliori modo quo sciunt, quadraginta solidos” (*Reg. Lucy*, iii, 503).

—The three carved heads of the doorway are in the Museum of the R. Institution, at Truro.

A.D. die mensis Aprilis, Anno Domini *ut supra*, et Regni Regis Edwardi Tercii a
1331. Conquestu quinto.¹

Vol. II. Memorandum :—Item, eisdem die et mense, idem Radulphus, coram Majore
Civitatis Exonie et Matheo de Crauthorne, Clerico Domini Regis, ad
fol. 144. recognicionem in Statuto Mercatorum apud Acton Burnel edito capiendam
assignatis, venit, Exonie, et recognovit se teneri Domino Johanni, Episcopo
Exoniensi, in clxlii, secundum formam Statuti predicti, ad terminos con-
tentos in recognicione predicta. Et Statutum liberatum Galfrido, Camer-
ario Domini, sub sigillo Domini Regis et dicti Radulphi.

Memorandum :—Item, eisdem die et mense, dictus Radulphus habuit Literas
Domini, sub Magno Sigillo, quod, si solverit Domino, vel Attornato suo, in
Octabis Sancti Jacobi proximo futuris xl *marcas*; in Festo Sancti Michaelis
tunc proximo sequenti xx *marcas*, in Festo Nativitatis Domini tunc proximo
sequenti xx *marcas*, in Festo Pasche proximo tunc sequenti xl *marcas*; tunc
recognicio predicta de clxli. nullius sit valoris.

[fol.] 31b. *Dimissorie,—*

Roger de Proutestone, subdeacon, “ad Ordinem Presbiteratus . . . liberam
tibi, per Religiosos Viros, Abbatem et Conventum Monasterii Buffestrie²
. . . ad dictum Ordinem nobis literatorie presentato, et titulum sufficientem
ad dictum Ordinem ab eisdem optinenti; qui penes Registrum nostrum re-
sidet; . . . in Domino concedimus facultatem” (Clist, 7 April).

fol. 144. Case of Assault; *Commissio ad exequendum Sentenciam contra
Johannem Lambron,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Henrico Bloyou, Canonico Ecclesie
nostre Exoniensis, salutem, etc.—Cum dudum Johannes de Lambron,
nostre Diocesis, occasione violente manuum injecccionis in Ivonem de la
Torre, clericum, ac vulneracionis atrocis, in Sentenciam Majoris Excommuni-
cationis a Canone *Si quis, suadente diabolo latam, auctoritate bone memorie*
Domini Walteri, nuper Exoniensis Episcopi, Predecessoris nostri, senten-
cialiter et diffinitive incidisse, et ea ligatus esse sentencialiter et diffinitive
legitime pronunciatus et declaratus, et Sedi Apostolice pro Absolucione
super hoc optinenda per Decretum transmissus, super emendis eidem clero-
co in hac parte faciendis, taxacioni nostre et ordinacioni se submisisset; nos-
que emendas hujusmodi ad cs. sterlingorum taxaverimus, dictumque Jo-
hannem, de expresso ipsius consensu in eisdem, prefato Ivoni in Festis
Nativitatis Domini xls. et Pasche proximo nunc preteritis xxss.; neconon, in
Festis Nativitatis Beati Johannis Baptiste xxss., et Sancti Michaelis proximo
nunc futuris xxss. solvendis, Sentencia Precepti condempnaverimus, dictumque
Johannem a Sentencia predicta, Auctoritate Apostolica nobis in hac
parte attributa, usque ad Festum Sancti Michaelis predictum, sub certa
forma, ac eciam sub pena retrusionis in eandem si in solucione predicte
peccunie, prefatis terminis seu eorum aliquo, defecerit, absolverimus
equitate suadente; de vestra fidelitate plurimum confidentes, ad exequen-
dum Sentenciam nostram contra prefatum Johannem, quociens et prout
opus ac justum fuerit, ipsumque in Senteuciam predictam, prout, si, et
quatenus jus exigit, retrudendum, et retrusum nunciandum, ceteraque
omnia que in hac parte de jure requiruntur faciendum et expediendum,
vobis vices nostras committimus per Presentes, cum cuiuslibet coercionis
Canonice potestate, donec eas ad nos duxerimus revocandas.—Data apud
Clist, viij die Aprilis.

Vicar-General; *Commissio generalis, Domino extra Diocesim suam
agente,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Henrico Bloyou, Ecclesie nostre Exoni-

¹ There is another copy of this Document on folio 27^b.

² Buckfast Abbey.

A.D. ensis Canonico, salutem, etc.—De vestra industria circumspecta ac con-
1331. sciencie puritate plurimum confidentes, ad cognoscendum et procedendum

Vol. II. in quibuscumque Causis seu negociis, sive ex Officio nostro mero sive ad
instanciam seu promociem Parcium quarumcumque, contra quoscumque
subditos nostros auctoritate ordinaria institutis, coram nobis indecisus pen-
denteribus; necnon ad inquirendum super criminibus et excessibus subdi-
torum nostrorum quorumcumque ad audienciam nostram delatis, ipsosque
subditos nostros pro criminibus suis et excessibus Canonice corrigendum et
puniendum; Citaciones, insuper, decernendum et citandum, hujusmodique
Causas seu negotia fine debito terminandum, nobis extra nostram agentibus
Diocesim; vobis vices nostras, cum cuiuslibet Canonice cohercionis et quod
decreveritis exequendi potestate, committimus per Presentes. Mandantes
quatinus de eo quod in ipsis Causis seu negociis feceritis, necnon de modo,
forma, et serie tocius rei, in ipsis et eorum singulis, per vos geste, nos, cum
ab absencia reversi fuerimus ac congrue fueritis requisiti, distinete curetis
reddere cerciores.—Data apud Clist, viij die Aprilis.

Bishopsteignton; *Dimissio [Wilhelmi] Kaynes, Rectoris Ecclesie
de Teyngtone Episcopi;*—

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis, Johannes, etc., salutem in Auctore
salutis.—Ad Universitatis vestre noticiam volumus pervenire quod, cum
nuper nos, jure Diocesano, nostram Diocesim visitantes, Dominum Wille-
lum Kaynes, Rectorem Ecclesie de Teyngtone Episcopi, nostrorum
Patronatus et Diocesis, ad comparendum, certo die, coram nobis, nostrove
in ea parte Commissario, in Ecclesia Beate Marie Majoris, Exonie, cum
continuacione et prorogacione dierum sequentium, ostensurum, proposi-
turum, et exhibiturum Literas Ordinum suorum, Literas Dispensacionis de
studendo, ac Literas studii testimoniales, et quicquid juris habuit, habet,
seu habere pretendit super assecucione et retencione Ecclesie supradicte,
peremptorie fecerimus evocari; predictus Rector, die et loco in Citorio
expressis, per Procuratorem sufficientem coram nostro Commissario in ea
parte comparens, tam Literas Dispensacionis de studendo quam Literas
studii testimoniales, Literas Ordinum suorum, ac Literas Collacionis,
Institutionis, et Inductionis exhibuit, ac, eciam, in scriptis multa pro jure
suo proposuit per eundem. Et, cum fuissent ounia hujusmodi exhibita,
per dictum nostrum Commissarium lecta, examinata, et diligenter inspecta,
et pro sufficientibus in omni sui parte reputata, fuissentque predicta in
scriptis proposita, per testes idoneos coram eodem sufficienter ac legitime
probata, sicut ex relacione Commissarii nostri predicti accepimus, et nos
ipsi plenius ex actorum hujusmodi inspeccione vidimus contineri; que cum
per nos diligenter fuissent inspecta, invenimus factam nobis relationem
veram esse, dictumque Rectorem in assecucione et retencione Ecclesie pre-
dictae sufficienter per omnia fuisse, et esse, munitum. Et, licet predicto
Rectori quod a tempore absencie a Scolis non fuit ad Sacerdotium promotus
infra annum, ut tenebatur, nec Literas Dimissorias ad Ordines, ut debuit,
petivisset, judicialiter ex Officio fuisse objectum; dictus, tamen, Rector
tam pro Literis Dimissoriis petendis et optimendis quam pro Ordine Presbi-
teratus habendo omnem diligenciam quam debuit et potuit adhibuit,
debito tempore, sicut tam nobis quam predicto nostro Commissario, per
testes et Instrumenta plenior fuit facta fides et constitit evidenter; petiitque
dictus Procurator, nomine dicti Domini sui, super premissis omnibus et
singulis per nos justiam fieri et decerni, ac dictum Dominum suum
super assecucione et retencione Beneficii predicti per nostram Sentenciam
pronunciari sufficienter fuisse, et esse, munitum. Nos, igitur, miseratione
Divina Exonieusis Episcopus predictus, comparente personaliter postmodum
coram nobis dicto Domino Willemo, Rectore, et in presenti negocio Sen-
tenciam per nos ferri, cuius prolacionem nobis specialiter reservavimus,
postulante; visis et examinatis omnibus exhibitis actis et habitis coram

A.D. dicto nostro Commissario in negocio memorato, habitaque super eis nobis-
 1331. cum, et cum peritis, deliberacione plenaria, Christi Nomine invocato, et
 Vol. II. habentes pre oculis solum Deum, predictum Rectorem in predicta Ecclesia
 justum titulum et bonam fidem habere, ipsumque in predicti Beneficii
 assecucione et retencione sufficienter per omnia fuisse, et esse, munitum;
 concurrentibus omnibus et singulis que de jure requiruntur in hac parte;
 in hiis Scriptis sentencialiter et diffinitive pronunciamus, diffinimus, et
 declaramus. In cuius rei, etc.—Data apud Clist, viij die Aprilis.

[fol.] Bosham,—

17.] *Commission for Exchange of the Prebend of Westbrooke by Peter de Berkeley,
 with Richard de Bury, for the Prebend of St. Botolph in Lincoln Cathedral
 (by the Bishop of Lincoln, dated St. Albau's, 18 April).*

[fol.] 17b.] *Commissio Domini Wygorniensis pro Permutacione Prebendarum
 de Westbury et Westone,—*

Venerabili in Christo Patri, Domino Johanni, Dei gracia Exoniensi Episcopo,
 Adam, Ejusdem permissione Wygorniensis Episcopus, salutem, et quicquid
 potest reverencie et honoris.—Quia intelleximus quod venerabilis vir,
 Dominus Ricardus de Bury, Canonicus Lincolniensis Ecclesie, ac Prebend-
 arius Prebende Sancti Botulphi in eadem Ecclesia Lincolniensi, et dilectus
 filius, Magister Petrus de Berkele, de Boseham et Westbury, Cicestrensis et
 nostre Wygorniensis Diocesum, Ecclesiarum Canonicus, et de Westroke
 et Westone Prebendarum in eisdem Ecclesis Prebendarius, eosdem suos
 Canonicatus et Prebendas intendunt, ex quibusdam causis rationabilibus,
 permutare; nos Permutacionem hujusmodi, quantum ad nos attinet, auc-
 toritate ordinaria approbantes, ad recipiendum Resignacionem dicti Magistri
 Petri Canonicatus et Prebende de Westone in dicta Collegiata Ecclesia de
 Westbury, nostre jurisdiccionis et Diocesis et ad nostram Collacionem
 spectantis, ex causa Permutacionis hujusmodi, conferendumque, ex eadem
 causa, dicto Domino Ricardo ipsos Canonicatum et Prebendam in eadem
 Ecclesia de Westbury; Induzione ejusdem Domini Ricardi in corporalem
 possessionem eorundem Canonicatus et Prebende nobis specialiter reservata;
 vestre Paternitati, tenore Presencium, committimus vices nostras; rogantes
 quatinus de Processu vestro in hac parte habendo, nos, expedito negocio
 Permutacionis hujusmodi, certificare^l velitis per Literas vestras patentes,
 harum seriem continentem.—Data apud Helyngdone, xix die Aprilis, Anno
 Domini M^o CCC^{mo} tricesimo primo, et nostre Translacionis quarto.

[fol.] Peter's Pence,—

24.] Pateat universis quod nos, Icherius de Concoreto, Canonicus Saresbiriensis,
 Domini nostri Pape et Apostolice Sedis in Anglia, Scocia, Wallia, et Hi-
 bernia Nuncius ac Collector quorumcumque debitorum Domino nostro Pape
 et Ecclesie Romane in Partibus antedictis, recepimus a Reverendo in Christo
 Patre, Domino Johanne, Dei gracia Episcopo Exoniensi, novem libras et
 quinque solidos sterlingorum pro Denariis Beati Petri in Diocesi sua con-
 tingentibus, pro Anno Domini Millesimo CCC^{mo} tricesimo. De quibus,
 quidem, novem libris, quinque solidis, ipsum Dominum Episcopum quita-
 mus per Presentes. In cuius rei testimonium sigillum Officii nostri Pre-
 sentibus est appensum.—Data Londoniis, die vicesimo septimo Aprilis,
 Anno Domino Millesimo CCC^{mo} tricesimo primo.

[fol.] 24.] Firstfruits; *Acquietancia solucionis pro fructibus Ecclesiasticorum
 Beneficiorum vacancium, Domino Pape reservatis,—*

Pateat universis per Presentes quod nos, Icherius de Concoreto, etc. (*ut supra*),
 ac Collector principalis fructuum, reddituum, et preventuum primi anni
 omnium et singulorum Beneficiorum Ecclesiasticorum in eisdem locis per

¹ There is a memorandum, at the end
 of this Entry, that the Bishop certified

accordingly "vij Kalendas Maii" (25
 April).

A.D. triennium vacancium, per dictum Dominum nostrum Papam sub certa
 1331. forma reservatorum, recepimus a Venerabili in Christo Patre, Domino
 Vol. II. Johanne, Dei gratia Exoniensi Episcopo, hujusmodi fructuum, reddituum,
 et proventuum subcollectore nostro in Diocesi sua per nos constituto; videlicet, de Beneficiis Ecclesiasticis in sua Diocesi predicta a die reservacionis hujusmodi fructuum per dictum Dominum nostrum Papam facte usque ad vicesimum septimum diem mensis Augusti, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} tricesimo, vacantibus, et sub hujusmodi reservacione cadentibus, quater viginti et tresdecim libras, sex solidos, et octo denarios sterlingorum; videlicet, pro Ecclesia de Aispringtone quatuordecim marcas, sex solidos, et viijd.; pro Ecclesia de Churlestone septem marcas; item, pro Ecclesia de Devenebury sexaginta solidos; item, pro Medietate Ecclesie de Ermingtone sex libras; item, pro Ecclesiis de Lyntone et Comptesbury, Archidiaconatui Barnastapoliensi annexis, decem marcas; item, pro Ecclesia de Clysthedone octo marcas; item, pro Ecclesia de Uplym octo libras; item, pro Thesauraria in Ecclesia Cathedrali Exonie et Dignitate in eadem triginta et duas libras; item, pro Ecclesia de Sylfertone octo libras, tresdecim solidos, et quatuor denarios; item, pro Ecclesia de Southleghe quatuor libras, sex solidos, et octo denarios; item pro Ecclesia de Shevyoke centum solidos. De qua, quidem, peccunie summa dictum Patrem, heredes et Executores suos, sive bonorum suorum administratores, quietamus per Presentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum, quo utimur in officio Nunciationis nostre, Presentibus duximus apponendum.—Data Londoniis, vicesimo septimo die Aprilis, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} tricesimo primo.

[fol.] Bideford; *Dimissorie*,—

[31b.] Master Walter Prodomne, subdeacon, R., "ad Ordines Diaconatus et Presbiteratus" (Faringdon, 2 May).

[fol.] Puddington [Puttyntone, MS.]; Sir John de Candevere, priest, R.,—

Licence of non-residence for a year, "ratione exilitatis Ecclesie sue, cuius fructus et proventus annui ad sustentacionem suam, et Capellani sui Parochialis ibidem, non sufficiunt; ita quod moram suam interim faciat in loco honesto in Provincia Cantuariensi" (Faringdon, 3 May).

[fol.] Puddington; *Commissio ad instituendum Dominum Thomam de Potyngton in Ecclesia de Potyngton*,—

Item, viij die Maii, apud Farndone, emanavit Commissio Magistro Henrico Bloyou ad admittendum Dominum Thomam de Potyngton, presbiterum, ad Ecclesiam de Potyngton, Exoniensis Diocesis, per liberam resignacionem Domini Johannis de Candevere, ultimi et immediati Rectoris ejusdem, vacantem; ad quam per Robertum filium Pagani, ipsius Ecclesie verum Patronum, extiterat presentatus; et eundem Thomam Canonice instituendum in eadem, ac in corporalem possessionem ejusdem induci faciendum, etc.

[fol.] Cowick Priory; *Licencia Prioris de Cowike absentandi*,—

[32.] Item, xiiij Kalendas Junii, ibidem [19 May, at Faringdon], Prior Monasterii de Cowike optinuit Licenciam absentandi se a Prioratu suo predicto, hinc ad Festum Ad Vincula Sancti Petri [1 Aug.], ad instanciam et rogatum Nobilis Viri, Domini Hugonis de Courtenay, junioris, causa majus Monasterium suum de Bekharlewyn¹ personaliter visitandi; dummodo submissam pro se Personam idoneam ibidem dimiserit, que illis quorum interest respondeat vice sua.

[fol.] *Dimissorie*,—

[32.] Ralph Haukyn, of Penhal, deacon, "ad Ordinem Presbiteratus, . . . ad

¹ The great Abbey of Bec in Normandy, founded by Herlouin (its first Abbat).

A.D. titulum cuiusdam pensionis annue quinque marcarum sterlingorum, per
 1331. Thomam de Warbeltone, Domini de Langesuttone,¹ Wyntoniensis Dio-
 Vol. II. cesis, Literis suis inde confectis et penes Registrum Domini residentibus,
 quem titulum sibi cedere voluit pro sufficienti promocione" (Faringdon, 20
 May).

[fol.] *Dimissorie,—*

32.] Richard Marshel, Robert Coliz, and Roger Coliz, { subdeacons, "ad Ordinem Diaconatus" (Faringdon, 21 May).
 Richard Takebeare, accolite, "ad Ordinem Subdiaconatus" (same date).

[fol.] *Pensio pro Magistro Ricardo, nato Radulphi,—*

24b.] Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Ricardo, nato Radulphi, Sacre Theologie Baculario, Clerico nostro familiari, salutem.—Sacre Pagine pericia viteque et morum mundicia, quibus plurimum decorari dinosceris, nos excitant et iudecunt ut tibi simus ad graciam liberales. Volentes, igitur, premissorum tuorum optentu meritorum, prerogativa te prosequi gracie specialis, quandam pensionem annuam centum solidorum sterlingorum, annis singulis de Camera nostra percipiendam, ut Beneficium Ecclesiasticum, et loco Ecclesiastici Beneficii, tibi, qui eciam in nostra Diocesi Exoniensi mansionem perpetuam elegisti, donec de competenciori providerimus, concedimus et constituimus per Presentes. Dantes inde tibi has [Literas] nostras, sigilli nostri munimine roboratas.—Data apud Farndone, xxiiij die Maii, Anno Domini M^o. CCC^{mo} tricesimo primo,

[fol.] St. Mabyn ; Master William Glyyyon, subdeacon, R.,—

32.] *Dispensation*: non-residence till Michaelmas, 1332, to study (Faringdon, 24 May).

[fol.] The Peculiar Jurisdiction ; *Commissio ad terminandum Causas Peculiaris Jurisdiccionis, pendentes indecisas,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Thome de Lychfeld, clero, salutem, graciam, et benedictionem.—Ad audiendum et fine debito terminandum Causas seu controversias quascumque, ad quarumcumque Parcium instantiam ceptas, per Citacionem vel alium actum legitimum, coram Magistro Johanne de Nortoue, nuper Officiali nostre Peculiaris Jurisdiccionis prelative, et nostro alias sub certa forma Commissario, pendentes indecisas ; necnon, justas, dante Domino, in Causis ipsis ferendas latasque rite per eundem Commissarium pro tempore suo Sentencias, execucioni debite demandandum ; vobis, de cuius fidelitate et industria ad plenum confidimus, vices nostras committimus, cum cuiuslibet cohercionis potestate. In cuius, etc.—Data apud Farndone, xxiiij die Maii, Anno supradicto. Presentibus usque instans Festum Sancti Michaelis tantummodo duraturis.

[fol.] *Pensio pro Magistro Simone de Islepe, Advocato Curie Cantuariensis,²—*

Johannes, etc., dilecto in Christo, Magistro Simoni de Islepe, Advocato in Curia Cantuariensi, salutem, cum benedictione dextere Salvatoris.—Ut in Causis et negociis nostris in dicta Curia agitandis, in prestacione patrocinii eo promptius vos reddatis, quo provide premiari comodius senciatis, annuam pensionem sex marcarum sterlingorum, de Camera nostra annis singulis percipiendam, pro patrocinio vestro hujusmodi, tam prestito quam prestando, vobis constituimus et concedimus, donec per nos, seu ad nostram promotionem, de Beneficio Ecclesiastico, cum cura vel sine cura, vobis

¹ In the Parish of Crondal, Hants.

² The Bishop himself struck out this

Letter, and wrote " non signata " in the margin.

A.D. fuerit provisum. Dantes super premissis presentes nostras Literas, nostri
1331. appensione sigilli communitas.—Data apud Farndone, v Kalendas Junii [28
Vol. II. May], Anno supradicto.

[fol.] Loddiswell [Lodeswelle, MS.]; Master John la Zouche, priost, R.,—
32.] Licence of non-residence for a year, to study (Faringdon, same date).

[fol.] Dartmouth; *Licencia pro Capella de Dertemue,—*
32.] Item, xij die Junii, apud Chudeham, Abbas et Conventus Monasterii de Torre,
Ordinis Premonstratensis, Ecclesiam Parochialem de Tunstalle in proprios
usus optinentes, optimuerunt Licenciam faciendi celebrare Divina in Ca-
pella Sancti Clari de Dertemue, ejusdem Parochie, pro Parochianis senio
confractis et alias debilitatis; ad beneplacitum Domini duraturam.

fol. West Thorney (Sussex); *Commissio pro Willelmo filio Ricardi*
144b. *Indewyne, de porcione tenementi in Westthorneye,—*

Johannes, etc., dilectis in Christo, Magistro Willelmo de Fysshebourne, Canon-
ico Prebendato Libere Capelle de Boseham, nostri Patronatus, et Galfrido
de Ledes ac Willelmo de Braybroke, valletis nostris, salutem, cum benedic-
tione dextere Salvatoris.—Ad adjudicandum et liberandum Willelmo, filio et
heredi Ricardi Indewyne, de Polynge, debitam Porcionem quam vendicat, jure
hereditario, in tercia parte tenementi quo Johannes Fillol et Matillidis, uxor
ejus, tenuerunt, in dotem ipsius Matillidis, in Westthornheye; que, quidem,
porcio ad nos, jure dominii, dicitur rediisse; vobis conjunctim, tenore
Presencium, plenam concedimus et liberam potestatem: salvo nobis, et
Ecclesie nostre Exoniensi, jure in omnibus terris et tenementis, cum
suis pertinenciis, que bone memorie Dominus Walterus, nuper Episcopus
Exoniensis, Predecessor noster, de Rogerio atte Watere et Cecilia, uxore
ejus, sibi et Successoribus suis, Episcopis Exoniensibus, per certas Cartam
et Munimenta in predicta Insula de Westthorneye imperpetuum adquisivit.
Ratum habituri et gratum quicquid predicti Willelmus, Galfridus, et
Willelmus fecerint in premissis. In cuius rei, etc.—Data apud Chudeham,
xij die Junii.

Manumission,—

Universis Christi fidelibus ad quos presentes Litere pervenerint Johannes, etc.,
salutem in Domino sempiternam.—Noverit Universitas vestra nos Willel-
mum Laurenz, filium Rogeri Laurenz, nativi nostri de Manorio nostro de
Chudeham, manumissee, et ab omni servitute, quantum in nobis est, per
Presentes liberum reddidisse. Ita quod ad Primam Tonsuram Clericalem
a quocumque Episcopo Catholico exiunc licite valeat promoveri. In cuius
rei, etc.—Data apud Farndone, xv die Junii.

[fol.] Exeter, St. Nicholas Priory; *Commissio ad procedendum in nego-
ciis Fratrem Johannem de Stratton, Commonachum Domus Beati*
17b.] *Nicholai Exonie [tangentibus].—*

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Henrico Bloyou, etc., salutem, etc.—
Ad cognoscendum, procedendum, diffiniendum, et exequendum in Causis
et negotiis, coram nobis et Commissariis nostris alias ventilatis, Fratrem
Johannem de Stratton, Commonachum Domus Beati Nicholai, Exonie,
nostre Diocesis, tangentibus; necnon, super omnibus et singulis Articulis,
tam in Visitacione nostra inibi nuper excercita quam extra compertis et
detectis, ac, eciam, contra eum ex Officio nostro motis et institutis, juxta
formam retroactorum in hac parte habitorum Processum Processui contin-
uando, vobis committimus vices nostras, cum eujuslibet cohercionis Canonice
potestate. Ita, tamen, quod super hujusmodi articulis sibi objectis, et per
eum negatis, ipsius Purgacionem Canonicaem, infra octo dies a die date
Presencium continue numerandos, recipiatis; dum, tamen, per ejusdem
Domus Confratres et Commonachos legales, fidelegnos, non suspectos seu

A.D. consimilibus criminibus irretitos seu diffamatos, velit et valeat Canonice se
 1331. purgare.—Data apud Donyate, vij die Junii, Anno supradicto. [The
 Vol. II. Bishop was at Ashperton, near Ledbury, on the 29th of June. See below.]

[fol. 144b.] Exeter Cathedral ; *Mandatum pro Visitacione Capituli Exon-
 iensis,—*

[In the common form, and corresponding closely with the earlier Mandate
 printed on page 374. The special portion of the latter, beginning with the
 words "Et, ut sciri a nobis valeat" and ending immediately above the
 concluding clause, "Vos, eciam, Dominum Decanum," is omitted. The
 day appointed for this Visitation was the Monday next after the Feast of
 of St. James, the Apostle. And the Mandate is dated "in Manerio nostro
 de Petrisheghe, vij die Julii".]

[fol. 32.] Affetone ; Sir Robert de Pippecote, priest, R.,—

Licence of non-residence for a year, "racione exilitatis Ecclesie sue predicte,
 que ad sustentacionem congruam Capellani eidem deservientis annuatim
 dinoscitur vix sufficere ; et ut eo comodius domos dicte Rectorie, omnino
 insufficientes et dirutas, de novo construere poterit et reparare" (Petris-
 heghe, 8 July).

[fol. 32.] Newton Ferrers [Ny wetone Ferers, MS.] ; Master Henry de
 Ny wetone, priest, R.,—

Licence of non-residence for a year (11 July—the place is not mentioned).

[fol. 18.] St. Probus ; *Certificatorium Domini Herefordensis de Collacione
 Porcionis Prebendalis Sancti Probi Magistro Philippo de La
 More,—*

Venerabili in Christo Patri ac Domino, Domino Johanni, Dei gracia Exon-
 iensi Episcopo, Thomas [Ejusdem] permissione Herefordensis Episcopus,
 salutem, cum omni reverencia et honore.—Literas vestras nuper recepimus,
 tenorem qui sequitur cointinentes,—Johannes, etc., salutem, et sincere
 dilectionis continuum incrementum.—Attendentes quod Robertus Myles,
 Porcionarius Prebendalis in Ecclesia nostra Collegiata Sancti Probi, in Cor-
 nubia, nostrorum Patronatus et Diocesis, eandem Porcionem suam Pre-
 bendalem, ex certis causis et legitimis, libere noviter resignavit ; de vestre
 Paternitatis fidelitate et industria circumspecta plenius confidentes, ad
 conferendum, nostro nomine, dictam Porcionem Prebendalem, in eventum
 quo illam per Resignacionem dicti Roberti Canonice factam, et per vos
 acceptatam, vacare contigerit, Magistro Philippo de la More, clero, cum
 omnibus juribus et pertinenciis ad eandem Porcionem Prebendalem spec-
 tantibus, ac omnia alia et singula faciendum que in hac parte necessaria
 fuerint vel oportuna, vobis vices nostras committimus per Presentes ;
 Induzione in corporalem possessionem dicte Porcionis, et Canonica Obedi-
 encia in hac parte prestanda, nobis specialiter reservatis. In cuius, etc.
 —Data apud Aspertone,¹ Herefordensis Diocesis, xxix die Junii, Anno, etc.,
 ut supra.—Quarum auctoritate Literarum, recepta primitus libera Resig-
 nacione prefati Roberti Myles de Porcione sua predicta et per nos admissa,
 ipsam Porcionem Prebendalem in Ecclesia vestra Sancti Probi, in Cornubia,
 vestrorum Patronatus et Diocesis, auctoritate vestra nobis in hac parte
 commissa, dicto Magistro Philippo de la More, juxta dictarum Literarum
 exigenciam et tenorem, duximus conferendum ; reservatis vobis que in
 dictis Literis vestris reservantur. In quorum omnium testimonium has
 nostras Literas patentes vestre Paternitati transmittimus reverende.—
 Data apud Prestebury, undecimo die mensis Julii, Anno Domini, etc., et
 Consecrationis nostre quarto.

¹ Ashperton, near Ledbury.

A.D. Illegitimacy,—

1331. *Dispensacio super defectu natalium cum Johanne de Bydeforde, clericō,—^{“de}*
 Vol. *soluto genitus et soluta”* (Clyst, 9 July), fol. 145.

II. *Dispensacio super defectu natalium cum Johanne, filio Johannis de Burdone,*
clericō, “de soluto genitus et soluta” (Clyst, 16 July), fol. 144^b.

Newton Poppleford; *Ordinacio Cantarie de Nywetone Popyl-*
 [fol.] *forde,—*

[fol.] Universis, etc., Johannes, Exoniensis Episcopus, etc.—Literas sive Cartam Nobilis Viri, Domini Hugonis de Courtenay, senioris, Militis, per modum Indenture confectas, ipsius sigillo patenter pendente signatas, nobis exhibitas, inspeximus et diligenter examinavimus, sub hac forma,—Sciunt presentes, etc.—Que Carta Originalis remanet in Thesauraria Exoniensi.— Precibus, itaque, ex parte dicti Nobilis Viri nobis humiliiter fusis et instanter, ut proposito suo sincero et laudabili nostrum preberemus assensum, ac Cantariam de qua in ipsis fit mencio, futuris temporibus faciendam, ad augmentum Cultus Divini, premissis hiis omnibus que in hac parte requiruntur, auctoritate Diocesana, caritatis intuitu, concedere et fieri permettere dignaremur. Nos, igitur, advertentes et oculos dirigentes ad multitudinem inhabitancium in Villa de Neutone Popleforde predicta, ubi dicta Capella de antiquo sita existit, que indies plurimum exerescit; que Villa a Matrice Ecclesia sua de Aillesbere, nostre Diocesis, per tria miliaria vel circiter distare dinoscitur; cuius pretextu predicti inhabitantes, propter locorum distanciam, et occupaciones familiares quibus eos diebus permissis intendere oportebit, ad Ecclesiam suam Matricem antedictam comode non possunt accedere, Divina Officia audituri, diebus hujusmodi, in eadem; quibus in ipsa Capella Missas audire et laboribus permissis intendere poterunt fructuose, sicque dicta Cantaria pro vivis ac defunctis, tam necessitate quam utilitate pensatis, diffinitate¹ ac deputata primitus mensura que ad luminaria et ad Sacrum Ministerium ad incorrumpe Domus custodiā et observanciū alimēta futuris temporibus sufficere poterit, permitti debeat pariter et concedi,—nos, hiis premissis juxta juris exigenciam diffinitis et observatis, considerantes intime Divini Cultus et ipsorum inhabitancium devocationis augmentum, suarumque salutem animarum, ipsius Nobilis Viri piis supplicationibus, quantum cum justicia possumus, annuentes, prefatam Cantariam in Capella predicta futuris temporibus faciendam et habendam, habita super hoc primitus deliberacione cum Capitulo nostro Exoniensi, et ejusdem sensu subsecuto, concedimus, et auctoritate Diocesana confirmamus eciam, per Presentes. Proviso, tamen, quod in Capella predicta nichil omnino per aliquem fiat vel exerceatur quod in dicte Ecclesie Matricis cedere valeat prejudicium aliqualiter vel gravamen; quodque Capellanus idoneus nunc prius per dictum Nobilem, ac eciam postmodum, quociens ipsa Cantaria per mortem vel cessionem vacare contigerit, per ipsum Nobilem, ipso vivente, et per heredes suos successive post mortem ejusdem, Capellani idonei nobis, et Successoribus nostris, Exoniensibus Episcopis qui pro tempore fuerint, Canonice presententur, per nos et Successores nostros hujusmodi admittendi et instituendi Canonice et perpetuo in eadem; qui, in admissione sua hujusmodi, nobis, et Successoribus nostris predictis, nostrisque et eorum Officialibus et Commissariis, Obediencie presenti solitum juramentum; et quod nichil omnino attemptare presumant, seu facient attemptari, quod in Matricis Ecclesie predictae prejudicium cedere poterit vel gravamen; quodque omnes et singulas oblaciones et proventus in ipsa Capella, vel ejus occasione, futuris temporibus qualitercumque provenientes, dicte Matrici Ecclesie et ejus Ministris, ad quos hujusmodi oblaciones et proventus pertinere debeant, libere et cum integritate restituant in futuro. Volumus, eciam, et ordinamus quod hujusmodi

¹ i.q. diffinimentum; cessio quae fit per compositionem.—D'Arnis.

A.D. Capellani, qui pro tempore fuerint, Curatis predicte Ecclesie, ut Parochiani 1331. ejusdem, intendant et reverenciam faciant, ut tenentur, ipsamque Ecclesiam, Vol. II. ut eorum Parochialem et Matricem, in Festis Nativitatis Domini, Pasche, [fol. 5.] Ascensionis, Pentecostes, et Sancte Trinitatis, ac Omnim Sanctorum; in iijor, eciam, Festis Principalibus Beatissime Virginis Marie, in cuius honore ipsa Matrix Ecclesia dedicata existit; et in Die Dedicacionis ejusdem. Dicti, insuper, inhabitantes singulis Festis predictis, ac aliis Festis cum comode poterunt, et singulis Diebus Dominicis, cessante impedimento legitimo, frequentent et agnoscant, et omnia Sacra menta et Sacramentalia Ecclesiastica in eadem, et non in Capella, percipient; et, in augmentum Cultus Divini in eadem et laudem Dei, Missis inibi celebrandis, et aliis Horis Canonicis dicendis, suam presenciam exhibeant personalem; quodque animarum ipsorum Capellanorum cura immediata ad Curatos dictae Matricis Ecclesie pertineat, et excerceatur diligens per eosdem. Prefatam, vero, Ordinacionem et statum dictae Cantarie augmentandi et corrigendi, futuris temporibus, prout jus et equitas suadebunt, nobis et Successoribus nostris potestatem liberam specialiter reservamus. In quorum omnium testimonium et fidem pleniorum sigillum nostrum, una cum sigillo communi predicti nostri Capituli, Presentibus duximus apponendum.—Data quo ad nos in Manerio nostro de Clist, xvij die Julii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} tricesimo primo, et Consecrationis nostre quarto.—Et nos, Decanus et Capitulum Exonienses, prefatis Cantarie et Ordinacioni, quatenus ad nos attinet, consensum prebentes et assensum, sigillum nostrum commune in premissorum testimonium hiis duximus apponendum. Data, quo ad nos Decanum et Capitulum predictos, in Domo nostra Capitulari Exonie.

[fol. 17b.] St. Crantock; *Commissio pro Custodia Sequestri in fructibus Prebende de Ingham, in Ecclesia Sancti Karantoci,*—

Item, xxj die Julii, apud Clist, emanavit Commissio Dominis Rogero, Bartholomeo, et Waltero, Sanctorum Austoli, Probi, et Cuthberti, Ecclesiarum Vicariis, ad custodiendum Sequestrum in fructibus et proventibus Prebende quam Dominus Johannes de Ingham in Ecclesia Collegiata Sancti Karantoci, ab intestato nuper decedens, optinuit, instantis autumpni, auctoritate Domini interpositum ex certis causis et legitimis. Et habent ad certificandum citra Festum Nativitatis Beate Virginis [8 Sept.].

[fol. 17b.] Dartmouth; *Commissio super Capella de Dertemuthe,*—

Item, xj Kalendas Augusti [22 July], emanavit Commissio Magistro H. Bloyou, sub hac forma,—Johannes, etc.—Ad cognoscendum, procedendum, et pronunciandum in negocio contra Thomam de Remptone et Nicholaum de Staunton, presbiteros se confingentes, in quodam Oratorio sive Capella apud Dertemuthe, nostre Diocesis, sine auctoritate sufficienti que in hac parte requiritur noviter constructo, ac ipsius hujusmodi construccione; et quoscumque alios in eodem Oratorio sive Capella Divina celebrantes, et dictum locum frequentantes et Capellam sive Oratorium agnoscentes, instituto; dictumque negocium ac omnia hujusmodi negocium qualitercumque contingencia fine debito terminandum; vobis, de cuius fidelitate et industria plenam in Domino fiduciam optimemus, vices nostras, cum cuiuslibet coercionis Canonice, et quid in hac parte decreveritis exequendi, potestate, committimus per Presentes.—*Data ut supra.*

[fol. 18.] Plympton Priory; *Commissio ad inquirendum de statu Monasterii — Plymptonie,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Decano, et Magistris Johanni de Nassyngtone, Archidiacono Barnastapolie, et Thome de Asteleghe, Ecclesie nostre Exoniensis Canonicis, salutem, etc.—Licet nos nuper, ex Officii nostri debito, Monasterium Plymptonie, nostre Diocesis, actualiter visitantes, predictum Monasterium ere alieno multipliciter oneratum, tam in spiritualibus quam temporalibus, minus provide fuisse gubernatum invenerimus, ac Priori et

A.D. Conventui ejusdem pio paterno compacientes affectu, sub spe melioris
 1331. regiminis ejusdem Monasterii, contra ipsos, super detectis coram nobis tunc
 Vol. II. ibidem, ex certis causis et legitimis procedere distulerimus; ad nostrum,

tamen, fama referente publica, pervenit auditum quod dictum Monasterium
 deterius quam prius, tam in interioribus quam exterioribus, quod dolenter
 referimus, regulatur, bonaque ejusdem dilapidantur multiplicitate et con-
 sumuntur; de cuius depressione irrecuperabili verisimiliter timetur, nisi
 de remedio in hac parte provideatur oportuno. Volentes, igitur, prefato
 Monasterio, quatenus cum Deo possumus, juxta Officii nostri debitum,
 providere; vobis, de quorum fidelitate et industria ac conscientie puritate
 plenam in Domino gerimus fiduciam, committimus et mandamus quatinus
 vos, aut duo vestrum, ad predictum Monasterium cicius quo comode
 poteritis personaliter accedentes, de statu dicti Monasterii, tam in Capite
 quam in membris, ac super omnibus dictum Monasterium in spiritualibus
 et temporalibus concernentibus, prout ad nostrum pertinet Officium,
 vocatis coram vobis in hac parte vocandis, veritatem inquirere, ac ea que
 ibidem inveneritis corrigenda et reformanda in premissis, secundum dis-
 crecionem vobis a Deo datam, corrigeret et reformare diligenter studeatis.
 Ad que omnia et singula, ut premittitur, facienda et expedienda, vobis
 communiter, et duobus vestrum, vices nostras committimus, cum cuiuslibet
 Canonice cohercionis, et quod in hac parte decreveritis exequendi, pontestate.
 De die, vero, receptionis Presencium, et quid in premissis feceritis, nos
 circa Festum Sancti Michaelis proximo futurum, per vestras patentes
 Literas, harum seriem continentis, certificare curetis; Processum vestrum
 in hac parte habitum, sub vestris sigillis inclusum, nobis tunc fideliter
 transmittentes.—Data apud Clist, ix^o Kalendas Augosti [24 July].

[fol. 32.] Ugborough [Uggebourgh and Uggeburghe, MS.]; Master Richard
 Noreys, priest, R.,—

Dispensation: Licence of non-residence till Michaelmas, 1332, to study, etc.
 (Clyst, 25 July).

[fol. 32.] Yarnscombe [Ernescombe, MS.]; Sir Richard de Tuvertone, R.,—
 Licence of non-residence for a year, “causa insistendi obsequiis Executorum
 Testamenti bone memorie Domini Walteri, nuper Exoniensis Episcopi,
 occasione calculi administracionis Executorum predictorum de bonis dicti
 defuncti eis commisso faciendi et ordinandi” (same date).

[fol. 32.] Loxbeare [Lokesbeare, MS.]; Master Ralph de Esse, subdeacon,
 R.,—

Dispensation: non-residence for a year, to study (same date).

[fol. 145.] Warleggan; *Ordinacio inter Magistros Radulphum et Johannem
 de Tremur*,—

Noverint universi quorum interest quod, cum quedam dissensionis materia
 suborta fuisset inter Magistrum Radulphum de Tremur, ad Ecclesiam de
 Worlegan, Exoniensis Diocesis, presentatum, ex parte una, et Magistrum
 Johannem de Tremur, patrum suum, qui dictam Ecclesiam ut Rector
 tenuit, ejusdem Ecclesie possessioni sicut Rector incumbens, ex altera,
 prefata dissencionis materia conquievit in forma subscripta,—videlicet,
 ambe partes coram nobis, Johanne, miseracione Divina Exoniensi Episcopo,
 in Manorio nostro de Clist, dicte Diocesis, pro tribunali sedentibus person-
 aliter constitute, sponte, pure, simpliciter, et absolute se nostre Ordinacioni
 submiserunt, juramento corporali hinc inde prestito de non veniendo contra
 Ordinacionem nostram inter eos super jure Presentati et Incumbentis, pro
 bono pacis, in hac parte faciendam. Nos, igitur, considerantes dubios eventus
 litis, eosdemque subditos nostros volentes relevare a laboribus et expensis, ad
 requisicionem partis utriusque, communicato juris peritorum consilio, facta
 prius coram nobis per eundem Magistrum Johannem ejusdem Ecclesie

A.D. resignacione simplici et pura in manus nostras, ordinavimus et ordinamus
 1331. in hunc modum ; videlicet, quod idem Magister Radulphus, virtute Pre-
 Vol. II. sentacionis sibi facte et Inquisitionis inde habite, ac aliis legitimis Doe-
 mentis pro eodem facientibus, de expresso consensu ejusdem Johannis,
 admittatur, et in dicta Ecclesia Canonice per nos instituatur. Quo facto,
 considerantes quod idem Magister Johannes ad titulum dictae Ecclesie ad
 Sacros Ordines Canonice extitit ordinatus, et jam senio quasi confractus ;
 dictumque Radulphum attingit in gradu consanguinitatis propinquum ; ne
 in obprobrium Cleri et generis sui de cetero subjaceat mendicitati ; volumus,
 insuper, et ordinamus quod dictus Radulphus, quamdiu Rector existat
 Ecclesie memorate, prefato Magistro Johanni, donec eidem de Beneficio
 Ecclesiastico competenti provideatur, nomine alimentorum et intuitu
 caritatis, annis singulis persolvat quatuor marcas sterlyngorum, terminis
 subscriptis, pro equalibus porcionibus, nomine annue pensionis ; videlicet,
 in Festis Sancti Michaelis, Archangeli, Nativitatis Domini, Pasche, et
 Sancti Johannis Baptiste ; incipiente primo termino solucionis in Festo
 Sancti Michaelis, Archangeli, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} tricesimo
 secundo.—Data in Manerio nostro de Cliste, xxvj die Julii, Anno Domini
 Millesimo CCC^{mo} tricesimo primo.

^{fol.} St. Crantock ; *Mandatum contra Dominum Willelmum Skynard,*
^{145b.} *qui se dicit Decanum Ecclesie Sancti Karentoci,—*

Johannes, etc., Collector fructuum, reddituum, et proventuum primi anni
 omnium et singulorum Beneficiorum Ecclesiasticorum per triennium
 vacancium, et in subsidium Sancte Romane Ecclesie Auctoritate Apostolica
 reservatorum, in nostra Diocesi specialiter deputatus, dilectis in Christo
 filiis, Officiali Archidiaconi Cornubie, ac Decano de Pydreslire ; neconon,
 Dominis Rogerio, Bartholomeo, et Waltero, Sanctorum Austoli, Probi, et
 Cuthberti, nostre Diocesis, Ecclesiarum Vicariis, omnibusqne et singulis
 aliis Rectoribus et Vicariis singularium Ecclesiarum dicti Decanatus, ad quos
 presens Mandatum nostrum pervenerit, salutem, graciam, et benedictionem.
 —Licet, dicta Auctoritate, residuum omnium fructuum et proventuum
 Canonicas et Prebende quos Magister Johannes de Hengham, jam
 defunctus, in Ecclesia nostra Collegiata Sancti Karentoci, in Cornubia,
 nostre Diocesis, dum vixerit optimus, vacancium, et sub reservacione hujus-
 modi cadencium, optaverimus, taxacionem ejusdem Prebende futuro suc-
 cessori in ea, juxta effectum hujusmodi Mandati Apostolici, reservantes et
 eciam dimittentes, ac colleccionem et custodiam eorumdem certis personis,
 Auctoritate eadem, committentes ; quidam, tamen, Willelmus Skynard, qui
 se dicit Decanum Ecclesie Sancti Karentoci predicte, inaudita temeritate et
 falsitatis audacia, a nobis hujusmodi fructus vendendi et distrahendi
 potestatem, cum nullam habeat, falso se fingens habere, hujusmodi fructus
 diversis emptoribus, nostro nomine, vendidit, nobis insciis, et, quam primo
 id ad nostram noticiam devenit, hujusmodi vendicioni expresse contra-
 dicentibus atque palam ; ex quibus per dictum Willelmum commissis frau-
 dem perpendimus evidentem, consumpcionem, et dilapidacionem eorumdem
 fructuum imminentem ac impedimentum nostro Officio in hac parte, nisi celeri
 remedio occurratur, prout eciam ex abundanti in forma juris nobis extitit
 facta fides. Volentes, igitur, dictis periculis quantum possumus obviare, ac
 eisdem fructibus et commisso nobis Officio in hac parte remedii quibus
 possumus providere, vobis et vestrum cuilibet, Auctoritate Apostolica qua
 fungimur in hac parte, committimus, et in virtute Obedience, ac sub pena
 Canonica firmiter injungendo, mandamus quatinus in Ecclesia Sancti
 Karentoci predicta, ac aliis Ecclesiis circumvicinis, et locis aliis quibus
 expedire videritis, hujusmodi Mandatum nostrum ac omnia supradicta in
 lingua materna, coram Clero et populo ad hec congregato, distinet, palam,
 et publice exponatis, ne quis in hac parte ignoranciam pretendere poterit ;

A.D. neconon, publice inhibeatis ne quis vel qui de hujusmodi fructibus vel pro-
 1331. ventibus se presumant intromittere vel disponere, nec dictos collectores et
 Vol. II. custodes eorundem, per nos, ut premittitur, deputatos, quomodo eos
 fideliter colligere et conservare poterint, quo cumque colore quesito, aliquali-
 ter impedit; tam sub pena Excommunicationis Majoris in personas
 contravenientium in hac parte provide late, per vos et vestrum quemlibet
 solemnitate puplicande, quam eciam in personas hujusmodi non parencium,
 per vos et vestrum quemlibet, in genere, Auctoritate hujusmodi, publice et
 solemnitate, in dictis Ecclesiis, Canonica Monitione premissa, pulsatis
 campanis, candelis accensis et extinctis, cum omni solemnitate debita
 fulminande. Ad que omnia et singula vobis committimus vices nostras.
 De die, etc., nos, citra Festum Exaltacionis Sancte Crucis [14 Sept.],
 reddatis ceriores per Literas vestras patentes, harum seriem et nomina
 non parencium et impediencium, si qui fuerint, plenarie contineentes.—
 Datum apud Clist, vj Kalendas Augusti [27 July], Anno, etc.

*Modbury ; Pronunciacio super assecucione et retencione Ecclesie de
 Modbury, Abatti et Conventui Sancti Petri super Dyvum,
 Sagiensis Diocesis, in Normannia, appropriate,—*

Universis ad quorum noticiam, etc., Johannes, etc.—Noverit Universitas vestra
 quod, visitantibus nobis nuper Clerum et populum Archidiaconatus Totton-
 iensis, nostre Exoniensis Diocesis, prout ex nostri Officii debito incumbebat,
 inter ceteros, Religiosos viros, Abbatem et Conventum Sancti Petri super
 Dyvum, Sagiensis Diocesis, in Normannia, Ecclesiam Parochialem de
 Modbury, dicti Archidiaconatus, eisdem et eorum Monasterio appropriatam
 pretendentes, ad comparendum coram nobis, ostendendum et docendum
 quo titulo mediante prefata Ecclesiam assecenti tenerunt et possederunt,
 ad certos diem et locum fecimus evocari. Quibus die et loco, prefatis
 Religiosis coram nobis per Procuratorem eorundem sufficienter comparenti-
 bus, idem Procurator pro jure et possessione dictorum Dominorum suorum
 et Monasterii predicti in hac parte, nomine eorundem, in judicio coram
 nobis proposuit et allegavit quod prefati Domini sui, et eorum Monasterium
 predictum, super assecucione et retencione prefate Ecclesie sufficienter
 extiterant et sunt muniti; petens, facta fide super premissis, dictos
 Dominos suos et eorum Monasterium super assecucione hujusmodi et
 retencione legitime munitos esse, per nostram Sententiam diffinitivam,
 pronunciari et declarari, et ulterius justiciam Canonicam sibi exhiberi; quas-
 damque Literas eni^sdam Domini Reginaldi de Valletorta, Militis, quondam
 dicte Ecclesie Patroni, collacionem juris Patronatus quod in eadem habuit
 eisdem Religiosis, tam per eundem quam per antecessores suos; neconon,
 quasdam Literas Venerabilis Patris Domini Johannis, Dei gratia quondam
 Exoniensis Episcopi¹. Predecessoris nostri, Appropriacionem prefate Ecclesie
 de Modbury, cum suis juribus et pertinencie universis, Canonica porcione
 pro Vicario in eadem Ecclesia duuitaxat excepta, dictis Religiosis et eorum
 Monasterio, quantum ad ipsum pertinuit factas,—continentes, exhibit; ac
 testes, insuper, super hujusmodi allegacione et propositione sua produxit,
 quos per certos examinatores nostros fecimus, in forma juris juratos,
 examinari, et eorum dicta publicari. Quas, quidem, demum Literas et
 testium deposiciones per Commissarios nostros ad hoc specialiter deputatos,
 noticiam rei gerende in hac parte habentes pleniorum, fecimus cum dilig-
 encia et maturitate examinari. Verum, quia ex fideli examinacione et
 relacione eorundem Commissariorum nostrorum super hujusmodi exhibitis,
 productis, et dictis in hac parte, nobis facta, ac eciam ex diligentissimi ex-
 aminacione super premissis per nos facta, prefatos Viros Religiosos super

¹ Previously Precentor of Exeter and Subdean of Salisbury; Bishop of

A.D. Canonica assecucione et retencione prefate Ecclesie de Modbury sufficienter
 1331. munitos, ac eciam ipsos Religiosos viros prefataam Ecclesiam a tempore de
 Vol. II. cuius contrario memoria hominum non existit, bona fide et justo titulo,
 continue et pacifice possedisse, ipsosque ejusdem Ecclesie Canonicos
 possessores esse comperimus ad plenum; nos, de consilio et auxilio jurisperi-
 torum nobis assidencium, invocata Spiritus Sancti gracia, predictos Abbatem
 et Conventum super Canonica assecucione et retencione prefate Ecclesie de
 Modbury, ac ipsos Canonicos veros et justos ejusdem Ecclesie possessores,
 futuris temporibus sibi habende et possidente, esse; salvis nobis, et
 Successoribus nostris, in omnibus dignitate et jure Episcopali ac Archi-
 diaconali; necnon, porcione competenti pro Vicariis ibidem instituendis,
 per dictos Religiosos aut Priorem de Modbury presentem, seu alium ibidem
 Canonice substituendum, presentandis, assignata seu, si necesse fuerit,
 assignanda, in personam dicti Procuratoris eorundem Religiosorum coram
 nobis comparentis, sentencialiter et diffinitive pronunciamus et declaramus
 in hiis Scriptis.—Data in Palacio nostro Exoniensi, ultimo die Julii.

[fol. 32.] Exeter Cathedral; Master Richard de Coletone, Dean,—
 Licence of non-residence till Christmas next, “ut liberius votum Peregrina-
 cionis sue, in locis transmarinis per eum dispositis, absque scrupulo con-
 sciencie perficere valeat” (Exeter, 3 Aug.¹).

[fol. 32b.] Oratory; *Licencia celebrandi in Capella de Inneswerke*,—
 Item, sexto die Augusti, apud Clist, Dominus Ricardus de Campo Arnulphi,
 Miles, optinuit Licenciam faciendi Divina celebrari in Capella sua de
 Inneswerke², per Capellam unum idoneum, pro se, etc. Ita quod Parochiali
 Ecclesie de Macre, in cuius Parochia dicta Capella sita existit, ex hoc
 prejudicium aliquod minime generetur.

[fol. 18.] Exeter Cathedral; *Commissio ad examinandum Titulos, Jura, et
 Munimenta Decani et Capituli Ecclesie Exoniensis*,—
 Johannes, etc., Venerabilibus viris, Priori Sancti Nicholai Exonie, Magistris
 Johanni de Stoke, Canonico Ecclesie Glasneye, et Willemo de Crauthorne,
 Rectori Ecclesie de Northmoltone, Juris Canonici Professoribus, salutem in
 Auctore salutis.—Ad examinandum Titulos, Jura, et Munimenta, super
 Ecclesiis, Jurisdiccionibus, ac Pensionibus ad discretos viros, Dominos
 Decanum et Capitulum Ecclesie nostre Cathedralis Exonie pertinentibus,
 in Maneriis et Ecclesiis ipsorum et aliorum, infra nostram Diocesim consti-
 tutis; necnon, ad recipiendum testes et Instrumenta producenda super ipsis,
 et omnia alia faciendum que in premissis necessaria fuerint vel eciam opor-
 tuna; vobis, aut duobus vestrum, vices nostras committimus, cum coher-
 cionis Canonice potestate; finali Pronunciacione super premissis nobis
 specialiter reservata.—Data apud Clist, in Manorio nostro, sexto die Augusti,
 Anno, etc., *ut supra*.

[fol. 32b.] St. Mawgan-in-Pyder—Carnanton; *Licencia pro Capella de
 Cornantone*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Rectori Ecclesie de La Herne,³ salutem, etc.—Ea que
 sincere devotionis augmentum [respiciunt] pronis cupimus affectibus promo-
 vere. Ut, igitur, parochiani Capelle Beate Marie de Cornantone, a dicta Paro-
 chiali Ecclesia de La Herne dependentis, Missas et alia Divina Officia pro se
 in Capella ipsa licite facere valeant celebrari, et alia jura Ecclesiastica inibi
 recipere, prout, ante hanc nostram ultimam Visitacionem ibidem, sunt
 hactenus ab antiquo, ut asseritur, libere facere et recipere consueti;
 Licenciam eis concedimus per Presentes; dummodo dicte Parochiali
 Ecclesie per hoc in suis minime detrahatur proventibus; nec tibi, dicte

¹ iij Nonas [Augusti].

² hodie Inc eworth.

³ St. Mawgan-in-Pyder, alias Lan-
 herne (the Manor).

A.D. Ecclesie Rectori, aliquod prejudicium generetur.—Data apud Clist, viij die
1331. Augosti.

Vol. II.

[fol. 145.] Exeter Cathedral; *Mandatum ad recipiendum Magistrum W. de Exonia in Canonicum Ecclesie Exoniensis,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Decano, vel ejus locum tenenti, et Capitulo Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, etc.—Quum Magistrum Willelmum de Exonia admisisimus in Canonicum et in Fratrem dicte Ecclesie, juxta formam Literarum Apostolicarum super Provisione sibi facta de Canonicatu et Prebenda, cum Dignitate, in nostra Ecclesia prelibata, nobis a Sede Apostolica directarum; salvo jure opponendi, si et quando nobis expedire videbitur, contra ipsius Graciam, Processum, et personam; vobis mandamus quatinus et vos ipsum, vel Procuratorem suum pro eo, admittatis modo simili in vestrum Concanonicum et Confratrem; ea, eciam, ulterius exequentes que de jure et consuetudine dicte Ecclesie, quantum ad vos attinet, supererint exequenda.—Datum in Manerio nostro de Cliste, octavo die mensis Augusti, Anno Domini, etc.

[fol. 146.] Michaelstow (in Cornwall); *Mandatum contra distrahentes fructus Ecclesie de Michelstouwe, alias auctoritate Domini sequestratos,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Priori de la Ministre¹ et Domino Thome [de Sweyneseye], Rectori Ecclesie de Lanteglos², in Cornubia, nostre Diocesis, salutem, etc.—Ad nostrum recenter pervenit auditum quod Dominus Willelmus de Botriaux, Miles, et Senescallus Cornubie, a vetitis abstinere nesciens, fructus autumpnales ad Ecclesiam de Michelstouwe spectantes et dicte Ecclesie notorie debitos, certis et legitimis ex causis ad Jurisdiccionem Ecclesiastican spectantibus, auctoritate nostra, sequestratos, per se et suos substitutos ballivos, ausu sacrilego, scienter vendere et distrahere, ac distrahi facere, non formidat; in grande anime sue periculum, immunitatis Ecclesiastice lesionem, et aliorum exempli perniciem. Quocirca vobis, et vestrum cuilibet, in virtute Obedientie et sub Excommunicacionis Majoris Sentencie pena, quam, trina Monitione premissa, in vestrum quemlibet ferimus in hiis Scriptis, nisi feceritis quod mandamus³, vobis committimus, districcius injungentes quatinus moneatis legitime et efficaciter inducatis dictum Dominum Willelmum quod ab hujusmodi temeritatis audacia totaliter abstineat; et, si quos fructus dicte Ecclesie vendiderit, distraxerit, vendi seu distrahi fecerit, per se vel alium, infra tres dies a tempore Monitionis sibi facte ad statum et locum debitum revocet et reducat. Alioquin ipsum ad id per quascumque Censuras Ecclesiasticas, de diebus in dies, Canonice compellatis. Et, nichilominus, tam eundem Dominum Willelmum, quam quoscumque alios quos forsitan repereritis dictorum fructuum distractores, citatis, seu citari faciat, peremptorie, quod compareant coram nobis, vel nostris in hac parte Commissariis, uno vel pluribus, die Lune proximo post instans Festum Sancti Bartholomei, Apostoli [26 Aug.], ubicumque, etc., quibusdam Articulis, hujusmodi Sequestri et immunitatis Ecclesiastice violacionem animarumque suarum correccionem tangentibus, sibi ex nostro Officio, communiter et divisim, obiciendis, responsuri, et personaliter juraturi, ulteriusque facturi et recepturi quod justicia suadebit. Terminum, vero, peremptorium et personalem comparicionem hujusmodi, eciam hoc feriarum tempore non obstante, cum animarum suarum saluti expediat et negotii qualitas id suadeat, sic duximus statuendum. De die, vero, receptionis Presencium etc.—Datum in Manerio nostro de Cliste, ix^o die Augusti.

¹ William Bouges.

³ Mandamus, MS.

² Lanteglos-by-Camelford.

- A.D. St. Ives (Cornwall); *Licencia pro Capella de Porthy*,—
 1331. Item, ix die Augusti, apud Clist, parochiani Capelle de Porthy, a Parochiali
 Vol. II. Ecclesia de Lananta,¹ in Cornubia, dependentis, optinuerunt Licenciam
 [fol.] faciendi celebrari in eadem Capella, dummodo Parochiali Ecclesie in suis
 32b.] minime detrahatur proventibus, nec Rectori Parochialis Ecclesie prejudici-
 um aliquod generetur.
- [fol.] Dolton; *Licencia recipiendi Ecclesiam de Duetone ad firmam*,—
 32b.] Item, xj die Augusti, Magister Thomas de Brauntone, clericus, optinuit
 Licenciam recipiendi Ecclesiam de Duetone ad firmam de Domino Rogero
 Mau, Rectore ejusdem Ecclesie, per triennium; et idem Rector eam sic
 dimittendi.
- [fol.] *Dimissorie*,—
 32b.] Randolph le Moygne, clerk, "ad omnes Minores Ordines quos nondum est
 assecutus, et ad omnes Sacros Ordines" (Clyst, 16 Aug.).
- [fol.] Drewsteignton [Teyngtone Dreu, MS.]; Master Nicholas de
 32b.] Middeltone, deacon, R.,—
Dispensation: non-residence for a year from Michaelmas next, to study
 ("apud Petrisheghe," 22 Aug.²).
- [fol.] Gidleigh [Gyddelcge, MS.]; Master Roger de Modbury, deacon,
 32b.] R.,—
Dispensation: non-residence for a year from Michaelmas next, to study
 (Clyst, 29 Aug³).
- [fol.] Doddiscombsleigh [Dodescombesleghe, MS.]; Sir Robert Taunt-
 32b.] defer, deacon, R.,—
Dispensation: non-residence for a year, to study (Crediton, 1 Sept.).
- [fol.] St. Mawgan-in-Pyder [Sancti Maugani de la Herne, MS.]; Sir
 32b.] Alexander [de Avene], priest, R.,—
Dispensation: non-residence for a year, to study (Crediton, 2 Sept.).
- [fol.] *Dimissorie*,—
 32b.] Brother John de Bolahulle, deacon, of St. John's Hospital, Exeter, "ad
 Ordinem Presbiteratus" (Crediton, 5 Sept.).
- [fol.] St. Pinnock [Sancti Pynnoci, in Cornubia, MS.]; Sir Serlo de
 32b.] Penfran, subdeacon, R.,—
Dispensation: non-residence for a year, to study (same date).
- [fol.] *Dimissorie*,—
 32b.] Thomas Megre, accolite, "ad Ordinem Subdiaconatus; ad titulum Presenta-
 cionis Willelmi Ferers, Patroni Ecclesie de Thorlestone, penes Registrum
 Domini residentem" (Crediton, 6 Sept.).
- [fol.] Roseash [Esse Raufe, MS.]; Sir Oliver [de Esse], priest, R.,—
 32b.] Licence of non-residence for a year, to study (same date).
- fol. Berlinch Priory,—
 146. Johannes, etc., karissimo nobis in Christo, Venerabili et Religioso viro, Thome
 de Heauntone, Canonico Professo Prioratus de Berliz, Ordinis Sancti
 Augustini, Bathoniensis et Wellensis Diocesis, salutem, cum benedictione
 et gracia Salvatoris.—De vestris fidelitate et industria, quas probavimus
 per multa indicia, plenam in Domino fiduciam optinentes, ad audiendum
 raciocinium super execucionem Testamenti, sive Ultimae Voluntatis, quod, post

¹ St. Uny-Lelant.² xj Kalendas Septembbris.³ iiiij^{to} Kalendas Septembbris.

A.D. ingressum vestrum dicti Ordinis et Religionis, et ante Professionem vestram
 1331. in ipso Ordine, condidistis, ab Executoribus in eodem Testamento nomi-
 Vol. II. natis, et illud fine debito terminandum, cum potestate Executores eosdem
 ab ulteriori calculo absolvendi, et eisdem acquietancias et dimissiones
 plenarias inde, si vobis expediens videbitur, facierdi, eujuslibetque coher-
 cionis Canonice, tenore Presencium, committimus vicis nostras.— Data
 Criditonie, vj die Septembbris, Anno, etc.

Illegitimacy,—

Dispensacio super defectu natalium Walteri Dewy [clericu],—“ de soluto genitus
 et soluta ” (Crediton, 6 Sept.).

[fol.
 32b.] St. Ludgvan [Ludevon, MS.]; Master Robert Luke¹, priest, R.—
 Licence of non-residence for a year, to study : “ et solvet Fabrice Ecclesie
 Exoniensis j marcam, citra Festum Omnim Sanctorum ” (Crediton, 7
 Sept.).

[fol.
 32b.] St. Endellion; *Licencia celebrandi Divina in Capella Sancte
 Electe,*—

Item, vij die Septembbris, ibidem, Dominus Radulphus Bloyo (*sic*), Miles,
 optinuit Licenciam faciendi celebrari Divina in Capella Sancte Electe, infra
 fines et limites Parochie Sancte Endeliente situata, per Dominum Ricardum
 de Ponte, presbiterum, de expresso consensu Magistri Ricardi de Carburra,
 dicte Ecclesie Rectoris ; dummodo nullum per hoc Domino, nec Succes-
 soribus suis, Exoniensibus Episcopis, prejudicium generetur.

[fol.
 33.] Warleggan [Worlegan, MS.]; Master Ralph de Tremur, clerk, R.—
Dispensation : non-residence for a year from Michaelmas next, to study ;
 “ ita quod, receptis ab eodem Accolitatus et Subdiaconatus Ordinibus infra
 annum a tempore commissi sibi regiminis dicte Ecclesie, ad suscepctionem
 Ordinum Superiorum, vel ad residendum in predicta Ecclesia sua, interim
 minime teneatur ” (Crediton, 8 Sept.). Letters-Dimissory were granted to
 him on the same day.

[fol.
 33.] *Dimissorie*,---

John de Tregollas, accolite, “ ad omnes Sacros Ordines ; ad titulum Presen-
 tacionis Willelmi Halap, de Lammoren, Patroni Ecclesie de Lammoren,
 penes Registrum Domini residentem (Crediton, 9 Sept.).

[fol.
 33.] St. Budock and St. Gluvias [Sanctorum Budoci et Gluviaci, MS.],
 Sir Stephen [de Reswalstes], V.—

Dispensation : non-residence from Michaelmas till the Feast of the Purification
 B. V. M. [2 Feb.], “ causa Peregrinacionis, et pro quibusdam tuis negotiis
 in Curia Romana, ut asseris, promovendis ; dummodo Cure tibi commis-
 facias in tua absencia per Capellanos idoneos congrue deserviri, et Procura-
 torem idoneum, etc.” (Crediton, 9 Sept.).

[fol.
 146.] Illegitimacy,—

Dispensacio Johannis Burghe, [clericu], de Bideforde, super defectu natalium,—
 “ de soluto genitus et soluta ” (Crediton, 10 Sept.).

¹ He gave great trouble to the Bishop, and occasion of scandal in his neighbourhood, by his continuous demands for Licence of non-residence (*see page 292, Letter 248*).—I take this opportunity of supplying an omitted footnote to the Entry of a Licence granted to his predecessor, Sir Symon de

Tyrelton (*see page 340*), “ precibus Nobilis Viri, Domini Willelmi, Comitis Vltone,” in 1328. William de Burghe, Earl of Ulster, succeeded his grandfather, Richard de Burghe, in 1326, and was knighted, in London, 22 May, 1328. He was slain near Carrickfergus, 6 June, 1333.

- A.D. St. Ewe (Cornwall) ; Sir Thomas Bray, subdeacon, R. (fol. 33),—
 1331. *Dispensation* : non-residence for a year, to study (Crediton, 10 Sept.).
 Vol.
 II. Illegitimacy,—
 fol. 146. *Dispensacio Johannis Visac, [de Lancastone, clericu], super defectu natalium,—*
 “ de subdiacono genitus et soluta ” (Crediton, 11 Sept.).
- [fol. 33.] *Dimissorie*,—
 —Walter called le ȝunge, subdeacon, Perpetual Vicar of the Collegiate Church of Crediton, “ ad Ordines Diaconatus et Presbiteratus ” (Crediton, 12 Sept.).
 —William Wandry, deacon, “ ad Ordinem Presbiteratus ; ad titulum Presentacionis Domini Otonis de Bodrigan, Militis, penes Registrum Domini residentem ” (same date).
- [fol. 33.] Exbourne [Ecclesia Beate Marie de Hekesbourne, MS.] ; Sir Thomas Poddynge, priest, R.,—
 Licence of non-residence for a year (Exeter, 13 Sept.).
- [fol. 33.] Totnes Priory ; *Dimissorie*,—
 Simon de Liftone, subdeacon, “ ad omnes Superiores Ordines ; ad titulum Gracie quam a Sede Apostolica, in forma communi, impetrasse dinoscitur de Beneficio Ecclesiastico, cum cura vel sine cura, spectante communiter vel divisim ad Collacionem vel Presentacionem Religiosorum Virorum, Prioris et Conventus Monasterii Tottonie, in Civitate vel Diocesi Exonie [vacante] vel vacaturo ” (same date).
- [fol. 33.] Oratory ; *Licencia pro Oratorio de Clyvedone*,—
 Item, eisdem die et loco, Johannes Fraunceis optinuit Licenciam faciendi Divina celebrari in Oratorio suo de Clyvedone,¹ in Parochia de Aulescombe, a data presenti per annum, etc. ; in forma communi.
- [fol. 33.] Oratories ; *Licencia pro Oratoriis de Devesheghes et Borcombe*,—
 Item, eisdem die et loco, Robertus de Lieu optinuit Licenciam facere celebrari in Oratoriis suis de Devesheghes et Borcombe, per Capellanos idoneos, per biennium ; in forma communi. See page 589.
- [fol. 33.] Holsworthy [Haldesworthy, MS.] ; Sir John [Fitz Hughe], R.,—
 Licence of non-residence for a year (same date).
- [fol. 33.] Halwill [Halghewelle, MS.] ; Sir John [de Brendone], R.,—
 Licence of non-residence for a year (same date).
- [fol. 33.] *Dimissorie* [granted at Exeter, 13 Sept.],—
 —William Pomeray, subdeacon, “ ad titulum Presentacionis Galfridi Malerbe, Patroni Ecclesie de Fynetone [Feniton] ” ;
 —John de Parva Mortone, subdeacon, “ ad titulum Presentacionis Johannis de Mortone ” ;
 —Richard de Cliste, subdeacon, “ ad titulum Presentacionis Galfridi Taun-defer, Patroni Ecclesie de Cliste Beate Marie ” ;
 —John Burel, subdeacon, “ ad titulum Presentacionis Frioris et Conventus Sancti Germani,”—“ ad Ordinem Diaconatus ; quorum tituli remanent penes Registrum Domini.”
 —Richard de Atheryngtonge, deacon, “ ad titulum Presentacionis Domini Radulphi de Wylyngtonge ” ;
 —William de Knithestone, deacon, “ ad titulum Presentacionis Domini Henrici de Umfreveile, Militis ” ;

¹ Can this be Ivedon ? “ The Manor of Ivedon [in Awliscombe] belonged to a family of that name, whose co-

heiresses married Stanton, Membury, and Tracey.”—Lysons’ *Devon*, page 20.

A.D.—Richard Pariller, deacon, “ad titulum Presentacionis Oliveri de Wibbury, 1331. Patroni Ecclesie de Chageforde,”—“ad Ordinem Presbiteratus; et remanent tituli penes Registrum Domini.”

[fol. 33b.] *Dimissorie [at Exeter, 14 Sept.].—*

- Symon Medoke, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum Presentacionis Domini Johannis de Lercedekne, Militis.”
- John de Polhyneke, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; “ad titulum Presentacionis Prioris et Conventus Sancti Germani.”
- Nicholas de Chulmeleghe, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum Presentacionis Willelmi de Hamptesforde, Patroni Ecclesie de Crewecombe.”
- John de Kyngbeare, subdeacon, “ad Ordinem Diaconatus; ad titulum Presentacionis Willelmi de Coritone, Patroni Ecclesie ibidem.”
- John Syward, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum Presentacionis Domini Johannis de Ralegh, Militis.”
- William Crempa, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum Presentacionis Domine Alicie de Moeles.”
- John Aunger, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum Presentacionis Willelmi de Harewelle, Patroni Ecclesie de Westbokelonde.”
- John de Langestone, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum Presentacionis Domini Rogeri le Jeu, Militis.”
- Thomas de Allaworthi, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum Presentacionis Johannis de Mortone, Patroni Ecclesie de Pottaforde [*West Putford*].”

[At Exeter, 15 Sept.].—

- John Gonnott, subdeacon, “ad Ordinem Diaconatus; ad titulum Presentacionis Domini Radulphi Bloyou, Militis.”
- Henry Broun, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum Presentacionis Roberti de Stockhay, Patroni Ecclesie de Tettebourne.”
- John le Graunt, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum Presentacionis Nicholai Giffarde, Patroni Ecclesie de Lannyvet.”
- John Noel, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum Presentacionis Prioris Montis Sancti Michaelis, in Cornubia.”
- John Gorda, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum Presentacionis Domini Ricardi de Hywiche, Militis.”
- John Lona, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum Presentacionis Johannis de Lieutrenchard, Patroni Ecclesie ibidem.”
- William de Panistone, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum Presentacionis Johannis Cola, Patroni Ecclesie de Huttenisleghe” [*Hillisleigh*].
- Peter Maryn, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum Presentacionis Johannis de Arundel.”
- John Mey, subdeacon, “ad Ordinem Diaconatus; ad titulum Presentacionis Johannis Daumarle.”
- Thomas de Kelwistoke, subdeacon, “ad Ordinem Diaconatus; ad titulum Presentacionis Roberti Mulys, Patroni Ecclesie de Northulle.”
- Guy de Haukerigge, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum Presentacionis Walteri Gambo, de Morastone, Patroni Ecclesie de Boneleghe [*Bondleigh*].”
- Benedict Stur, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum Presentacionis Willelmi de Hoxham.”
- Thomas Trevelyn, subdeacon, “ad Ordinem Diaconatus; ad titulum Presentacionis Johannis Boyvile.”
- William Pictor, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum Presentacionis Radulphi de Esse.”
- Thomas de Duelonde, subdeacon, “ad Ordinem Diaconatus; ad titulum Presentacionis Alicie de Moeles.”

- A.D.—William Chape, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus ; ad titulum Presentacionis Johannis de Rame, Patroni Ecclesie ibidem.”
 1331.
- Vol. —Robert de Rowadone, accolite, “ad omnes Sacros Ordines ; ad titulum Presentacionis Domini Baldewini Flemynge, Militis.”
- II. —Martin Brigge, subdeacon, “ad Ordinem Diaconatus ; ad titulum Presentacionis Ricardi Sergeaux,”—
- Ut a quocumque Episcopo, etc., Cantuariensis Provincie, etc. ; quorum tituli remanent penes Registrum Domini.
- [fol.] Tiverton ; Sir John de Tikhulle, priest, Porcioner,—
 33b.] *Dispensation* : non-residence for a year, “causa insistendi obsequiis Nobilis Viri, Domini Hugonis de Courtenay, senioris” (Exeter, 15 Sept.).
- [fol.] Black Torrington [Blaketoritone, MS.] ; Sir William, priest, R.,—
 33b.] *Dispensation* : non-residence for a year from Michaelmas (same date).
- [fol.] Lamorran [Lammoren, MS.] ; Sir John de Croudecote, priest, R.,—
 33b.] *Dispensation* : non-residence for a year, “causa insistendi obsequiis Ricardi de Brayleghe, Subdecani Ecclesie Exoniensis” (same date).
- [fol.] Bigbury [Bykebury, MS.] ; Sir Ralph Prideaux, priest, R.,—
 33b.] *Dispensation* : non-residence for a year from Michaelmas, to study (Exeter, 16 Sept.).
- [fol.] *Dimissorie* [at Clyst, 16 Sept.],—
 33b.] —Walter de Biliforde, subdeacon, “ad Ordinem Diaconatus ; ad titulum Presentacionis Domini David de la Beare, Militis.”
- William Cornwaille, subdeacon, “ad Ordinem Diaconatus ; ad titulum Presentacionis Domini Radulphi de Esse, Militis.”
- William de Rassheleghe, subdeacon, “ad Ordinem Diaconatus ; ad titulum Presentacionis Willelmi de Hampesforde, Patroni Ecclesie de Crewecombe.”
- Henry de la Bourne, subdeacon, “ad Ordinem Diaconatus ; ad titulum Presentacionis Johannis Deneys.”
- Adam Reynald, “de Loo, diaconus, ad Ordinem Presbiteratus ; ad titulum Presentacionis Domini Otonis de Bodrigan, Militis.”
- John Were, subdeacon, “ad Ordinem Diaconatus ; ad titulum Presentacionis Agnetis de Teynegras,—quorum tituli remanent penes Registrum Domini.”
- [fol.] North Lew [Northlieu, MS.] ; Master Richard de Wynscote,
 33b.] priest, R.,—
Dispensation : non-residence for a year from Michaelmas (Clyst, 17 Sept.).
- [fol.] *Dimissorie* [same date],—
 33b.] —Walter de Blakedone, “ad titulum Presentacionis Johannis Deneys.”
- John Stiephne, “ad titulum Presentacionis Johannis Daumarle.”
- John Brentyn, “ad titulum Presentacionis Johannis de Arundelle,”—“subdiaconi, obtinuerunt Dimissorias ad Ordinem Presbiteratus. Et remanent tituli penes Registrum Domini.”
- [fol.] Bridford [Briderforde, MS.] ; Sir Walter de Lappeforde,¹ R.,—
 34.] *Dispensation* : non-residence for a year from Michaelmas (same date).
- [fol.] Camborne [Cambron, MS.] ; Master William Bloyou, R.,—
 34.] *Dispensation* : non-residence for a year from Michaelmas (same date).
- [fol.] Northmolton ; Master William de Crauthorne, R.,—
 34.] *Dispensation* : non-residence for a year from Michaelmas ; “et dimissa fuit sibi culpa et pena, quam contraxit ab eodem Festo Sancti Michaelis proximo decurso circa non residendo in dicta Ecclesia, vel eciam contrahere contigerit ; usque ad proximum idem Festum” (same date).

¹ Sic MS.—His name was Lappefloode.

A.D. St. Columb-Major ; Sir Ralph de Arundel, R. (fol. 34),—
 1331. *Dispensation* : non-residence for a year from Michaelmas (same date).

Vol. II. St. Mabyn ; *Dimissorie*,—
 [fol. —Sir William Glyyyon, subdeacon, R., “ad Ordinem Diaconatus”¹ (same
 34.] date).

[fol. 18b.] Minster Priory ; *Commissio ad audiendum calculum seu raciocinii
 Prioris de la Minstre, Coadjutoris Prioris de Tywardraithe*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Magistro Henrico Bloyou, in Ecclesia nostra Exoniensi Canonico ; necnon, Dominis Ricardo de Gomersale et David Anseline, Ecclesiarum de Dydesham et Tettebourne, nostre Diocesis, Rectoribus, salutem, etc.—De vestris industriis et conscientie puritate plurimum confidentes, ad audiendum calculum seu raciocinia Fratris Willehni Beauges, Prioris de la Ministre, Coadjutoris Fratri Philippo, Priori Prioratus de Tywardraithe, dicte Dyocesis, per nos nuper legitime deputati, super administracione ejusdem in bonis dicti Prioratus hactenus habita, ipsumque ab onere hujusmodi, si et prout expediens obis visum fuerit, absolendum ; ac personas alias idoneas, uiam vel plures, loco sui deputandum ; ceteraque omnia alia et singula faciendum que circa premissa et ea quomodolibet contingencia, ad honorem Dei et Religionis augmentum, ac utilitatem dicti Prioratus et Religiosorum degencium in eodem requiruntur ; super quibus vestras oneramus conscientias ; vobis committimus, et duobus vestrum divisim vices nostras committimus, cum cujuslibet cohercionis Canonice, et quod in hac parte decreveritis exequendi, potestate. Quod si non omnes hiis exequendis interfueritis, duo vestrum in hujusmodi negocio procedere non omittant, tercii non expectata presencia vel absencia excusata. Qualiter, autem, presens negocium fueritis executi, nos, cicius quo comode poteritis, per vestras patentes Literas, harum seriem contineutes, reddere curetis cerciores.—Data apud Cliste, xvij die Septembbris.

[fol. 18b.] St. Probus ; *Commissio ad recipiendum Resignacionem Porcionis
 [Johannis de] Fordham, in Ecclesia Sancti Probi*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Ricardo de Wydeslade, Thesaurario Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, etc.—De vestre circumspeditionis industria et fidelitate plurimum confidentes, ad recipiendum Resignacionem Porcionis quam Dominus Johannes de Fordham optinet in Ecclesia Sancti Probi, in Cornubia, nostrorum Patronatus et Diocesis, ipsamque Porcionem, cum per Resignacionem hujusmodi eam vacare contigerit, Domino Willelmo Vealde, presbitero, conferendum, ipsumque Dominum Willelmum Canonice instituendum in eadem, ac in corporalem possessionem ejusdem, cum suis juribus et pertinenciis universis, inducendum, seu induci faciendum ; vobis vices nostras committimus, cum cujuscumque cohercionis Canonice potestate.—Data apud Cliste, xvij die Septembbris.

[fol. 18b.] Prisoners ; *Commissio ad recipiendum Purgaciones clericorum
 infrascriptorum, incarcatorum*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Subdecano, et Magistris Thome de Nassingtone ac Henrico Bloyou, Ecclesie nostre Exoniensis Canonicis, salutem, etc.—In negociis Purgaciouum Roberti Bray, Radulphi de Trewervon, Thome Noel, Stephani de Penlen, Thome de Lamettyn, Rogeri de Bury, Willelmi de Bodkynnon, Willelmi de Holawelle, Rogeri Veel, Thome de Trebethou, Roberti Malekyn, Johannis Gade, Johannis filii Willelmi Beaupre, et Johannis Larcher, junioris, clericorum, nostre Diocesis ; quorum nonnullis homicidia certa, et eorum quibusdam latrocinia manifesta, ad procuracionem emulorum, ut dicitur, odii causa, sunt imposita ; et propter que

¹ Ordained deacon by the Bishop of Winchester, in the Parish-Church of Farnham, 18 April, 1332 (*Reg. Stratforde*, fol. 156).—F.J.B.

A.D. iidem clericci, criminaliter indictati existentes, capti extiterant, et carceri
 1331. Castri Lancastorie mancipati; ac, demum, occasione inquestarum seu
 Vol. II. depositionum laicorum, per Justiciarios Domini Regis, ad carcerem hujus-
 modi liberandum deputatis, eciam condempnati; per proteccionem Privi-
 legii Clericalis, juxta Ecclesiasticam libertatem et Regni Anglie consue-
 tudinem, nobis fueraut et nostro carcere liberati; ad admittendum eorum
 Purgacionem hujusmodi, juxta formam Literarum nostrarum proclama-
 tionis, dictis Clericis ad se purgandum super premissis pridem per nos
 concessarum, et alias, prout est in talibus fieri consuetum; necnon,
 eosdem clericos, si liqueat fieri posse de jure, a nostro carcere liberandum;
 et omnia alia et singula faciendum et expediendum que in premissis et circa
 ea requiruntur, de consuetudine vel de jure; super quibus omnibus et
 singulis vestras conscientias onerainus; vobis, de quorum fide et industria
 plurimum confidimus, vices nostras committimus, cum cuiuslibet coher-
 cionis Canonice potestate. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis
 interesse, vos, Magister Henrice, tertii college hujusmodi nou expectata
 presencia, ea exequamini, juxta prudenciam vobis et sibi a Deo datam.
 In quorum testimonium sigillum nostrum hiis apposuimus.—Data apud
 Forde, xvij die mensis Septembris.

[fol.] Confessions; *Commissio ad audiendum Confessiones subditorum*
 18b.] *Domini in Cornubia,*—

Johannes, etc., dilecto filio, Fratri Alfredo de Drefe, de Sancto Sancredo, de
 Conventu Fratrum Minorum Bodminie, in Cornubia, salutem, etc.—De
 tue conscientie puritate et circumspectionis industria plurimum confidentes,
 ad audiendum Confessiones quorumcumque parochianorum nostrorum
 Archidiaconatus Cornubiensis, peccata sua tibi confiteri volencium, et pro
 peccatis et culpis suis hujusmodi Penitencias salutares injungendum; ac,
 eciam, ad absolvendum confessos, tibi, in ydiomate dictarum Parcium
 experto, preterquam in casibus nobis specialiter reservatis; necnon, eorum
 qui occasione fraccionis Parcorum nostrorum, per mortem Walteri ultimi
 et Jacobi, Predecessorum nostrorum, Episcoporum Exoniensium, Sede
 Exoniensi vacante, seu eciam a morte eorum Sede plena, Majoris Excom-
 municacionis Sentencias incurrerunt; committimus per Presentes, ad
 nostrum beneplacitum duraturas.—Data apud Wydeworthi, xvij die
 mensis Septembris, Anno, etc., *ut supra*.

[fol.] *Dimissorie pro clericis infrascriptis concesse,*—

34.] Item, xvij die Septembris, apud Wideworthi,—

- John Beaufilz, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum Presen-
 tacionis Abbatis et Conventus de Donkeswelle”;
- John de Coladoune, subdeacon, “ad Ordinem Diaconatus; ad titulum Pre-
 sentacionis Roberti de Bromforde, Patroni Ecclesie de Jacobstoue (*sic*)
 [Devon]”;
- Galfrid de Cliste, subdeacon, “ad Ordinem Diaconatus; ad titulum Pre-
 sentacionis Prioris et Conventus Barnastapolie;”
- John de Drengofbyan, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum
 Presentacionis Domini Willelmi Bassett, Militis,—optinuerunt Dimissorias
 ut a quocumque, etc. Et remanent eorum tituli penes Registrum Domini.

[fol.] Combe-in-Tcignhead; Sir Reginald de Clifford, R.,—

34.] *Dispensation:* non-residence for a year (same date).

[fol.] Broadwoodwidger [Brodwodewiger, MS.]; Sir William Kaignes,
 34.] R.,—

Dispensation: non-residence for a year (same date).

[fol.] Lesnewth [Lisnewithe, MS.]; Sir John Cooke, R.,—

34.] *Dispensation:* non-residence for a year from Michaelmas next (Axminster,
 same date).

A.D. *Dimissorie,—*

[1331.] —Hugh de la Pitte, subdeacon, “ad Ordinem Diaconatus ; ad titulum Presentacionis Magistri Ricardi de Coletone, Decani Ecclesie Cathedralis Exonie, penes Registrum Domini residentem” (Forde Abbey, 18 Sept.).

[34.] Minster Priory [la Ministre, MS.] ; Brother William Beauges, Prior,—

[34.] *Dispensation* : non-residence till Christmas (same date).

[fol.] *Dimissorie pro Monachis Monasterii de Forde concessae,—*

[34.] Brothers John de Wyteney, “Primam habens Tonsuram, ad Ordinem Accolitus” ;

Robert de Crukehurne,	}	“subdiaconi, ad Ordinem Diaconatus ;”
John de Were,		
John de Preston,		
John de Shefbury,		

Thomas de Welles,	}	“diaconi, ad Ordinem Presbiteratus ;”
Adam de Bouwode,		
Robert de Crukehurne,		

—“Monachi Monasterii de Forde Professi, presentati per Conventum, Abbatे tunc absente, etc.” (same date).

[fol.] Roborough [Roweburghe, MS.] ; Master Henry de Walle, priest, R.,—

Dispensation : non-residence for a year, to study (Salisbury, 21 Sept.).

[19.] Exchanges of Benefices ; *Commissio Episcopi Londoniensis ad examinandum causas Permutacionis Beneficiorum Ecclesiasticorum in Diocesi sua,—*

Venerabili in Christo Patri et Domino, Domino Johanni, Dei gracia Exoniensi Episcopo, Stephanus, permissione Ejusdem Londonieus Episcopus, salutem, et sincere dilectionis continuum incrementum.—Fusis ex parte vestra nobis precibus favorabiliter inclinati, ut, in loco quocumque congruo et honesto, nostre Diocesis, causas Permutacionis quoruincumque clericorum Beneficiorum vestre Diocesis Exoniensis, Beneficia sua Ecclesiastica adinvicem permuttere volencium, licite examinare valeatis, causasque hujusmodi si liqueat fieri posse alias approbare et pronunciare Canonicas ; vobis, tenore Presencium, Licenciam concedimus et liberam facultatem. In ejus rei testimonium sigillum nostrum Presentibus est appensum.—Data Londoniis, secundo die mensis Octobris, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} tricesimo primo, et Consecrationis nostre [terciodecimo].¹

[fol.] St. Ruan-Lanyhorne [Larihorne, MS.] ; Master Walter Botriaux, subdeacon, R.,—

Dispensation : non-residence for a year, to study (London, 3 Oct.).

Dimissorie,—

—Rd. de Estwogewelle, literate, “ad Primam Tonsuram Clericalem et ad omnes alios superiores Ordines ; dum, tamen, titulum sufficientem Ordinatori suo exhibeat, et aliud Canonicum sibi non obsistat” (London, 4 Oct.).

[fol.] Menhenyot [Mahiniet, MS.] ; Master Roger [de Tregodake], R.,—

Dispensation : non-residence for a year from All Saints' Day, to study (London, 5 Oct.).

¹ This Commission was duly delivered to our Bishop, for it was entered in his Register. But it was struck out with a pen, and somewhat roughly. Probably, he objected to its terms,

which are general ; whereas such Commissions were, as a rule, only granted as occasion arose, and names of persons and places were specified.

- A.D. Churchstanton [Chiristauntone, MS.] ; Nicholas Wanney, priest,
 1331. R. (fol. 34),—
 II. *Dispensation*: non-residence for a year to study (same date).
- [fol. Uffculme [Ufcolm, MS.] ; Master William de Luttingtone, R.,—
 34b.] *Dispensation*: non-residence for a year (same date).
- [fol. Southleigh ; Sir Philip de Norwico, priest, R.,—
 34b.] *Dispensation*: non-residence for a year, “causa insistendi obsequiis Domini Regis in Scaccario suo” (London, 6 Oct.).
- [fol. Dimissorie,—
 34b.] —Andrew atte Watere, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum Presentacionis Hugonis de Coleforde, Patroni Ecclesie de Hereford [Harford], penes Registrum Domini residentem” (same date).
 --Walter le ȝonge, deacon, Perpetual Vicar in the Collegiate Church of Crediton, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum Vicarie sue predicte” (London, 8 Oct.).
- [fol. Morehard-Bishop ; Master Walter de Setone, priest (Canon of Lincoln and of Crediton), R.,—
 34b.] *Dispensation*: non-residence for two years to study, “et alibi, tam in Regno Anglie quam extra, ubi Universitas, etc., moram faciendi” (same date).
- [fol. Tawstock [Taustoke, MS.] ; Sir Thomas de Hegham, priest, R.,—
 34b.] *Dispensation*: non-residence for a year, to study at Oxford, or elsewhere in England, etc. (London, 9 Oct.).
- [fol. St. Ruan-Major [Saneti Rumoni Magni, MS.] ; Sir Ralph de Bikefold, subdeacon, R.,—
 34b.] *Dispensation*: non-residence for a year, to study (same date).
- [fol. Lanivet [Lannyvet, MS.] ; Sir John Giffard, R.,—
 34b.] *Dispensation*: in the same terms as the above (same date).
- [fol. Bradstone ; Sir Roger de Plymptone, priest, R.,—
 34b.] *Dispensation*: in the same terms (London, 12 Oct.).
- [fol. Umberleigh ; *Licencia pro Capella de Umbreleghe*,—
 34b.] Item, eisdem die et loco, Dominus Johannes de Wilyngtöne. Miles, optimuit Licenciam faciendi celebrari Divina in Oratorio suo de Umbreleghe, per biennium ; in forma communi.
- [fol. Oratory ; *Pro Capella de Bray [in Morval, Cornwall ?]*,—
 34b.] Item, eisdem die et loco, Matheus de Crauthorne optimuit Licenciam faciendi celebrari Divina in Oratorio suo de Bray, ad beneplacitum.
- [fol. Puddington [Potyngtöne, MS.] ; Sir Thos. de Potyngtöne, R.,—
 34b.] *Dispensation* : non-residence (no term mentioned), “propter exilitatem Ecclesie sue predicte, et ad insistendum obsequiis Mathei de Crauthorne, Vicecomitis Devonie” (same date).
- [fol. Consistory Court ; *Commissione Officiali Consistorii Exoniensis*,—
 19.] Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Willelmo de Crouthorne, Officiali nostro, salutem, graciam, et benediccionem.—De vestra fidelitate et industria plenam fiduciam optinentes, ad inquirendum, corrigendum, et puniendum nostrorum quorumcumque excessus subditorum, eciam si inde amocio ab Administracione, Officio, seu Beneficio sequi posset, vobis vices nostras

A.D. committimus, cum cuiuslibet coercionis Canonice potestate ; non inten-
 1331. dentes, tamen, per premissa Commissiones quascumque aliis nostris in hac
 Vol. II. parte Commissariis per nos hactenus factas revocare, nec alias eis
 prejudicare quovismodo. In cuius rei testimonium, etc.—Data Londoniis,
 viiiij die mensis Octobris, Anno predicto.

[fol.] Culmstock ; *Commissio ad deputandum Vicario de Columpstock Coadjutorem,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro H. Bloyou, Canonico Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, etc.—De vestre fidelitatis et circumspeditionis industria ad plenum confidentes, ad deputandum dilecto filio, Domino Rogero [de Halbertone], Perpetuo Vicario Ecclesie de Colmstoke, nostre Diocesis, Curatorem idoneum, si ipsum egere videritis Curatore ; contradictoresque et rebelles quoscumque vobis in premissis, vel circa ea, forsitan non parentes, vel rem illicitam quomodolibet hactenus attemptantes, debite compensendum et puniendum ; vobis vices nostras committimus, cum cuiuslibet coercionis Canonice potestate. In cuius rei testimonium, etc.—Data Londoniis, xiiij die mensis Octobris, A.D. M° CCC^{mo} tricesimo primo, et Consecrationis nostre quarto.

[fol.] Lifton ; Sir Robert de Hilpestone, R.—

[34b.] *Dispensation* : non-residence “a Festo Sancti [Michaelis, probably ; but the word is omitted] proximo elapso, per annum ; ita quod Ecclesiam suam predictam ter vel quater interim visitare personaliter non omittat” (London, 16 Oct.).

[fol.] St. Ladoock [Sancte Ladoce, in Cornubia, MS.] ; Sir Ralph [de Goveley], priest, R.—

Dispensation : non-residence for a year, to study (same date).

[fol.] Monkokehampton ; Sir Walter [de Hildesle], R.—

[34b.] *Dispensation* : non-residence for a year, to study, “et interdum insistendi obsequiis Domini Johannis de Langeforde, Militis” (same date).

[fol.] Vicar-General ; *Commissio Vicarii Generalis,—*

[19.] Johannes, etc., dilectis filiis, Magistris Thome de Asteghe et Henrico Bloyou, Ecclesie nostre Exoniensis Canonici, salutem, etc.—Per indicia clara perceperimus vestrum unumquemque super hiis haberi vigilem que ad nostrum redundare poterant comodum et munimer. De vestris, igitur, vigilancia, fidelitate, et industria ad plenum confidentes, ad instituendum in Ecclesiis seu Capellis, et aliis Beneficiis Ecclesiasticis, nostre Civitatis et Diocesis, quasumque personas idoneas ad ea vobis, vice nostra, Canonice presentandas, nobisque hactenus presentatas, vestrum quemlibet per se et insolidum, ita quod alter alterum non expectet, Vicarium nostrum, nobis extra nostram Diocesim agentibus, preterquam in Permutacionum Beneficiorum Ecclesiasticorum hujusmodi quorumcumque casibus, deputamus Generalem. Necnon, ad omnia alia et singula generaliter faciendum et excereendum que ad Vicarii Generalis Episcopi quomodolibet spectant Officium, vobis, et vestrum cuiilibet, preterquam in hujusmodi casibus exceptatis, vices nostras plenarie committimus, cum cuiuslibet coercionis Canonice potestate. Injungentes, nichilominus, omnibus et singulis nostris subditis quatinus in premissis, et circa ea, vobis pareant et intendant, sicut nobis. In quorum testimonium sigillum nostrum fecimus hiis apponi.—Data Londoniis, xvij die Octobris, Anno, etc., et Consecrationis nostre quarto.

A.D. Registrum Venerabilis Patris et Domini, Domini Johannis,
 1331. Dei gratia Exoniensis Episcopi, inceptum Londoniis, die
 Veneris in Feste Sancti Luce, Evangeliste, videlicet
 xvij^o die mensis Octobris, Anno Domini M^{mo}. CCC^{mo}
 xxxj^{mo}, et Consecrationis ejusdem Patris quinto incipiente.

A.D. Little Petherick ; Commissio ad acceptandum Resignacionem de
 1331. Ecclesia de Nansfounteyn,—

Vol. II. Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Henrico Bloyou, Vicario nostro Generali,
 fol. 147. salutem, etc.—Ad acceptandum Resignacionem Domini Johannis de Rasne,
 Rectoris Ecclesie de Nansfounteyn, in Cornubia, nostri Patronatus et
 Diocesis, de eadem Ecclesia, cum idem Rector, ex causa Permutacionis
 licite cum alio Beneficio Ecclesiastico quocumque, nostre Diocesis vel
 aliena, vel alias simpliciter Resignacionem duxerit faciendam ; neenon,
 eandem Ecclesiam, cum ex causa Permutacionis, vel alias simpliciter
 vacare contigerit, Personae idonee conferendum, eandemque Personam
 instituendum in eadem, et in corporalem possessionem ejusdem inducen-
 dum ; vobis vices nostras committimus, cum cohercionis Canonice potestate.
 In eujus, etc.—Data Londoniis, xvij die Octobris. [There is another Copy
 of this Commission on fol. 19^b.]

[fol. 34b.] Ermington ; Sir Henry de Ichentone, R. of the Mediety of the
 Church,—

Dispensation : non-residence for a year, "causa insistendi obsequiis Domine
 Katerine de Mountagu" (London, 18 Oct.).

fol. 147. Episcopal Manors ; Commissio ad audiendum compotos ballivorum,
 prepositorum, etc., Episcopi Exoniensis,—

Item, xijij Kalendas Novembbris (19 Oct.), ibidem, Domini J. de Trowelle,
 R. de Gomersale, et David Anseline, assignati fuerunt ad audiendum
 compotos ballivorum, prepositorum, receptorum denariorum, et aliorum
 quorumcumque ministrorum Domini Exoniensis Episcopi in Comitatibus
 Devonie et Cornubie, secundum legem et consuetudinem Regni Anglie.—
 Item, eisdem die et loco, R. de Gomersale et W. Braybroke assignati
 fuerunt ad audiendum compotos, ut supra, in Comitatibus Suthamptonie,
 Surrie, et Middelsexe. [Also entered on fol. 19^b.]

St. Crantock : Commissio ad conferendum Decanatum Sancti
 Karentoci,

Venerabili et discreto viro, Domino Ichero de Concoreto, Canonico Sares-
 biriensi, Sedis Apostolice in Anglia Nuncio, Johannes, etc., salutem, cum
 benedictione et gracia Salvatoris.—Ad conferendum Decanatum Ecclesie
 Sancti Karentoci, nostrorum Patronatus et Diocesis, Personae idonee quam
 ad hoc duxeritis assumendam, cum Decanatum ipsum per Resignacionem
 puram et simplicem proximo vacare contigerit, hujusmodi Personam
 donatariam instituendum Canonice in eodem, ac [in] corporalem
 possessionem ejusdem induendum ; vobis, de cuius industria et consci-
 encie puritate plurimum confidimus, vices nostras committimus, cum
 cohercionis Canonice potestate. Proviso quod de tota serie per vos in
 premissis forsitan rei geste, nos, infra duorum mensium spaciun postquam
 ab hac nostra viacione versus Curiam Romanam reversi fuerimus, distincte
 certificare curetis per Literas vestras patentes, harum seriem continentes.
 —Data Londoniis, xx^o die Octobris. [Also entered on fol. 19.]

Inwardleigh ; Sir Walter Mewy, sub-deacon, R.,—

Dispensation : non-residence for a year, to study (London, 22 Oct.).

A.D. Sequestration ; *Commissio Sequestratoris Generalis in Diocesi Exoniensi,*—

Vol. II. Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Johanni de Nortone, Clerico nostro, salutem, etc.—De tua vigilancia, fidelitate, et industria plurimum confidentes, te in tota nostra Diocesi Sequestratorem nostrum deputamus Generalem, Commissionem quamcumque alias per nos factam Sequestratori nostro cuicunque revocates ; tibique, ex pleniori persone tue fiducia confidentes, ad administrandum per te, vel alium ad hoc ydoneum, bona subditorum nostrorum beneficiatorum ab intestato dedecencium, violatoribusque quosecumque Sequestrorum per te, auctoritate nostra, interpositorum Canonice puniendum, et a Sententiis quas, ea occasione, forsitan incurrerint, quatenus nobis est permisum a jure, absolvendum, ac de violatoribus hujusmodi debite inquirendum ; vices nostras committimus, cum potestate cohercionis Canonice. Proviso quod de gestis per te in Officio tuo hujusmodi nobis, vel Commissariis nostris, per Processus inde factos, scias cum requisitus fueris distincte reddere raciones.—Data Cantuarie, xxij die Octobris, Anno, etc., *ut supra.*

The Tenth ; *Commissio ad absolvendum incurrentes Sentencias Excommunicacionis Majoris, Suspensionis, et Interdicti, occasione Decime Quadriennalis suis terminis non solute,*—

Johannes, etc., Collector principalis Decime quadriennalis Clero Regni Anglie per Sedem Apostolicam novissime imposite, in nostra Civitate et Diocesi sub certa forma deputatus, dilecto filio, Magistro Ricardo de Wideslade, Thesaurario Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, etc., et Mandatis Apostolicis firmiter obedire.—Auctoritate Apostolica qua fungimur in hac parte, de qua vos supponimus indubitatem scienciam optinere, ad absolvendum a Sententiis Suspensionum et Majorum Excommunicacionum ac Interdicti quoscumque nostros subditos, si quas haec tenus incurrerint, vel deinceps incurtere forsitan contigerint, quod absit, occasione dicte Decime suis terminis non solute ; necnon, eisdem nostris subditis hujusmodi Sententiis innodatis, post eorum Absolucionem debitam, pro culpis suis hujusmodi Penitencias salutares injungendum, et eas, si opus fuerit, exequendum ; vobis, de enjus fidelitate et industria confidimus, vices nostras committimus, cum cuiuslibet cohercionis Canonice potestate, donec eas ad nos duxerimus revocandas. In enjus rei etc.—Data Cantuarie, xxij die mensis Octobris, Anno, etc. [Also entered on fol. 19^b.]

Dismissorie,—

—Ralph de Polscote, accolite, } { “ad Ordines Subdiaconatus et
—John de Fentmadil, accolite, } { Diaconatus” (Dover, 23 Oct.).

North Tawton, Sir Thomas Caignes, subdeacon, R.,—

Dispensation : non-residence for a year, to study (same date).

Ilsington [Ilstyngtone, MS.] ; Master Richard de Langacre, priest, R.,—

Dispensation : non-residence for a year (same date).

fol. 147b. Ashcombe [Asshecombe, MS.] ; Sir Philip de Nassington, priest, R.,—

Dispensation : non-residence for a year ; “et remissa fuit sibi culpa, si quam contraxit, occasione insufficientis residencie in eadem Ecclesia a tempore Institutionis sue,” etc. (same date).

Et sub tali data Dominus transtulit se ultra mare, de Dovorria, apud Whitsand, versus Curiam Romanam.

Item, iij die mensis Novembris, Parisius, Magister Willelmus

A.D.
1331. Beare, Rector Ecclesie de Brittestowe [*Bridestowe*], presbiter,
Vol. II. optinuit Licenciam studendi, tam in Regno Anglie quam extra,
per annum continuum, cum clausula *Proviso*, etc.

Item, in Vigilia Sancti Andree, Apostoli, videlicet penultimo die
mensis Novembris, venit Dominus Avinionem. Et xvij die
Decembris, ibidem, Johannes Hertham, clericus, optinuit secum
dispensari super defectu natalium, quem paciebatur de soluto
genitus et soluta; ut, eo non obstante defectu, possit ad omnes
Ordines promoveri, et Beneficium Ecclesiasticum, eciam si
euram habeat animarum, optinere, auctoritate Literarum
Apostolicarum Domino pro ipso directarum. Quo loco Dominus
optinuit Privilegia Papalia, que in quaterno infra per se
inseruntur.¹

Item, xvij die mensis Decembris, petita Licencia a Summo
Pontifice ac omnibus Cardinalibus et obtenta, ab Avinione
Dominus recessit. Et in crastino, videlicet xix die Decembris,
Thomas de Coliforde, clericus, optinuit Dimissorias ad recipi-
endum Ordinem Accolitatus a quocumque Episcopo Catholico,
etc.

A.D.
1331-2 Item, xxiiij die Januarii, Parisius, Magister Thomas Bray, Rector
Vol. II. Ecclesie Sancte Ewe, in Cornubia, subdiaconus, optinuit Licen-
ciam studendi, tam in Regno Anglie quam extra, a Festo
Sancti Michaelis proximo futuro per annum contiruum, in
forma Constitucionis *Cum ex eo*; cum clausula *Proviso*, etc.—
Memorandum de non hospitalitate.

Item, xxvj die mensis Januarii, apud Bellum Montem,² Belua-
censis Diocesis, Dominus contulit Domino Willelmo de Lounday,
presbitero, Ecclesiam de Nansfounteyn [*Little Petherick*], in
Cornubia, per liberam Resignacionem Domini Johannis de
Rasne, ultimi et immediati Rectoris ejusdem, vacantem, et ad
suam Collacionem pleno jure spectantem. Et, jurata Obedi-
encia, optinuit Literas Collacionis et Inducionis, in forma
communi.

Applicacio Domini Terre Anglie,—

Item, die Dominica proximo post Festum Purificacionis Beate
Virginis, Anno supradicto, Venerabilis Pater predictus, mare
remeando de Whitsande, apud Sandwiche applicuit se Terre
Anglie, in Diocesi Cantuariensi; videlicet, ix die mensis
Februarii.

Monkokehampton [Monekokhamptone, MS.]; Sir Walter [de
Hildesle], priest, R.,—

Dispensation: non-residence for the next four months, “causa visitandi
Beatum Jacobum in Gallicia,³ etc.” (London, 21 Feb.).

¹ See pp. 138, 140.—Note the word
infra; it is now, actually, *supra* as
Volumes I and II have been arranged
by the binders.

² Beaumont sur Oise, in the Diocese of
Beauvais.

³ Santiago de Compostela.

- A.D. Exbourne [Ekesbourne, MS.] ; Sir Thomas Poddynge, R.,—
 1331 -2. Licence of non-residence for a year (London, 24 Feb.).
 Vol. Pyworthy ; Sir Roger [de Bokhurst], R.,—
 II. *Dispensation* : non-residence for four months, “causa visitandi Beatum Jacobum in Gallicia” (London, 25 Feb.).

[fol. 149b.] Honiton ; *Licencia ad faciendum celebrari Divina in Capella Beati Thome de Honetone*,—

Item, Dominus Philippus de Pontyngdone, Rector Ecclesie de Honetone, optinuit Licenciam faciendi celebrari Divina in Capella Beati Thome de Honetone, per Capellatum idoneum, pro beneplacito Domini. Et optinuit inde Literas sub data Londoniis, penultimo die Februarii (28 Feb.).

[fol. 147b.] Notary Publick ; *Creacio Nicholai Aunger in Notarium Publicum*,—

Item, viij die mensis Marcii, Anno supradicto, in Capella Venerabilis Patris, Domini Johannis, Dei gratia Exoniensis Episcopi, in Hospicio suo Londoniensi situata, idem Pater creavit Nicholaum Aunger, de Ermington, clericum, Exoniensis Diocesis, in Notarium Publicum, auctoritate cuiusdam Privilegii sibi a Sede Apostolica super hoc indulti ; cujus tenor in quadam quaterno, inter alia sua Privilegia,¹ inseritur. Presentibus discretis viris, Magistro Willelmo de Nassington, Cathedralis Exoniensis, ac Dominis Ricardo de Gomersale, Collegiate Beati Thome, Martiris, Glasneye, Roberto de Flore, Collegiate Sancte Crucis, Criditonie, Ecclesiarum Canonicis, Willelmo de Wolveye et Willelmo de Londay, Ecclesiarum de Shokebroke et Nansfounteyn, Exoniensis Diocesis, Rectoribus, Galfrido de Cotes, Camerario dicti Patris, [et] Ricardo de la Haye, armigeris ; et aliis. Qui, quidem, Nicholaus, prestito per eum juramento, juxta formam in eodem Privilegio contentam, optinuit Literas, magno sigillo dicti Patris et signo Magistri David Alyam, Auctoritate Apostolica Notarii Publici, consignatas.

Archdeaconry of Exeter ; *Mandatum pro Visitacione Cleri et populi Archidiaconatus Exoniensis*,—

Item, viij die mensis Marcii, Londoniis, emanavit Mandatum Archidiacono Exonie, vel ejus Officiali, sub forma que sequitur verborum,—Johannes, etc.—Quia, juxta Officii nostri debitum, residuum Cleri et populi, tam nostre Peculiaris Jurisdictionis quam eciam Archidiaconatus Exoniensis, per nos cepti visitari, diebus et locis in cedula Presentibus annexa seriosius expressatis, Deo nostrum propositum adimplente, visitare intendimus, et ea debite corrigere et reformare que ibidem, tunc, invenerimus corrigenda seu reformanda ; vobis committimus et in virtute Obedience, firmiter injungendo, mandamus quatinus citetis, seu citari faciat, pereemptorie, omnes et singulos Ecclesiarum Rectores, Vicarios, Presbiteros Parochiales, ac alias Presbiteros in eisdem Divinae celebrantes, Clericos eciam singulos Beneficiarios earundem, Zenodochiorum Magistros, Fratres, et Conversos, ne non de qualibet Parochia tres vel quatuor viros fideligños, tam dicte

fol. 148. Peculiaris quam Archidiaconalis Jurisdictionis, quod compareant coram nobis, vel nostras vices in hac parte gerentibus, diebus et locis in eadem cedula contentis. cum continuacione et prorogacione dierum et locorum sequencium, super tunc inquirendis ab eisdem in negocio Visitacionis huiusmodi veritatem quam noverint personaliter deposituri : prefatique Rectores et ceteri Beneficiati Beneficiorum suorum titulos, et tam ipsi quam alii presbiteri supradicti Ordinum suorum, ne non presbiteri de aliena Diocesi oriundi eciam suarum conversationum Literas exhibit, seu alias de Ordinibus eorum et conversationibus, ut premititur, fidem legitime facturi, ulteriusque recepturi quod justum fuerit et

¹ See page 140.

A.D. consonum racioni. Citetis, eciam, peremptorie omnes et singulos in
 1331-2. dicto Archidiaconatu pluralitatem Beneficiorum cum cura animarum, seu
 Vol. II. alia Beneficia Ecclesiastica tanquam sibi appropriata optinentes; necnon,
 quoscumque alios Pensiones aliquas ab Ecclesiis, seu Porciones aut Decimas,
 infra limites alterius Parochie, contra ius commune, percipientes, aut
 Cantarias aliquas in Domibus suis vel Manerii habentes; quod eisdem
 diebus et locis in forma premissa compareant coram nobis, vel vices nostras
 in hac parte gerentibus, hujusmodi Dispensaciones suas, aut ius speciale
 vel factum, si quod habeant, quibus opitulantibus dictam pluralitatem
 Beneficiorum et alia Beneficia tanquam sibi appropriata obtineant,
 Pensiones et Decimas predictas percipient, prefatasque Cantarias possideant,
 pro termino peremptorio, proposituri et probaturi, facturi et recepturi
 quod justicia suadebit. Interdicentes vobis simpliciter cujuscumque
 Jurisdictionis exercitium, progressu Visitacionis nostre hujusmodi durante.
 De die, vero, receptionis Presencium, et quid in premissis feceritis, nos,
 seu vices nostras in hac parte gerentes, die Lune proximo post Festum
 Invencionis Sancte Crucis proximo futurum [4 May], in Ecclesia Parochiali
 de Honetone certificetis per Literas vestras patentes, harum seriem et
 citatorum nomina, cum plena expressione pluralitatis Beneficiorum et
 Ecclesiarum propriatarum, Pensionum, et Decimarum, ac Cantari-
 arum predictarum, dilucide continentes.—Datum *ut supra*.

Archdeaconries of Totnes and Barnstaple; *Mandatum pro*
Visitacione Cleri et populi Archidiaconatum Tottonie et Barna-
stapolie,—

Item, duo emanarunt Mandata; unum, videlicet, Archidiacono Tottonie, vel
 ejus Officiali, et aliud Archidiacono Barnastapolie, vel ejus Officiali, sub
 forma qua supra, ad visitandum Clerum et populum eorundem Archidi-
 diaconatum, diebus et locis in cedulis eisdem Mandatis annexis
 contentis, cum continuacione et prorogacione clericorum et locorum sequen-
 cium; sub data Londoniis, ix die Marcii.

[fol. 147b.] *Dimissorie,—*

—Thomas Selman, accolite, "ad Ordinem Subdiaconatus, . . . ad titulum
 Presentacionis Prioris et Conventus Barnastapolie" (London, 13 March).
 —Brother John de Cokyngtome, clerk, Sacram Religionem in Monasterio
 Beate Marie de Mertone, Wyntoniensis Diocesis, ingressus; nondum,
 tamen, professus; . . . ad Ordinem Accolitatus" (London, 14 March).

[fol. 148.] Temple Church, in Cornwall; *Relaxacio Interdicti Capelle de*
Temple,—

Item, xxij die [Marcii], Londoniis, ad instanciam et supplicationem Religiosorum
 virorum, Prioris et Fratrum Hospitalis Sancti Johannis Ierosolimitani
 in Anglia, Dominus relaxavit Interdictum in Capella dicta de Temple,
 ipsius, ut dicitur, Hospitalis, Decanatus [Minoris] Trigge, auctoritate sua
 ordinaria qualitercumque interpositum, donec ipsum vicinus contigerit
 in Civitate seu Ecclesia sua Exoniensi suam presenciam exhibere. Et
 Mandatum [emanavit] Officiali Peculiaris Jurisdictionis ad hujusmodi
 Relaxacionem nunciandam.

[fol. 148b.] Plympton Priory; *Licencia ad examinandum negocio Eleccionis*
celebrate de Fratre Johanne de Englebourne, in Priorem Monas-
terii de Plymptone electo, in Diocesi Londoniensi,—

Venerabili in Christo Patri ac Domino, Domino Johanni, Dei gratia Exoniensi
 Episcopo, Johannes, permissione Ejusdem Wyntoniensis Episcopus,
 salutem, et sinceram in Domino caritatem.—Ad examinandum, in quo-
 cumque loco idoneo nostre Diocesis, Eleccionis, ut dicitur, celebrate
 negocio de Fratre Johanne de Englebourne in Priorem Monasterii

A.D. 1331-2. Plymptonie, Ordinis Sancti Augustini, vestre Diocesis, electo ; Cítacionis esque et prefixiones decernendum et statuendum ; ipsumque Elecciónis Vol. II. negocium fine debito decidendum ; ac omnia alia et singula faciendum et expediendum que circa premissa fuerint necessaria vel eciam oportuna ; vobis, tenore Presencium, Licenciam concedimus et liberam facultatem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum Presentibus est appensum.—Data apud Westmonasterium, xxij die Marcii. [Also, in *Reg. Stratforde*, fol. 68.] Item, consimilem Licenciam optimuit Dominus sub sigillo Venerabilis Patris, Domini Stephani, Dei gracia Londoniensis Episcopi, sub data Londoniis, die quo supra.

fol. 148. Morthoe [Mortcho, MS.] ; Master Henry de la Mare, subdeacon, R.,—

Dispensation : non-residence for two years, to study (London, 23 March).

Broadwoodwidger ; *Licencia pro Assisa capienda de tenemento de Brodwodewiger, tempore Quadragesimali non obstante*,—

Johannes, etc., dilectis in Christo, Domino Johanni de Treiagu, Militi, Johanni de Trevaignoun, Elie de Godelee, et Johanni Billoun, Justiciariis assignatis ad capiendum Assisam nove disseisine inter Magistrum Ricardum de Coletone, Decanum Ecclesie nostre Beati Petri Exoniensis, Thomam de Stapeldone, et Ricardum de Brayleghe, querentes, ac Thomam Wiger, Willelmum Kaignes, Rectorem Ecclesie de Brodwodewiger, Johannem de Posbury, Walterum Wiger, Petrum Hilion, Ricardum atte More, Willelmum de Aisshelegh, Robertum atte Wode, Johannem Rendy, Ricardum de Calwecote, Thomam Bynethe Wole, et Ricardum Uppehulle, reos, de tenemento in Brodwode Wiger, salutem cum benedictione dextere Salvatoris.—Ut, hoc tempore Quadragesimali non obstante, vos, vel duo vestrum, admittere valeatis in pune juramenta duodecim hominum, nostrorum subditorum, in prefata Assisa capienda ; necnon, et juratores hujusmodi ad dicendum veritatem super eo quod Thomas Wiger et quidam alii malefactores bona et catalla ipsorum Ricardi de Coletone, Thome de Stapeldone, et Ricardi de Brayleghe, in predicto tenemento de Brodwodewiger, vi et armis asportaverunt, artare, et alias juxta tenorem Brevis Regii inde vobis directi procedere ; necnon, prefati juratores super premissis licite jurare valeant ; tenore Presencium, Licenciam concedimus et liberam facultatem. In cuius rei, etc.—Data Londoniis, xxij die Marcii, Anno supradicto.

Custodia terre et heredis Rogeri de Tresela, in Cornubia,—

Omnibus ad quos presens Scriptum pervenerit Johannes, etc., salutem in Domino sempiternam.—Noveritis nos concessisse et dimisisse Domino Martino [de Talvarghe], Vicario Ecclesie de Lanestly [Gulval], Custodiam terre et heredis Rogeri de Tresela, qui de nobis tenuit in capite, ut de duabus partibus Manerii de Lanestly, in manu nostra existentibus, cum maritagio Johannis, filii predicti Rogeri, absque disparagacione ; habendum et tenendum predicto Martino et Executoribus suis, usque ad legitimam etatem predicti Johannis ; et sic de herede in heredem, quousque aliquis heredum dicti Rogeri plene etatis fuerit, et per ipsum Martinum, seu Executores suos, absque disparagacione maritatus. In cuius, etc.—Data Londoniis, xxij die Marcii, Anno, etc.—Et solvet idem Vicarius Domino pro Custodia hujusmodi x libras.

fol. 148b. Wideworthy ; *Institucio Ecclesie de Wideworthi*,—

Item, xxij die mensis Marcii, Londoniis, Ricardus de Wodeforde, clericus, admissus fuit et institutus in Ecclesia de Wydeworthy, vacante a die Sabbati proximo post Festum Circumcisionis Domini proximo preteritum [4 Jan.], eo quod Dominus Clemens de Foliforde, ultimus et immediatus Rector ejusdem, adeptus fuit aliam Ecclesiam Curatam, videlicet Ecclesiam

A.D. de Avetone Giffarde ; ad quam per Dominam Aliciam de Moeles, ipsius 1331-2. Ecclesie de Wydeworthy veram Patronam, extitit presentatus. Et, jurata Vol. II. Obediencia, opti[nuit Literas, etc.].

Pilton Priory ; *Absolucio Fratris Henrici [de Pekyngehulle], Prioris Monasterii de Piltone,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Fratri Henrico, Priori Prioratus Beate Marie de Piltone, Ordinis Sancti Benedicti, nostre Diocesis, salutem, etc.—Literas Reverendi Patris et Domini, Domini Gaucelini, Dei gracia Albanensis Episcopi, Penitenciarii Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Domini Johannis, Divina Providencia Pape XXII^{di}, curam gerentis, Anno Domini M^o. CCC^{mo} tricesimo primo, mensis Februarii die xxij recepimus, subscriptam verborum seriem continentem,—Gaucelinus, etc., *ut patet in quaterno de Privilegiis*.¹—Te, igitur, Fratrem Henricum, Priorem predictum, coram nobis sponte confessum quod post edicionem Provincialis Concilii² per Clerum Cantuariensis Provincie ultimo editi, inter Johannem, natum Dominorum Johannis de Beamound, et Johannam, Baldewini le Flemmyng, Militum, filiam, nostros subditos, in Capella Manerii de Chymewelle, minime Deo dedicata, nostre Diocesis ; a nobis nullatenus petita Licencia nec optenta ; premissa, tamen, solemnpi bannorum edicione ; solemnizare matrimonium presumpsistis, Suspensionem ex hoc ab Officio incurrendo ; quodque sic suspensus existens, non tamen in contemptum Clavium, set per simplicitatem et juris ignoranciam, celebrasti Divina, et alias inmisisti te Divinis ; irregularitatis notam ex hoc dampnabiliter contrahendo ; Auctoritate Apostolica supradicta et nostra ordinaria ab hujusmodi Suspensionis Sentencia te humiliter postulantem absolvimus, et super irregularitate modo premisso contracta, Apostolica Auctoritate hujusmodi, tecum in Domino dispensamus, et restituimus Officio et execucioni tuorum Ordinum, per Presentes; necon, a reatu quem incurrisse te asseris diu ante edicionem dicti Concilii, clandestinum conjugium solemnizare eciam presumendo inter Johannem Trewet et Alianoram, filiam prefati Domini Johannis de Beamound, Militis, in Capella ipsius Militis de Heauntone, nostre Diocesis ; injuncta tibi pro modo culpe Penitencia salutari ; te absolvimus in forma juris. In cuius rei, etc.—Data Londoniis, xxij die mensis Marcii, Anno, etc.

Cornwood ; *Licencia Bloyou absentandi, causa Peregrinacionis,—*
Johannes, etc., dilecto filio, Magistro [Henrico Bloyou], Canonico Ecclesie nostre Cathedralis Exoniæ, et Rectori Ecclesie de Cornwode, nostre Diocesis, presbitero, salutem, etc.—Vota Peregrinancium benigno favore prosequentes, ut a data Presencium usque ad Festum Beati Petri quod dicitur Ad Vincula [1 Aug.], proximo sequens, a tuis Beneficiis predictis libere te valeas absentare, et interim Limina Beati Jacobi in Galicia³ visitare peregre profiscendo ; ad que Limina visitanda ex voto teneris astrictus ; tibi Licenciam concedimus specialem ; omnibus et singulis ad quos presentes Litera pervenerint innotescentes quod tu, ad omnes Sacros Ordines Canonice promotus, tui Officii liberam habes execucionem ; cum clausula *Proviso, etc.*—Data Londoniis xxij die Marcii.

Egloshayle ; *Collacio Vicarie Ecclesie de Egloshail—Induccio in eandem,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Domino Johanni de Borastone, presbitero, salutem, graciam, et benedictionem.—Laudanda probitatis industria, morum honestas, et alia virtutum merita, quibus personam tuam novimus

¹ See page 139.

² Held in London, Feb., 1328—9.

³ Santiago de Compostela.

A.D. multiplicitate insigniri, nos inducunt ut tibi simus in exhibicione gracie
 1331-2. liberales. Volentes, propter hoc, graciā tibi facere specialem, Vicariam
 Vol II. Ecclesie Parochialis de Egloshail, in Cornubia, nostre Diocesis, vacante, et ad nostram Collacionem pleno jure spectantem, tibi, cum omnibus suis juribus et pertinenciis universis, conferimus intuitu caritatis; teque, etc.; in forma communi, cum clausula; prestito per te in ipsis Collacione et Institucionē tua, tactis Sacrosanctis Dei Evangelii, de continua et personali residencia in ipsa Vicaria tua facienda, juxta mentem Constitutionum Dominorum Otonis et Ottoboni, quondam Sedis Apostolice in Anglia Legatorum, super hoc editarum, et nobis Canonice Obedientie solito ac debito sacramento. In cuius rei testimonium, etc.—Data Londoniis, xxij die Marcii.—Item, eisdem die et loco, optimuit idem Johannes Literam Inductionis in corporalem possessionem Vicarie prediche, directam Officiali Peculiaris Jurisdictionis, ad eum inducendum, vel Procuratorem suum ejus nomine.

Mutatio Annī Incarnationis Domini.

Anno Domini Millesimo CCC^{mo} tricesimo secundo, et Consecrationis Patris predicti V^{to}.

A.D. Plympton Priory; Collacio Prioratus Plymptonie Fratri Johanni
 1332. de Englebourne,—
 fol.

149. Johannes, etc., dilecto filio, Fratri Johanni de Englebourne, Canonicō Professo Monasterii Plymptonie, nostrorum Patronatus et Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem.—Ex injuncte nobis sollicitudinis debito, solliciti corde reddimur atque vigiles, ut, cum agitur de Monasteriorum, et Ecclesiārum aliarum omnium nobis subjectarum, regiminibus committendis, tales eis interdum, per nostre simplicis Provisionis ministerium, prout Locorum ipsorum et personarum qualitas exigit, in Pastores preficere studeamus; de quibus, consideratis virtutibus desuper sibi datis, presumere possumus verisimiliter et tenere quod creditas sibi animas scient verbo instruere pariter et exemplo, Locaque eorum deputata custodie grata suscipere debeant incrementa. Nuper, siquidem, Religioso viro, Fratre Mathia [de Mymmyngelonde], tuo et dicti Monasterii Plymptonie, dum viveret, Priore, viam uniuersae carnis ingresso, quamquam tuus Subprior et Conventus dicti Loci, ad Eleccionem futuri Prioris procedentes per viam scrutinii, te in eorum Priorem duxerint forsitan eligendum, tuque, Eleccioni hujusmodi de te facte consciens, ac propter hoc ad nos recurrens, Eleccionem eandem, nobis ipsius presentato Processu, confirmari, vel alias Sentenciam ferri super ea, a nobis sepius humiliiter postulasses; demum Eleccionem ipsam, non persone tue vicio vel defectu, set utpote omissa forma Generalis Concilii temere attemptatam, de Licencia Venerabilis Patris, Domini Stephani, Dei gratia Londonieus Episcopi, in sua Diocesi, pronunciavimus, prout erat, irritam et inanem; prefatos, nichilominus, eligentes occasione premissa, privavimus potestate elegendi ea vice, Provisionem eidem Monasterio tunc faciendam de Priore ad nos, ea occasione, devolutam esse sentencialiter eciam declarantes. Et deinde, de Ordinacione dicti Monasterii, ne diu dampnose vacacionis incurreret dispendia, sollicitate cogitantes, ac talem illi cupientes preesse personam que tanto conveniat atque congruat oneri et honori; post deliberacionem quam nobiscum super hoc habuimus diligentem, noctes quasi transeundo insomnes; in te, quem morum honestas, vite virtus, fama persone, et alias concors, licet invalida, ipsius Collegii de te celebrata Eleccio multipliciter suffragantur, direximus oculos nostre mentis. Consideracione propterea premissorum, de persona

A.D. tua eidem Monasterio de Priore providemus, teque eidem in Priorem
 1332. preficimus et Pastorem; curam animarum et administracionem temporalium
 Vol. II. et spiritualium ejusdem tibi in Domino committendo; teque per Libri
 nostri tradicionem investimus presencialiter de eodem; firma concepta
 fiducia quod idem Monasterium per tue vigilancie studium, Deo Auctore, a
 lapsu quem ad presens, prochdolor, sustinet facultatum respirabit, et a
 noxiis preservabitur et adversis. In quorum omnium testimonium, etc.—
 Data Londoniis, xxvij die mensis Marcii, Anno, etc.

On the 9th of April, at Clyst, the Bishop issued his Mandate to the Archdeacon of Totnes, or his Official, for the Induction of the Prior. This Document is in the common form and corresponds in all particulars with
 fol. the above "Collacio" throughout. At the end is added,—“Per hanc,
 149b. autem, Commissionem nostram non intendimus vobis, nec alicui vestrum,
 plus juris tribuere in Installacione hujusmodi quam hactenus vobis attribui
 reperiri poterit de consuetudine vel de jure.”

[fol.] St. Crantock,—
 150b.]

Johannes, etc., carissimo nobis in Christo, Domino Johanni de Pratis, nepoti
 Reverendi Patris et Domini, Domini Petri, Dei gracia Episcopi Penestrini,¹
 Sancte Romane Ecclesie Cardinalis et Vicecancellarii, Canonico prebendato
 in Ecclesia Collegiata Sancti Karentoci, in Cornubia, nostrorum Patronatus
 [et Diocesis], salutem, cum benedictione dextere Salvatoris.—Ut fervorem
 dilectionis precipue quam, exposcentibus tue juventutis meritis, quibus multi-
 pliciter polles, ad te gerimus, et a longis retroactis temporibus recolimus nos
 gessisse, tibi sencias tantisper fructuosam, Canonicatum et Prebendam
 quos Dominus Johannes de Eysi nuper optinuit in Ecclesia memorata, per
 ipsius Resignacionem spontaneam in manibus nostris factam et per nos
 acceptata in vacantes, et ad nostram Collacionem pleno jure spectantes, [tibi]
 cum omnibus suis juribus et pertinenciis universis ac plenitudine juris
 Canonici, conferimus intuitu caritatis, et de illis, eciam, providemus. In
 cuius rei, etc.—Data apud Farndone, primo die Aprilis.

fol. 149b.] *Litera missa Regie Majestati pro terris et tenementis Rogeri de
 Bury, clerici, liberandis,—*

Excellentissimo Principi et Domino suo, Domino Edwardo, Dei gracia Regi
 Anglie illustri, etc., suus humilis et devotus Capellanus, Johannes, etc.,
 salutem in Eo per Quem Reges regnant et Principes dominantur.—Vesta
 reverenda noverit Regia Celsitudo quod Rogerus de Bury, clericus, de
 morte Thome le Greya, in Curia vestra, coram Domino Johanne de Stonore
 et Sociis suis, Justiciariis vestris, ad diversas felonias et transgressiones in
 Comitatu Cornubie, nostre Exoniensis Diocesis, audiendas et terminandas
 assignatis, irretitus, et nobis, tanquam Loci ejusdem Diocesano, per dictos
 Justiciarios, tanquam inde culpabilis, ad requisitionem nostram, juxta
 libertatem Ecclesiasticam liberatus, super dicto crimine sibi imposito coram
 nobis legitime se purgavit. Et nos ipsum bene purgatura esse pronunciari
 fecimus, et a carcere nostro sentencialiter et diffinitive liberari. Quocirca
 vestram Regiam Majestatem humiliter requirimus et precamur quatinus
 Vicecomiti Cornubie per vestre Celsitudinis Literas jubere velitis ut terras
 et tenementa, bona et catalla predicti Rogeri, que in manum vestram capta
 sunt occasione dicti criminis, eidem Rogero, secundum libertatem
 Ecclesiasticam et Regni vestri consuetudinem, restituat, ipsaque de vestra
 solita gratia dignemini liberare. Vestram Majestatem Regiam in prosperitate
 longeva protegat Altissimus et conservet! In cuius rei, etc.—Data
 Shaftonie [Shaftesbury], v die Aprilis.

Plympton St. Mary; *Licencia ad exhumandum corpora Domino-
 rum Ricardi (sic) et Petri de Chalouns, Militum,—*

¹ Peter de Prez, Cardinal Bishop of Praeneste (1307-1361).

A.D. Johannes, etc., dilectis filiis, Prior et Conventui Monasterii Plymptonie, 1332. Ordinis Sancti Augustini, nostre Diocesis, salutem, etc.—Relacione Domini Vol II. Willelmi de Ferrariis, Militis, nostre Diocesis, nobis est intimatum, et nos alias experientia certa probavimus, quod Dominus Johannes de Chalouns, Miles, Ecclesie Parochialis Beate Marie de Plymptone,¹ dicte nostre Diocesis, parochianus, defunctus, in Ultima Voluntate sua pie disposuisset corpora, sive ossa, quorundam Dominorum Radulphi et Petri de Chalouns, progenitorum suorum, Militum, in diversis locis ipsius Ecclesie sepulta, in quadam Capella, juxta ipsam Ecclesiam, Deo dedicata, per dictum Dominum Johannem ex devocatione, ut dicitur, noviter constructa, sepeliri. Volentes, igitur, ut tenemur, pias et honestas voluntates exequi defunctorum, vobis ossa prefatorum Militum, cum reverencia qua decet, a locis predictis exhumandi, et in Capella predicta, per dictum Dominum Johannem, ut premittitur, constructa, rehumandi in pune, Licenciam, tenore Presencium, in Domino concedimus specialem.—Data apud Clist, ix die mensis Aprilis, Anno Domini, etc.

[fol. 150b.] Oratory ; *Licencia faciendi Divina celebrari in domo Gilberti de Combe,—*

Item, ix die Aprilis, apud Clist, Gilbertus de Combe optinuit Licenciam faciendi Divina celebrari, per Capellatum idoneum, in honesto loco habitationis sue de Teyngnemouthe, per duos dies quos elegerit in ebdomada, durante infirmitate quam pati dinoscitur.

fol. 149b. Nothanger (*Hants*),—

(i) *Collacio Decimarum de dominico Manerii Domini Wyntoniensis de Nothangre² proveniencium, ex causa Permutacionis infrascripte,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Domino Martino de Suttone, Rectori Ecclesie de Combe [Ralegh], nostre Diocesis, presbitero, salutem, etc.—Decimas de dominico Manerii Venerabilis Patris, Domini Johannis [de Stratforde], Dei gratia Wyntoniensis Episcopi, dicti de Nothangre, Wyntoniensis Diocesis, provenientes, a decimis Matrici Ecclesie³ debitis separatas ab antiquo, ad Collacionem ejusdem Venerabilis Patris pleno jure spectantes, per liberam Resignacionem Magistri Willelmi de Lutletone, ultimi et immediati de dictarum porcione Decimarum, ut premittitur, beneficiati, ex causa vere et licite Permutacionis facte cum Canoniciatu et Prebenda in Ecclesia Sancti Probi, in Cornubia, nostrorum Patronatus et Diocesis, quos tu, ex causa

¹ The antient Family of Challons was seated at Challonsleigh, in this Parish, for many generations. It "was the land of the Lady Florence de Leigh, or Lega, whom Hardewinus de Challons of the House of Therles of Challons, married; they had issue Peter, w^{ch} by Isabel Hilion had issue *Sr Ralph*, w^{ch} by Jone Ferrers had issue *Sr Peter*, w^{ch} by Katerine, sister & coheire of John Cantilupe, of Fonthill Giffard, in Wiltshire, had issue Robert, w^{ch} by Lucia, sister & coheire of Robert Mauduit, had issue John, w^{ch} by Margaret da. of Sr John Langford, had issue *Sr John*" (*Pole's Collections*, p. 326). The three Knights whose names I print in italics are those referred to in this Entry.

"Ricardi," in the heading, is a clerical error for "Radulphi."

² "Echeneswelle; Manerium appellatur Notehangre."—*Reg. Sandale*, fol. 13 f.

³ Kingsclere, Hants.—The earliest reference to this Benefice occurs on Rot. Pat. 9 Edw. I, m. 25.—On the resignation of Robert de Beverley, chaplain, the King presented Richard de Bures, clerk, "ad quandam porcionem decimarum in Manerio de Notehangre," in his gift by reason of the See of Winchester being vacant; 22 Feb., 1280-1.—On 17 Oct., 1328, Wybert de Lutletone was collated thereto; on whose Resignation William de Lutletone was collated, 30 Nov., 1331.—On 9 April, 1353, Bishop Edyndone collated Philip de Uptone,

A.D. simili, per Magistrum Ricardum de Bysshopleghe, Procuratorem tuum ad 1332. hoc specialiter constitutum, resignasti, in manibus nostris factam, de Vol. II. speciali Commissione dicti Venerabilis Patris, nobis, quatenus ad eum attinet, super hoc facta sub tenore subscripto, per nos acceptatam, vacantes ; tibi, cum omnibus suis juribus et pertinentiis universis, virtute Commissionis hujusmodi, conferimus, intuitu caritatis, teque de eisdem Decimis, ut Beneficio, in personam dicti Procuratoris tui, et eum in personam tuam, per Libri nostri tradicionem investimus, cum oneribus eidem Beneficio incumbentibus et consuetis. *Tenor, vero, dicte Commissionis talis est,* —

(ii) Reverendo in Christo Patri, Domino Johanni, Dei gracia Exoniensi Episcopo, Johannes, Ejusdem permissione Wyntoniensis Episcopus, salutem, cum fratre dilectionis augmento.—Affectant nobis in Christo dilecti, Magister Willelmus de Lutletone, cui Decimas de dominico Manerii nostri de Nothangre provenientes, a decimis Matrici Ecclesie debitibus separatas ab antiquo, et ad nostram Collacionem mero jure spectantes, contulimus, et Dominus Martinus de Suttone, Canonicus Prebendarius illius Canonicatus seu Prebende in Ecclesia Sancti Probi, in Cornubia, vestre Diocesis, quem vel quam Willelmus de Sottone (*sic*) in eadem obtinuit, hujusmodi Beneficia sua adinvicem, sicut dicunt, Canonice permutare. Vestre, igitur, Paternitati ad audiendum, examinandum, et discuciendum causas Permutacionis hujusmodi faciende, ac ad approbandum easdem, consciendumque Permutacioni predicte, et auctorizandum eandem, quatenus ad nos pertinet et de jure fuerit faciendum ; necnon, ad recipiendum et acceptandum Resignacionem prefati Willelmi de dicto Beneficio suo in nostra Diocesi situato, ratione Permutacionis predicte, et ad conferendum, vice et nomine nostro, eidem Martino easdem Decimas, per modum et ex causa Permutacionis prefate, ipsumque Martinum in corporalem possessionem hujusmodi Decimarum demandandum induci, et ad recipiendum Canonicam Obedientiam ab eodem ; necnon, omnia alia faciendum et expediendum que necessaria vel oportuna fuerint in hac parte ; tenore Presencium committimus vices nostras. Rogantes quatinus nos cerciorare velitis quid in premissis duxeritis faciendum. In prosperitate votiva Christus vos custodiat ad regimen Ecclesie Sue Sancte !—Data apud Suthewerke, xij Kalendas Aprilis [20 March], A.D. M^o. CCC^{mo} xxxij^{mo}, et Consecrationis nostre nono.¹ In quorum omnium testimonium sigillum nostrum Presentibus est appensum.—Data apud Clist, decimo die Aprilis, A.D. M^o. CCC^{mo} xxxij^{do}, et Consecrationis nostre quinto.

(iii) *Induccio in corporalem possessionem dictarum Decimarum*, — Johannes, etc., discreto viro, Officiali Venerabilis Patris, Domini Wyntoniensis Episcopi, salutem in omnium Salvatore.—Quia nos Decimas de dominico Manerii dicti Venerabilis Patris, dicti de Nothangre, Wyntoniensis Diocesis, provenientes, a decimis Matrici Ecclesie debitibus (*etc., ut supra*), eidem Domino Martino, de speciali Commissione dicti Venerabilis Patris nobis facta, cum omnibus suis juribus et pertinentiis universis, contulimus intuitu caritatis, et eundem, in personam hujusmodi Procuratoris sui, per Libri nostri tradicionem investivimus de eisdem, cum oneribus eidem

clerk,—“decimas de dominico Manerii de Nothangre, infra Parochiam Ecclesie de Clara Regis” (*Reg.*, I, fol. 77). On 5 May, 1360, William David, clerk, was collated (*ibid.* fol. 99^b). He exchanged them in Oct., 1376, with Master Richard Thurban, for the Prebend of Warham in Hereford Cathedral (*Reg. Wykeham*, I, fol. 78^b).

The next (and last) Collation on record was on 7 Feb., 1396-7, when Master John Elmere, Doctor of Laws, and Official of the Bishop, was instituted (*ibid.*, fol. 266). He was living in 1415.—F.J.B.

¹ See the Register of John de Stratforde, Bishop of Winchester, fol. 127.

A.D. incumbentibus et consuetis ; vobis, auctoritate nobis in hac parte commissa, 1332. mandamus quatinus dictum Dominum Martinum, vel ejus Procuratorem Vol. II. pro eo, in corporalem possessionem dictarum Decimorum, sive Beneficii, cum omnibus suis juribus et pertinenciis universis, inducatis, seu induci faciat ; inductum defendantes. Et quid in premissis feceritis dictum Venerabilem Patrem, cum pro parte dicti Domini Martini requisiti fueritis, distincte certificare curetis Literis vestris patentibus, continentibus hunc tenorem.—Data, etc., *ut supra*.

(iii) *Certificatorium missum Domino Wyntoniensi pro Permutacione predicta,—*

Reverendo in Christo Patri, Domino Johanni, Dei gracia Wyntoniensi Episcopo, Johannes, etc., salutem, et solide dilectionis continuum incrementum.—Literas vestras receperimus in hec verba,—Reverendo in Christo Patri, etc., *ut supra*.—Auditis, igitur, examinatis, et sufficienter discussis causis Permutacionis hujusmodi, ipsisque justis, veris, llicitis, et legitimis per nos inventis ; premissis et concurrentibus, eciam, omnibus que in ea parte requirebuntur ; Permutacionem ipsam, quatenus ad nos pertinuit virtute Literarum vestrarum hujusmodi, et alias de jure fuerat faciendum, auctorizavimus et approbabimus ; dictique Magistri Willelmi de Decimis, sive Beneficio suo predicto, Resignacionem, ex causa Permutacionis hujusmodi factam coram nobis, acceptavimus ; ac demum, ea, ut premittitur, acceptata, hujusmodi Decimas, seu Beneficium, prefato Martino, ex causa predicta, vice et auctoritate vestra prelibata, contulimus intuitu caritatis : ipsumque, in personam sui Procuratoris cuiusdam, ad hoc specialiter constituti, de eisdem, velud de Beneficio, investivimus, cum oneribus eidem incumbentibus et consuetis ; necnon, ad inducendum eundem Dominum Martinum in corporalem possessionem ejusdem Officiali vestro Wyntoniensi, per alias nostras certi tenoris Literas, recepto primitus ab eodem Obediencie solite, et vobis debite occasione premissa, juramento, commisimus vices nostras. In quorum testimonium Literas has patentes, sigillo nostro consignatas, vestre reverende mittimus Paternitati. Quam pro Sua misericordia conservet Altissimus ad Sue Ecclesie regimen et honorem.—Datum, etc., *ut supra*.

(v) *Collacio Canonicatus sive Prebende, quem vel quam Dominus Martinus de Suttone optinuit in Ecclesia Sancti Probi,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Willelmo de Lutletone, Rectori Ecclesie de Ufcolm, nostre Diocesis, presbitero, salutem, etc.—Canonicatum sive Prebendam, quos (*sic*) Dominus Martinus de Suttone in Ecclesia Sancti Probi, in Cornubia, nostre Diocesis, nuper tenuit, et ad nostram Collacionem pleno jure spectantem, per libera[m] Resignacionem dicti Domini Martini, ultimi Prebendarii ejusdem, ex causa vere et lice Permutacionis facte cum Decimis de dominico Manerii Venerabilis Patris, Domini Johannis, Dei gracia Wyntoniensis Episcopi, dicti de Nothangre, Wyntoniensis Diocesis, provenientibus, a decimis Matrici Ecclesie debitibus separatis ab antiquo, ad Collacionem dicti Patris spectantibus, quas tu ex causa simili resignasti, in manibus nostris factam et per nos acceptatam, vacantem ; tibi, cum omnibus suis juribus et pertinenciis universis, conferimus intuitu caritatis ; teque per Libri nostri tradicionem investimus presencialiter de eodem, cum oneribus eidem incumbentibus. In cuius rei testimonium, etc.—Data, etc., *ut supra*. Et emanavit Mandatum Archdiacono Cornubie, vel ejus Officiali, ad eum inducendum.

Chulmeleigh ; Institutio Porcionis quam Thomas Harewold optinuit [in] Ecclesia de Chulmelegh, causa Permutacionis,—

He exchanged with Sir Walter de Wyke, priest (R. of Downe-St. Mary), who was inst., 11 April, at Clyst ; Patron, Sir Hugh de Courtenay, Kut.—Sir

A.D. Thomas de Harewold, priest, was inst. at the same time to Downe ;
 1332. Patrons, the Abbat and Convent of Buckfast.

Vol. Oratory ; *Licencia pro Oratorio de Glyn*,¹—

II. Item, xix die Aprilis, ibidem, Domina Johanna, relicta Domini Johannis de Carmynou, Militis, defuncti, optinuit Licenciam faciendi Divina celebrari in fol. 150b. Oratorio suo de Glyn constructo, per Capellanum idoneum, etc., per beneplacitum Domini, ad instanciam et contemplacionem Roberti Ilger, Civis Londoniensis.

Oratories ; *Licencia pro Oratoriis de Heantone et Assheforde*,—

Item, xxij die Aprilis, apud Clist, Alicia, relicta Domini Johannis Beamound, Militis, defuncti, optinuit Licenciam faciendi Divina celebrari, per Capelanum idoneum, in Oratoriis infra Maneria sua de Heantone et Aissheforde constructis, ad beneplacitum Domini duraturam. Ita quod Parochiali Ecclesie [Heanton-Punchardon], etc. ; in forma communi.

Chapel ; *Licencia pro Capella de Henmerdone*,—

Item, xxiiij die Aprilis, apud Cliste, Willelmus de Harewelle optinuit Licenciam faciendi celebrari Divina in Capella sua de Henmerdone [*in Plympton-St. Mary*], in forma communi, ad voluntatem Domini duraturam.

Glasney ; *Collacio Canonicatus et Prebende in Ecclesia Glasneye*,—

Sir William de Cusancia, "clarissimi generis Domini Johannis, Comitis Cornubie, Thesaurarii," was collated at Clyst, 25 April, on the death of Master Richard de Belle Prato.

Collumpton ; Sir Henry Steymor, V.,—

Dispensation : non-residence till Michaelinas, "et interim Curiam Romanam, causa Peregrinacionis, et pro aliis negotiis conscientiam suam contingentibus ibidem promovendis, visitare" (26 April—apparently at Clyst):

Chapel ; *Licencia pro Capella de Trehanna*,²—

Item, xxvij die mensis Aprilis, Dominus Willelmus de Ferariis, Miles, optinuit Licenciam faciendi celebrari Divina in Capella sua de Trehanna, ad beneplacitum Domini ; in forma communi.

Chapel ; *Licencia pro Capella de Alwenystone*,³—

Item, eisdem die et loco, Willelmus Busshel optinuit Licenciam faciendi Divina celebrari in Capella Beate Marie de Alwenystone, per biennium continuum ; in forma communi.

Illegitimacy ; *Dispensacio super defectu natalium*,—

Richard, son of Michael de Tredeforthe, clerk,—"de soluto genitus et soluta" (same date).

Ottery-St. Mary ; *Compositio super Ecclesia de Otery*,—

Universis ad quorum noticiam pervenerit hec Scriptura, Johannes, etc., salutem in Domino sempiternam.—Olim preclarissimus et acceptissimus Christi Confessor, Beatus Edwardus, Rex Anglie, Manerium suum et Ecclesiam Beate Marie de Otery, Exonieus Diocesis, que de suo extitit Patronatu, de consensu expresso tam Archiepiscoporum quam Episcoporum Regni sui, Deo et Beate Marie, ac Decano et Capitulo Rothomagensibus, Regia largitate concessit ; quod bone memorie Willelmus, Predecessor

¹ In Cardynham, near Bodmin. The heiress of Glynn brought this Manor to the Carminows early in the 14th Century. Sir Ralph, son of Sir John Carminow by Alice Glynn, died seized of this Manor 10 Ric. II.—

Lysons' *Cornwall*, page 57.

² Trehan, in St. Stephen's-by-Saltash.

³ Possibly, Elston (antiently Ailestone), in Churchstow; or, perhaps, Alston, in Malborough.

A.D.
1332. noster, Exoniensis Episcopus, primus,¹ neenon S[tephanus],² Cantuariensis Archiepiscopus, approbarunt expresse, suumque eidem prebuerere consensum, Vol. II. prout in Cartis dictorum Regis, Archiepiscopi, et Episcopi inde factis plenius dicitur contineri; quorum pretextu prefati Decanus et Capitulum memoratam Ecclesiam per ducentos annos et amplius, integre, pacifice, et continue, dicuntur in usus proprios tenuisse. Verum, quasi in novitate nostri regiminis, citari facientes coram nobis, ad quosdam terminos, memoratos Decanum et Capitulum, ad ostendendum titulum et ingressum quem habuerunt fol. 151. in Ecclesia supradicta; quia id in prefixis terminis, legitime impediti ut asserunt, non fecerunt, prefata Ecclesia per nos, seu Commissarios nostros ad hoc deputatos, privati fuerunt, et ad eandem Ecclesiam Johannem de Sharnebroke, presbiterum, per magnificum Regem, Dominum Edwardum, nunc Regem Anglie, nobis, tanquam Loci Diocesano, presentatum, instituimus in eadem; quamvis idem Dominus Edwardus Rex, postea, clamitans se deceptum, nichil se juris in Patronatu predice Ecclesie habere, vel eciam tempore Presentacionis facte habuisse, per suas Literas Patentes, quas diligenter inspeximus, publice fateatur. Demum Procurator dictorum Decani et Capituli, Procuratorio nomine ipsorum coram nobis constitutus, humiliter petiit et instanter ut ipsos Decanum et Capitulum, aut eorum Procuratorem nomine ipsorum et pro ipsis, ad possessionem predice Ecclesie, paterna pietate, restituere dignaremur. Nos, vero, commuuicato peritorum consilio, cum appareat evidenter supradictos Decanum et Capitulum, ac Ecclesiam Rothomagensem, per Sentenciam Privacionis, Presentacionem dicti Domini Regis, et Institucionem de dicto Johanne de Sharnebroke, si que extiterunt, esse lesos, nosque et predictum Dominum Regem circumventos fuisse, eosdem Decanum et Capitulum contra Sentenciam Privacionis, Presentacionem, et Institucionem predictas, si que extiterunt, et subsecuta ob eas, ad dictam Ecclesiam in integrum sentencialiter restituimus; decernentes eos in corporalem possessionem premissae Ecclesie fore reducendos, et defendendos in ipsa. Insuper, volumus et concedimus quod dicti Decanus et Capitulum Rothomagenses ita libere et quiete habeant et possideant dictam Ecclesiam de Otery Sancte Marie, cum pertinenciis suis, et alias res suas Ecclesiasticas in nostra Diocesi constitutas, sicut Canonice et juste eas retroactis temporibus possederunt, absque ulla reclamacione per nos in futurum de predictis facienda. Et, ne hoc imposterum alicui vertatur in dubium, presenti Scripto nostrum sigillum duximus apponendum.—Data apud Cliste, xxvij die Aprilis, Anno Domini, etc., supradicto.

St. Crantock; *Induccio Domini Bernardi de Marynhaco in Decanatum Ecclesie Sancti Karentoci,*—

Johannes, etc., dilecto filio, Officiali nostre Peculiaris Jurisdiccionis, et Magistro Johanni de Nortone, Sequestratori nostro, salutem, etc.—Quum Decanatum Ecclesie Collegiate Sancti Karentoci, nostre Diocesis, ad nostram Collacionem pleno jure spectantem, et nunc vacantem, discreto viro, Domino Bernardo de Marynhaco, presbitero, Caturicensis Diocesis [Cahors], contemplacione persone venerabilis et discreti viri, Domini Icherii de Concoreto, Canonici Saresbiriensis et Apostolice Sedis in Anglia Nuncii, cum suis juribus et pertinenciis universis, conferri fecimus et sibi provideri de eodem; vobis, et vestrum cuilibet, firmiter injungendo, mandamus quatinus eundem Bernardum, vel Procuratorem suum ejus nomine, in corporalem possessionem dicti Decanatus, cum omnibus juribus et pertinenciis ejusdem, juxta Consuetudinem ejusdem Ecclesie hactenus usitatam, inducatis, et defendatis inductum. Proviso quod, post Inductionem hujusmodi, recipiatis ab eodem Domino Bernardo, vel Procuratore suo hujusmodi pro eo, de observandis Statutis et Consuetudinibus ejusdem Ecclesie

¹ William Warelwast (1107—1187).

² Stephen de Langeton (1207—1228).

A.D. debitum et solitum juramentum. Quisque, vero, vestrum presens Mansum
 1332. datum nostrum fuerit executus nos certificare studeat quid in premissis
 Vol. II. fecerit, cum eum requiri contigerit, per publicas et autenticas Literas, vel
 alias Publicum Instrumentum.— Datum apud Cliste, xxvij die Aprilis.

Colyford ; *Commissio ad recludendum Beatricem dictam de Coliforde,*—

Johannes, etc., dilecto filio Abbati Monasterii de Nywenham, Ordinis Cisterciensis, nostre Diocesis, salutem, etc.—Cum dilecta filia, Beatrix dicta de Coliforde, mulier vidua, nostre Diocesis, cupiat, sicut asserit, in quadam domo Capelle Sancti Kalixti, in Parochia de Coliforde,¹ ejusdem nostre Diocesis, contigua, in humilitate spiritus Virtutum Domino famulari, et recludi ; nos, volementes eam in suo laudabili proposito confovere, vobis, de cuius honestate et industria plenam noticiam obtinemus, ad recludendum eandem in cubiculo sive domo predicta, et, ea reclusa, domus sue hostium obturandum, aliaque omnia et singula faciendum que in premissis, vel circa ea, convenient sive decent, vices nostras juxta modum et formam contentos in cedula quam pro informacione vestra Presentibus annexi fecimus, committimus exequendas.—Data apud Clist, xxix die Aprilis.

Oratory ; *Licencia pro Oratorio de Northmoltone,*—

Item, tertio die Maii, apud Cliste, Dominus Alanus de Churlestone, Miles, optinuit Licenciam faciendi Divina celebrari in Oratorio suo apud Northmoltone, per Capellatum idoneum ; ita quod Parochiali Ecclesie nullum generetur prejudicium, etc.

Oratory ; *Licencia pro Oratorio de La Porte,*—

Item, eisdem die et loco, Thomas de Heauntone² optinuit Licenciam faciendi Divina celebrari in Oratorio suo infra Mansum suum apud La Porte, in Parochia de Modbury, constructo ; per Capellatum idoneum.

Exeter, Archdeaconry of ; *Commissio ad visitandum Clerum et populum Archidiaconatus Exoniensis,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Officiali nostro, Magistris Willelmo de Nassington, nostre Ecclesie Exoniensis Canonico, nostroque Cancellario, Benedicto de Pastone, Officiali nostre Peculiaris Jurisdictionis, et Ricardo Giffard, clero, nostre Diocesis, jurisperito, salutem, etc.—Quum, variis et arduis ad presens prepediti negotiis, ad visitandum Clerum et populuim, tam nostre Peculiaris Jurisdictionis quam eciam Archidiaconalis, Archidiaconatus Exoniensis, per nos cepti visitari, diebus et locis in quodam Mandato super Visitacione hujusmodi exercenda, Archidiacono Exonie, vel ejus Officiali, per nos novissime directo contentis, intendere comode non valemus ; vobis de quorum fidelitate et industria plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad omnia et singula dictae Visitacionis Officium contingencia exercenda vices nostras committimus, cum cuiuslibet coercionis Canonice potestate. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur.—Data apud Clist, iij die mensis Maii.

Gidleigh [Gyddeleghe, MS.] ; Master Roger de Modbury, R.,—
Dispensation : non-residence for two years from the 8th of May³, to study Theology (Clyst, 6 May).

¹ Coliford, in Colyton, now a village, was "made a borough by Thomas Bassett before the reign of Edward I." Lysons' *Devon*, page 130.

² *hodie Oldaport*.—"In the reign of Henry III. it belonged to the family of De la Port, one of the coheiresses

of which, after a few descents, brought it to Heanton.—Lysons' *Devon*, page 345.

³ "ab instanti Festo Sancti Michaelis," i.e., the Feast of the Apparition of St. Michael (8 May).

A.D. Oratory ; *Licencia pro Oratorio de Blakedone* [Blagdon],—
 1332. Item, quinto die mensis Maii, Thomasia de Kirkham obtinuit Licenciam
 Vol. II. faciendi Divina celebrari in Oratorio suo infra Manerium suum de Blake-
 done, per Capellanum idoneum, etc., per biennium ; ita quod Parochiali
 Ecclesie [Paignton] in suis minime detrahatur proventibus, nec eidem per
 hoc prejudicium aliquod generetur.

St. Kerian, Exeter [Sancti Kerani, MS.] ; Sir John de Loueputte,
 R.—

Dispensation : non-residence for four months, “ et Curiam Romanam, causa
 Peregrinacionis, et pro quibusdam negotiis conscientiam suam tangentibus
 ibidem expediendis, interim visitandi ” (same date).

Oratory ; *Licencia pro Oratorio de Morba* [Morebath],—

Item, eisdem die et loco, Frater Umfridus, Prior Monasterii de Berliz [Ber-
 linch], Bathoniensis et Wellensis Diocesis, optinuit Licenciam ad cele-
 brandum et eciam celebrari faciendum Divina in loco honesto in Manerio
 suo de Morba, Exoniensis Diocesis, pro se et Commonachis suis ejusdem
 Monasterii ; dummodo Parochiali Ecclesie nullum prejudicium generetur.”

Launceston Priory ; *Commissio pro Johanne de Tynel, qui im-
 petravit in forma pauperum*,—

Directed to the Dean and the Archdeacon of Exeter—in forma communi, *ut
 supra*. It concludes thus,—“ In negocio Provisionis prelibate, in quo
 existit ad Inhibicionem, Reservacionem, et Decretum processum, ut est
 moris, vobis, de quorum fidelitate et industria in Domino confidimus, vices
 nostras committimus, cum cuiuslibet cohercionis Canonice potestate, donec
 eas ad nos duxerimus revocandas ” (Clist, 8 May).

Blisland ; *Institucio Ecclesie de Blystone*,—

Item, viij die mensis Maii, apud Clist, Dominus Robertus de Bokyngham,
 presbiter, admissus fuit et institutus in Ecclesia de Blystone, in Cornubia,
 vacante per liberam Resignacionem Domini Radulphi Chyvaler, ultimi et
 inmediati ejusdem Ecclesie Rectoris, ex causa vere et licite Permutacionis
 facte cum Ecclesie de Rokyngham, Lincolnensis Diocesis ; quam idem
 Dominus Johannes [de Tynel] ex causa consimili resignavit ; in manibus
 Domini factam et per eum acceptam ; ad quam per Generosum Virum,
 Dominum Johannem, illustris Regis Anglie filium, Comitem Cornubie,
 ejusdem Ecclesie de Blystone verum Patronum, extitit Domino presentatus.
 Et, jurata Obedientia, optinuit Literas Institucionis et Inductionis, in
 forma communi.

Oratories ; *Licencia pro Oratoriis J. de Chuddeleghe*,—

Item, ix die Maii, apud Cliste, Johannes de Chuddeleghe optinuit Licen-
 ciam faciendi Divina celebrari in quibuscumque Oratoriis suis, Exoniensis
 Diocesis, cum ad ea accessum haberet, pro se, familiaribus, et hospitibus
 suis ; dummodo Parochiali Ecclesie, etc.

Oratories ; *Licencia pro Oratoriis Domini T. de Stapeldone*,—

Item, xij die mensis Maii, ibidem, Dominus Thomas de Stapeldone, Canonicus
 Ecclesie Exoniensis, obtinuit Licenciam faciendi Divina celebrari in
 quibusdam Oratoriis suis in Civitate et Diocesi Exonie constitutis, per
 Capellanum idoneum ; dummodo Parochiali Ecclesie, etc., ad beneplacitum.

Chapel ; *Licencia pro Oratorio de Bealdemarshe*,¹—

Item, xiiiij die Maii, ibidem, Johannes de Hydone optinuit Licenciam faciendi
 Divina celebrari in Capella sua de Bealdemershe, ad beneplacitum Domini,
 etc. ; ita quod Parochiali Ecclesie, etc.

¹ Marsh, in Clyst-Hydon.

A.D. Throwleigh ; *Licencia pro Capella atte Wallen*,—

^{1332.} Item, eisdem die et loco, Domina Alicia de Moeles optinuit Licenciam Vol. II. faciendi Divina celebrari in Capella sua atte Wallen, in honorem Gloriose Virginis Marie fundata, per Dominum Ricardum de Chageforde, presbiterum, ad beneplacitum Domini ; ita quod Parochiali Ecclesie de Thronlegh, in cuius Parochia eadem Capella constructa existit, nullum prejudicium generetur, etc. Et remissa fuit predicto Domino Ricardo culpa, si quam occasione Celebracionis Divinorum in eadem Capella hactenus contraxit.

Oratory ; *Licencia pro Oratorio de Blakepole*,—

Item, xv die Maii, ibidem, Walterus Gambon,¹ de Blakepole, obtinuit Licenciam faciendi Divina celebrari in Capella sua de Blakepole, ad beneplacitum Domini ; ita quod Parochiali Ecclesie [Southmolton], etc.

^{fol.} South Tawton ; *Licencia dimittendi Ecclesiam de Southtautone ad firmam*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Nicholao Walewayn, Rectori Ecclesie de Southtautone, nostre Diocesis, salutem, etc.—Fusis nobis pro te precibus favorabiliter inclinati, ut ab instanti Festo Beati Petri Ad Vineula [1 Aug.], per biennium continuum, fructus et proventus dictae Ecclesie discreto viro, Magistro Ricardo de Stokes, Juris Civilis Professori, presbitero, ad firmam possis dimittere, idemque Magister Ricardus licite recipere valeat et impune, considerata utilitate quam tibi et ei exinde cernimus provenire, tenore Presencium Licenciam concedimus et liberam facultatem. Proviso quod domos ad Rectoriam ejusdem Ecclesie spectantes, refectione necessaria indigentes, et alia in Ecclesia reficias, hospitalitatem serves, et elemosinas in Parochia largiaris, secundum quod prefatus Magister Ricardus, de cuius conscientie puritate plurimum confidimus, tibi dictaverit faciendum ; quodque annis singulis per dictum biennium ad ipsam Ecclesiam tuam semel accedere non omittas.—Data apud Clist, xvij die Maii.—Licence of non-residence for a year, to study, was granted to Walewayn at the same time.

Shevioke ; *Dimissorie*,—

John de Langedone, accolite, R., "ad Ordinem Subdiaconatus" (Exeter, 18 May).

St. Ruan-Lanyhorne [Larihorn, MS.] ; Master Walter de Botriaux, subdeacon, R.,—

Dispensation : non-residence till Michaelmas, 1334, to study, etc. (same date).

Oratories, etc. :—

Item, eisdem die et loco, Johannes Walrond obtinuit Licenciam faciendi Divina celebrari, per Capellatum idoneum, in Capella sua de Bradefeld, ad beneplacitum Domini, etc. ; ita quod Parochiali Ecclesie [Uffculme] nullum prejudicium generetur.

Item, eisdem die et loco, Domina Margareta de Kelly obtinuit consimilem Licenciam pro Oratorio ^{suo} de Egbeare.²

Item, eisdem die et loco, Dominus Johannes de Ralegh, Miles, optinuit hujusmodi Licenciam pro quibuscumque Oratoriis suis, Exoniensis Diocesis.

Item, eisdem die et loco, Dominus Reginaldus de Botriaux, Miles, optinuit hujusmodi Licenciam pro quibuscumque Oratoriis suis, etc.

Item, xix^{mo} die Maii, Exonie, Radulphus de Beaupel obtinuit Licenciam faciendi Divina [celebrari] in Oratoriis suis apud Knoustone³ et Tynten,⁴

¹ Of Moryston, *hodie* Morstone, in Halberton.

² In Cheriton-Bishop.

³ "The Manor of Knoweston belonged in the reign of Henry II. to the family

of Brett, who conveyed it to Beaple. It was for some descents the property and residence of this ancient family."

—Lysons' *Devon*, page 305.

⁴ See page 602 (*note*).

A.D. ad beneplacitum Domini ; ita quod Parochialibus Ecclesiis, etc.

1332. Item, eisdem die et loco, Johannes Brocke consimilem optinuit Licenciam pro Vol. Oratorio suo de Radeclyve.¹

II. Item, eisdem die et loco, Griffinus de Londay et Ricardus Bragge, presbiteri, obtinuerunt Licenciam celebrandi Divina in Capella Sancti Petroci juxta Dertemuthe, in Parochia Ecclesie de Stoke Flemynge ab antiquo, ut dicitur, erecta ; dummodo Parochiali Ecclesie nullum prejudicium generetur. Item, xx die Maii, Exonie, Dominus Ricardus de Hywische, Miles, optinuit Licenciam faciendi Divina celebrari in Oratoriis suis de Rathewelle² et Tremutheret³ ; ita quod Parochiali Ecclesie, etc.

Shevioke ; Sir John de Langedone, accolite, R.—

Dispensation : non-residence for a year from Michaelmas, to study ; “ita quod, recepto per eum Subdiaconatus Ordine citra dictum Festum Sancti Michaelis, ad susceptionem Ordinum Superiorum interim minime teneatur” (same date).

Lydford ; *Dimissorie*,—

Augustine de Botercombe, accolite, R., “ad Ordinem Subdiaconatus” (same date).

Pilton ; *Licencia pro Capella Recluse de Piltone*,—

Item, xxiiij die Maii, Exonie, Alicia, Reclusa in quoam cubiculo olim erector, et Capelle Beate Aguetis in Cimiterio Parochialis Ecclesie de Piltone contiguo, optinuit Licenciam faciendi Divina celebrari in dicta Capella, pro se, per Capellatum idoneum ; dummodo Parochiali Ecclesie, etc. ; in forma communi.

Barnstaple ; *Pro Capella Beate Marie et Beati Nicholai Barnastapolie*,—

Item, eisdem die et loco, Confratres Confraternitatis Capelle Beate Marie et Beati Nicholai, Confessoris, situate, ut dicitur, juxta litus maris Barnastapolie, obtinuerunt Licenciam faciendi Divina celebrari in dicta Capella, per duos Capellanos idoneos, etc., per biennium ; dummodo Parochiali Ecclesie, etc.

Oratory ; *Pro Oratorio de Mortebo*,—

Item, xxvj die Maii, Exonie, Domina Isabella de Roges optinuit Licenciam faciendi Divina celebrari in Oratorio suo, in Manerio suo de Mortebo constructo, per Capellatum idoneum ; dummodo Parochiali Ecclesie, etc.

fol. 152b. Against the Archbishop of Canterbury ; *Inhibicio ne Decanus Ecclesie Exoniensis Literas Archiepiscopi Cantuariensis, super Visitacione in Diocesi Exoniensi exercenda sibi directas, publicare presumat*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Decano Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, graciam, et benedictionem. Cum omnes oppressi qui pulsantur, vel eciam criminantur, ad reprimendum iniquitatem et maliciam Presidencium querencium que sua sunt, non que Christi, ad Sedem Apostolicam licenter valeant appellare, et ad eam, quasi ad Matrem, pro tuicione, defensione, et subsidio libere convolare, ipsaque Appellatione pendente, beneficio Sacrorum Canonum plena debeant, absque innovacione aliqua, libertate gaudere ; nosque nuper contra Venerabilem Patrem, Dominum Simonem, Cantuariensem Archiepiscopum, Literas et Decretum ipsius, ut dicitur, de visitando nos, Ecclesiam et Diocesim nostras Exonienses, ex certis causis legitimis atque veris, ad Sedem Apostolicam, pro nobis et nobis adherentibus,

¹ In North Lew,—“on which are the remains of a Chapel.”—Lysons’ *Devon*, page 311. ² *hodie* Raphel, in Lansallos. ³ *hodie* Treinadart, in Duloe.

A.D. appellaverimus, ut est notum ; idem, tamen, Venerabilis Pater, dicta
 1332. Appellacione nostra, de qua sibi ad plenum innotuit, non obstante, post et
 Vol. II. contra eam, in elusioneum, irreverenciam, et contemptum juris, Juris-
 diccionis, et honoris Sanctissimi Patris nostri, Pontificis Romani, et Sedis
 Apostolice, cuius judicium in hac parte esset merito expectandum, nostrique
 prejudicium, simplicium animos execicare et populum sibi alicere satagens,
 quodam subtili quin pocius fallaci ingenio, adherentes nobis et Appellacioni
 nostre hujusmodi, consiliarios nostros, et amicos justicie et devotos Sedis
 subtrahere prelibate ; asserens, eciā, et pretendens nimis voluntarie,
 quodam exquisito colore, sub quadam verborum palliacione minus vera,
 hujusmodi personas contra libertatem Ecclesie, ad enervacionem sue
 Visitacionis, conspiraciones inire et se adinvicem colligare ; cum pocius
 ministri justicie, defensores et fautores Romane Ecclesie, que Mater est
 omnium et Magistra, merito sunt censende ; Literas suas erroneas sub
 Censuris gravibus, que de jure non subsistunt, pro se et Visitacione sua
 hujusmodi publicandas, contra impedientes eum et Visitacionem suam pre-
 dictam, quam, cum de jure nequeat, conatur ibidem de facto tantummodo
 excercere, per phas et nephas, Capud nostrum et Ecclesie Universalis,
 Christi videlicet Vicarium, ad quem idem ipse et nos vicissim appellavimus,
 miniime recognoscens, vobis licet perperam dicitur direxisse. Volentes,
 igitur, nos, Appellacionem nostram, ac nobis adherentes et adherere volentes,
 cum Dei adjutorio et Sacrosancte Romane Ecclesie presidio et favore, viis
 quibus possumus defendere et tueri ; vobis, sub debito Obediencie et
 Majoris Excomunicacionis Sentencie pena (quam, premissa Monitione
 Canonica, cum jam culpa vestra precesserit, in personam vestram, si secus
 attemptare presumpseritis, ferimus in hiis Scriptis), tenore Presencium
 inhibemus ne prefatas Literas, nec alias quascumque de Visitacione dicti
 Archiepiscopi, si quam in Ecclesia nostra, Civitate, vel Diocesi disposuerit
 forsitan excercere, quomodolibet publicetis, nec ab aliis publicari, legi, seu
 exponi permittatis. Et quid feceritis in premissis nos, infra triduum a die
 receptionis Presencium, reddere studeatis cerciores per Literas vestras
 patentes, continentes hunc tenorem.—Data Exonie, xxv die mensis Maii,

Chapels, etc.,—

Pro Capella de Antrenon,—

Item, iij Kalendas Junii [30 May], Exonie, Dominus Johannes Lercedekne,
 Miles, obtinuit Licenciam faciendi Divina celebrari in Capella sua de
 Antrenon,¹ ad beneplacitum Domini, etc. ; ita quod Parochiali Ecclesie.

Pro Capella Botriaux,—

Item, eisdem die et loco, Dominus Reginaldus de Botriaux, Miles, obtinuit
 Licenciam faciendi Divina celebrari in Capella sua apud Treverys,² in forma
 communi ; ad beneplacitum Domini, etc.

[*Pro] Capella de Assheleghe,*³—

Item, eisdem die et loco, Henricus Tyrel optinuit Licenciam faciendi Divina
 celebrari in Capella sua de Asseleghe (*sic*).

Archdeaconry of Totnes ; *Commissio ad Visitandum Clerum et
 populum Archidiaconatus Tottoniensis*,—

Item, ultimo die mensis Maii, Exonie, Magister Robertus Bonde, Rector
 Ecclesie de Brodwodekelly, optinuit Commissionem ad visitandum Clerum

¹ Antron, in St. Sithney.

² In St. Just-in-Roseland. Lord Bot-
 reaux died seised of a Manor of this
 name, 2 Edw. IV.—Lysons' *Corn-
 wall*, page 152.

³ In Lifton.—“The Manor of Ashleigh

belonged to the family of Ashleigh
 from the reign of Henry III to that
 of Edward III., when it is supposed
 to have passed, with its heiress, to
 Tirell.”—*ibid*, page 317.

A.D. et populum Archidiaconatus Tottoniensis, sub forma qua prius de Archidiaconatu Exoniensi.

Vol. II. St. Ruan-major ; *Dimissorie*,—

Sir Ralph Bikefold, subdeacon, R., "ad Ordines Diaconatus et Presbiteratus" (Exeter, 4 June).

Archdeaconry of Totnes ; *Commissio ad continuandum incepit Visitacionis Officium in Archidiaconatu Tottoniensi*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Magistris Roberto Bonde, Rectori Ecclesie de Brodwodekelly, nostre Diocesis, et Ricardo Giffard, clero, juris perito, salutem, graciam, et benedictionem.—De vestris fidelitate et industria plurimum confidentes, ad continuandum incepit Visitacionis nostre Officium in Archidiaconatu Tottoniensi, nostre Diocesis, Clerumque et populum ac Ecclesias ejusdem Archidiaconatus non visitatos visitandum; necnon, in quibuscumque Causis, litibus, et negotiis coram nobis, occasione Visitacionis nostre hujusmodi, introductis et introducendis, cognoscendum, procedendum, et pronunciandum; hujusmodique Causas, lites, et negotia fine debito terminandum; ac, eciam, super criminiis et excessibus quorumcumque subditorum nostrorum in dicta Visitacione nostra detectis et detegendis inquirendum; hujusmodique crimina et excessus Canonice corrugendum et puniendum; vobis conjunctim, et cuilibet vestrum divisim, ita quod quicquid per unum vestrum incepit fuerit aliis licite poterit

fol. 153. terminare, vices nostras, cum cuiuslibet cohercionis Canonice et quod in hac parte decreveritis exequendi potestate, committimus per Presentes.— Data Exonie, xiiij die mensis Junii, Anno, etc.

Notary-Publick ; *Creacio Magistri Ricardi de Bysshopleghe in Notarium Publicum*,—

Memorandum quod xvij die mensis Junii, in Manorio Episcopali apud Cliste, Dominus creavit Magistrum Ricardum de Bysshopleghe, clericum, Exoniensis Diocesis, in Notarium Publicum, auctoritate cuiusdam Privilegii sibi a Sede Apostolica alias indulti; cuius tenor in quaterno de Privilegiis et Mandatis Apostolicis seriose continetur.¹ Qui, quidem, Ricardus, tactis Sacrosanctis Dei Evangelii, corporale prestitit juramentum, prout in eodem Privilegio continetur. Presentibus discretis viris, Domino Ricardo de Gomersale, Rectore Ecclesie de Dydesham, Exoniensis Diocesis, Magistro Roberto de Chiekwelle, Auctoritate Apostolica Notario Publico, Galfrido de Ettone, et aliis testibus, ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et optimis idem Magister Ricardus Literas sub magno sigillo Domini, cum signo et subscripcione Magistri David Alyam, Publici Auctoritate Apostolica Notarii, consignatas.

Archdeaconry of Barnstaple ; *Prorogacio Visitacionis Archidiaconatus Barnastapoliensis*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Archidiacono Barnastapoli, vel ejus Officiali, salutem, etc.—Licet pridem, super Visitacione per nos facienda Archidiaconatus Barnastapoliensis, nostras direximus vobis Literas certi tenoris, Visitacionem, tamen, ipsam, cum circa eam vacare nequivimus, certis ex causis utilitatem nostrorum omnium concernentibus subditorum, usque ad proximum diem Juridicun post instans Festum Beati Michaelis, Archangeli, tunc temporis excercendam diebus successivis, juxta formam nostrarum hujusmodi priorum Literarum, prorogavimus; vobis mandamus quatinus prorogacionem ipsam ad omnium quorum interest noticiam, cum celeritate debita, ducatis. Permittimus, tamen, ut, Prorogacione nostra hujusmodi non obstante, Capitura licete celebrare valeatis, et alias hiis uti

¹ See page 140.

A.D. que ad vos pertinent libere sicut prius ; de nostra, tamen, gracia speciali. —
 1332. Data apud Bradenestoke,¹ ultimo die Junii.

Vol. II. Stokenham ; *Commissio ad procedendum in negocio contra Dominum Thomam de Shirrigge*, —

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Henrico Bloyou, Canonico Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, etc.—Ad audiendum, cognoscendum, et procedendum in negocio super articulis contra Dominum Thomam de Shirrigge, qui se dicit Rectorem Ecclesie de Stokynhamme, nostre Diocesis, curate, in ultima Visitacione Archidiaconatus Tottoniensis, auctoritate nostra nuperime excercita, super assecucione et retencione dicte Ecclesie detectis et compertis instituto, et coram nostris Commissariis dicte Visitacionis legitime inchoato, eciam si ad destitucionem ipsius Rectoris agatur, et fine debito terminandum ; necnon ad ipsius Ecclesie fructus, proventus, et obvaciones quascumque, exigente justicia, sequestrandum et vendendum ; ac omnia alia et singula faciendum et excerceendum que in premissis, et circa ea, necessaria fuerint vel eciam oportuna ; vobis, de cuius fidelitate et industria circuinspecta plurimum confidimus, tenore Presencium committimus vices nostras, cum cuiuslibet cohercionis Canonice et quod decreveritis exequendi potestate.—Data apud Lambourne, viij die mensis Julii, Anno Domini supradicto.

St. Ludgyan [Ludevan, MS.] ; Master Robert Luke, priest, R.,—
Dispensation : non-residence for a year from Michaelmas ("apud Stuvyngtowne,"² 17 July).

St. Newlyn, Cornwall ; *Commissio ad procedendum contra Dominum Walterum de Meriet, Cancellarium Ecclesie Exoniensis*, —

Johannes, etc., dilectis filiis, Archidiacono Barnastapolie in Ecclesia nostra Exoniensi, et Magistro Henrico Bloyou, ejusdem Ecclesie Canonico, salutem, etc.—Agitationi Cause seu negotii, que vel quod, ratione Visitacionis nostre novissime Archidiaconatus Cornubiensis, contra providum virum, Dominum Walterum de Meriet, qui pro Cancellario Ecclesie nostre prelibate se gerit, occasione assecucionis, et retencionis, ejusdem Cancellarii, Parochialis vide-licet Ecclesie Sancte Neweline, Archidiaconatus antedicti, coram nobis pendere dinoscitur, comde intendere non valentes ; vobis,³ de quorum legalitate ad plenum confidimus, et vestrum euilibet per se et insolidum, ad procedendum in causa seu negocio hujusmodi, juxta formam actorum in ea seu eo hactenus habitorum, et illam seu illud decidendum, eciam si amocio dicti Cancellarii a dicta Ecclesia inde sequi possit aut debeat ; vices nostras committimus, cum cuius libet cohercionis Canonice et quod decreveritis exequendi potestate.—Data apud Nortone Sancti Philippi,³ xxv die mensis Julii.

Lydford ; *Dimissorie*, —

Sir Augustine de Botercombe, subdeacon, R., "ad Ordines Diaconatus et Presbyteratus" (Wells, 26 July).

fol. 158b. Rackenford [Rakeneforde, MS.] ; Robert, son of Roger Cola, of Colaton, clerk, R.,—

Dispensation : non-residence for a year from Michaelmas, to study ; "ita quod, susceptis ab eodem Accolitatus et Subdiaconatus Ordinibus, infra annum a tempore commissi sibi regiminis dicte Ecclesie, ad suspcionem

¹ A hamlet in the parish of Lineham, Wilts. There was a Priory of Augustinian Canons here, founded in 1142, by Walter D'Evereux.

² Steventon, Berks. There was an

Augustinian Priory here (a Cell to the Abbey of Bee, in Normandy), founded *temp. Henry I.*

In Somerset, 6 miles south of Bath.

A.D. Ordinum Superiorum, vel ad residendum in ipsa Ecclesia sua interim
 1332. minime teneatur" ("apud Petrishegues,"¹ 1 Aug.).

Vol. Fowey [Fawy, MS.]; Sir John Brey, R.,—

II. *Dispensation*: non-residence for three months from Michaelmas; "et interim
 optinuit Licenciam visitandi Limina Beati Jacobi² in Gallicia" (Poutone,³
 17 Aug.).

Truro [Treuereu, MS.]; Master John Hamely, priest, R.,—

Dispensation: non-residence for two years from Easter next (4 April, 1333),
 to study (Poutone, 18 Aug.).

Drewsteignton [Teyngtöne Dricu, MS.]; Master Nicholas de
 Miltone, deacon, R.,—

Dispensation: non-residence for a year from Michaelmas, to study (Crediton,
 23 Aug.).

[On the 24th of Aug., at Clyst, similar Dispensations were obtained by Sir
 William Kaigues, R. of Bishopsteignton, and Sir Thomas Kaignes, R. of
 "Chypyngtautone" [North Tawton]; but—"revocate fuerunt"].

St. Phillack [Sancte Felicitatis, MS.]; Michael Kerneke, clerk,
 R.,—

Dispensation: non-residence for a year from Michaelmas, to study, "ita quod,
 susceptis ab eodem Accolitatus et Subdiaconatus Ordinibus infra annum a
 tempore commissi sibi regiminis dicte Ecclesie, etc." (Clyst, 26 Aug.⁴)

St. Pinnock; Sir Serlo de Penfran, subdeacon, R.,—

Dispensation: non-residence for a year, to study (London, 11 Sept.).

Ermington; Sir Henry de Ichintone, priest, R. of the Mediety,—

Dispensation: non-residence for a year, "causa insistendi obsequiis Nobilis
 Viri, Domini Willelmi de Monte acuto" (London, 13 Sept.).

Uplyme [Uplym, MS.]; Sir Nicholas Pynnoke, R.,—

Dispensation: non-residence for a year, "causa insistendi obsequiis Domini
 Thome West, Militis (same date).

Loddiswell [Lodeswelle, MS.]; Master John le Zouche, R.,—

Dispensation: non-residence for a year, to study, "et ex aliis causis legitimis"
 (same date).

Dispensacio super recepcione Prime Tonsure a non suo Episcopo,—

Johannes, etc., dilecto filio, Johanni, filio Johannis Floyer, nostre Diocesis,
 clero, salutem, etc.—Cum, ex assercione tua aliquis legitimis documentis,
 sufficienter nobis constet te, etatis decem annorum, vel circiter, conjugatum,
 Primam Tonsuram a non tuo Episcopo, absque Licencia nostra, recepisse;
 quem, quidem, Ordinem sic susceptum ratificare et approbare, ac hujus-
 modi crimina abolere, et super hiis tecum misericorditer dispensare digna-
 remur, nobis ex parte tua humiliter extitit supplicatum; fusis, igitur,
 pro te precibus favorabiliter inclinati, et volentes tibi super hoc graciam
 facere specialem, prefatam Tonsuram sive Ordinem, quem, ut premittitur,
 sic conjugatus, absque tui Diocesani Licencia, suscepisti, ex potestate nobis
 a jure tributa, tenore Presencium ratificamus ac eciam approbamus; tibique
 in sic suscepto Ordine facultatem ministrandi, prout saluti tue videris
 expedire, concedimus; atque, injuncta tibi per nos Penitencia salutari,
 tecum, quatenus nobis a jure premittitur, super eo quod hactenus in dicto
 Ordine ministrasti misericorditer dispensamus. In ejus rei, etc.—Data
 Londoniis, xiiij die mensis Septembris, Anno, etc.

¹ The Bishop's Manor, in Yarcombe.

² Santiago de Compostela.

³ His Manor in St. Breoke, Cornwall.

⁴ viij Kalendas Septembris.

A.D. Silverton [Silfertone, MS.]; Sir Thomas de Leybourne, R.,—
 1332. *Dispensation*: non-residence for a year, to study (London, 15 Sept.).

Vol.

II. *Dimissorie*,—

- fol. Sir William de Collewiche, deacon, R. of Huntshaw,
 154. John Tynel, deacon, V. of Liskeard,
 Walter de Billisforde, deacon,
 James Basset, deacon, R. of Blackborough,
 John Kerneke, deacon, R. of Lansallos,
 Richard de Leghe, deacon, "ad Ordinem Presbiteratus," and
 John Tencha [Marg. Teche], clerk, "ad omnes Minores Ordines" (Horseley,
 18 Sept.).

"ad Ordinem Presbiteratus" (London,
 16 Sept.).

Axminster; *Commissio super Presentacione Ecclesie de Axminster*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Archidiacono Exonie et Subdecano in Ecclesia nostra Exoniensi, salutem, graciam, et benedictionem.—Presentato nobis per Religiosos Viros, Fratrem Johannem, Abbatem, et Conventum Monasterii de Nyweham, Ordinis Cisterciensis, nostre Diocesis, dilecto filio, Domino Adam de Tettebourne, presbitero, ad Ecclesiam de Axminster, ejusdem nostre [Diocesis], vacantem ut asserunt, et ad eorum Presentacionem spectantem; de vacacione Patronatusque jure dicte Ecclesie et presentandi ad eandem possessione, ac aliis articulis solitis inquire mandavimus et fecimus, ad ipsius instanciam Presentati; dilectis filiis, Dominis Johanne Giffard et Roberto de Valoignes, Canonicis, ut dicitur, prebendatis in Ecclesia Eboracensi, se opponentibus ex adverso. Quia, vero, recepta Inquisitione hujusmodi, de nonnullis articulis necessario ad ipsius Presentacionis negotium pertinentibus nobis non poterat ad plenum liquere; illa, videlicet, inter cetera ratione, quod idem Presentatus, cum Inquisitione predicta ad nos recurrens, Instrumenta plura ad instrucionem hujusmodi negotii necessaria, de quibus in Inquisitione ipsa plenior fit mencio, omisit coram nobis, propter locorum distanciam, exhibere; nos, volentes eidem Presentato propter hoc jus suum servari illesum, vobis, de quorum fidelitate et industria plena fiduciam optinemus, tenore Presencium committimus et inandamus quatinus, vocatis dictis Dominis Johanne et Roberto, Canonicis, jura, munimenta, et alias probaciones, quas et que dictus Presentatus coram vobis producere voluerit, competenti termino per vos sibi ad hoc assignando, recipere, vosque super eis studiose informare, et demum quid inde compereritis et senseritis nobis referre curetis; ut, vestra relatione recepta, in premissis ulterius faciamus quod cum Deo fuerit faciendum. Ad que omnia et singula faciendum, necnon dictis Partibus terminum competentem prefigendum quo coram nobis, vel nostris in hac parte Commissariis, uno vel pluribus, in nostra Exoniensi Ecclesia sufficienter compareant, nostram vel eorum in dicto negocio deliberacionem debitam auditire; vobis vices nostras committimus, cum cuiuslibet cohercionis Canonice potestate.—Data apud Horsleghe, xxij die Septembri.

Lifton; Sir Robert de Helpstone, R.,—

Licence of non-residence for a year from Michaelmas, to study (Horseley,
 24 Sept.).

Barnstaple Priory; *Mandatum ad sequestrandum fructus et obvenciones ad Prioratum Barnastapolie qualitercumque spectantes*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Ecclesiarum de Tautone et Barnastapolia Ierpuit Vicariis, salutem, etc.—Cum Frater Johannes de Sancta Gemma, Prior Monasterii Barnastapolie, nostre Diocesis, nobis Diocesano jure subjecti, cui ipsius Prioratus regimen et cuia per bone memorie Walterum

A.D. Predecessorem nostrum, Exoniensem Episcopum, auctoritate Diocesana in
1332. spiritualibus est commissum, dictum Prioratum ac curam animarum eidem
Vol. II. annexam, ejusque regimen, temere deserens, alibi extra curam sibi com-
missam moram traxerit, ut dicitur, jam est diu, et notorie eciam trahit de
presenti, in ipsius et cure sibi commisso animarum ibidem grave periculum,
et aliorum perniciosum exemplum plurimorum; propter quod, licet de
juris rigore ad ammocationem dicti Prioris a suo regimine, premissa Monitione
legitima, procedi poterit contra eum; nos, tamen, volentes rigorem hujus-
modi temperare, fructus et obvenciones Ecclesiasticos quoscumque ad
dictum Prioratum spectantes, ubicumque in nostra Jurisdiccione existentes,
salva sustentacione solita Monachorum ibidem Deo deservencium, et aliis
oneribus ibidem solitis pro Cultu Divino subportando, quam per vos, quos
dicto Prioratui et ejus regimini, tenore Presencium, communiter et divisim
deputamus yconomos, de fructibus et obvencionibus predictis distribui
volumus et assignari, tenore Presencium sequestramus. Quocirca vobis et
vestrum cuilibet committimus, et sub Canonice Obedience debito ac
[fol. 154b.] Majoris Excommunicacionis Sentencie pena, firmiter injungendo, mandamus
quatinus Sequestrum hujusmodi sic per nos fuisse, et esse, interpositum
publice et solemniter nuncietis, et per alias faciatis nunciari; et sub arto
custodiatis, seu custodiri faciatis, Sequestro, sicut volueritis vestro periculo
respondere. De die, vero, receptionis Presencium, modo et forma execu-
cionis Mandati nostri hujusmodi per vos facte, et quid feceritis, et vestrum
quilibet fecerit, in premissis, nos, citra instans Festum Omnium Sanc-
torum [1 Nov.], certificetis, et vestrum quilibet certificet, per vestras
Literas suavse patentes, sigillo aliquo autentico consignatas, habentes hunc
tenorem. Alias, vero, Sequestrationis nostre Literas, tibi, Vicario Ecclesie
de Tautone predicte, per nos ob premissa pridem directas, revocamus, et
haberi volumus pro revocatis.—Datum apud Horsleghe, xxv die mensis
Septembbris, Anno, etc.

Ashton [Assherstone, MS.]; Sir Benedict Snel, "de Aspertone,"
priest, R.—

Licence of non-residence for a year, "causa Peregrinacionis, et pro quibusdam
negociis suis in Curia Romana promovendis" (Horseley, 28 Sept.¹). See
Bishop Stapeldon's Register, page 371.

—*Commissio ad amovendum Fratrem Johannem, dictum de
Parys, a regimine et administracione Prioratus Barnastapolie,*—
Johannes, etc., dilectis filiis, Precentori, et Magistro Henrico Bloyou, Canonico
Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, etc.—Relacione verbali fidelitatem
quorundam recenter intelleximus quod quidam Frater Johannes, dictus de
Parys, in Prioratum Barnastapolie, nostre Diocesis, nobis Diocesano jure
subjectum, et cuius possessione subjeccions Predecessores nostri, Exonienses
Episcopi, usi fuerunt suis temporibus, et nos usi sumus hactenus inconcusse,
vivente Fratre Johanne de Sancta Gemma, ejusdem Prioratus Priore,
spreta auctoritate nostra Diocesana, temeritate propria, quin verius proter-
vitate, se intrusit, et ipsius Prioratus cure et regimini, bonorumque adminis-
tracioni ingerit impudenter. Ne, igitur, facti perversitas presumptoribus
transeat in exemplum, quod, si verum est, non potest non esse notorium;
vobis, de quorum fidelitate et industria ad plenum confidimus, et vestrum
cuilibet insolidum, committimus et mandamus quatinus, si est ita, ad
ammocationem dicti Fratris Johannis intrusi, et a regimine et administracione
dicti Prioratus, cui, ut premittitur, de facto se ingerit, et alias contra eum,
prout justum fuerit, procedatis; facientes quod decreveritis per quam-
cumque Censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Quid, autem, feceritis
in premissis nobis distincte intimare curetis per Instrumentum seu Pro-

¹ iiiij^{to} Kalendas Octobris.

A.D. cessum Publicum, vestris sigillis communitum, tocius rei per vos geste
 1332. seriem continens, cum vos super hoc contigeit premuniri.—Data apud
 Vol. II. Horsleghe, penultimo die Septembri.

Warleggan [Worlegan, MS.]; Master Ralph de Tremur, sub-deacon, R.,—

Dispensation: non-residence for a year, to study (Clyst, 17 Oct.).

Festum Sancti Luce.

Anno Domini Millesimo CCC^{mo} xxxij^{do}, et Consecrationis
 Venerabilis Patris predicti sexto incipiente.

fol. 155b. Clyst-Hydon; Sir Simon de Assheforde, priest, R.,—
 Licence of non-residence for a year, to study (Clyst, 19 Oct.).

Charleton [Churlestone, MS.]; Sir Edm. Pypard, subdeacon, R.,—
Dispensation: non-residence for a year, to study (same date).

Oratory; *Licencia pro Oratorio—Pipard*,—

Item, eisdem die et loco, Willelmus Pipard optinuit Licenciam faciendi
 Divina celebrari in Oratorio infra Mansum suum de Combehalle,¹ ad bene-
 placitum Domini duraturam; ita quod Parochiali Ecclesie, etc., in forma
 communi. [See the footnote. Charleton and South Pool are adjacent
 Parishes.]

Exeter Cathedral; *Litere misse Decano et Capitulo Ecclesie Exoniensis*,—

(i) Johannes, etc., dilectis filiis, Decano et Capitulo Ecclesie nostre Exoniensis,
 salutem, etc.—Cum, secundum Canonicas Sanxiones, Canonicici majoris
 Ecclesie Cathedralis, Prelatorum suorum obsequiis insistentes, ipsi Ecclesie
 intelligentur servire ac censemur in ipsa Ecclesia residere; vobis signifi-
 camus quod dicto beneficio juris pro nobis et Canonicis nostris nobis ob-
 sequentibus gaudere volumus, prout possumus et debemus. Propter quod
 vos hortamur [et] requirimus, in virtute Obedientie, firmiter, et monemus
 quatinus Canonicos nostros nobis et negotiis nostris specialiter intendentes,
 per nos vobis nominandos, reputatis et habeatis inter vos ut pro residentibus
 habeantur.—Data apud Cliste, xx die Octobris.

(ii) Johannes, etc., dilectis filiis, Decano et Capitulo Ecclesie nostre Exoniensis,
 salutem, etc.—Cum pridie vobis scripserimus, significando quod
 indulto Canonis quo cavetur Canonicos in servicio sui Episcopi existentes
 debere pro residentibus haberi, quia qui Episcopo servit Ecclesie sue servire
 intelligitur, juxta illud Beati Cipriani,—Scire debes Episcopum in Ecclesia
 et Ecclesiam in Episcopo, et qui cum Episcopo non sit in Ecclesia non
 esse; vobis in virtute Sancte Obedientie, firmiter injungendo, mandamus
 quatinus dilectos nobis in Christo, Magistrum Thomam de Nassington,
 Canonicum dicte Ecclesie nostre, Clericum nostrum, Officiale eciam et
 Servitorem nostrum commensalem, ac Magistrum Willelmum de Nassington,
 Clericum nostrum, Servitorem et Cancellarium commensalem, Canoni-
 cium in dicta Ecclesia, pro nobis, et negotiis nostris et Ecclesie nostre

¹ Probably, Combe in South Pool. The Manor of South Pool “belonged in the reign of Henry I. to Nicholas de Pola. The coheiresses of this family married Pipard and Clavell.”—Lysons’ *Devon*, page 420. There was a Manor

of Combehall, or Combe Hele, in Drewsteignton, which “belonged to the ancient family of Knovill, and passed by successive female heirs to Archdekne, Luscot, and Lanherne.” *ibid.*, page 493.

A.D. 1332. predicte, continue desudantes, pro residentibus habeatis ; facientes eis de communitatis beneficio et proventibus residentibus debitibus responderi.
 Vol. II. Quid circa premissa feceritis, seu facere intenditis, nos, citra Diem Domini-
 canum proximo futuram, certificetis per Literas vestras patentes, harum
 seriem continentem.—Data apud Chuddeleghe, xxij die Octobris.

Inwardleigh ; Sir Walter Mewy, subdeacon, R.,—

Dispensation : non-residence for a year, to study (same date).

Bideford ; Master Walter Prodomme, priest, R.,—

Licence of non-residence for a year, “causa residendi in Prebenda sua de Howidene [Howden], Eboracensis Diocesis” (same date).

Bishopsteignton [Teyngtome Episcopi, MS.], Master William Kaignes, priest, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study (same date).

North Tawton [Chypyngtautone, MS.]; Master Thomas Kaignes, subdeacon, R.,—

Dispensation : non-residence for a year, to study (same date).

Exeter Cathedral ; *Certificatorium Decani et Capituli Ecclesie Exoniensis*,—

Reverendo in Christo Patri ac Domino suo, Domino Johanni, Dei gracia Exoniensi Episcopo, sui humiles et devoti, Decanus et Capitulum Ecclesie sue Cathedralis Exonie, omnem obedienciam et reverenciam, cum honore.— Mandatum vestrum reverendum recepimus, tenorem continens infra- scriptum,—Johannes, etc.—Cum pridie vobis scripserimus, etc., *ut supra*.— Cui, quidem, Mandato vestro paremus, et locis ac temporibus oportunis parere intendimus reverenter, quatenus de jure, Consuetudine, et Statuto Ecclesie Exoniensis possumus, tenemur, et tenebimur iu futurum.—Datum Exonie, x^{mo} Kalendas Novembris [23 Oct.], Anno Domini supradicto.— Quod, quidem, Certificatorium, sigillo Ecclesie Beati Petri Exoniensis, ut prima facie videbatur, signatum, Venerabili Patri, Domino Johanni, Dei gracia Exoniensi Episcopo, xxiiij die mensis Octobris, Anno supradicto, in Camera sua apud Chuddeleghe, per quemdam Walterum de Gloucestre, domicellum dicti Patris, traditum fuit et liberatum. Qui, quidem, Walterus asserebat eidem Patri ipsum Certificatorium per Magistrum Henricum Bloyou, Ecclesie Cathedralis Exonie Canonicum, eodem die sibi traditum fuisse, eidem Patri deferendum. Presentibus Magistro David Alyam et Nicholao Aunger, Publicis Auctoritate Apostolica Notariis, Rogero de Wenloke, Ricardo de la Haye, et aliis.

[fol.] Illegitimacy ; John called le Deen, of Horwood, accolite,—

156.] *Dispensatio super defectu natalium*,—“de soluto genitus et soluta” (Chud-
 leigh, 23 Oct.).

155b. Canonsleigh Abbey and Polsloe Priory ; *Commissio ad audiendum Confessiones Religiosarum Mulierum de Leghe et Polslo*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Fratri Willelmo de Jumiere, Ordinis Predicatorum Conventus Exoniensis, presbitero, salutem, etc.—De vestra sollicitudine et prudencia plurimum confidentes, ad audiendum Confessiones dilectorum filiarum, Abbatisse de Leghel¹ et Priorisse de Polslo, Sanctorum Augustini et Benedicti Ordinum Monasteriorum, et Sanctimonialium in eisdem Deo fol. 156-dedicatarum, vobis peccata sua confiteri volencium, et impendendum contentibns debite Absolucionis beneficium, salutaremque Penitenciam pro commissis injungendum nisi sint talia que Sedi Apostolice, vel nobis, fuerint specialiter reservata ; vices nostras committimus per Presentes.— Data in Manerio nostro de Chuddeleghe, xxvj die mensis Octobris, Anno, etc.

¹ See page 264, Nos. 213 and 214.

A.D. Blisland [Blistone, MS.] ; Sir Robert de Bokyngham, priest, R.,—
 1332. Licence of non-residence for a year, "causa insistendi obsequiis Nobilis
 Vol. Viri, Ricardi, Comitis de Arundellis" (Chudleigh, 29 Oct.).
 II.

Bridford ; Master Walter de Lappelode, priest, R.,—
 Licence of non-residence for a year, to study (same date).

Buckfast Abbey ; *Benedic和平 Abbatis Bucfestrie*,—

Item, primo die mensis Novembris, apud Chuddeleghe, in Capella Manerii ibidem, Dominus benedixit Fratrem Johannem de Churstowe, electum in Abbatem Monasterii Buffestrie, Ordinis Cisterciensis ; qui profitebatur sub hac forma,—Ego, Frater Johannes, Abbas Bucfestrie, Ordinis Cisterciensis, Subjeccionem, Reverenciam, Obedienciam, a Sanctis Patribus constitutam, secundum Regulam Sancti Benedicti, tibi, Domine Pater Episcope, tuisque Successoribus Canonice substituendis, et Sancte Sedi Exoniensi, salvo Ordine nostro, perpetuo me exhibituru[m] promitto.

[fol. 160.] *Commissio pro Curie Domini Causarum Auditore*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Willelmo de Nassington, Ecclesie nostre Cathedralis Exonie Canonic, nostroque Cancellario, salutem, graciam, et benedictionem.—Ad audiendum, et fine debito terminandum, omnes et singulas Causas et negotia ad nostrum speciale examen ex Officio, vel ad Parcium instanciam, qualitercumque deducta seu deducenda ; necnon, ad inquirendum, corrigendum, et puniendum quorumcumque nostrorum criminis et excessus subditorum, eciam si de amacione alicujus Personae Ecclesiastice a suo Ecclesiastico Beneficio, Dignitate, Administracione, vel Officio agatur, cum omnibus suis dependentibus, contingentibus, et emergentibus ; vobis, de cujus fide et industria ad plenum confidimus, vices nostras committimus, cum cuiuslibet cohercionis Canonice potestate. Data in Manorio nostro [de Chuddeleghe], tercio die mensis Novembris, Anno, etc.

fol. 156. Buckfast Abbey ; *Monicio contra arrestantes bona quondam Fratris Stephani, Abbatis Monasterii Buffestrie, defuncti*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Decano Tottonie, salutem, etc.—Significavit nobis dilectus in Christo, Vir Religiosus, Frater Johannes, Abbas Monasterii Buffestrie, Ordinis Cisterciensis, quod quidam iniquitatis filii et sue Salutis immemores, quos prorsus ignorat, nonnullas pecuniarum summas et alia bona ejusdem Monasterii, sub disposicione et custodia dilecti in Christo Fratris Stephani, sui in dignitate et administracione dicte Abbacie predecessoris, dum viveret consistencia, que in utilitatem ejusdem Monasterii converti et sibi reddi deberent, velud Canonico successori, temere et maliciose arrestant, detinent, et occultant, et ea sic arrestata, capta, et occultata detinere presumunt, non curant ea eidem Abbati exhibere ; super quo dictus Abbas remedium a nobis humiliter imploravit. Quocirca tibi committimus et mandamus, sub Canonice Obediencie debito firmiter injungentes, quatinus hujusmodi pecuniarum et aliorum bonorum arrestatores, detentores, et occultatores, ex parte nostra, publice, in Ecclesiis et Capellis tui Decanatus, per te et alios legitime moneas ut, infra competentem terminum a te eis prefigendum, bona predicta eidem Abbati restituant et revelent, et de hiis plenam satisfacionem et debitam ei impendant. Et, si id non impleverint infra alium terminum competentem, quem eis ad hoc peremptorie duxeris prefigendum, extunc in eos Majoris Excommunicacionis Sentenciam proferas generalem, faciens eam pulsatis campanis, candelis accensis, Cruce in manu erecta, singulis Diebus Dominicis et Festivis, in singulis Ecclesiis et Capellis predictis, ac aliis et alias quando expedire videris, usque ad satisfacionem condignam solemniter publicari. De nominibus occupancium, detinencium, et occultancium pecunias et alia bona hujusmodi inquirens nichilominus

A.D. diligenter; et quos, per tuam inquisitionem, reos in hac parte seu infamia
1332. respersos inveneris, eosdem peremptorie cites quod compareant coram
Vol. II. nobis, aut nostro in hac parte Commissario, tercio die Juridico a tempore
Citacionis hujusmodi numerando, ubicumque tunc fuerimus in nostra
Civitate vel Diocesi; eciam eo non obstante, quod extra ambitum tui
Decanatus extirerint; super premissis et ea contingentibus, eis, et eorum
cuilibet, ad correccionem animarum suarum ex Officio nostro, et ad
promotionem dicti Abbatis, obiciendis responsuri, et, si res exegerit,
personaliter juraturi; facturi ulterius et recepturi quod erit justum.
Diem, autem, et formam Citacionis hujusmodi per te facte, et quid feceris,
quosque reos infamiae respersos inveneris in premissis, nobis, vel nostro
Commissario hujusmodi, dicto die distinete intimes per tuas patentes
Literas, habentes hunc tenorem.—Data apud Chuddeleghe, quarto die
Novembris.

Bradninch; *Commissio pro Reconciliacione Ecclesie de Bradneche,—*

Item, eisdem die et loco, emanavit Commissio Thesaurario Exonie et Priori
Beati Nicholai Exonie, conjunctim et divisim, ad reconciliandum Ecclesiam
Parochialem de Bradeneche, que per effusionem sanguinis asseritur violari;
recepta prius aqua quam Dominus, ea occasione, benedixit, etc.; in forma
communi, cum tenore Literarum Apostolicarum inde concessarum Domino,
quarum tenor scribitur in primo quaterno istius Registri (see page 328).

Ideford [Y undeforde, MS.]; Sir Rd. de Henleghe, priest, R.—
Licence of non-residence for a year, "causa insistendi Divinis Obsequiis in
Ecclesia Cathedrali Exonie" (Chudleigh, 5 Nov.).

^{fol.} Redruth; *Litera missa Domino Regi, pro terris et tenementis
156b. Rogeri le Veel, clerici, deliberandis,—*

Excellentissimo Principi ac Domino suo, Domino Edwardo, Dei gracia Regi
Anglie illustri, Domino Hibernie, et Duci Aquitannie, suus humilis et
devotus Capellanus, Johannes, etc., salutem in Eo per Quem Reges regnant
et Principes dominantur.—Vestra reverenda noverit Celsitudo quod, cum
Rogerus le Veel, clericus, nostre Diocesis, de morte Bartholomei le Moul,
de Rudruth, in Curia vestra, coram Doinino Johanne de Stonore et Sociis
suis, Justiciarii vestris, ad diversas felonias et transgressiones in Comitatu
Cornubie audiendum et determinandum assignatis, irretitus, et nobis,
tanquam Loci Dioccsano, per Justiciarios illos, tanquam inde culpabilis, ad
requisitionem nostram, juxta libertatem Ecclesiasticam, fuisse liberatus;
idem Rogerus postmodum super dicto crimine sibi imposito, auctoritate
nostra, innocenciam suam legitime purgavit, et a carcere nostro, eadem
auctoritate nostra, extitit Canonice liberatus, et existit, per Decretum.
Quocirca vestram Regiam Celsitudinem requirimus et rogamus quatinus
Vicecomiti Cornubie per Literas vestras jubere velitis ut terras et tene-
menta, bona et catalla predicti Rogeri, que in manum vestram capta sunt
occasione predicti criminis, eidem Rogerio, secundum libertatem Ecclesi-
asticam ac Legem et consuetudinem Regni vestri, restituat, ipsaque de
vestra solita gratia dignemini liberare. In Christo cum gaudio vigeat et
floreat vestra Regia Celsitudo! In cuius rei testimonium sigillum nostrum
Presentibus est appensum.—Data apud Chuddeleghe, quinto die Novembris.

Yarnscombe; *Commissio super Appropriaione Ecclesie de Yernes-
combe Hospitali Sancti Johannis Exonie,—*

Johannes, etc., dilectis filiis, Archidiacono Barnastapolie, et Subdecano in
Ecclesia nostra Exoniensi, ac Magistro Willelmo de Nassyngtone, ejusdem
Ecclesie nostre Canonico, Cancellario nostro, salutem, etc.—De vestre
circumspectionis industria plenam in Domino gerentes fiduciam, ad tract-
andum diligenter et solemniter una cum dilectis filiis, Capitulo Ecclesie

A.D. 1332. nostre Exoniensis prelibate, hac instanti die Jovis, de causa seu causis
 Vol. II. Parochiali Ecclesia de Yernescombe, nostre Diocesis, prout ad id dictum
 nostrum Capitulum decrevimus convocabandum, causasque hujusmodi, habito
 inde, ut premittitur, tractatu diligent et solemptni, si liqueat fieri posse de
 jure, approbandum; necon, ejusdem Capituli nostri consilium et consensum
 ad premissa requirendum et acceptandum, aliaque omnia et singula
 faciendum et prosequendum que circa expedicionem finalam Appropriacionis
 hujusmodi dicte Ecclesie necessaria fuerint seu eciam oportuna; vobis
 communiter, et duobus vestrum insolidum, vices nostras committimus,
 cum cohercionis Canonice potestate; mandantes quatinus, expleto tractatu
 hujusmodi, de modo et forma ejusdem, et quid inde feceritis ac senseritis,
 duo vestrum nos quantocius informati; ut, vestra informacione recepta,
 faciamus iu hujusmodi Appropriacionis negocio quod cum Deo fuerit
 ulterius forsitan faciendum.—Data apud Chuddeleghe, x die Novembris,

Chudleigh; *Licencia pro Capella de Knithetone*,—

Item, xj die Novembris, apud Chuddeleghe, incole Ville de Knyghtetone
 optinuerunt Licenciam faciendi Divina celebrari in Capella de Knightetone,
 antiquitus, ut dicitur, ibidem erecta, per Capellatum idoneum, diebus
 feriatis et non feriatis, prout est hactenus in ea fieri consuetum; dummodo
 Parochiali Ecclesie, etc., nullum per hoc prejudicium generetur. Et relaxata
 fuit Sentencia Suspensionis, si cui ipsa Capella, occasione premissa, forsitan
 sit subjecta.

Widworthy [Wydeworthi, MS.]; Sir Richard de Wodeforde, sub-
 deacon, R.,—

Licence of non-residence for a year, "causa insistendi obsequiis Nobilis Viri,
 Domini Hugonis de Courtenay, junioris, et eciam dimittendi Eccle-
 siam suam predictam ad firmam, per dictum tempus, alicui persone ydonee"
 (same date).

[fol.] Oratory; *Licencia pro Oratorio W. de Setone*,—

157. Item, xj die mensis Novembris, apud Chuddeleghe, Magister Walterus de
 Setone, Canonicus Ecclesie Collegiate Criditonie, optinuit Licenciam
 faciendi Divina celebrari in quounque honesto Oratorio infra mausum
 suum, ubicunque in Diocesi Exoniensi ipsum moram facere contigerit, per
 Capellatum idoneum; dummodo Parochiali Ecclesie nullum prejudicium
 generetur.

fol. Rockbeare; *Commissio super Administracione bonorum Magistri*
 156b. *Willelmi de Todewelle, nuper Rectoris Ecclesie de Rokebeare*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Magistro Ricardo de Todewelle, Perpetuo Vicario
 Ecclesie Parochialis de Sydemuthe, et Willelmo de Doune, domicello, nostre
 Diocesis, literato, salutem, etc.—Pridem dilecto filio, Magistro Willelmo de
 Todewelle, Rectore Ecclesie de Rokebeare, ejusdem nostre Diocesis, condito,
 ut dicebatur, Testamento, viam universe carnis ingresso, fecimus Testa-
 mentum hujusmodi per eum conditum, prout ad nos pertinuit et pertinet,
 exhiberi. Exhibitoque et ad plenum discusso Testamento predicto, dicti
 Testamenti non persone ipsius Testatoris vicio, servato processu legitimo,
 pronunciavimus idem Testamentum nullum esse et viribus omnino carere.
 Et subsequenter, debita meditacione precaventes ne bona ad dictum defunc-
 tum dum viveret spectancia, que conservando non poterunt utiliter con-
 servari, ob defectum custodie consumpcionis subjacerent incomodis, vos, de
 quorum fidelitate et industria firmam in Domino concepimus fiduciam,
 Administratores in bonis quibuscumque dicti defuncti, in nostra Diocesi,
 sive nominibus debitorum vel alias consistentibus, tenore Presencium
 deputamus, et vobis auctoritate nostra ordinaria administrandi et disponendi
 de eisdem committimus et concedimus facultatem; mandantes sub debito

A.D. 1332. prestiti per vos ad Sancta Dei Evangelia juramenti, quatinus sitis in colligendo debita dicti Testatoris solliciti, in conficiendoque Inventario Vol. II. bonorum et raciocinium inde reddendo tempore competenti fideles, et distribuendo pro salute anime ipsius Testatoris adeo discreti,—super quibus omnibus et singulis vestras conscientias oneramus,—quod proinde valeatis Eterne Beatitudinis premium promoveri.—Data apud Chuddeleghe, xij die Novembris.

fol. 157. Exeter.—The Palace-Archives ; *Mandatum contra occupatores et occultatores Literarum, Jurium, et Munitamentorum in Archivis Palacii Exoniensis repositorum,*—

Johannes, etc., dilecto filio, Officiali nostro, salutem, etc.—Nexum immensi debiti, quo Ecclesie nostre Exoniensi fide media copulamur, tociens impendere non ambigimus quociens eidem Ecclesie, Sponse nostre, in hiis que Episcopalia sua jura respiciunt, contra suos injuriatores congrue protectionis presidio prevenimus. Vacante, siquidem, dudum ipsa nostra Exoniensi Ecclesia per mortem bone memorie tam Walteri ultimi quam Jacobi, Episcoporum Exoniensium, Predecessorum nostrorum ; et, postquam ad ejusdem Ecclesie regimen essemus, licet immeriti, Supernae Dispositione vocati; nonnulli, sue fame prodigi et Salutis, nitentes in vetitum et ad illicita laxantes frenum, quos prorsus ignoramus, nonnullas Literas, Jura, Munitenta, Membranas, Cauciones, et bona alia in Archivis Ecclesie nostre prelibatae, in Capella Palacii nostri Exoniensis et alibi reposita ; que apud nos et Successores nostres, Exonienses Episcopos, solum et insolidum, causa rerum servandarum, de jure et consuetudine deponi deberent, nobisque et eis fideliter reservari ; temere et maliciose occupant, detinent, et occultant, in ejusdem Ecclesie Jurisque Episcopalis et Dignitatis nostre grave dispendium et jacturam. Considerantes, igitur, presencium scandala et varia posterorum periula, si memoria tante temeritatis excessus in succedencia temporum curricula sine correccione differatur debita ; cum jam per quinquennium expectavimus si a sua obstinacia hujusmodi resilirent ; qui, tamen, in ea obstinati continue fervencius inardescunt ; vobis, sub debito Obedientie firmiter injungendo, mandamus quatinus hujusmodi Literarum, Jurium, Munitamentorum, Membranarum, Caucionum, et aliorum bonorum occupatores, detentores, et occultatores, ex parte nostra, publice, in Ecclesia nostra Cathedrali, hac instanti Die Dominica, in Processione, aliisque Ecclesiis Civitatis et Suburbii Exonie, intra Missarum Solempnia, coram populo, per vos vel alios moneatis ut, infra competentem terminum a vobis prefigendum eisdem, Literas, Jura, Munitenta, Membranas, Cauciones, et alia bona hujusmodi nobis restituant et revelent, et de hiis plenam et debitam satisfaccionem impendant. Et, si id non impleverint infra alium competentem terminum, quem eis ad hoc peremptorie duxeritis prefigendum, extunc eos, si singulares persone fuerint Ecclesie nostre prelibatae, publice et solempniter, per vos vel alium, nuncietis suspensos ipso facto fuisse, et esse, a jure ab Officiis et Beneficiis quibuscumque, donec plene restituerint quicquid de Literis, Juribus, Munitenis, Membranis, Caucionibus, et aliis bonis percepient supradictis. Si, vero, alii fuerint, dummodo Regali vel Pontificali minime prefulgeant Dignitate, Excommunicacionis Sentencia, premissa dicta Monitione Canonica, percellatis ; facientes eos, eciam, pulsatis campanis, candelis accensis et extinctis, Cruceque erecta in manibus, singulis Diebus Dominicis et Festiis, usque ad satisfaccionem condignam, publice et solempniter nunciari ; de nominibus hujusmodi injuriantium diligenter inquirentes. Et quos per vestram inquisitionem reos in hac parte, seu inde probabiliter suspectos, inveneritis, eosdem peremptorie citetis quod compareant coram nobis, vel nostro in hac parte Commissario, sexto die Juridico a tempore Citacionis hujusmodi numerando, ubicumque tunc fuerimus in nostra Civitate vel Diocesi, super premissis et ea contingentibus, eis, et eorum cuilibet, ad correccionem

A.D. animarum suarum, ex nostro Officio obiciendis, personaliter responsuri;
 1332. facturi ultius et recepturi quod justicia suadebit. Ut, autem, presentes
 Vol. II. nostre Litere ad omnium quorum interest communem noticiam deducantur,
 eas, sub sigillo Officij vestri transumptas, foribus Ecclesie nostre prelibate
 affigi faciatis seu appendi, que ipsas et contenta in eis, suo quasi sonoro
 preconio et patulo judicio, publicabunt. Diein, autem, receptionis, Pre-
 sencium ac Citacionis vestre hujusmodi formam, et quid feceritis in
 premissis, nobis, vel Commissario nostro hujusmodi, recursis dictis
 terminis, infra octo dies intimetis per Literas vestras patentes, habentes
 hunc tenorem.—Datum apud Chuddeleghe, xvij die mensis Novembris.

[fol. 5.] Yarnscombe; *Appropriacio Ecclesie Parochialis de Ernyscombe*
Fratribus Prioratus Sancti Johannis Exonie,—

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis ad quos presentes Litere pervenerint,
 Johannes, miseratione Divina Exoniensis Episcopus, salutem in Domino
 sempiternam.—Deliberacione debita considerantes et digna quod bone mem-
 orie Walterus, Exoniensis Episcopus, Predecessor noster, ad ea que longa ex-
 periencia gravibus esse probabant onusta dispendii et innumeris plena peri-
 culis dirigens intuitum sue mentis, et potissime ad id quod quasi communis
 morbus irrepit, quod Ecclesiarum Parochialium Rectores et alii curam
 animarum habentes, ceterique in Sacerdotio constituti, qui gramaticae
 fundamentum non hauserunt, ob defectum quem paciuntur in ea inutiles
 ad superiores sciencias, vel saltem minus sufficientes, redduntur; post-
 quam idem Predecessor noster unam Domum pro Scolaribus in Logica
 imbuendis Oxonie fundaverat, ubi Universitas viget generalis, extunc eciam
 ad sustentacionem puerorum studencium in grammatica et erudiendorum in
 moribus et vita cordis sui sedulo destinavit affectum, ideoque tres acras
 nomine glebe, in territorio Ville de Ernescombe,¹ nostre Diocesis,
 cum Advocacione Ecclesie de Ernyscombe, adquisivit, et a Serenissimo
 Principe, Domino Rege illustri, appropriandi eandem dilectis filiis,
 Magistro et Fratribus Hospitalis Beati Johannis, infra Portam Orientalem
 Civitatis Exoniensis, nostri Patronatus, ad augmentum Cultus Divini
 in eodem et sustentacionem puerorum studencium et instruendorum, ut
 premittitur, pro anima sua cum ab hac luce migraret, et anima bone
 memorie Domini Thome de Buttone, Exoniensis Episcopi, sui et nostri
 Predecessoris, impetravit et obtinuit Licenciam specialem. Et, licet super
 hiis, prout fidei signorum relatione accepimus, tractatum diligentem cum
 Capitulo suo et nostro Exoniensi ipsiusque Capituli consensum inde
 habuisset, sortis tamen humane condicio, que ipsum de medio sustulit in
 causa fuit quare in premissis votum suum non explevit. Nos, autem, qui
 sicut eidem licet immeriti in Pontificatus Officio, Domino miserante, succe-
 dimus, sic in affectus plenitudine consummacionis eorum que in premissis
 sua pietas inchoavit succedere volumus et debemus. Premissorum, igitur,
 consideracione precumque instancia dilectorum filiorum, Fratris Thome de
 Hentone, nunc Regularis Canonici Ordinis Sancti Augustini, Thome, et
 Walteri, Predecessorum nostrorum predictorum, Executorum excitati, dilectos
 filios, Decanum et Capitulum Ecclesie nostre Exoniensis prelibate ad certos
 diem et locum, ad tractandum super Appropriacione dicte Ecclesie et
 articulis ad premissa necessariis, peremptorie fecimus evocari; habitoque
 cum ipsis tractatu solempni ac diligenti, de unanimi consensu eorundem et
 nostro, ac eciam dilectorum filiorum, Magistri Johannis de Nassingtone,
 Archidiaconi Barnastapolie in Ecclesia nostra predicta, in cuius Archidiaconatu ipsa Ecclesia dinoscitur situari, et Domini Thome de Stapeldone,
 nuper dicte Ecclesie Patroni, ac omium et singulorum quorum consensus
 requiritur in hac parte consensu pariter et assensu ad id expresso accidente,

The Church of Yarnscombe was de-
 dicated to St. Andrew, as we find by

by various ancient Wills. Oliver's
Monasticon, page 306.

A.D. concurrentibusque omnibus et singulis que de jure requiruntur, ipsam
 1332. Ecclesiam de Ernisccombe, cum omnibus juribus suis et pertinenciis uni-
 Vol. II. versis, dictis Magistro et Fratribus ad pia opera predicta pro animabus
 dictorum Dominorum Walteri et Thome, Predecessorum, ac Successorum
 suorum et nostrorum, Episcoporum Exoniensium, et omnium Fidelium
 defunctorum, Canonice appropriamus per Presentes, jure Episcopal et
 Archidiaconali in omnibus semper salvis, salvaque competenti Vicaria
 secundum quantitatem dicti Beneficii, per nos aut Successores nostros
 [fol. 5b.] taxanda et ordinanda; ad quam dicti Magister et Fratres, et eorum
 successores cum vacaverit, nobis et Successoribus nostris personam idoneam
 presentabunt. Concedentes eisdem Magistro et Fratribus, pro nobis et
 Successoribus nostris, quod, dilecto filio Domino Ricardo de Tuvertone, nunc
 Rectore ejusdem Ecclesie, cedente vel decedente, ipsi Magister et Fratres
 dictam Ecclesiam, cum omnibus juribus et pertinenciis suis universis, auctoritate
 hujusmodi Appropriacionis nostre libere ingredi valeant et possessio-
 nem ejusdem adipisci, et in propriis usus lichte retinere; nostro seu
 Successorum nostrorum, dicti Archidiaconi seu successorum suorum, Man-
 dato seu consensu minime requisitis. Et, in signum tradite seu adepte
 possessionis dicte Ecclesie per dictos Magistrum et Fratres, ordinamus,
 dicto Domino Ricardo, nunc Rectore dicte Ecclesie, per Procuratorem
 suum expresse consenciente, consensuque Capituli nostri predicti accedente,
 annuam pensionem sex denariorun dictis Magistro et Fratribus per
 eundem Rectorem esse solvendam, annis singulis, Exonie, in Festo
 Sancti Michaelis, dicto Domino Ricardo ibidem remanente Rectore
 duraturam. Formam, vero, dictos pueros admittendi, informandi, ac
 necessaria exhibendi, de consensu dicti Domini Thome de Stapeldone factam,
 inferius duxiimus inserendam. Quam, quidem, formam predicti Magister
 et Fratres, de consensu dilecti filii, Magistri Ade Murymouth, Precentoris
 Ecclesie nostre Exoniensis prelibate, Custodis Hospitalis nostri predicti
 per nos deputati, per Procuratorem suum legitimum acceptarunt, et onus
 ministrandi hujusmodi pueris omnia que in subscripta forma continentur,
 quatenus eos concernunt, admirerunt, agnoverunt, et promiserunt fideliter
 observanda. Deducta Vicaria hujusmodi, per nos aut Successores nostros,
 ut premittitur, taxanda, que ad Presentacionem dictorum Magistri et
 Fratrum pertineat, ut prefertur; dicti Magister et Fratres de fructibus,
 redditibus, et proventibus ejusdem Ecclesie pro sustentacione pauperum
 Scolarium gramaticam addiscencium, in dicto Hospitali commorancium,
 sub forma que sequitur ordinent et disponant; videlicet, quod iidem
 Magister et Fratres inveniant et ministrent dictis Scolaribus eorumque
 Magistro in grammatica hospicium competens infra ambitum Hospitalis
 predicti, et stramina pro lectis eorundem faciendis, et potagium sufficiens de
 eodem quo ipsi utuntur in refectionibus suis; focalia et vasa invenient eisdem
 pro pane, carnis, et piscibus, per ministros dictorum Magistri et Fratrum
 decoquendis; ac singulis ipsorum, tam Magistro eorum in grammatica
 quam Scolaribus, quinque denarios ebdomadatim per singulos annos, post-
 quam fructus unius anni dicte Ecclesie percepient vel poterunt perceperisse.
 Qui, quidem, Scolares et Magister eorum diebus Dominicis et Festivis
 Horis Canonicas in eodem Hospitali intersint. Idem, vero, Magister, quem
 continue circa reformatiōneum morum dictorum Scolarium et eorum in
 grammaticalibus informacionem plus ceteris fatigari oportebit, et, ratione
 eadem, pre manibus unam dimidiā marcam ad necessaria, ultra communam
 suam predictam, singulis annis, ad quatuor anni terminos percipiet. Et
 dicti Magister et Fratres, eorumque successores, pro labore suo circa cul-
 turam, collectionem, et venditionem fructuum et proventuum dicte Eccle-
 sie, et levacionem peccunie, ac eciam invencionem onerum predictorum,
 annis singulis imperpetuum percipient quinquaginta solidos, ultra ra-
 cionabiles expensas suas facientes circa culturam, collectionem, et vendi-
 tionem dictorum fructuum, et levacionem pecunie memorate. Et totum

A.D. residuum proventuum dicte Ecclesie, deductis Vicaria et dictis quin-
 1332. quaginta solidis ac dictis expensis, ut premittitur, in supportacionem one-
 Vol. II. rum predictorum, ut superius scribitur, convertatur, secundum rationabilem
 compotum reddendum illi qui principali Custodie dicti Hospitalis per nos
 aut Successores nostros, Exonienses Episcopos, fuerit deputatus. Eligantur,
 itaque, dicti Scolares duo de Archidiaconatu Barnastapoliensi, quorum
 unus sit de Parochia de Erniscombe, vel utsique si habiles inveniantur
 ibidem, et unus vel duo de Archidiaconatu Tottoniensi, ac duo de Archidia-
 conatu Exoniensi, et unus vel duo de Archidiaconatu Cornubiensi, et tres
 de Ecclesia nostra Cathedrali Exonie, videlicet, de choristis habilioribus ad
 proficiendum in Scolis, qui propter mutacionem vocum vel aliam ration-
 abilem et honestam causam non possint, vel nolint, in Choro dicte Ecclesie
 Cathedralis ulterius remanere; item, unus ad nominacionem dilecti
 filii Nobilis Viri, Domini Philippi de Columbariis et Domine Alienore, uxoris
 sue, seu heredis ipsius Alienore, capitalium Dominorum Ecclesie antedictae,
 admittatur. Item, eligatur unus sciolus gramaticus, qui sit superintendens
 Magister et informator dictorum Scolarium, tam in hospicio quam in Scolis
 Grammaticalibus sequens eos; et ille sit in Ordine Sacerdotali constitutus,
 si talis idoneus inveniatur. Et fiat dicta eleccio, postquam illi qui nunc
 sunt in dicto Hospitali, propter majorem etatem aut diurnitatem more
 completam, vel aliam causam rationabilem, removendi fuerint, per hunc
 modum; videlicet, quod summus Magister Scolarum Civitatis antedictae de
 singulis dictorum Archidiaconatum quatuor pueros indigentes, stature ac
 conversacionis honeste, liberos et legitimos, habiles ad grammaticam addis-
 cendam, qui sciant psalterium competenti more puerorum et planum
 cantum, vel saltem habilitari possint ad canendum, pro Ministerio Divino
 [fol. 6.] eligat et presentet Custodi Hospitalis predicti, ut premittitur, deputato.
 Et per ipsum tot admittantur habiliores quot fuerint loco reedencium
 subrogandi. De choristis, vero, primo tres elegantur per Decanum et
 Precentorem Ecclesie Beati Petri Exonie, aut unum eorum, altero absente
 extra Dyocesim, et dicti Hospitalis Custodi, ut premittitur, presentetur,
 et per ipsum Custodem, si sint habiles, admittantur; et loco ipsorum
 amotorum vel reedencium alii similiter subrogentur. Nominatus, vero,
 per Dominos Philippum et Alienoram predictos aut ipsius Alienore heredes,
 si habilis juxta condicione predictas inveniatur, statim admittatur, absque
 contradicione quacunque; si, vero, inhabilis, remittatur cum causa
 inhabitatis, ut alium habilem loco ipsius possint, si velint, remittere sine
 mora. Et morentur dicti Scolares electi et nominati in predicto Hospitali,
 et exerceant Scolas Gramaticales Civitatis more Scolarium per quin-
 quennium, nisi forte cicius expediti fuerint in grammatica et habiles ad
 proficiendum in aliis liberalibus scienciis, vel ad ingrediendum Religionem,
 prout eis et eorum amicis videbitur expedire. Si, vero, aliquis eorum
 inhabilis vel [h]abes nimis fuerit ad discendum, aut elatus, inquietus
 in comitiva vel alias male morigeratus, ad denunciacionem Magistri ipsius
 in grammatica, vel Magistri dicti Hospitalis, aut unius eorum, facieudam
 Custodi Hospitalis ejusdem; primitus, tamen, ab eodem Custode summarie
 cognita veritate de premissis, si talis inveniatur; per eundem Custodem
 statim amoveatur, et de eodem Archidiaconatu de quo ipse fuerit assumptus
 subrogetur alius loco ipsius infra mensem, observata forma eleccionis pre-
 dicte. Per hoc, tamen, non negamus nec vetamus quin ipsi Scolares in
 vacacionibus suos possint amicos et parentes pro suo solacio et commodo,
 de licencia, tamen, Custodis vel Magistri sui, visitare, ita quod in ipsorum
 absence nichil recipient de premissis. Magister, vero, ipsorum in grammatica
 amoveatur quoctiens opus fuerit, ad denunciacionem dictorum Magistrorum
 Hospitalis et Scolarum grammaticalium Civitatis predice; et subrogetur
 alius loco ipsius per predictum Custodem. Si, vero, bona dicte Ecclesie,
 deductis oneribus predictis et aliis necessariis, ad tantum numerum sufficere
 non poterunt, aut forte ad ampliorem numerum se extendant, fiat

A.D. diminucio aut augmentacio numeri dictorum Scolarium prout reddituum
 1332. dicte Ecclesie fertilitas vel sterilitas hec exposcat, per ordinacionem dicti
Vol. II. Custodis, secundum compotum Magistri dicti Hospitalis, si oporteat jurati
 et fideliter informati, singulis annis, infra quindenam post Festum Sancti
 Michaelis, coram predicto Custode reddendum. Si, autem, per absenciam
 Scolarium vel defectum numeri, de redditibus dicte Ecclesie aliquid ex-
 creverit quod ad sustentacionem unius Scolaris per annum non sufficiat,
 illud, post compotum auditum per summum Custodem, inter Scolares pro
 suis necessariis equaliter dividatur. Eleccio, vero, et amocio dictorum
 Scolarium taliter fiat, et de talibus personis, quod in eis nichil sibi vendicet
 odium neque favor seu consanguinitas; sed sine personarum acceptacione
 liberi et legitimi, ut supra premittitur, pauperiores et habiliores pre ceteris
 elegantur, et absque odii fomite amoveantur indigni, sicut prefati Magister
 et Custos in extremo Judicio voluerint reddere rationem. Reservata nobis
 et Successoribus nostris potestate super premissis, quociens videbitur ex-
 pedire, addendi, mutandi, corrigendi, interpretandi, et declarandi. In quo-
 rum omnium testimonium et fidem pleniorum sigillum nostrum, una cum
 sigillis tam Capituli nostri quam Hospitalis Beati Johannis predictorum,
 Presentibus duximus apponendum.—Data, quoad nos, in Manerio nostro
 de Chuddelegh, octavo decimo die mensis Novembris, Anno Domini
 M°. CCC^m xxxij^d, et Consecrationis nostre sexto.—Et nos, Decanus et
 Capitulum [Ecclesie Exoniensis predicti], habito super premissis, ut pre-
 mittitur, tractatu diligenti et solempni, dicte Appropriacioni et ceteris
 omnibus per Venerabilem Patrem et Dominum nostrum, Dominum
 Johannem, Dei gratia Exoniensem Episcopum supradictum, in hac parte
 ordinatis, consensum nostrum prebemus pariter et assensum.—Nosque,
 Custos, Magister, et Fratres antedicti, premissa omnia et singula, quatenus
 ad nos attinet, rata habentes et accepta, sigilla nostra fecimus hiis apponi,
 —Data, quoad nos, Decanum et Capitulum, Custodemque, Magistrum, et
 Fratres predictos, in Domo Capitulari Cathedralis Ecclesie Exoniensis, die,
 etc. [vicesimo tercio die mensis Novembris, Anno Domini supradicto¹].

¹ The words within brackets are supplied from the Register of the Hospital, fol. 68^b; from which Dr. Oliver, in his *Monasticon*, page 307, gives the following Document (fol. 69^b):—

Compositio Vicarie de Ernescombe,—
 Universis presentes Literas inspectuis
 Johannes, miseracione Divina Ex-
 oviensi Episcopus, salutem in Domino
 sempiternam.—Cum Dominus Simon
 de Berforde, presbiter, nuper fuerit
 auctoritate nostra ad Perpetuam Vic-
 ariam in Ecclesia de Ernescombe,
 nostre Diocesis, per nos de novo tax-
 andam et ordinandam,—quam, qui-
 dem, Ecclesiam Religiosi Viri, Magister
 et Fratres Hospitalis Sancti Johannis
 Exone, optinent in proprios usus,—
 ad ipsorum Presentacionem admissus
 et institutus Canonice in eadem; ut,
 tam pro quiete dictorum Magistri et
 Fratrum quam Vicarii predicti et
 aliorum Vicariorum qui pro tempore
 erunt ibidem, sciri valeat in quibus

porcionibus hujusmodi Vicaria con-
 sistere debeat temporibus secururis;
 nos, pensatis ipsius Ecclesie facul-
 tibus, habitaque super hoc cogni-
 cione debita que requiritur in hac
 parte, tam de consensu dictorum
 Magistri et Fratrum quam, eciam,
 Domini Simonis, Vicarii supradicti,
 et aliorum quorum interest, dictam
 Vicariam, quod in porcionibus infra-
 scriptis consistat, prout ad nos per-
 tinet tenore Presencium ordinamus;
 videlicet, quod Vicarii qui pro tem-
 pore fuerint in eadem Ecclesia hab-
 eant et percipient, nomine Vicarie
 predicte, omnes et singulas domos
 que ad Rectoriam dicte Ecclesie antea
 consueverant pertinere, cum colum-
 bario, toto Sanctuario, et gleba Ec-
 clesie memorare, excepta una grangie
 cum parva area ex una parte grangie
 versus curiam, et una acra terre ex
 alia parte grangie, cum sufficienti
 itinere pro bladis et aliis rebus ad
 Rectoriam spectantibus per quem-

A.D. Barnstaple Priory; *Interdictum Ecclesie Prioratus Barnastapolie*,—
 1332. *Johannes, etc., dilecto filio, Officiali Archidiaconi Barnastapolie, salutem, etc.*
 Vol II.—Quia consentaneum nescitur racioni ut quod in Sacrosancte nostre
 fol. 157. Exoniensis Ecclesie fertur injuriam in communem omnium priororum et
 specialium filiorum ejusdem noticiam deducatur, idcirco injurias utique
 detestabiles et nephandas eidem Ecclesie, Spouse nostre, et cunctis fidelibus
 nostris subditis, hiis preteritis diebus per filios Belial irrogatas, subcincto
 sermone decreviu[n]s hac publicanda pagina inserendas. Dudum, siquidem,
 ad nostram audienciam, relacione tam verbali quam literali fidei signorum
 plurium, necnon fama publica notoriante, perduto quod Frater Johannes
 de Sancta Gemma, Prior Monasterii Barnastapolie, nostre Diocesis, nobis
 Diocesano jure subjecti, cuique dicti Prioratus regimen et cura per bone
 memorie Walterum, Predecessorem nostrum, Exoniensem Episcopum,
 auctoritate Diocesana, in spiritualibus fuit et est commissum, dictum
 Prioratum et curam animarum eidem annexam ejusque regimen temere
 deserens, alibi extra curam sibi commissam moram traxerat longo tempore
 tunc decurso, prout eciam notorie trahit in presenti, in ipsius et commissi
 sibi, ut premittitur, regiminis hujusmodi grave periculum et aliorum per
 niciosum exemplum plurimorum. Propter quod, licet de juris rigore
 potuissemus contra eum ad amacionem ipsius a suo regimine, premissa
 Monitione Canonica et servata alias solemnitate debita, tunc temporis
 processisse; nos, tamen, volentes rigorem hujusmodi temperare, fructus et
 obvaciones quoascumque Ecclesiasticos ad dictum Prioratum spectantes,
 ubicumque in nostra Jurisdiccione existentes, sequestravimus; salva sus
 tentacione Monachorum ibidem Deo deservientium, et aliis oneribus debitibus
 fol. 157b. et solitis inibi pro Cultu Divino subportari. Quam et que per dilectos

cumque modum vehendis; salvo, ta
 men, sufficienti et communi itinere
 inter dictam grangiam et acram terre
 predictam, ita quod tam dicti Magister
 et Fratres quam Vicarii qui pro
 tempore fuerint blada sua et alia
 necessaria cariare possint, per se et
 suos, quociens eis videbitur oportu
 num. Habeant, eciam, et percipi
 ant prefati Vicarii, ibidem, domum
 Capellani cum curtilagio adjacente,
 omnes decimas minores, oblaciones,
 et alias quascumque obvaciones
 tocius Parochie ad altilagium ipsius
 Ecclesie pertinentes; in quibus mort
 uaria, et decimas feni, molendinorum,
 lini, canabi, lane, vitulorum, agnorum,
 et pullanorum volumus inter cetera
 comprehendendi. Dictique Vicarii predi
 cis Magistro et Fratribus, eorumque
 successoribus, ac ministris et famulis,
 cum pro uniendis seu vendendis
 bladis dicte Ecclesie—que omnia ubi
 cumque excolantur, auctoritate pre
 sentis Ordinationis, ad eosdem Ma
 gistros et Fratres volumus remanere—
 et, eciam, pecunia eorundem levanda,
 aut aliis negotiis Ecclesie expediendis
 ibidem accesserint, hospicium com
 petens inveniant, fenum et literam

et buscam, promorasua, subministrent
 et inveniant eisdem. Idem, eciam,
 Vicarii onus procuratoris in generali
 bus Capitulis pro dictis Magistro et
 Fratribus perpetualiter subire tene
 antur. Ordinamus, insuper, ut dicti
 Vicarii ibidem omnia onera ordinaria
 dicte Ecclesie subeant et agnoscent;
 quodque Cancellum dicte Ecclesie,
 Libros, et cetera Ornamenta ipsius ad
 Rectoriam ejusdem Ecclesie spec
 tancia, necnon vitrum fenestrarum
 dicti Cancelli, suis sumptibus con
 struant, corrigant, inveniant, et sus
 tineant; extraordinaria, vero, dicte
 Ecclesie, quocumque nomine cen
 seantur, ad Magistrum et Fratres
 pertineant antedictos. Reservata nobis
 et Successoribus nostris presentem
 Ordinationem dicte Vicarie interpre
 tandi, mutandi, et corrigendi, quociens
 opus fuerit et justicia suadebit, in
 omnibus potestate. In quorum testi
 monium sigillum nostrum Presentibus
 est appensum.—Data in Manorio
 nostro de Clist, ultimo die mensis
 Maii, Anno Domini Millesimo trecent
 esimo tricesimo quinto, et Con
 secrationis nostre octavo.

A.D. filios, de Tautone et Barnstaplia Parochialium Ecclesiarum Perpetuos
 332. Vicarios, quos, tanquam industria, fideque, et facultatibus idoneos, dicto
 Vol. II. Prioratui et ejus regimini per alias nostras certi tenoris Literas communiter
 et divisim deputavimus yconomos, de fructibus et obvencionibus predictis
 distribui volumus et assignari; Custodiam Sequestri nostri hujusmodi
 eisdem Vicariis et yconomis, nichilominus, committentes, ac mandantes ut
 idem Sequestrum per se vcl alium facerent solempniter publicari ac eciam
 arcius custodiri. Et, licet prefati Vicarii, ministri, yonomi, et nuncii nostri
 hujusmodi, injunctam eis in premissis per nos sollicitudinem volentes
 exequi, ut debebant, propter hoc ad Prioratum predictum et januas ejusdem
 tempore congruo accessissent, et petivissent omni instancia et mora longa
 ad dictas januas, que tunc clause apparebant, ingressum sibi dari in eundem,
 proponendo et exponendo palam et publice, sub testimonio multorum
 sibi tunc assistencium, causam ibidem adventus sui; quidam, tamen, in-
 iquitatis filii, sue fame prodigi et salutis, quorum nomina ignoramus et
 personas, quamquam de hiis sedulo fecerimus indagari, quique dictas januas
 detinuerunt clausas manu potenti et armata, et se constituerunt earundem
 publicos defensores, non erubuerunt nec expaverunt dictos yconomos,
 nuncios, et ministros ab ingressu in dictum Prioratum repellere, et ab in-
 juncte eis, ut premittitur, sollicitudinis execucione libera ausu temerario
 impedire, in violacionem et lesionem juris et jurisdiccionis Universalis
 Ecclesie tociusque Ecclesiastici Ordinis, nostrique, elusionem et contemp-
 tum; propter quod notissimum est omnes hujusmodi temerarios pre-
 sumptores eorumque in premissis consiliarios et fautores Majoris Excom-
 municacionis Sentenciam, in hac parte provide latam, ipso facto dampnabi-
 liter incurrisse. Cuin, autem, premissa sint, tam per facti notorietatem
 quam per alias probaciones legitimas, quas super hiis pro informacione
 nostra pleniori recepimus, et Literas innumerias, eciam, quarundem person-
 arum egregiarum de illis Partibus nobis transmissas, quod non poterunt
 tergiversacione aliqua occultari; nos, justiciam nostram et Ecclesie nostre
 prelibate noientes negligere, qui alios nostros subditos tenemur eciam in
 justicia confovere, considerantesque attente quod in premissis mora peri-
 culum et dissimulacio dampnum comminantur, cum jam per duos menses vel
 circiter expectavimus si a tam detestanda obstinacia resilirent; qui, tamen,
 ad correccionem se non disponunt, set in sua obstinacia hujusmodi continue
 fervencius inardescunt; exhabundanti et ad eorum maliciam convincendam
 tenore Presencium monemus, semel, secundo, et tertio ac peremptorie,
 omnes et singulos presumptores, eorumque consiliarios et fautores hujus-
 modi, ut infra tres dies, a tempore noticie Monicionis hujusmodi continue
 numerandos, quorum unum pro primo, aliud pro secundo, et reliquum pro
 tertio ac peremptorio termino et Monitione Canonica, eis, et eorum cuilibet,
 assignamus, ab hujusmodi impedimento et preclusione totaliter desistant,
 dictosque yconomos, ministros nostros et nuncios permittant injunctum eis,
 ut premittitur, officium libere excercere. Quod si premissa non impleverint,
 extunc eos denunciamus in dictam Majoris Excommunicacionis Sentenciam
 incidisse, et fore decernimus excommunicatos publice et solempniter
 nunciandos, donec nobis et Ecclesie nostre prelibate, cuius jurisdictionem
 modo premisso eluserunt, de injuria satisfecerint competenter. Et, si viri
 tam reprobi, omni Divino humanoque timore privati, per alios tres dies
 dictos tres immediate sequentes, quod absit, in sua pertinacia hujusmodi
 persisterint animo nequier indurato, cum mora in exhibenda satisfaccione
 eorumque culpa et offensa precesserint, dicta premissa Monitione Canonica,
 Ecclesiam dicti Prioratus extunc in hiis Scriptis Ecclesiastico supponimus
 Interdicto. Ne, autem, dicti presumptores, eorumve consiliarii seu fautores,
 aut quivis alii quorum interest, ignoranciam pretendere valeant, quod pre-
 sens Processus noster ad eos non pervenit, set ad eorum certam noticiam
 deducatur; vobis mandamus, sub Majoris Excommunicacionis Sentencie pena,
 firmiter injungentes, quatinus transsumptum seu exemplum Processus ejus-

A.D. dem januis predicti Prioratus appendi seu affigi, infra biduum a tempore
 1332. recepcionis Presencium, per vos vel alium faciatis; quod, Processum ipsum
 Vol. II. continens, suprascriptas Sentencias suo quasi sonoro preconio et patulo
 indicio publicabit¹; et, nichilominus, in singulis Ecclesiis Archidiaconatus
 Barnastapoliensis nostraque Cathedrali Exoniensi, Diebus Dominicis et Festi-
 vis solempniter publicari. Diem, autem, appensionis et prefixionis vestre
 hujusmodi ac formam nobis quantocius intimetis per Literas vestras patentes,
 habentes hunc tenorem.—Datum apud Chuddeleghe, xxij die Novembris².

*Excommunication of a Notary-Publick ; Mandatum ad denuncian-
 dum Johannem de Peadehulle excommunicatum [See p. 598.]*—

Johannes, etc.—Quum J. de Peadehulle, nostre Diocesis, qui pro clericu ac
 Publico Auctoritate Apostolica Notario se gerit, propter suam manifestam
 contumaciam in non comparendo coram nobis, ex Officii nostri debito contra
 eum procedentibus, contractam, excommunicavius, justicia suadente;
 vobis mandamus, sub Majoris Excommunicacionis Sentencie pena, quam,
 premissa Monicione Canonica, in personam vestram ferimus in hiis Scriptis
 nisi feceritis quod mandamus, firmiter injungentes, quatinus eundem
 Johannem sic per nos fuisse et esse excommunicatum, in singulis Archi-
 diaconatus T[ottoniensis Ecclesiis], eciam si de nostra vel cujuscumque
 alterius Peculiari Jurisdiccione existant, singulis Diebus Dominicis et
 Festivis, intra Missarum Solempnia, dum major in eis intererit populi
 multitudo; neconon, singulis Capitulis per vos in dicto Archidiaconatu,
 nostrosque et alios quoscumque Commissarios seu Ministros in dicta
 Peculiari Jurisdiccione, celebrandis, pulsatis campanis, candelis accensis et
 extinctis, per xij presbiteros superpelliciis et stolis sacerdotalibus induitos,
 fol. 158. in Capitulis hujusmodi assumendos si presbiterorum in eis duodenarius nu-
 merus habeatur; alioquin per eos quos presentes in eisdem Capitulis esse
 contigerit; Cruce coram eis delata et erecta, publice et solempniter ac
 continue nunciatis, et faciatis similiter nunciari; ab hujusmodi denuncia-
 cione non cessantes donec aliud inde a nobis habueritis in mandatis. In-

¹ The careless copyist wrote “quod Processum ipsum suprascriptas Sentencias continens . . . publicabunt”! I have corrected the Text from a like passage on p. 677.

² See pp. 658, 659, and 263. A comparison of these Entries gives some interesting results. Dr. Oliver (*Monasticon*, p. 196) states that “John occurs as Prior in 1314,” and that “John Parys, alias de Sancta Gemma,” was his successor. These two Johns were, evidently, one and the same, viz. “John de Sancta Gemma”; and “John Parys” was John Soyer, the “Frater Johannes, dictus de Parys,” whom the Prior of the Mother-House attempted to intrude in Sept., 1332. The former was in disgrace with his Bishop for continuous non-residence, for which he sequestered his revenues, but refrained from depriving him. He was then in the Mother-House, and had elected to remain there; and Prior Bertrand had accepted his resignation and nominated Soyer to succeed him. The Bishop resented this action as an invasion of his Diocesan right, and because of Soyer’s evil report. Writing to Prior Bertrand, 3 Nov., he begged him to send the Prior back, and protested against his choice of a Monk who had led a dissolute life in Wales, where he had a family of children on whom he lavished the goods of the Church, and who was suspected of simony. The Prior was too fond of the attractions of Paris; but, at any rate, he was a man of good character. In the end the Bishop had to give way. The Prior refused to return, and Bertrand insisted on his nominee being accepted; while at Barnstaple the Bishop’s authority was defied by the Monks, who armed themselves and barricaded the doors of their House against his Officials. They were excommunicated forthwith. But on 18 March following the Bishop accepted the Prior’s resignation and admitted Soyer, who, no doubt, had made his submission and promised amendment of life; for the Bishop expresses his confident hope that he will rule his House well and protect it from corruption and calamity (vol. iii, fol. 23^b).

A.D. 1332. hibentes, nichilominus, Christi Fidelibus universis ne quis cum eo communicare presumat, preterquam in casibus permissis a jure; ut idem Vol. II. excommunicatus, rubore confusus, ad reconciliacionis graciam prompctius se inclinet. Inquiratis, insuper, seu inquire faciatis, diligenter, de nominibus et personis communicancium forsitan cum eodem; de quibus cum vobis constiterit, communicantes hujusmodi mouere nominatum Canonice studeatis ut ab hujusmodi communicacione illicita penitus se abstineant. Quod si secus fecerint, Monitionibus vestris non parentes per quamcumque Censuram Ecclesiasticam auctoritate nostra Canonice compescatis. Ad que omnia et singula vobis vices nostras committimus, cum cohercionis Canonice potestate. Diem, autem, receptionis Presencium, executionisque Mandati nostri hujusmodi formam, et quid feceritis faciendumque duxeritis in premissis, nobis, infra mensem a tempore receptionis Presencium, intimare curetis per Literas, etc.—Datum xxj die Novembris.—Directum fuit precedens Mandatum singulis Officialibus singulorum Archidiaconorum et Decano Christianitatis Exonie.

[fol. 165.] Stoke-Gabriel (Devon) and St. Newlyn (Cornwall); *Commissio ad recipiendum pecuniam debitam pro fructibus Ecclesiarum de Stoke Gabrielis, et Sancte Neulyne in Cornubia,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Sanctorum de Stoke Gabrielis, et Neuline in Cornubia, Ecclesiarum Perpetuis Vicariis, salutem, graciam, et benedictionem. —Ne terminus solutionis pecuniarum pro fructibus ipsarum Ecclesiarum autumpnalibus a suis debitoribus debitarum, in hoc instanti Festo Sancti Andree [30 Nov.] solvendarum, ob carenciam receptoris legitimi deperiret; cum fructus hujusmodi Sequestro nostro subjaceant in presenti, extitit nobis pro parte dilecti filii, providi viri, Domini Walteri de Meriet, Cancellarii Ecclesie nostre Exoniensis, qui dictas Ecclesias Cancellarie sue Dignitati unitas Canonice asserit, sepius supplicatum ut indemnitati Ecclesiarum predictarum sentencialiter prospicere curaremus. Justis, igitur, suis desideriis annuentes, vobis, et vestrum cilibet, committimus et mandamus quatinus pecuniarum summas pro dictis fructibus debitas de termino antedicto [colligatis], prout ad vos divisim dederimus in mandatis; facientes eiam, si oporteat, solventibus debitoribus acquietancias auctoritate nostra de solutis. Quisque, vero, vestrum presentes Literas primo receperit, retenta sibi earum copia, ipsas alteri transmittat, effectui mancipandas.—Data apud Chuddeleghe, xxj die Novembris, A.D. M°. CCC^{mo} xxxij^{do}, et Consecrationis nostre sexto.

[fol. 158.] Crediton; A Case of Conscience,—

Item, xxv die Novembris, apud Chuddeleghe, directa fuit Litera Domino Johanni de Leghe, Vicario in Ecclesia Collegiata Criditonie, sub hac forma, —Salutem, graciam, et benedictionem.—Nostro supplicasti edoceri responso si parochiane tue, que pregnans, fetu ab utero non soluto, diem clausit extremum, Ecclesiastica dari debeat vel denegari sepultura. Ad quod respondemus—sequendo sentenciam¹ Hostiensis in Summa,—*Extravagantes*

¹ *Extravagantes, etc.*. We have little more than initial letters in the MS., here,—“ex^a de con. ec. vel a., ver.”—The Decretals of Pope Gregory IX, on which Henry de Segusio, “Hostiensis Cardinalis,” comments, are sometimes called “Extravagantes,” as stated by himself,—“Quo nomine nuncupetur [liber]. Et, quidem, diversimode; potest, enim, vocari liber Extravagancium,

quia ea quæ extra corpus Decretorum seu Decretalium vagabantur in eo continentur.” The “ver” stands, apparently, for *Versus* or *Versiculos*. There are many *memoria technica* lines in these intricate Canon-Law Books; and they are constantly referred to. The reference in the Chapter “De sepulturis” in Liber III of Hostiensis runs thus,—“De consecracione Eccle-

A.D. —de Consecratione Ecclesie vel Altaris; *Vers. quid si mulier pregnans*—
 1332. Quod si certus esse valeas fetum esse mortuum, per judicium cyrurgici
 Vol. II. perito in illa pericia, et obstetricum veritatem experiencium per impositionem baculi in ore mulieris mortue, ipsam sepeliri minime prohibebimus ;
 nec, eciam, consilium tibi damus, set te tue conscientie in premissis duximus relinquendum.—Datum etc., *ut supra*.

Plymouth ; *Monicio pro Vicario de Suttone*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Willelmo de Wolleghe, Perpetuo Vicario Ecclesie Parochialis de Suttone, nostre Diocesis, salutem, etc.—Intenta salutis operibus sollicitudo provida pastoralis nonnunquam ea que intentione consulta et rationabili a singularibus sibi subjectis personis sunt pensata et edita, suadente communi utilitate postmodum consulcius et rationabilius revocat, in meliusve reformat. Hac, igitur, consideratione inducti, licet in Monasterio Beati Petri Plymptonie, nostri Patronatus et Diocesis, ubi Professi a Noviciis dissimilitudine habitus minime distinguuntur, dimissa animarum dicte Parochialis Ecclesie cura cui te fide media copulasti, Sancti Augustini Ordinis habitum nuperime assumpseris, nostro consensu minime requisito, et per sex menses vel circiter gestando fueris in eo, ut dicitur, laudabiliter conversatus, non emissa, tamen, Professione quavis tacita vel expressa; quia, tamen, in regimine cure hujusmodi dicte Ecclesie, doctrina Verbi et operis, exemplo morum et vite, parochianis tuis ibidem, et aliis qui te cognoverant et cognoscunt, plurimum placuisti, et poteris eciam, prout firmam inde concepimus fiduciam, auxiliante Domino, semper in melius complacere ; tenore Presencium, semel, secundo, et tertio ac peremptorie te monemus, sub debito Obediencie et in remissionem peccaminum tibi firmiter injungentes, quatinus, resumpta veste seculari, cum dilecti filii, Prioris Loci, beneplacito, ad jugum tibi impositum regiminis animarum hujusmodi reverenter redeas et celeriter, ac prudenter exequi studeas et sollerter, taliterque sequencia bona continuare prioribus quod dignum a Deo possis meritum expectare. Et, ne occasione more quam in dicto Monasterio contraxisti tua conscientia te remordeat vel exurat, neve curiosi aliqui, qui de hiis que non multum expedient sepe disceptant, status tuus in eadem Vicaria in dubium revocetur (*sic*), declaramus absenciam et moram tuam hujusmodi tibi in aliquo non obesse.—Data apud Chuddeleghe, xxvj die Novembbris.

sie vel Altaris, distinctio 1 § et an sit iteranda ; *Vers. quid si mulier prægnans*.” In the Chapter in the same Book “De Consecratione, etc.” occurs the section “Et an sit iteranda Consecratio,” containing the following passage,—“Quid si mulier prægnans sepulta est in Ecclesia ; nunquid potest consecrari, ea non abjecta ? Dicit Hugo quod sic. . . . Quid respondebo si quis me consultit in hoc casu ? queram, est mortuus partus ? si dicit quod non, causa pietatis et humanitatis, sine metu alicujus irregularitatis, possum respondere : pone cito baculum in ore mulieris et consulas chirurgicum peritum. 1^a de homicidio tua nos [this reference is to the first question in cap. xix, tit. xii, lib. v. of the *Decretales Gregorii*, of which the first words are “Tua nos” ; and

the answer to the question there discussed is, that a monk gravely offends if he undertakes to treat people medically, without having duly qualified].—Si, vero, dicat quod mortuus est partus, quærām qualiter es certus ; si respondeat, certus sum ; dicere potero, si hoc certum est sepeliri non prohibeo set nec præcipio ; sed tu, eciam, cave tibi ; quia si partus vivat tanquam homicida esses puniendus si eam sepelires ; sicut eciam dixit lex Regia superius allegata.” At the begining of this section are the following *verses*,—

“Ignis, adulterium, constructio,
 causa remota,
 Mors, dubium faciunt iterato
 templa sacrari.”

The case referred to in the text would come, apparently under the catch-word “mors.”

A.D. Ashwater; *Commissio ad inquirendum de conversacione Henrici Cole, 1332. presentati ad Ecclesiam de Essewater,—*

Vol. II. Johannes, etc., dilectis filiis, Archidiacono Barnastapolie in Ecclesia nostra Exoniensi et Magistro Willelmo de Crouthorne, in eadem Ecclesia nostra Canonico, salutem, etc.—Presentatis nuper nobis ad Parochialem Ecclesiam de Essewater, nostre Diocesis, velud vacantem, dilectis filiis Domino Ricardo de Tuvertone, Rectore Ecclesie de Erniscombe, [Yarnscombe]. ejusdem nostre Diocesis, et Henrico Cole, qui pro clero se gerit, a diversis ad dictorum presentatorum instanciam; de vacacione dicte Ecclesie, juris presentandi ad eandem possessione, et ceteris solitis articulis per dilectum filium, Officiale ad presens Archidiaconi Tottonie, nostrum in Inquisicionis hujusmodi negocio Commissarium, inquire fecimus, ut est moris. Quia, tamen, prout, fama publica referente, recenter accepimus, dilectus filius, Magister Robertus Hereward, Archidiaconus Jantonie in Ecclesia Wellensi, nostraque predicta Exoniensi Canonicus, ex inordinata affecione privata quam ad promotionem dicti Henrici, clericis sui familiaris, ut dicitur, gerit, dictum Officiale et Commissarium metu gravissimo terruit quominus potuit injuncte sibi sollicitudinis in premissis debitum adimplere, et dilectos filios, Dominos Johannem de Hallesworthy, Ricardum de Sotecombe, Warium de Miltone, Willelmum de Blaketoritone [Black Torrington], Rogerum de Pyworthi, Ricardum de Loghyncote [Luffincott], Johannem de Halghewelle, Benedictum de Holecombe, Ecclesiarum Rectores, Ricardum de Briggerowel [Bridgerule], et Johannem de Bradeworthe, Perpetuos Vicarios, testes super hiis receptos, ad deponendum pro dicto Henrico presentato eo modo quo deponunt, et prout in cedula clausa Preseutibus continetur, in Inquisitione predicta, et ante eam, eciam in Ecclesia, cogere non expavit per vim et metum qui cadere potuit et debuit inconstantem; ne sine vindicta violencie hujusmodi crescat audacia, si est ita, neve ea que vi vel metu hujusmodi facta fuerant roboris habeant firmitatem; vobis, de quorum fidelitate et industria, longa experientia, fiduciam concepimus, committimus et mandamus quatinus, dictos Officiale et testes, ac alios per quos in premissis ac aliis subscriptis articulis veritas poterit plenius liquere, vestris presentari conspectibus facientes; vocatis, eciam, omnibus quorum interest ac ceteris de jure vocandis, inquiratis ab eis singillatim de metu hujusmodi et ejus modo; necnon, de ipsis Henrici conversacione, plurimum suspecta, ut dicitur, dum olim Oxonie traxit moram, cum diligencia debita veritatem; super quibus vobis vices nostras committimus, cum cuiuslibet coercionis Canonice potestate. Et quid super hiis feceritis, inveneritis, et inde senseritis, qualibet affecione semota, nobis quantocius per Literas vestras clausas, hunc tenorem et rei per vos geste seriem habentes, intimetis, ut, vestra relacione recepta, ulterius in dicto negocio faciamus quod cum Deo fuerit faciendum.—Data in Manerio nostro de Chuddeleghe, iiiij Kalendas Decembris [28 Nov].—Richard Giffard was collated, by lapse, 2 Feb., 1332-3 (vol. iii, fol. 23).

fol.
158b.

[fol. 154b.] *Tavistock Abbey; Monicio contra Fratrem Bonum, nuper Abbatem de Tavytroke, et Conventum ac alios servitores eorum, pro Ecclesia de Whitechurche [see page 603],—*

Johannes, etc., dilecto filio, Archidiacono Tottonie in Ecclesia nostra Exoniensi, salutem, graciam, etc.—Quia consentaneum noscitur racioni [quod] id quod in Sacrosancte nostre Exoniensis Ecclesie fertur injuriam in communem omnium proprietatum et Spiritualium filiorum ejusdem noticiam deducatur; idecirco injurias utique detestabiles et nephandas eidem Ecclesie, Sponse nostre, et cunctis fidelibus subditis nostris dudum per filios Belial irrogatas et adhuc continuatas et auctas, succincto sermone decrevimus [in] hac publicanda pagina inserendas. Olim, siquidem, Parochiali Ecclesia de Whitechurche, nostre Diocesis, per morteni Jacobi Fraunceis, dum viveret ejusdem Ecclesie Rectoris, vacante, dilectum filium, Magistrum David Aliaum,

A.D. clericum, ad eandem Ecclesiam per verum ejusdem Ecclesie Patronum nobis
 1332. legitime presentatum, premissa Inquisione debita de vacacione dicte
 Vol. II. Ecclesie et aliis articulis consuetis ; cum per eam de jure Presentantis et
 Presentati predictorum sufficienter liqueret ; ad eam, cum suis juribus et
 pertinenciis universis, admisisimus et Rectorem instituimus Canonice in
 eadem ; dilecto in Christo filio, Abbatii Monasterii de Bokelonde, Ordinis
 Cisterciensis, nostre Diocesis predice, et aliis suis collegis, communiter et
 divisim, ad inducendum dictum Rectorem, vel ejus Procuratorem pro eo,
 in corporalem possessionem dicte Ecclesie, jurium et pertinenciarum ejus-
 dem, cum potestate compescendi rebelles quacumque Censura Ecclesiastica,
 vices nostras per alias nostras certi tenoris Literas plenius committendo.
 Verum, sicut relacione tam literali quam verbali fidelegitiorum plurium, ac
 aliis variis legitimis documentis, percepimus, licet prefatus Abbas, Com-
 missarius noster hujusmodi, commissam sibi in premissis solicitudinem
 volens exequi reverenter, propter hoc ad dictam Ecclesiam et fores ejusdem
 tempore congruo accessisset, et petivisset cum instancia et mora longa ad
 dictas fores, que clause tunc apparebant muroque lapideo et fossata ob-
 structe, ac armatorum potentia multorum munita, et potissime patrocinio
 publico ac armato presidio Fratrum Johannis Fromound, Ricardi Mountory,
 Willelmi de Inwardleghe, Ricardi de Stapildone, Monachorum Monasterii
 Tavystochie, Ordinis Sancti Benedicti, ejusdem nostre Diocesis, Roberti
 Vyna, Nicholai atte Burghe, Johannis Bloyou, Johannis Collynge, Ricardi
 de Milewarde, et Roberti dicti Kympa, clericorum et laicorum, se eidem
 Commissario nostro in execucione hujusmodi temere opponencium, sibi et
 dicto Rectori in dictam Ecclesiam ingressum dari ; proponendo et expo-
 nendo palam et publice causam ibidem adventus sui ; et requisivisset ac
 monuisset, tria Monitione Canonica et peremptorie, dictos Monachos aliquos
 que clericos et laicos memoratos se (*sic*) eisdem Commissariis et Rectori in
 premissis oppositores manifestos et rebelles, ut ab oppositione, impedimento,
 et rebellione hujusmodi desisterent ; ipsi, tamen, spiritu furibundo, in ea
 continue frequencius inardescere non erubuerunt nec expaverunt, ac alias
 impeditre presumperunt et presumunt, quominus dictus Rector potuit
 dictam Ecclesiam, cum sui juris plenitudine, adipisci libere et pacifice reti-
 re ; propter quod dictus Commissarius noster Majoris Excommunicacionis
 [fol. 155.] Sentenciam rite tulerat in eosdem, prout in dicti Commissarii nostri relationis Literis, nobis inde directis, plenius continetur ; qua iidem Monachi,
 clerici, et laici adhuc pertinaciter insordescunt. Ut, igitur, dictam Ex-
 communicacionem, sicut provide lata est atque juste, faciamus, prout con-
 venit, inviolabiliter observari, vobis mandamus sub Majoris Excommuni-
 cacionis Sentencie pena, quam, premissa Monitione Canonica, si secus
 feceritis vos incurrire volumus eo ipso, ac sub debito Obedientie firmiter
 injungentes, quatinus dictos Monachos, clericos, et laicos predictos, sic
 fuisse et esse auctoritate nostra ordinaria excommunicatos, in singulis
 Ecclesiis Archidiaconatus Tottoniensis, eciam si de nostra vel cuiuscumque
 alterius Peculiari Jurisdictione existant, singulis Diebus Dominicis, et
 interim Festis, intra Missarum Solempnia, dum major in eis intererit
 populi multitudo, singulisque Capitulis vestris Archidiaconalibus, pulsatis
 campanis, candelis accensis et extinctis, per duodecim presbiteros, super-
 pellicis et stolis sacerdotalibus indutos, in Capitulis hujusmodi assumendos,
 si presbiterorum in eis duodenarius numerus habeatur ; alioquin per eos
 quos in eis contigerit esse presentes ; Cruce erecta, publice, solemnitate
 nunciatis, seu faciatis per alios nunciari ; ab hujusmodi denunciacione non
 cessantes, affectione aliqua publica vel privata, donec aliud inde a nobis
 habueritis in mandatis. Inhibeatis, nichilominus, seu inhiberi faciatis,
 Christi Fidelibus universis ne quis cum eisdem excommunicatis, aut quovis
 eorum, communicare presumat, preterquam in casibus permisis a jure ;
 ut iidem excommunicati, rubore confusi, ad reconciliacionis graciam
 prompctius se inclinent. Inquirentes, insuper, seu inquireti facientes, dili-

A.D.
1332. gentes, de nominibus et personis communicancium hujusmodi ; de quibus
cum vobis constiterit eos nominatim monere Caanonice studeatis, ut ab
Vol. II. hujusmodi communione illicita prorsus se abstineant. Quod si secus fecerint,
Monicionibus vestris non parentes per quamcumque Censuram Eccle-
siasticam, auctoritate nostra, Canonice compescatis. Ad que omnia et sin-
gula vobis vices nostras committimus, cum cohercionis Canonice potestate.
Et, quia quo minor dictis excommunicatis et rebellibus aderit, in sui erroris
devio hujusmodi, dilectorum filiorum, Abbatis et Monachorum aliorum dicti
Monasterii Tavystochie, qui, eciā, de dicta rebellione plurimum sunt
suspecti, quique dicuntur execucionem nostri Pastoralis Officii in premissis,
communiter et divisim, clam et palam impedire, favor et auctoritas, eo
magis eis adimatur persistendi in rebellione libertas, dictum Abbatem,
Priorem, Sacristam, Precentorem, Camerarium, et Celerarium, ac omnes
alios et singulos dicti Monasterii Tavystochie Monachos, ac alios quoscum-
que in eodem Monasterio officia vel administracionem habentes, quos per
longa tempora expectavimus si a sua obstinacione elata resilirent, semel,
secundo, et tertio ac peremptorie, communiter et divisim, tenore Presen-
cium monemus; eis, nichilominus, universis et singulis, sub debito Obedience
et Majoris Excommunicacionis Sentencie pena, districte precipiendo, man-
dantes quatinus, infra sex dies a presentacione seu notificacione, sive sciencia
alia Presencium, continue numerandos, quorum duos pro primo, duos pro
secundo, et reliquos duos, eis universis et singulis, pro tertio ac peremptorio
termino assignamus, permittant dictum Rectorem, vel Procuratorem suum
pro eo, dictam Ecclesiam de Whitechurche, cum omnibus juribus et pertin-
enciis suis universis, sine difficultate assequi et libere retinere ; sibique, vel
dicto Procuratori suo pro eo, de fructibus, redditibus, juribus, et obvencion-
ibus ejusdem universis, velud vero ejusdem Rectori, prout ad eos et eorum
singulos pertinet respondeant, et faciant ab aliis responderi. Quod si forte
premissa non impleverint, aut aliquid in contrarium fecerint per se vel
submissas personas, aut in eis fuerint necgligentes, in Abbatem, Priorem,
Sacristam, Precentorem, Camerarium, et Celerarium, ac omnes alios et
singulos ejusdem Monasterii Monachos, et alios in eo officia vel adminis-
tracionem habentes, cujuscumque status vel condicionis existant, videlicet
Monicionibus nostris hujusmodi non parentes, neconon contradictores quos-
libet alios et rebelles, ac impedientes dictum Rectorem super premissis in
aliquo, vel impedientibus eundem dantes consilium, auxilium, vel favorem,
publice vel occulte, quominus idem Rector dictam Ecclesiam, cum omnibus
suis juribus et pertinenciis universis, valeat integre adipisci et pacifice
possidere ; neconon, agrorum cultores et alios parochianos dicte Ecclesie
decimas personales vel prediales, aut jura alia ad dictam Ecclesiam et ejus
Rectorem spectancia, vel oblaciones, alteri quam dicto Rectori, vel suo
Procuratori predicto, solventes, facientes, vel reddentes, predicta Canonica
Monitione premissa, singulariter in singulos, in hiis Scriptis, Majoris
Excommunicacionis—in Conventum, vero, dicti Monasterii Tavystochie
Suspensionis, et Ecclesiam ipsius Monasterii Interdicti—Sentencias pro-
mulgamus ; ad penas graviores processuri, si et prout eorum protervia
exegerit vel offensa. Ne, autem, dicti Abbas et Monachi, aut ali quos pre-
sens tangit negocium vel tangere poterit in futurum, ignoranciam preten-
dere valeant quod presens Processus noster ad eos non pervenit, set ad
eorum certam noticiam deducatur ; vobis insuper mandamus, sub penis
prelibatis firmiter injungentes, quatinus foribus Ecclesiarum dicti Mo-
nasterii Tavystochie et de Whitechurche exemplum Processus ejusdem
appendi, seu affigi, infra quatuor dies a tempore receptionis Presencium,
per vos vel alium faciatis ; quod, Processum ipsum continens, Sentencias
suprascriptas suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicabit. Et,
quia quidam Walterus Werynge, presbiter, hujusmodi rebellionis conscius
atque fautor, dictis Abbat et Monachis dicteque Parochiali Ecclesie servit
in officio Presbiteri Parochialis, nostra execuzione ordinaria vilipensa, citetis

A.D. eundem ; necnon, ipsius Ecclesie clericum aque bajulum, eorum etiam
 1332. fautorem, peremptorie, quod compareant coram nobis, vel nostro in hac
 Vol. II. parte Commissario, quarto die Juridico a tempore Citacionis hujusmodi,
 ubicumque tunc fuerimus in nostra Civitate vel Diocesi, quibusdam interroga-
 toriis premissa et animarum suarum correccionem tangentibus, sibi
 ex nostro obiciendis Officio, communiter et divisim personaliter responsuri,
 juraturi, facturi ulterius et recepturi quod consonum fuerit rationi. Diem,
 autem, appensionis et prefixionis hujusmodi et earum ac denunciacionis
 predice formam, infra mensem per Literas vestras patentes, habentes hunc
 tenorem, nobis intimare fideliter studeatis, Citacionisque predice diem et
 formam nobis per alias vestras patentes Literas perfuntorie quantocius
 referatis.—Datum in Manerio nostro de Chuddeleghe, viij die mensis
 Decembris, Anno, etc., xxxij^o.

fol. Colyton ; *Dacio Cadjutoris Vicario de Colytone,*—

158b. Johannes, etc., dilecto filio, Domino Johanni [de Clive], Perpetuo Vicario
 Ecclesie Parochialis de Axminster, nostre Diocesis, salutem, etc.—Dudum
 Domino Ricardo Brondiche, Perpetuo Vicario Ecclesie de Colytone, occulto
 Dei judicio morbo contagioso¹ percuesso, dilectum filium, Dominum Robertum
 de Wynchecombe, presbiterum, nobis testimonio bone fidei multipliciter
 commendatum, Coadjutorem duximus deputandum. Cum, autem, dictus
 Robertus recenter sit viam universe carnis ingressus, te, de cuius fidelitate
 et industria certam experientiam obtainemus, eidem Domino Ricardo, Vi-
 cario, tam in persona quam iu rebus ad Vicariam dicte Parochialis Ecclesie
 de Colytone qualitercumque spectantibus, ne diu carence Coadjutoris idem
 Vicarius incurrat dispendium, Curatorem tenore Presencium subrogamus.
 Tibi, igitur, firmiter injungendo, mandamus quatinus eidem Vicario, remota
 prorsus ab eo inutili familia, ministres de rebus hujusmodi, seu per alium
 facias ad hoc idoneum, tuo periculo assumendum, vite necessaria ministrari ;
 necnon, dicte Ecclesie in Divinis Officiis et cure exercicio animarum fideliter
 deserviri. Proviso quod de omnibus bonis dicti Vicarii ad presens
 extantibus, et que deinceps contigerit ad dictam Vicariam obvenire, In-
 ventarium fidele conficias ; inde nobis, cum expediens fuerit, raciocinium
 redditurus. Ut, autem, premissa liberius exequaris, sub debito Obedience
 et Majoris Excommunicacionis ferende Sentencie pena, dicto Domino Ri-
 cardo, Vicario, injungimus, modo premisso, ut tibi in execuzione officii tui
 hujusmodi reverenter pareat et intendat. Et, ne, sub pretextu ignorancie,
 quod sibi forte non liceat idem Vicarius attemptare presumat, hanc tuam
 Commissionem sibi denuncies et exponas.—Datum in Manerio nostro de
 Chuddeleghe, xvij Kalendas Januarii [16 Dec.], Anno, etc., *ut supra*.

St. Mawgan-in-Pyder [Sancti Maugani de la Herne, MS.] ; “ Dom-
 inus Laysantus [de Avene],” priest, R.,—

Licence of non-residence till Michaelmas (Chudleigh, 20 Dec.).—Margin.—
 “revocata fuit.” [He is called, elsewhere, “ Alexander.”]

[fol. 6.] Bodmin Priory—Egloshayle ; *Ordinacio facta inter Religiosos
 Viros, Priorem et Conventum Bodminie, ac R. de Brayleghe,
 Subdecanum Exonie,*—

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis, Johannes, etc., salutem in sinceris
 amplexibus Salvatoris.—Ad perpetuam rei geste memoriam.—Sacrorum
 Canonum nos instruunt Instituta ut nostros in Christo filios et subditos
 ad invicem discordantes ad pacis unitatem et tranquillitatis concordiam
 inducere studeamus. Hinc est quod, cum inter dilectos filios, Reverendum
 virum, Dominum Ricardum de Brayleghe, Subdecanum Ecclesie nostre
 Exoniensis ac curam Penitenciarie nostre gerentem, Ecclesiam Parochialem

¹ Leprosy. See page 573.

A.D. de Eglosheyl, nostre Diocesis, dicte Penitenciarie habentem Canonice appropriatam, actorem, ex parte una, et Religiosos viros, Priorem et Conventum
 1332. Vol. II. Monasterii Bodminie, Ordinis Sancti Augustini, ejusdem Diocesis, Ecclesiam Parochialem Bodminie, ipsis et eorum Monasterio similiter appropriatam,
 fol. 6b. optinentes, reos, ex altera, occasione decimarum de quibusdam locis, Killigam et Dynmur Wode vulgariter nuncupatis, proveniencium, ac super limitibus dictarum Parochiarum,—utraque Parte dictas decimas ad se pertinere et dicta loca infra Parochias suarum Ecclesiarum ac ipsarum Parochiarum fines, limites, et decimaciones situata esse asserente,—sit, et fuerit, gravis coram nobis et nostris Commissariis suborta materia questionis; cuius litis et contentions pretextu Pars utraque, post multos et varios labores pariter et expensas, ad quandam Composicionem, nostro consilio mediante et assensu, descendere cupiebant; ac nobis et dilectis filiis, Decano et Capitulo Ecclesie nostre Exoniensis, humiliter supplicarunt ut eidem Composicioni nostram auctoritatem, una cum consensu dictorum Decani et Capituli, caritatis intuitu impendere dignaremur. Cujus, quidem, Composicionis tenor talis est,—videlicet, quod dictus locus de Killigam, cum tota terra jacente ex parte Boriali illius vie que extendit se de ponte de Dynmur versus Talgligha, pertineat ad dictam Parochialem Ecclesiam de Eglosheyl; et quod per dictam viam, prout nunc jacet tempore date Presencium, distinguantur fines et limites dictarum Parochiarum,—et ab illo qui vocatur Killigam usque ad pontem de Dynmur; ita quod utriusque Parti predictarum Parcium quicquam amplius ultra fines et limites antedictas imposterum petendi vel vendicandi penitus exclusa sit et sublata potestas. Nos, vero, attentes pericula que et quanta ex hujusmodi litigiorum anfractibus Parti utrilibet poterunt provenire, et ipsis pro viribus occurrere cupientes, ut inter partes predictas pacis vigeat tranquillitas, fervor caritatis estuet, et invalescat concordie unitas, et animorum yndemnitas perseveret, dictam Composicionem, coram nobis et auctoritate nostra, inter dictum Dominum Ricardum, personaliter, et dictos Religiosos viros per Magistrum Thomam de Tregaswithe, Procuratorem suum sufficiens mandatum ad hoc habentem, comparentes, ac de consensu dictorum Decani et Capituli legitime initam, ratam habentes pariter ac acceptam, auctoritate Diocesana confirmamus et approbamus, ipsamque validam et realem ac firmiter et perpetuo duraturam reputamus et pronunciamus in hiis Scriptis. Decernentes dictas Partes et ipsarum successores ad observationem ejusdem, cum oportuerit, per Censuram Ecclesiasticam fore compellendas.—Tenor, vero, Mandati Procuratorii dicti Magistri Thome sequitur in hec verba,—Pateat universis per Presentes quod nos, Prior et Conventus Monasterii Bodminie, Exoniensis Diocesis, ad componendum vel transigendum, auctoritate Venerabilis Patris, Domini Exoniensis Episcopi, super decimis et limitibus de quibusdam locis, Killigam et Dynmur Wode vulgariter nuncupatis, occasione quarum, coram dicto Patre et ejus Commissariis, inter Dominum Ricardum de Brayleghe, Subdecanum Ecclesie Cathedralis Exonie, et nos, lis seu controversia adhuc pendet indecisa; ac eciam ad submittendum nos, et jus nostrum quod in dictis decimis habemus vel ad eas, et ad consensiendum his que coram dicto Patre vel per eum ordinari contigerit vel decerni; et omnia alia et singula nomine nostro faciendum et excipiendum que in hac parte necessaria fuerint, congrua, vel oportuua; dilectum nobis in Christo, Magistrum Thomam de Tregaswithe, nostrum facimus, ordinamus, et constituimus Procuratorem, negotiorum Gestorem, ac Nuncium specialem; ratum et gratum, sub hypotheca rerum nostrarum, perpetuo habituri quicquid idem Procurator noster, negotiorum Gestor, ac Nuncius specialis, in premissis, vel circa ea, nomine nostro egerit, fecerit, vel quovis modo fieri procuraverit. In quorum fidem et testimonium sigillum nostrum commune Presentibus duximus apponendum.—Datum Bodminie, tercio Kalendas Januarii [30 Dec.], Anno Domini M°. CCC^{mo} xxxij^{do}.—In quorum testimonium, etc. Data apud Chuddeleghe.

A.D. St. Sancreed ; *Dacio Coadjutoris Vicario Sancti Sancreti*,—

1332. Johannes, etc., dilecto filio, Domino Gregorio de Tretheugy, nostre Diocesis,
 Vol. II. presbitero, salutem, graciam, et benedictionem.—Ut pro statu persone et
 fol. bonorum dilecti filii, Rogeri [de Rosbanald], Perpetui Vicarii Ecclesie
 158b. Sancti Sancreti, ejusdem nostre Diocesis, occulto Dei judicio visu oculorum
 privati, et bonorum conservacione ad ipsum ratione Vicarie sue dictae
 Ecclesie spectancium disposicione provida consulamus, te, fide et facult-
 tibus, ac alias testimonio bone fame multipliciter commendatum, juxta
 dicti Vicarii nominacionis suffragium, eidem, ex nostri Officii debito, depu-
 tamus, tenore Presencium, Curatorem ; tibi firmiter injungentes quatinus
 eidem Vicario, remota prorsus ab eo omni inutili familia, ministres de bonis
 hujusmodi vite necessaria, seu facias per alium ad hoc [idoneum] tuo periculo
 ministrari ; necnon [etc., as in the case of Colyton, above, *mutatis
 mutandis*] ; the concluding clause “Et ne sub pretextu, etc.” being omitted].
 —Data apud Chuddeleghe, viij die Januarii.

Parliament ; *Procuratorium pro Parliamento apud Eboracum*,—
 Excellentissimo Principi et Domino suo Reverendo, Domino Edwardo, Dei
 gracia Regi Anglie illustri, Domino Hibernie, et Duci Aquitannie, suus
 humilis et devotus Johannes, miseracione Ejusdem Exoniensis Episcopus,
 salutem in Eo per Quem Reges regnant et Principes dominantur.—Quia in
 hoc instanti Parliamento vestro in Octabis Sancti Hillarii proximo futuris
 [20 Jan.], cum continuacione dierum sequencium, apud Eboracum convo-
 cato, propter tarditatem receptionis Brevis vestri Regii inde nobis directi,
 et alias¹ causas legitimas nos et Ecclesiam Exoniensem tangentes, absque
 dampno notabili ejusdem Ecclesie et nostro, interesse presencialiter non
 valemus ; vestre Regie Magestati fervidis affectibus supplicamus quatinus
 nostram absenciam ibidem habere velitis, si libeat, excusatam ; et dilectos
 nobis in Christo, Magistrum Robertum de Nassyngtome, Juris Civilis Pro-
 fessorem, ac Dominos Thomam de Evesham, Canonicum Prebendatum in
 Ecclesia Collegiata Criditonie, et Philippum de Nassyngtome, Rectorem
 Ecclesie de Ashecombe, nostre Diocesis, Clericos nostros, quos et eorum
 quemlibet in solidum ad omnia premissa, et ea qualitercumque contin-
 gencia, nostros Procuratores facimus per Presentes et etiam Attornatos,
 cum potestate consciendi hiis omnibus et singulis que ibidem, favente
 Domino, contigerit ordinari, admittere dignemini loco nostri. Celsitudinem
 vestram Regiam conservet Altissimus per tempora feliciter successura !—
 Datum apud Chuddeleghe, x die Januarii.

Haccombe (testamentary) ; *Dimissio*,—

Johannes, etc., dilecte filie, Margerie, reliete quondam Nobilis Viri, Domini
 Stephani de Haccombe, Militis, defuncti, Testamentique ejusdem Execu-
 trici, ac aliis suis in hac parte coexecutoribus, salutem, etc.—Auditio pridem
 et viso raciocinio vestro finali super execucionem ultime Voluntatis dicti
 defuncti et administracione per vos facta, auctoritate nostra ordinaria vobis
 commissa, in bonis suis ; quia comperimus vos susceptum et injunctum
 vobis hujusmodi execucionis et administracionis officium bene et fideliter
 peregisse, vos, tenore Presencium, dimittimus a nostro examine in premissis
 penitus absolutos. Dantes inde pro vestro munimine presentes nostras
 Literas, nostri appensione sigilli communitas.—Data apud Chuddeleghe,
 xxij die Januarii.

¹ There is a marginal note here,—
 “alias : conjecturatos, prochdolor,
 ad Partes nostras Occiduas hostium

exterorum accessus.—Missum fuit
 Procuratorium cum ista clausula ad
 Concilium Notynghamense.”

A.D. The Consistory Court ; *Mandatum directum Officiali, ad recipiendum Magistrum J. de Byneleghe in Advocatum Consistorii Exoniensis,*—

Vol. II. Exoniensis,—

[fol. 159.] Salutem, graciā, et benedictionem.—*Juris utriusque pericia, vite et morum honestas, quibus dilectus filius, Magister Johannes de Byneleghe, clericus, nostre Diocesis, dicitur plurimum insigniri, nos excitant et inducunt ut, delinito rigore, sibi simus ad graciā liberales.* Harum, igitur, suarum consideracione virtutum, fusisque nobis pro eo variis precibus inclinati, vobis mandamus quatinus eundem Johannem, non obstante Statuto nostri Consistorii Exoniensis de certo Advocatorum numero,—super quo quoad hoc secum de gracia dispensavimus,—recipiatis in dicto Consistorio in Advocatum, locum eidem Advocato assignari solitum a principio et deinde gradatim in eodem assignantes. Proviso quod idem Magister Johannes prestat, in recepcione sua hujusmodi, de observandis Statutis et Consuetudinibus dicti Consistorii debitum et solitum juramentum.—Datum apud Chuddeleghe, xj die Februarii.

[fol. 160.] Exeter Cathedral ; *Contra Decanum Ecclesie Exoniensis, super Excommunicacionis Sentencia in ipsum lata,—*

Johannes, etc., dilectis filiis, Subdecano Ecclesie nostre Exoniensis, et Magistro H. Bloyou, ejusdem Ecclesie Canonicō, nostroque in ea servitori continuo, salutem, etc.—Pridem contra Magistrum Ricardum de Coletone, qui pro Decano dicte Ecclesie nostre Exoniensis se gerit, ex nostro procedentes Officio super certis articulis defensionem Jurisdictionis nostre tangentibus, eidem explanatis et notis, ipsum coram nobis, premissa de eo Citacione legitima, in judicio comparentem, et objectis sibi articulis hujusmodi respondere, semel, secundo, et tertio, per competencia intervalla, per nos monitum atque jussum, id efficere, causa racionabili cessante, contemptibiliter recusantem, pro sua manifesta offensa hujusmodi excommunicavimus, justicia exposcente. Ne, igitur, idem excommunicatus, per communionem illicitam, vos, vel alios dicte Ecclesie nostre Canonicos, Vicarios, ceterosve Ministros, cujuscumque condicionis existant, inficiat labe sua, neve vos vel illi ignoranciam valeatis pretendere quod ad vos non pervenerit sciencia Sententie supradicte, eam in personam suam ex causa premissa esse latam vobis, tenore Presencium, intimamus ; et mandamus has nostras Literas per vos, vel vestrum alterum, ceteris Canonicis, Vicariis, et aliis Ministris predictis eciam intimari. Verum, quia Sanctorum Patrum digesta sanxit auctoritas fructus et proventus Ecclesiasticos excommunicatis esse merito subtrahendos, ut ipsi, tedio subtractionis affecti, ad reconciliacionis affectum prompcius se inclinent, fructus et obvenciones quascumque ad Beneficium Ecclesiasticum Firme et Prebende, quas idem Decanus tenet iu, et de, dicta nostra Ecclesia, ac alia comoda, in quibuscumque rebus existant, solita in eadem Ecclesia nostra Decano vel Canonicō residenti assignari, alias ad eundem Decanum spectancia vel sibi debita, sequestramus ; vobis, et vestrum cuilibet, modo premisso committentes, ac sub debito Obedientie et pena Majoris Excommunicacionis Sententie districte et firmiter mandantes quatinus Sequestrum nostrum hujusmodi in locis quibus congruum fuerit publicare cum exacta celeritate studeatis, dictosque fructus, obvenciones, et comoda alia sub Sequestro nostro hujusmodi custodiatis, seu custodiri arcu faciat, prout de illis putaveritis et volueritis cum sua integritate respondere. Diem, autem, receptionis et execucionis Presencium ac formam nobis quantocius intimetis per Literas vestras patentes, habentes hunc tenorem.—Datum apud Chuddeleghe, xij die Februarii, Anno, etc., supradicto.

[fol. 162b.] Paignton ; *Carta R. de Gatepath, de tenementis sibi concessis in Villa de Peyngtone,—*

A.D. Johannes, etc., omnibus ad quos presens Carta pervenerit salutem in Domino
 1332- sempiternam.—Noveritis nos pro bono servicio quod dilectus valletus
 3. noster, Radulphus de Gatepath, Predecessoribus nostris, Episcopis
 Vol. II Exoniensibus, et nobis impedit, et impedit in futurum, dedisse et
 concessisse eidem Radulpho omnes terras et tenementa que Johannes
 Sampson de nobis tenuit in Villa de Peyngtöne. Habendum et tenendum
 de nobis et Successoribus nostris ad totam vitam suam, per eadem servicia
 per que dictus Johannes Sampson illa de nobis tenuit dum vixit; et post
 mortem ipsius Radulphi tenementa illa, cum suis pertinenciis, nobis et
 Successoribus nostris integre revertantur. In cuius rei testimonium
 huic Carte indentate sigillum nostrum apposuimus.—Data in Manerio
 nostro de Chuddeleghe, xx^o die Februarii, A.D. M^o. CCC^mo. xxxij^do, et
 Consecrationis nostre sexto.

fol. 159. Camborne [Cambron, MS.] ; Master William Bloyou, R.,—
 Licence of non-residence for a year (Chudleigh, 20 Feb.).
 Exeter, St. Mary-Major ; *Dacio Coadjutoris Rectori Ecclesie
 Beate Marie Majoris, Exonie,—*

Item, xxij die Februarii, apud Chuddeleghe, Dominus Thomas [de Bilburghe],
 Rector Ecclesie Sancti Petroci, Exonie, presbiter, deputatus fuit Coadjutor
 Domino Roberto de Asshpertone, Rectori Ecclesie Beate Marie Majoris,
 Exonie, qui occulto Dei iudicio oculorum visu privatus et alias debilitatus
 existit, adeo quod se et sua, ac curam sibi commissam, regere non potest.

Prisoners ; *Proclamacio super recepcione Purgacionis Clericorum
 incarcerated Lancestonie,—*

Item, xxij die Februarii, apud Chuddeleghe, emanavit Mandatum Decano
 Majoris Trigge, ad faciendum Proclamacionem, in singulis Ecclesiis sui
 Decanatus, super recepcione Purgacionis Simonis de Raswalestes, Johannis
 de Tresanson, et Johannis, filii Magistri Michaelis [de Roswalsters¹], nuper
 Vicarii Ecclesie Sancte Neulyne, clericorum, de morte Johannis de Bello
 Prato iudicatorum, captorum, et carceri Castri Lancestonie mancipatorum,
 ac demum, occasione inqueste seu deposicionis laicorum, per Justiciarios
 Domini Regis, ad carcerem hujusmodi liberandum deputatos, dampnatorum,
 ac postmodum, juxta Ecclesiasticam libertatem et Regni Anglie con-
 suetudinem, ad eorum postulacionem, carceri Domini, tanquam inde
 culpabiles, liberatorum. Et, si qui sint qui se receptioni hujusmodi
 Purgacionis dictorum clericorum opponere voluerint, quod citet eosdem
 peremptorie ad comparendum coram Domino, vel ejus Commissariis, in
 Ecclesia Beate Marie Magdalene, Lancestonie, die Jovis proximo post
 instans Festum Sancti Gregorii, Pape [18 March], causam rationabilem, si
 quam habeant, quare ad receptionem Purgacionis hujusmodi, si liqueat
 fieri posse, minime procedi debeat, proposituros.—On the same day Master
 Bartholomew de Castro, R. of St. Ive, and Master Henry de Stouforde,
 R. of Lezant, were commissioned to receive their Purgations.

Lent ; *Licencia edendi lacticinia Tempore Quadragesime,—*

Johannes, etc., dilecte filie, Domine Johanne de Bonevile, seniori, nostre
 Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem.—Intenta salutis operibus
 sollicitudo provida Pastoralis [discipline] interdum rigorem temperat et
 delinit, cum id secundum Deum prospicit expedire. Quia, igitur, relatione
 fidelidignorum pro te nobis humiliiter supplicancium, intellectimus te senio
 adeo debilem et infirmam, cibisque delicatam, quod nequeas in hoc Quadrage-
 simali Jejunio communibus contentari ; tibi, consideracione premis-
 sorum, dicto durante Jejunio, quatenus nobis a jure permittitur, esum
 lacticiniorum indulgemus. Proviso quod Indultum hujusmodi, de bonis

¹ See Bishop Stapeldon's Register, page 257.

A.D. tibi a Deo collatis Christi pauperibus erogando, pro majori eterne retr*1332-3.* bucionis merito, studeas compensare.—Data apud Chuddeleghe, xxvj die Vol. II. Februarii.

West Putford [Westputteforde, MS.]; Sir Robert [de Leghe], priest, R.,—

Licence of non-residence till the Feast of St. Peter Ad Vincula [1 Aug.]. (Chudleigh, 28 Feb.).

St. Phillack [Sancte Felicitatis, MS.]; Michael Kerneke, accolite, R.,—

Dispensation: non-residence till Michaelmas, 1334, to study (same date).

St. Mabyn; *Dimissorie*,—

William Glyvyan, deacon, R. of St. Mabyn [Sancte Mabene, MS.], “ad Ordinem Presbiteratus” (Chudleigh, 1 March).

fol. 159b. Testamentary; *Dimissio super finali compoto Executorum Domini Bartholomei, dudum Decani Exoniensis, defuncti, de administracione bonorum dicti defuncti*,—

Pateat universis per Presentes quod, viso et examinato et plenius intellecto per nos, Johannem, etc., pede compoti Magistri Henrici Bloyou, Canonici in Ecclesia nostra Exoniensi, Executoris Testamenti Magistri Bartholomei de Sancto Laurencio, dudum Decani Ecclesie nostre prediche, et Coexecutorem suorum Testamenti antedicti, super administracione sua in bonis testamentariis ipsius defuncti in nostra Exoniensi Diocesi post ipsius defuncti mortem compertis, ipsis Executoribus concessa; et computatis computandis, et eisdem Executoribus allocatis allocandis, iuvenimus ipsos Executores bona omnia et singula hujusmodi secundum ultimam Voluntatem ipsius defuncti fideliter administrasse et disposuisse, secundum potestatem per ipsum Magistrum Bartholomeum, Decanum, dum vixit, dictis Executoribus in suo Testamento specialiter attributam. Unde ipsum Henricum, Executorem, et suos Coexecutores Testamenti antedicti, quantum ad Officium nostrum spectare dinoscitur, a redditione ulteriori raciocinii hujusmodi dimittimus penitus absolutos. Dantes inde eis, pro suo munimine, presentes Literas, nostri appensione sigilli communitas.—Data apud Chuddeleghe, primo die Marcii.

[fol. 162b.] Paignton; Remissio consuetudinum et serviorum de tenementis que nuper Johannes Sampson tenuit in Villa de Peyngtone [See page 681],—

Johannes, etc., omnibus ad quos presens Scriptum pervenerit salutem in Domino.—Cum nuper per Cartam nostram dedissemus dilecto valleto nostro, Radulpho de Gatepath, tenementa illa que Johannes Sampson de nobis tenuit in Villa de Peyngtone, tenenda ad totam vitam suam per eadem servicia per que idem Johannes Sampson ea de nobis tenuit dum vixit; ac jam intellexerimus quod tenementa illa de officio decenarii et aliis serviciis et consuetudinibus, tam dishonestis quam onerosis, onerantur; nos, considerato statu ipsius Radulphi, et eciam ad bonum servicium quod Predecessoribus nostris et nobis impendit, et in futurum impendet, respectum habentes, eidemque Radulpho graciam facere volentes uberiorem, omnia servicia et consuetudines serviles, exceptis redditibus inde debit is et secta Curie nostre de Peyngtone, sibi ad totam vitam suam remittimus per Presentes. Ita, tamen, quod, post decepsum ipsius Radulphi, tenementa illa de serviciis illis et aliis consuetis ut prius onerentur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum Presentibus est appensum.—Data in Manorio nostro de Chuddeleghe, primo die Marcii, A.D. M°. CCC^{mo} xxxij^{do}, et Consecrationis nostre sexto,

A.D. Calstock [Kalistoke, MS.] ; Sir William de Loughtone, priest, R.,—
1332³ Licence of non-residence for a year. (Chudleigh. 2 March.)

Vol. Axminster ; *Mandatum super Inquisicione facienda de Ecclesia de*
II. *Axeminstre, auctoritate Brevis Regii infrascripti,—*

[fol. 159.] *Johannes, etc., dilectis filiis, Perpetuo Vicario Ecclesie de Axemuthe, et*
159. *Decano de Honetone, salutem, etc.—Breve Regium recepimus in hec verba*
Rot. *cclxij. [See page 47, No. 83].—Auctoritate, igitur, dicti Brevis, vobis, et vestrum*
fol. *cuilibet, firmiter injungimus et mandamus quatinus citetis, seu citari*
159b. *faciatis, decem vel xij viros fide dignos, famosiores clericos et laicos*
Decanatus in quo dicta Ecclesia de Axeminstre consistit, vel alio eidem
Ecclesie vicino, de contentis in dicto Brevi pleniorum noticiam habentes,
peremptorie, quod compareant coram nobis, vel nostris in hac parte Com-
missariis, in Capella de Coliforde, die Jovis in hac instanti Ebdomoda
Pasche [8 April], super contentis in dicto Brevi, tunc ibidem requirendis
ab eis, veritatem quam noverint deposituri et dicturi. Citantes, nichilominus,
seu citari facientes dictos Dominos Johannem Giffard et Robertum
de Valoyns, et denunciantes eisdem, si personaliter valeant apprehendi,
alioquin publice Citacionis seu Denunciacionis edicto, in eadem Ecclesia,
necnon in domibus ad eos ratione dicte Ecclesie spectantibus, quod, dictis
die et loco, dicte Inquisicione faciente intersint, peremptorie, si sua viderint
interesse. Diem, autem, receptionis Presencium, et Citacionis per vos facte
formam, nobis, vel nostris Commissariis hujusmodi, dictis die et loco, ex-
pressis nominibus et cognominibus eorum quos ad premissa citaveritis,
distincte intimetis per Literas vestras patentes, harum seriem continentes,
sigillo aliquo autentico consignatas.—Datum v die Marcii.

The Consistory Court ; *Litera missa Presidentibus Consistorii*
Exoniensis,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Curie nostre Exoniensis Presidentibus, salutem,
etc.—Non sine turbacione miramur illum in ipsa nostra Curia, prout
intelleximus, invaluisse abusum, quod, in Causis et negotiis quorum
cogniciones ad examen ejusdem nostre Curie deducuntur, Literae citatorie
scribuntur et dictantur ab hiis plurimum qui scribendi aut dictandi non
habent pericium vel Causarum, et solent per vos, et alios vestros in Officio
precessores, eciam usque ad Literarum numerum confusionis nimie
inductivum, importunitate eorundem scribencium, sessionibus singulis
consignari ; per quod Judici et Jurisdiccioni nostre ibidem frequenter
illuditur, innoxii gravantur, Judicantis vilescit auctoritas, et sigillum Officii
deducitur in contemptum. Ut, igitur, hujusmodi abusus vicium dispositione
provida reprimamus, volumus et mandamus quatinus omnes hujusmodi
Literae dumtaxat per dilectum Clericum nostrum, ejusdem Curie pro
tempore scrutinarium, vel alium seu alias ad hoc per ipsum assumendos,
de cetero scribantur, scripteque mox presententur Judicis consignande ; et,
si sufficienes fuerint, consignentur ; nisi aliud alicui forsitan indulserit
Presidentis gracia specialis. Presentes, quoque, nostras Literas in eadem
Curia curetis solemniter publicare, et facere contenta in eis inviolabiliter
observari. Nec erubescat antiquitas si quid melius horum que ipsa
tradidit, efficacem sequens rerum experientiam magistrorum, novitas
advenit ; quoniam secundum varietatem temporum jura quandoque
variantur humana. De die receptionis Presencium et publicationis earum,
necnon nominibus eorum si quos inveneritis contradictores in premissis
vel rebelles, nos infra decem dies distincte certificare curetis per Literas
vestras patentes, harum seriem continentes.—Data, etc., vj die Marcii
—A Commission was directed, on the same day, to Master Richard Giffard
R. of Ashwater, appointing him President of the said Court.

fol. 160. Lundy [Lounday MS.] ; *Dimissorie,—*

Robert de Hadestoke, clerk, R., "ad omnes Minores Ordines quos nondum
est assecutus, et ad omnes Sacros Ordines" (same date).

A.D. St. Just-in-Roseland ; *Commissio pro Permutacione Ecclesiarum*
 1332. 3. *Sancti Justi, in Cornubia, et de Cadebury, Bathoniensis et*

Vol II. *Wellensis Diocesis,—*

Venerabili in Christo Patri, Domino Radulpho [de Salopia], Dei gracia Bathoniensi et Wellensi Episcopo, Johannes, etc., salutem, et sincere dilectionis continuum incrementum.—[In the common form,—see above]. Sir John de Eysi, R. of St. Just-in-Roseland, exchanges with Sir Richard de Brankescombe, R. of Cadbury, Somerset (Chudleigh, 7 March).

Polsloe Priory ; *Commissio ad audiendum Confessiones familiarium Priorisse et Conventus de Polslo,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Domino Joeli de Metrecombe, presbitero, salutem, etc.—De tua sollicitudine et prudencia plurimum confidentes, ad audiendum Confessiones omnium et singulorum familiarium et servitorum Religiosarum Mulierum, Priorisse et Conventus Monasterii Beate Katerine de Polslo, dicte Diocesis, infra Manerium dicti Loci dumtaxat deserviencium, tibi peccata sua confiteri volencium, et impendendum confitentibus debite Absolucionis beneficium, salutaremque Penitenciam pro commissis injungendum, nisi sunt talia que Sedi Apostolice vel nobis fuerint specialiter reservata, et Sacramenta [et] Sacramentalia eisdem, quociens opus fuerit, ministrandum, salvo jure cujuscumque, vices nostras committimus per Presentes.—Data apud Chuddeleghe, xij die mensis Marcii, Anno supra-dicto.

fol. 160b. Exeter Cathedral ; *Absolucion Decani Exoniensis,—*

Johannes, etc., dilectis filiis, Subdecano Ecclesie nostre Exoniensis, et Magistro H. Bloyou, ejusdem Ecclesie Canonico, salutem, etc.—Olim contra dictum filium, Magistrum Ricardum de Coletone, Decanum Ecclesie nostre Exoniensis, ex nostro procedentes Officio, super certis articulis defensionem Jurisdictionis nostre tangentibus, eidem sufficienter explanatis et notis, ipsum, coram nobis, premissa de eo Citacione legitima, in judicio comparentem, et objectis sibi articulis hujusmodi respondere, monitum Canonice atque jussum id efficere, causa cessante rationabili, recusantem, pro sua manifesta offensa hujusmodi excommunicavimus, cogente conscientia et justicia exposcente; prout pridem per alias nostras Literas vobis meminimus intimasse. Quia, vero, dictus Decanus, consilio ductus saniori, pridie ad nos humiliter accedens, ad correccionem et veram obedienciam, ad quas suam totam ferri asseruit intencionem, se disposuit, respondendo plane dictis articulis, de offensa devote satisfecit hujusmodi quam contraxit ; nos, in scrutinium recensionis assidue reducentes quantum, more pii Patris, non affectata set magis nobis molesta extitit sua ab Ecclesie unitate separacio supradicta, in ejus reditu humili leticiam concepimus visceralem ; et qui prius dolentes eramus de filio perduto, juxta Evangelicam Parabolam spiritualiter epulando et gaudendo, quia mortuus fuerat et revixit, perierat et inventus erat, non mediocriter letificati, eundem a dicta Excommunicationis Sentencia quam sic incurrerat in forma Ecclesie absolvimus, ut decebat, et Sequestrum in fructibus et obvencionibus Decanatus, Firmeque et Prebende quas ipse tenet in, et de, Ecclesia nostra Exoniensi prelibata, ac aliis comodis eorundem, per nos occasione premissa interpositum, relaxavimus prompto corde. Quocirca vobis mandamus quatinus hujusmodi Absolucionem impensam et Sequestri relaxacionem concessam, diebus et locis de quibus pro parte dicti Decani fueritis comode requisiti, per vos vel alium solempniter publicare curetis.—Data, etc., xxij die Marcii.

Mutatio Annī Encarnacionis Domini.

Anno Domini Millesimo CCC^{mo} tricesimo tercio, et Consecracionis Domini Iohannis, Exoniensis Episcopi, vj^{to}.

A.D. Excommunication; *Litera Testimonialis super Sentencia Excommunicationis lata in personam W. de Hendrewither,* —

1333. fol. 160b. Universis quorum interest, et aliis, presentes Literas inspecturis, Iohannes, etc., salutem in veris amplexibus Salvatoris.—Ne ovis morbida Gregem Dominicum inficiat labe sua, et excommunicatus, dum a communibus actibus excluditur, rubore suffusus ad humilitatis graciam et reconciliacionis affectum facilius inclinetur, Universitati vestre, tenore Presencium, intimamus quod, rimate et diligenter recensito Registro Causarum et negotiorum nostre Ecclesiastice Curie Exoniensis, inter cetera vidimus in eo contineri quod, cum discretus vir, Magister Henricus Bloyou, tunc Presidens Curie nostre prelibate, nosterque Commissarius Generalis ad corrigendum et puniendum nostrorum quorumcumque crimina et excessus subditorum, decrevisset et fecisset Willelmum de Hendrewither, dictum de Grillis, nostre Diocesis, coram eo, auctoritate ordinaria, ad diem Lune proximo post Festum Sancte Petronille, Virginis, Anno Domini M^o. CCC^{mo} xxxij^{mo} [3 June], et dictam Curiam ad judicium evocari, eidemque Willelmo dicta die in judicio personaliter comparenti, ex officio, ad correccionem anime dicti Willelmi dumtaxat, objecisset quod idem Willelmus de falsacione sigilli ejusdem Curie nostre erat graviter suspectus et diffamatus, et potissime per Rogerum de Hendrewither, fratrem ipsius Willelmi, de falsitate hujusmodi eidem Presidenti et Commissario nostro detectus judicialiter et delatus; explanans, declarans, et obiciens quod idem Willelmus quasdam falsas Literas, sub nomine ipsius Presidentis et Commissarii nostri conceptas, et sigillo dicte Curie nostre consignatas, tunc ibidem ad instrucionem dicti Henrici exhibitas et ostensas, fabricavit, et fabricatas tradidit dicto Rogerio de Hendrewither, fratri suo, ad utendum eis in quodam correccionis negocio, super exercicio usurarie pravitatis contra eundem Rogerum, coram

fol. 161. Officiali nostre Peculiaris Jurisdictionis nostroque similiter Commissario ad corrigendum et puniendum, modo premisso, nostrorum subditorum crimina et excessus, ex nostro et suo Officio instituto; idemque Rogerus, ad procuracionem, persuasionem, et consilium dicti Willelmi, et finem reportandi per eas absoltoriā Sentenciam ab Officio prelibato in judicio usus fuit; ac semel, secundo, et tertio ac peremptorie, per intervalla competencia, monisset eundem Willelmum, et jussisset eidem quod hujusmodi objectis sibi explanatis responderet. Quia, tamen, dictus Willelmus, causa rationabili cessante, id efficere non curavit, quiuimmo expresse recusavit, dictus Presidentis et Commissarius, premissa hujusmodi Monitione legitima atque jussu, in personam dicti Willelmi, propter suam manifestam contumaciam hujusmodi pariter et offensam, in Scriptis Majoris Excommunicacionis Sentenciam fulminavit, ac mandavit et fecit excommunicatum in Festis Solempnibus, Predicacionibus, et Concionibus publicis publice et solempniter nunciari; prout per relationis Literas dicte Curie, ab hujusmodi denunciacionis executoribus transmissas, vidimus eciam seriosius contineri. In quorum testimonium et fidem pleniore presentes Literas fieri fecimus et nostri appensione sigilli communiri.—Data apud Chuddeleghe, xxvj die Marcii.

A.D. Axminster ; *Commissio ad inquirendum de vacacione Ecclesie de 1333.*

Axminstre, auctoritate Brevis Regii supradicti,—

Voi. II. Johannes, etc., dilectis filiis, Officiali nostro et Magistro Henrico Bloyou Ecclesie nostre Exoniensis Canonicis, salutem, etc.—Breve Regium recepi-
mus, in hec verba,—Edwardus, etc., *ut in secundo folio precedenti, super Ecclesia de Axeminstre [see page 47, No. 83].*—De vestris, igitur, fide et industria plenam experienciam habentes et fiduciam, dictum Breve, juxta ipsius effectum et tenorem, vobis, et vestrum cuilibet, committimus, die Jovis in hac instanti Ebdomada Pasche [8 April], prout ad id mandavimus per alias nostras Literas Citorias, dictos Johannem Giffard et Robertum Valoyns evocari, in Capella Omnim Sanctorum de Honetone, exequendum. Quid, vero, in premissis feceritis et repereritis, nobis, Inquisitione hujusmodi, de qua in dicto Brevi fit mencio, debite expedita, per vestras Literas, harum et tocius rei per vos geste seriem, necnon nomina eorum a quibus extiterit inquisitum, continentes, sigillis vestris clausas et pendentibus, ac sigillis dictorum contestificancium signatas, quantocius rescribatis.—Data, etc., apud Chuddeleghe, iiiij^{to} Kalendas Aprilis [29 March], Anno, etc.

[fol. 160b.] Oratory ; *Litera pro Oratorio Decani,—*

Ultimo die Marci, apud Chuddeleghe, Decanus Exonie optinuit Licenciam celebrandi Divina, vel per Capellam idoneum faciendi celebrari, in Oratorio suo Exonie, tantum in sua presencia.

[fol. 161.] Exeter ; *Absolucio Ricardi dicti Selere, Civis Exoniensis¹,*—

Johannes, etc., dilecto filio, Ricardo de Selere, Civi Exoniensi, salutem, etc.— Olim a Senteancia Excommunicacionis Majoris, quam incurristi occasione manuum injecionis temere violentarum in Johannem dictum Davy, clericum Exoniensem, dummodo lesu de injuria satisfaceres infra certum competentem terminum, tibi per nos assignatum, cum tunc temporis ipsius lesi copia comode haberi non posset, virtute certi Privilegii nobis super hoc a Sede Apostolica indulti [see page 139], te, Ricardum premissum, meminimus absolvisse. Quia, igitur, postmodum, in nostra exposuisti presencia tempus hujusmodi satisfaccionis faciende, non in contemptum Clavium set simplicitate et juris ignorancia, satisfaccione non impensa preteriisse ; nos, tuis supplicacionibus assiduis inclinati, a Sentencia hujusmodi quam incurristi occasione recidivacionis predicte, auctoritate predicta te absolvimus, et Ecclesie restituimus quatenus possumus Sacramentis. Injungentes tibi, tamen, sub debito prestiti super hoc juramenti, quod in redempcionem culpe recidivacionis predicte, et sub pena recidivacionis in Sentenciam supradictam, Conventibus Fratrum Predicatorum et Minorum Ordinum, Fratribus Hospitalis nostri Beati Johannis, et Leprosis Beate Marie Magdalene, Civitatis Exonie et prope eam, eorum singulis, videlicet, singula solvas, citra instans Festum Beati Michaelis Archangeli, quarteria frumenti puri grani.—Data in Manorio nostro de Chuddeleghe, tercio die mensis Aprilis, Anno Domini M^o. CCC^{mo} xxxiiij^o.

[fol. 161b.] Ilfracombe ; *Commissio ad colligendum fructus et proventus*

Ecclesie de Ilfardecombe, per annum a tempore vacacionis, ad comodum Pape,—

Johannes, etc., Collector fructuum, reddituum, et proventuum omnium Beneficiorum Ecclesiasticorum, usque ad quadriennium vacancium, in Ecclesie Romane subsidium, olim a Sede Apostolica in nostra Civitate et Diocesi sub certa forma deputatus, dilectis filiis, Domino Ricardo dicto de Ottery, Perpetuo Vicario Ecclesie de Estdoune, et Johanni dicto de Campo Arnulphi, domicello, salutem, graciam, et benedictionem, et Apostolica fideliter prosequi comoda et mandata.—De vestra legalitate et vigilancia

¹ Mayor of Exeter in 1308, 1327, and 1328.

A.D. gerentes in Domino fiduciam, ad collendum, exigendum, et recipiendum
 1333. fructus, redditus, et proventus ad Ecclesiam de Ilferdecombe, ejusdem
 Vol. II. nostre Dioecesis, ad presens vacantem, qualitercumque obvenientes, per
 annum a vacacionis ejusdem tempore numerandum, necnon super receptis
 accopas de soluto, sive refutaciones¹ plenarie faciendum; vos, quos ad hoc
 reputamus idoneos, communiter et divisim, Auctoritate Apostolica supra-
 dicta deputamus et subrogamus loco nostri, tenore Presencium, Collectores.
 —Data apud Chuddeleghe, v^{to} die Aprilis, Anno, etc.

fol. Bradninch; *Mandatum ad levandum procuracionem pro Reconciliacione Ecclesie de Bradeneche,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Decano de Plymptre et Magistro Roberto [le Fiz Raulf], Rectori Ecclesie de Rewe, salutem, etc.—Cum Reginaldus de Hele, parochianus Ecclesie Parochialis de Bradeneche, nostre Dioecesis, cuius culpa contigit dictam Ecclesiam tunc temporis interdici, confessione sua spontanea precedente, in lijs. pro procuracione nostra, occasione Reconciliacionis dictae Ecclesie, ad instanciam et procuracionem dicti Reginaldi per nos rite facte, nobis efficaciter et legitime teneatur; vobis conjunctim, et cuilibet vestrum divisim, committimus et mandamus, firmiter injungentes, quatinus predictum Reginaldum, primo, secundo, et tertio ac peremptorie, ex parte nostra moneatis Canonice et efficaciter inducatis quod, infra xv dies, a tempore hujusmodi Monitionis continue numerandos, quorum quinque pro primo, v pro secundo, et reliquos quinque pro tertio et peremptorio termino ac Monitione Canonica in hac parte, per vos sibi volumus assignari, de dicta procuracione nostra vobis, quos receptores nostros in hac parte, tenore Presencium, deputamus, satisfacere studeat indilat. Alioquin ipsum ad id faciendum, per quascumque Censuras Ecclesiasticas quibus convenit in hac parte, de diebus in dies extunc Canonice compellatis, vice nostra. Diem, autem, receptionis Presencium et Monitionis hujusmodi, necnon quid super hiis feceritis, nobis, infra sex dies post lapsum dictorum xv dierum, intimetis per Literas vestras patentes.—Datum, etc., vj die Aprilis.

Moreton-Hampstead [Mortone, MS.]; Master Philip de Vautort, priest, R.,—

Licence of non-residence for a year,—“et remissa fuit sibi culpa quam contraxit occasione non residendi in eadem Ecclesia sua anno proximo retroacto” (Crediton, 14 April).

fol. Axminster; *Certificatorium super Inquisicione facta de vacacione Ecclesie de Axeminstre virtute Brevis Regii predicti,*—

Providis et discretis viris, Domino Wilielmo de Herle et Sociis suis, Justiciariis Domini nostri, Domini Edwardi, Dei gracia Regis Anglie, Domini Hibernie, et Ducis Aquitannie, Johannes, etc., salutem, cum benedictione dextere Salvatoris.—Breve dicti Domini nostri Regis, huius Literis consumatum, receperimus, in hec verba,—Edwardus, etc., ut in tercio folio precedenti super *Inquisicione facienda de vacacione Ecclesie de Axeminstre.*—Virtute cuius Brevis, salvo nobis in omnibus jure Diocesano, convocatis coram nobis convocandis, diligentem fecimus Inquisicionem; per quam adhuc invenire plene non potuimus utrum Ecclesia de Axeminstre sit ad presens de jure vacans necne; comperimus, tamen, per Inquisicionem illam, quod Johannes Giffard et Robertus de Valoyns, clerici, fructus ipsius percipiunt, et a xxvj die Junii, A.D. M^o. CCC^{mo} xxij^{do}, hucusque tanquam pertinentes, ut dicti clerici dicunt, Prebendis suis de Warthulle et Grendale in Ecclesia Eboraciensi percepent ut Rectores; set quo titulo Canonico, adhibita dili-

¹ *refutacio*; aposta, *quittance* (*D'Arnys*).

—The word “accopa” (which occurs here, and frequently in the Registers),

is, evidently, a form of “aposta”; a receipt.

A.D. 1333. gencia quam potuimus, certitudinem adhuc nequivimus reperire.—Datum apud Morecestre [Morchard-Bishop], xvij die Aprilis, Anno, etc.—See p. 684.

Vol. II. Silverton ; *Dimissorie*,—
Sir Thomas de Leybourne, subdeacon, R., “ad Ordinem Diaconatus” (Bishop’s Tawton, 20 April).

Silverton ; *Monicio contra subtrahentes fraudulenter decimas ad Ecclesiam de Silfertone provenientes*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Decano de Plymptre et Parochiali Presbitero Ecclesie de Silfertone, nostre Diocesis, salutem, etc.—Audivimus usque adeo multorum dicte Ecclesie de Silfertone parochianorum maliciam habundare ut eorum nonnulli, inter se facta collusione, quidam, vero, proprie innitentes pertinacie, moliuntur decimas, tam personales quam prediales, que ad dictam Ecclesiam et ejus Rectorem, ipsius Ecclesie nomine, notorie pertinent, presumpcione dampnabili minuere ac eciam detinere. Qui, si ad Eum a Quo cuncta bona procedunt respectum haberent, jus Ecclesiasticum diminuere non contenderent nec decimas detinere presumerent, vel minuere que tributa sunt egencium animarum, potissime cum Deo debita sit solucio decimarum. Ut, autem, presumptores hujusmodi a sua dampnanda pernicie arcerentur, ultra provisa super premissis alia infinita juris remedia a Sanctis Patribus, provida deliberacione Concilii statutum existit ac eciam ordinatum quod quicunque decimas suas subtrahunt fraudulenter, vel, in odium ejus ad quem pertinent, scienter minuunt, quive Ecclesias suo jure maliciose privare presumunt, Excommunicacionis Majoris provide late Sentencia ligarentur, donec de subtractis decimis hujusmodi et commissis satisfaccionem prestarent competentem. Ne, igitur, dicti parochiani, dictarum Sacrarum Constitutionum transgressores, se valeant, pretextu ignorancie earum, ab incursu penarum hujusmodi quibusvis supersticiosis adinvencionibus excusare, vobis communiter et divisim, sub Canonice Obedientie debito, firmiter injungendo, mandamus quatinus hac instanti Die Dominica, cum duabus sequentibus, aliquis Festivis intermixtis diebus, dictis parochianis in dicta Ecclesia, intra Missarum Solempnia, de premissis juribus, constitutionibus, penis, et periculis conscientiam facere,¹ eaque solempniter publicare et exponere studeatis. Moneatis, iusuper, et efficaciter inducatis ex habundanti parochianos eosdem in genere, ad ipsorum maliciam convincendam, ut decimas suas dicte Ecclesie prout debentur, et suo Rectori ejus nomine, cum integritate solvere, atque de subtractis et retentis, vel eorum estimacione, debitam satisfaccionem studeant exhibere. Diem, vero, receptionis Presentium et executionis earum per te facte formam, et si quos Monicionibus hujusmodi repereris forsitan non parentes, cum expressione suorum nominum et cognominum, tu, Decane predicte, nobis quantocius intimes per tuas patentes Literas, habentes hunc tenorem.—Data apud Tautone, xx die Aprilis, Anno, etc.

Braunton ; *Commissio ad visitandum Ecclesias, Capellas, Clerum, et populum Plebanie² de Brauntone*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Officiali nostro, et Magistro Ricardo Giffard, Commissario Generali, salutem, etc.—De vestre circumspectionis industria et fervore fidei notam experientiam obtinentes, ad visitandum hac instanti die Veneris, juxta Visitacionis seu Citacionis inde facte Decretum, Ecclesiam et Capellas, Clerum, et populum Plebanie de Brauntone, corrigendumque, puniendum, et reformandum ea que ibidem repereritis correccione, punicione, vel reformacione indigere ; vobis, et vestrum alteri, committimus,

¹ i.e., notum facere,—faire savoir— ² *Plebania*,—the Parochial Altar ; also, as here, the Parish itself (*ibid.*)

A.D. vices nostras, cum cuiuslibet Cohercionis Canonice potestate.—Data apud
1333. Tautone, xxij^{do} die Aprilis.

Vol. Dismissorie,—

- II. —John Wallop, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus; ad titulum Presentacionis Prioris et Commonachorum de Piltone, penes Regestrum residentem”
fol. 162. (Bishop’s Tawton, 26 April).
—William de Lucombe, subdeacon, R. of Iddesleigh [Yuddesleghe, MS.],
“ad omnes Superioros Ordines quos nondum est assecutus” (same date).

Excommunication ; Mandatum ad denunciandum Magistrum Johannem de Trelouny excommunicatum,—

Johannes, etc., dilecto filio, Officiali Archidiaconi Exonie, salutem, etc.—
Nuper Johanni dicto de Trelouny, qui pro clero se gerit, nostre Diocesis, coram nobis ad judicium evocato, et coram dilecto filio, Magistro Willelmo de Nassington, Canonicu Ecclesie nostre Exoniensis, nostroque Cancellario Curieque nostre Causarum et negotiorum Auditore, comparenti, et confessione judiciali detegenti se in Robertum Boner, clericum, vices Decani Majoris Trigge tunc gerentem, et Mandata certa eidem Decano et ipsi Roberto, ejusdem Decani in officio subrogato, per nos auctoritate ordinaria directa, exequi satagentem et volentem, scienter, et in casu a jure non permisso, manus injecisse temere violentas, citra tamen sanguinis effusionem et alias absque excessu difficulti et enormi ; cum adjeccione, tamen, quod ab excessu hujusmodi optinuit alias legitime se absolvi ; ad probandum Absolucionem hujusmodi dictus Commissarius noster dicto Johanni de Trelouny, presenti, certum assignavit peremptorie terminum competenter. Et demum, quia idem Johannes in probacione Absolucionis defecit hujusmodi allegate, prefatus Commissarius, ex nostro procedens Officio, per suam Sentenciam pronunciavit et declaravit eundem Johannem, occasione premissa, in Majoris Excommunicacionis Sentenciam, a Canone *Si quis suadente diabolo*, in hujusmodi temerarios presumptores provide latam, dampnabiliter incidisse, et ea fuisse, et esse, involutum. Ne, igitur, dictus, excommunicatus Gregem Dominicum nobis commissum, premissorum forsitan ignarum, inficiat pretextu ignorancie labe sua ; vobis mandamus, firmiter injungentes, quatinus eundem Johannem sic fuisse, et esse, ob excessum hujusmodi modo premisso contractum, excommunicatum, in singulis Archidiaconatus Exoniensis [Ecclesiis], etiam si de nostra, vel cujuscumque alterius, Peculiari Jurisdiccione existant, nostraque Cathedrali Exoniensi, singulis Diebus Dominicis et Festivis, et potissime hoc instanti Festo solemptni Ascensionis Domini [13 May], intra Missarum Solempnia, dum major intererit populi multitudo ; necnon, in singulis Capitulis per vos in dicto Archidiaconatu, et alios quoscumque Commissarios seu Ministros in dicta Peculiari Jurisdiccione celebrandis, pulsatis campanis, candelis accensis et extinctis, per xij Presbiteros superpelliciis et stolis sacerdotalibus induitos, in Capitulis hujusmodi assumendos si Presbiterorum in eis duodenarius numerus habeatur ; alioquin per eos quos presentes in eisdem Capitulis esse contigerit ; Cruce coram eis delata et erecta, publice, solemptiter, et continue nuncietis, seu faciatis per alios nunciari. Inhibentes, nichilominus, Christi Fidelibus universis ne quis cum eo communicare presumat, preterquam in casibus permisis a jure ; ut idem excommunicatus, rubore confusus, ad Reconciliacionis graciam prompecus se inclinet. Inquiratis, insuper, seu inquiretis, diligenter, de nominibus et personis communicantium forsitan cum eodem ; de quibus cum vobis constiterit, communicantes hujusmodi monere nominatim Canonice studeatis ut ab hujusmodi communione illicita penitus se abstineant. Quod si secus fecerint, Monitionibus vestris non parentes per quascumque Censuras Ecclesiasticas, auctoritate nostra, Canonice compescatis. Ad quemna et singula vobis vices nostras committimus, cum cohercionis Canonice

A.D. 1333. potestate. Diem, autem, recepcionis Presencium executionisque Mandati nostri hujusmodi formam, et quid in premissis feceritis, nobis, infra mensem

Vol. II. a tempore receptionis Presencium, intinetis per Literas vestras patentes, habentes hunc tenorem. Proviso quod, et si semel vel pluries quid super premissis feceritis nobis per vestras remissivas Literas referatis, a denunciacione, tamen, hujusmodi vobis injuncta nullatenus desistatis, donec aliud inde a nobis expresse habueritis in mandatis.—Datum in Manerio nostro de Cliste, ix die Maii, Anno, etc.

—Item, consimile Mandatum emanavit singulis Officialibus singulorum Archidiaconorum. Item, Presidenti Consistorii Exoniensis ad denunciandum in Consistorio.

St. Just-in-Roseland [Sancti Justi in Roslande, MS.] ; Sir Richard de Brankescombe, priest, R.,—

Licence of non-residence till Michaelmas, 1334 (Clyst, 10 May).

Quethiock [Quedeke, in Cornubia, MS.] ; Sir William de Vautort priest, R.,—

Licence of non-residence for a year (same date).

Excommunication ; *Mandatum ad denunciandum Magistrum Petrum de Beare excommunicatum*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Decano Christianitatis Exonie, salutem, etc.—

Adversus Magistrum Petrum de Beare, conjugatum, et pro clero se gerentem, nostre Diocesis, de exercicio artis nepharie nigromancie et alias heresim sapientis manifeste observancia et credulitate diffamatum graviter et suspectum, ac inde certa qualitate, non dubiis et levibus set difficilibus argumentis, suaque confessione judicialiter emissा, sepius repetita, legitime convictum, nuper ex nostri Officii debito procedentes ; cum idem Petrus, post apprehensionem erroris, ad Fidei Catholice unitatem sponte haberet recursum, et errorem suum hujusmodi, ad arbitrium nostrum sibi sub certa forma in Scriptis editum publice consenserat abjurare, et satisfaccionem congruam exhibere, ac eciā abjurarat ; ad recipiendum pro qualitate facinoris ulcionem debitam ei per nos infligendam, sibi fecimus per certos nostros ad hoc Commissarios coram nobis successive terminum peremptorium assignari. Et demum, quia dictus Petrus inflictam sibi penam pro commissis hujusmodi agnoscere et subire, causa rationabili cessante, distulit et detractavit, in eum, preter Majoris Excommunicacionis Sentenciam a jure latam in omnes excolentes heresim, aliam pro sua manifesta offensa hujusmodi, cogente conscientia, curavimus fulminare ; parcentes non modicum quod ei tunc temporis penam pro perjurio hujusmodi velud voluntario non duximus indicendum. Rursus, Sibilla dicta filia Warini, uxore dicti Petri, nobis insinuante, sua relatione querula et dolenti, quod idem Petrus, conjux suus, odii causa falso asserens ipsam fuisse adulterii multiplicitis criminе irretitam, eam super hoc apud bonos et graves nequiter diffamavit ; eum super hoc, ex Officio nostro hujusmodi, ad dicta Sibille promociōnem, coram nobis ad judicium evocatum et personaliter comparentem, ac inde, eciā, legitime convictum, cum dicta Sibilla a lite desisteret quantum ad eam attinebat, concordia, ut dicebatur, terminata, reputavimus in terciam Majoris Excommunicacionis Sentenciam, in Sacrosancto Concilio Oxoniensi contra hujusmodi diffamatores provide latam, dampnabiliter incidisse. Ne, igitur, dictus excommunicatus Gregem Dominicum nobis commissum, hujusmodi Excommunicacionis triplicis forsitan ignarum, pretextu ignorancie contaminet labe sua, tibi mandamus, sub debito Obedience et Majoris Excommunicacionis Sentencie pena firmiter injungentes, quatinus dictum Petrum sic excommunicatum fuisse, et esse, ob premissa et eorum occasione, in singulis Ecclesiis Archidiaconatus Exoniensis, etc., prout in *Litera denunciacionis J. de Trelouny in alia parte istius folii*.—Et emanarunt Litere, sub

A.D. eodem tenore, singulis Officialibus singulorum Archidiaconatum. [Not 1333. dated].

vol. The War against the Scots ; *Mandatum de deprecando pro Rege et Proceribus Regni Anglie,*—

Johannes, etc., dilecto filio, Officiali nostro, et, eo absente, cuicunque Consistorii nostri Exoniensis Presidenti, salutem, etc.—Literas Serenitatis in-clitissimi, Principis et Domini nostri, Domini Edwardi, Dei gratia presentis Regis Anglie illustris, pridem recepimus, premisso solito salutacionis eloquio, subscriptam verborum seriem continentem,—Edwardus, etc., Venerabili in Christo Patri, Johanni, eadem gratia Episcopo Exonieusi, salutem.—Dum labentis seculi cursum ad judicium deducimus rationis, et quanta velocitate cuncta pertranseant solicite meditamus, fiduciam profecto rerum mundanarum postponimus, et ad misericordiam Summi Dei permanentis in secula mentis nostre oculos devocius aperimus. Sperantes, itaque, Ipsius Dei nostri clemenciam devotis oracionum suffragiis posse facilius impetrari, Paternitatem vestram rogamus et requirimus ex affectu quatinus nos, et fideles nostros qui nobiscum ad Partes Marchie Scocie, pro defensione et salvacione Regni nostri contra iimicorum nostrorum aggressus jam profecti sumus, apud Altissimum, in Cujus manu corda sunt Regum et per Quem Principes dominantur, devotis precibus et salutaribus hostiis studeatis assidue commendare, et ad hoc Clerum et populum, Abbates, Piores, et ceteros Religiosos vestre Diocesis salubribus exhortacionibus commonere, ut Deus et Dominus noster, vestris et ipsorum precibus complacatus, sic nos et dictos fideles nostros, in assumpto negocio, ad honorem Suum, pro defensione dicti Regni, per Suorum dirigat semitam mandatorum, et status ejusdem Regni nostri, cuius regimen, Ipso disponente, nobis, licet insufficientibus meritis, est commissum, nobis et subditis nostris pacificus sit et tranquillus, ad decus et honorem Sancte Universalis Ecclesie et Catholice Fidei incrementum, vestramque ac commissi nobis populi pacem perpetuam et quietem. Datum apud Novum Castrum super Tynam, xxij^o die Aprilis, Anno Regni nostri septimo.—Premisis, igitur, in scrutinium debite

fol. 163. consideracionis adductis, quem Regni Anglie habitatorem vel incolam, quem pacis et honoris Regii zelatorem, hostium nostrorum illarum Parcium furens sevicia et intumescens superbia non tangeret, et tanti Principis supplicis intercessionis suffragium non moveret, potissime cum ex hiis ipsius Domini Regis ad Regnum et populum sibi creditum tuti regiminis evidenter liquet affeccio, ipseque et sui in hujusmodi actu bellicoso comites nostra excuciunt incomoda, personarum repellunt pericula, et nos in eorum labore quiescimus et pacis ubertate letamur ? Vobis, igitur, mandamus, districcius injungentes, quatinus, cum comodum commune singulorum et rei publice, honorque Dei et Sacrosancte Ecclesie versetur in hoc casu, pro pace Universalis Ecclesie et salubri statu ejusdem Domini Regis et Regni, Procerumque et aliorum eum comitancium, in singulis Ecclesiis, Cathedrali, Conventualibus, Collegiatis, et aliis nostre Civitatis et Diocesis, Missam cum Officio *Salus populi* et oracionibus ad premissa congruentibus, in singulis sextis feriis successivis, dummodo cesset alia impediens causa racionabilis, alioquin in feriis ad hoc aptis, precedente Processione et decantacione solita Letanie per vicos et loca, faciatis devote, solempniter, et precipue celebrari; monentes, nichilominus, et hortantes attente Religioses exemptos ejusdem nostre Diocesis, cujuscumque status vel condicionis existant, ut Missas hujusmodi in suis Ecclesiis et Processiones solempniter exequantur et celebrent, juxta datam in precedentibus eis formam. Ut, autem, eos et alias nostros utriusque sexus subditos ad predicta devocationis opera donis spiritualibus excitemus, singulis eorum ad viam salutis preparatis qui dictas Missas audierint, Processiones secuti fuerint, Oracionemque Dominicam cum Salutacione Gloriose Virginis, Genitricis Dei, Marie, dixerint, pia mente, pro predictis, de ejusdem Dei Genitricis et Beatorum

A.D. Apostolorum Petri et Pauli, Patronorum nostrorum, meritis et patrocinio
 1333. confidentes, quocienscumque fecerint, Quadraginta dies de injuncta sibi
 Vol. II. Penitencia misericorditer in Domino relaxamus ; proviso quod premissa
 exequi sollicite curetis et continue, donec aliud inde vobis dederimus in
 mandatis. Diem, autem, recepcionis Presencium et execucionis earum
 formam, nobis, citra instans Festum Beati Petri Ad Vincula [1 Aug.],
 intimare studeatis per vestras patentes Literas, habentes hunc tenorem.—
 Datum apud Clist, ultimo die Maii.

Tywardreath Priory ; Commissio pro custodia et regimine Prioratus de Tywardreith, vacantis,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Dominis Ricardo Gomersale, de Dydesham, et
 David Anseline, de Brattone [Clovley], nostre Diocesis, Ecclesiarum Rectoribus,
 salutem, graciam, et benedictionem.—De vestris fidelitate et industria
 plenius confidentes, custodiam et regimen Prioratus de Tywardreith,
 Ordinis Sancti Benedicti, nostre Diocesis, tam in temporalibus quam in
 spiritualibus, prout ad nos, ratione ipsius Prioratus ad presens vacantis,
 ipsius regimen et cura ad nos, de jure et laudabili legitime prescripta con-
 suetudine, noscitur notorie pertinere ; vobis communiter et divisim com-
 mittimus, cum cuiuslibet cohercionis Canonice potestate, districte injun-
 gendo, mandantes quatinus ejusdem Prioratus curam et regimen sollicite et
 fideliter gerere studeatis, et Monachos ibidem Domino famulantes adeo
 utiliter et prudenter in hiis que ad observanciam pertinent Regularem
 informare, ut, sub nostro hujusmodi regimine, apud remotos et proximos
 eorum fama clareat et floreat, hactenus plurimum suggillata.—Data apud
 Cliste, iiiij^{to} die Junii.

Buckfast Abbey ; Benedic和平 Abbatis Buffestrie,—

Item, sexto [die] Junii, apud Cliste, in Capella Manerii Episcopalis ibidem,
 Dominus benedixit Fratrem Willelmum Giffard, electum in Abbatem
 Monasterii Buffestrie, Ordinis Cisterciensis ; qui profitebatur sub hac forma,
 —Ego, Frater Willelmus, Abbas Buckestrie, Cisterciensis Ordinis, Subjec-
 cionem, Reverenciam, Obedientiam, a Sanctis Patribus constitutam, secun-
 dum Regulam Sancti Benedicti, tibi, Domine Pater, Episcope, tuisque
 Successoribus Canonice substituendis, et Sancte Sedi Exoniensi, salvo
 Ordine nostro, perpetuo me exhibitum promitto.

Combe-in-Teignhead ; Sir Reginald de Clifford, priest, R.,—

Licence of non-residence for a year from Michaelmas, “ et interim Ecclesiam
 suam predictam Waltero de Clifford, clero, fratri suo, ad firmam dimittere ;
 causa Peregrinacionum que sibi, ut asseritur, imminent faciende ” (Clyst,
 6 June).

*Commissaries ; Revocacio Commissionum Causarum et correccionalium
 quibuscumque Commissariis forinsecis, aliis a Generali et Pe-
 culari Officialibus ac Consistorii Exoniensis Commissario,
 generaliter concessarum,¹—*

Johannes, etc., dilecto filio, Consistorii nostri Exoniensis Presidenti cuicunque,
 salutem, graciam, et benedictionem.—Quoniam illa est sortis humane
 condicio quod ea que plerumque rationabiliter ordinat et consulte, suadente
 subjectorum utilitate, postmodum consulcios revocat et commutat ; horum,
 igitur, consideracione, Commissiones Causarum et correccionalium per nos
 hactenus concessas generaliter quibuscumque Commissariis nostris forinsecis,
 a nostris Generali et Peculiari Officialibus nostroque in Consistorio nostro Exon-
 iensi Commissario aliis, ex certa sciencia revocamus ; interdicentes districcius
 quamlibet correccionalem cameraliter vel domestice in locis aliis ab Ecclesiis,

¹ concessas, MS.

A.D. sicut est solitum, Canonicum, et honestum, et hoc per eosdem Officiales et
 1333. Commissarium tantummodo de cetero exercereri. Decernentes exnunc
 Vol. II. irritum si quid fuerit a quoquam in contrarium attemptatum. Quocirca
 fol. vobis mandamus quatinus premissa ad omnium quorum interest noticiam
 163b. deduci studeatis; renunciantes nobis infra decem dies quid inde feceritis,
 vestris patentibus Literis, habentibus hunc tenorem.—Data apud Cliste,
 septimo die mensis Junii, Anno, etc.

*Tithes ; Monicio ne quis Beneficiatus fructus decimarum suarum
 vendat ante Festum Sancti Michaelis, vel saltem ante separa-
 cionem earum a novem partibus,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Officiali nostro, vel cuicunque alteri Consistorii
 nostri Exoniensis Presidenti, salutem, etc.—Gravi nimurum et dolore non
 vacua turbacione movemur quod plerique Ecclesiarum Rectores, et alie
 nostre Diocesis beneficiate persone, tam Seculares quam Religiosi, prout
 pluries experientia certa probavimus, non sine dampnande ambitionis vicio,
 fructus suarum decimarum, nedium ante separationem eorum a solo set
 consistentes in herbis, recepta inde pecunia justi precii vix dimidia vel alia
 quota, indistincte tam clericis quam laicis vendere; quinimmo interdum ad
 tempus non modicum sub censu annuo Beneficia sua hujusmodi locare, seu
 ad firmam dimittere, pro sue private voluntatis temerarie libito, que jura
 generalia non potest immutare, non erubescunt nec expavent. Quod, dum sub
 taciturnitatis velamine obumbratur, multam nutrire pestilenciam consuevit;
 potissime eo quod inde, inter cetera inconveniencia, subscripta sequuntur;
 videlicet, quod quandoque contraheutes hujusmodi callido commento ad-
 invicem se decipiunt; dicti Beneficiati suas et Ecclesiarum facultates
 modo premisso diripiunt; presidioque facultatum privati, sub pretextu
 contractus hujusmodi, vagandi et absentandi a suis Beneficiis, ob vitacionem
 mendicitatis obprobrii, [occasionem] sibi pariunt; comodumque Domini
 nostri Pape et intencio in fructibus hujusmodi primi anni, quos pro suis et
 Ecclesie Romane necessitatibus Sedi Apostolice reservavit, plerumque eluditur;
 et, quod amarius est dolendum, dum non sunt sui in propriis Beneficiis Rec-
 tores et alii Beneficiati residents, Beneficiorum eorundem detrahitur
 comodo et honori; quinimmo, carencia defensorum auxilio, in iuribus suis
 multipliciter collabuntur, ruinis patent edificia ipsorum, cura animarum in
 eis neegligitur, et insolenciis causa datur, Divinus Cultus minutur, et
 hospitalitas in eis debita non servatur, ac contra eos pro defectibus qui sue
 subjacent reparacioni inanis redditur accio suis in Beneficiis hujusmodi
 substitutis. Cum, autem, ex debito injuncto nobis sollicitudinis teneamur
 dictam corruptelam, Ecclesiis et Ecclesiasticis personis periculosam plurimum
 et dampnosam, ne propagetur ulterius, radicitus extirpare; premissa de cetero,
 donec Festum Sancti Michaelis decursum fuerit, vel saltem fructus decima-
 rum hujusmodi fuerint a novem partibus realiter segregati, nisi urgens
 Beneficiorum predictorum necessitas evidensve utilitas, per nos primitus
 approbata, id suaserit; necnon, venditarum ad presens decimarum per
 earum emptores, absque nostra speciali licencia, abduccionem et aliena-
 cionem quamcumque aliam, sub Majoris Excommunicacionis Sentencie pena
 penitus interdicimus et eciam inhibemus. Injungentes vobis, communiter
 et divisim, quatinus presentes nostras Inhibicionis et Interdicti Literas, vel
 earum transumptum autenticum, faciatis in locis universis et singulis,
 nostre Diocesis, quibus expediens videritis, solemniter et celeriter recitari;
 ut ipsa recitacio, suo quasi sonoro preconio, contenta in eis debite valeat
 omnibus quorum interest publicare. Denunciantes, nichilominus, publice
 denunciacionis edicto, quod qui reperti fuerint hujusmodi Inhibicionis
 nostre et Interdicti transgressores, de quorum nominibus et personis vos
 volumus, pro nostra futura informacione, remota qualibet segnicie, indagare,
 pertimescere merito poterunt dure severitatem ulcionis. Diem, vero,

A.D. recepcionis Presencium et execucionis earum formam nobis, cum nominibus
1333. et cognominibus transgressorum et culpis, citra instans Festum Omnim
Vol. II. Sanctorum distinete intimetis per vestras patentes Literas, habentes hunc
tenorem.—Data apud Cliste, vij die Junii.

Ugborough [Uggeburghe, MS.] ; Master Rd. Noreys, priest, R.,—
Licence of non-residence till Michaelmas, 1334, to study (Clyst, 12 June).

Bickleigh [Bikeleghe, MS.] ; Master Robert Peike, priest, R.,—
Licence of non-residence till Michaelmas, 1334, to study (same date).

Tywardreath Priory,—

(i) *Litera missa Abbati Monasterii Sancti Sergii prope Andegaviam, pro
Prioratu de Tywardreithe,*—

Venerabili in Christo Patri, Domino Elie, Dei gracia Abbati Monasterii
Sancti Sergii prope Andegaviam, vel ejus vices gerenti, Johannes, etc.,
salutem vite presentis et perhennis.—Pridem Prioratu de Tywardreithe, per
Priorem solito gubernari, vestri Ordinis, nostre Diocesis, per obitum Fratris
Philippi,¹ ultimi Prioris ejusdem, incipiente vacare, nos, ad gubernacionem
debitam Prioratus ejusdem, dum vacacioni subjacere contigerit, intencionis
nostre studium actualiter convertentes Diocesano jure nostro, non absque
dolore cordis et plurima turbacione indubitanter intelleximus quod idem
Prioratus sub infelici regimine adeo existit fructuum et reddituum, tam
temporalium quam spiritualium (qui reservacioni subjacent Domini nostri
Pape, in Anglia, primi anni; qui, habita inde ad comodum ejusdem
Domini nostri Pape opzione, deberent in residuo pro victu Monachorum
ibidem sollerter reservari), aliarumque facultatum nudatus presidio,
quod numerus senarius Monachorum nequit in eo vel **vix** aliqui
Monachi absque penuria et necessarie mendicitatis obprobrio sus-
tentari; quinimmo, quod studiosius est cavendum, nisi per oportune
provisionis ministerium velocius et caucius succurratur, ad dissolucionem
irreparabilem proculdubio deducetur. Propter quod eidem Prioratu, ne,
ipsius dilapidacione nimium excrescente, totaliter dissolvatur, paterno mi-
serenter affectu, ad relevandum Prioratum eundem a dispendiis hujusmodi,
habita super hoc nobiscum deliberacione assidua et frequenti, exquirere
curavimus, inter ceteros, vias et modos subscriptos, per quos credimus,
annuente Domino, eundem Prioratum posse, cum adminiculis aliis, facilius
restaurari; videlicet, duos Monachos per vos ad partes illas recenter, ut
didicimus, destinatos, necnon Fratrem Johannem Miral, ut ita dicamus
mirabilem ex culpis pluribus, quas ad presens subticemus, ad vos occasione
premissa remittendo. In aliis, vero, quibus vestra putaveritis forsitan
interesse, prudenciam vestram providimus excitandam; rogantes et hor-
tantes attente quatinus, lapsum jurium et bonorum dicti Prioratus, et ejus
causam, et Religionis ac Oracionum exterminacionem in eo, jugi medita-
cione pensantes, studeatis libencius solito, quantum ad vos attinet, Prioratu
prospicere desolato et nova quasi plantacione indigenti; ut remoti et
proximi, qui prius dolebant de consumo, gaudeant postmodum de re-
sumpto. Alioquin dissimulare non possumus quin super hoc faciamus
quod cum Deo fuerit faciendum, Altissimus vos conservet; Qui, eciā,
statum vestrum iuxta votum ad statum extollat alciorem.—Scripta xij die
Junii.

(ii) *Commissio pro Prioratu de Tywardreithe,*—

Johannes, etc., dilectis filiis [Wilhelmo Bouges], Priori de la Ministre, Ordinis
Sancti Benedicti, Dominis Ricardo de Gomersale, de Didesham, David Anseline,
de Brattone [Clovely], nostre Diocesis, Ecclesiarum Rectoribus, et Custodibus
Prioratus de Tywardreithe, ejusdem nostre Diocesis, ad presens vacantis,
per nos, auctoritate ordinaria, tam in spiritualibus quam temporalibus,

¹ Obiit May 26, 1333.—Oliver's *Monasticon*, page 34.

A.D. deputatis, salutem, etc.—Non absque dolore cordis et turbacione gravi
 1333. cernimus Prioratui predicto, occasione dilapidacionis bonorum, quasi irre-
 Vol. II. parabile dispendium imminere. Ut, igitur, sub nostro regimine precipuo
 amplietur in suis juribus et honoribus et adversis tueatur, deliberacione
 nobiscum prehabita diligent, decrevimus singulis Monachis ejusdem
 Prioratus, pro vite sue necessariis, singulos decem octo denarios, ebdom-
 odatim assignandos de bonis ejusdem Prioratus, dummodo adinvicem suam
 receptam conferant pecuniam et in una domo vescentur, atque sub uno
 tecto dormiant et quiescant, donec idem Prioratus ad fortunam reductus
 fuerit pinguiorem. Et ut resumpcio facultatum Loci ejusdem valeat,
 annuente Domino, facilius impetrari providimus, duos Monachos, recenter,
 ut intelleximus, a Majore Monasterio Andegavensi ibidem destinatos,
 necnon Fratrem Johannem Meral, Monachum in eo, ad relevandum eundem
 Prioratum et extenuandum ejus debitum, in proximo ad Partes illas navis
 transitu, datis eorum singulis pro naulo et expensis quinque solidis, remit-
 tendo. Quocirca vobis, communiter et divisim, injungimus districte quatinus
 premissa vobis injuncta studeatis plene, et remota qualibet affeccione,
 execucioni debite demandare. Proviso semper quod Cultus in eodem
 Prioratu debitus pro ejus viribus, et alias Religionis honestas observetur.—
 Data apud Clist, xij die Junii.

(iii) *Mandatum pro quibusdam Monachis Monasterii de Tywardreithe, ad Majus Monasterium Sancti Sergii prope Andegaviam remittendis,—*

Johannes, etc., dilectis filiis, Fratribus Arnaldo et Petro, ac Johanni Meral,
 Monachis Majoris Monasterii Sancti Sergii prope Andegaviam, in Prioratu
 de Tywardreithe, etc., ad presens Priore vacante, et ea occasione sub nostro
 precipuo regimine in temporalibus et spiritualibus, jure Diocesano, exis-
 tente, commorantibus, salutem, etc.—Non absque dolore cordis et gravi
 turbacione considerantes assidue Prioratui predicto, occasione dilapidacionis
 bonorum sub infelici regimine retroacto tempore, quasi irreparabile dis-
 pendium imminere ; ut amplietur deinceps in suis juribus et honoribus et
 adversis tueatur, decrevimus, deliberacione prehabita diligent, vobis, et
 singulis aliis Monachis ejusdem Prioratus, pro vite necessariis, singulos
 decem octo denarios debere ebdomodatim assignari de bonis Prioratus
 ejusdem, dummodo adinvicem receptam conferatis pecuniam, et in una
 domo comedatis, atque sub uno tecto dormiatis, donec idem Prioratus ad
 fortunam reductus fuerit pinguiorem. Adientes, eciam, in hujusmodi
 nostro Decreto, ut premissa, annuente Domino, valeant facilius impetrari,
 vos omnes et singulos, ad relevandum eundem Prioratum et extenuandum
 ejus debitum, in proximo ad Partes illas navis transitu, datis vestrum
 singulis pro naulo et expensis quinque solidis, remittendos. Quocirca
 vobis, communiter et divisim, sub debito Obediencie et pena Majoris Ex-
 communicacionis Sentencie, districte injungimus et mandamus quatinus
 premissa vobis injuncta, et eorum singula, studeatis plene et inviolabiliter
 adimplere.—Datum apud Clyste, *ut supra*.

*Lanlivery ; Relaxacio Sequestri in fructibus Ecclesie de Lanlyvery
 et Capelle de Luxulien interpositi,—*

Johannes, etc., dilectis filiis [Willelmo Bouges], Priori de la Ministre, Ordinis
 Sancti Benedicti, Dominis Ricardo de Gomersale, de Didesham, David
 Anseline, de Brattone [Clovely], nostre Diocesis, Ecclesiarum Rectoribus, et
 Custodibus Prioratus de Tywardreithe ; necnon, Magistro Johanni de
 Nortone, Rectori Ecclesie de Bokelond Filleghe, dicte nostre Diocesis,
 Sequestratori nostro Generali, salutem, etc.—Sequestrum in fructibus et
 proventibus Ecclesiarum quarumcumque, nostre Diocesis, Prioratui de
 Tywardreithe predicto unitarum, et aliorum bonorum Prioratus ejusdem,
 auctoritate nostra qualitercumque interpositum, innovamus,—excepto Se-
 questo eadem auctoritate nostra in fructibus Ecclesie de Lanlyvery et

A.D. Capelle de Luxulien interposito; quod, tenore Presencium, relaxamus.
 1333. Quocirca vobis, communiter et divisim, injungimus et mandamus quatinus
 Vol. II. Innovacionem et Relaxacionem Sequestri nostri hujusmodi curetis, ubi
 expediens videritis, solemniter publicare, et fructus sequestratos colligere
 arcus et custodire, sicut de illis putaveritis, cum integritate qua convenit,
 respondere. Et quid feceritis in premissis, nobis, cum premuniti fueritis,
 distincte intimetis per Literas vestras patentes, habentes hunc tenorem.—
 Data apud Cliste, xij die Junii.

[fol. 164.] Ludlow; *Mandatum ad citandum Rectorem Ecclesie de Ludelawe et Presbiterum suum Parochialem, super eo quod ipsi impediunt Privilegia Prioris et Fratrum Ordinis Heremitarum de Ludelawe,—*

Johannes, etc., Judex seu Conservator Privilegiorum Fratribus Ordinis Heremitarum Sancti Augustini a Sede Apostolica indultorum, sub certa forma ab eadem Sede delegatus, provido viro, Priori Hospitalis Sancti Johannis Baptiste de Ludelawe, et ejusdem Loci Decano, Herefordensis Diocesis, salutem cum benedictione et gracia Salvatoris, ac Mandatis Apostolicis firmiter obedire.—Gravem ex parte dilectorum in Christo, Prioris et Fratrum Ordinis Heremitarum Sancti Augustini, dicti Loci de Ludelawe, [querelam] receperimus, continentem quod ipsi, super Predicacionibus libere ab eisdem Fratribus faciendis, et audiendis Confessionibus eis peccata sua volencium confiteri parochianorum Parochialis Ecclesie de Ludelawe, et aliis juribus et libertatibus ipsis a dicta Sede concessis, a Domino Johanne dicto de Evesham, Rectore dicte Ecclesie de Ludelawe, et J. de Cantuaria, ejus ibidem Parochiali Presbitero, contra Indulta Privilegiorum dicte Sedis eis ab eadem Sede concessorum, multipliciter molestantur et gravantur. Super quo nobis extitit ex parte dictoruin Prioris et Fratrum cum instancia supplicatum ut eis super hoc providere de oportuno remedio curaremus. Nos, igitur, volemente injunctione nobis a dicta Sede reverenter exequi, ut tenemur, Auctoritate Apostolica supradicta qua fungimur in hac parte, quamque vobis inspiciemus mittimus, suo tamen retradendam protinus portatori, vobis, et cuilibet vestrum in solidum, sub pena Majoris Excommunicationis Sentencie districte precipiendo mandamus quatinus citatis, seu citari faciatis, dictos Johannem et Johannem, Rectorem, et ejus Presbiterum, peremptorie, quod compareant coram nobis, vel nostro in hac parte Commissario, tercio die Juridico post instans Festum Translacionis Beati Thome, Mariiris [7 July], in Ecclesia Parochiali de Newent, Herefordensis Diocesis, super premissis, sibi ab eisdem Priore et Fratribus, ut dicitur, obiciendis, et eorum occasione; in illis, videlicet, que judiciale requirunt indaginem per viam judicii; in aliis, vero, prout qualitas ipsorum exegerit responsuri, et juri parituri. Diem, autem, Citacionis hujusmodi et formam nobis, vel nostro Commissario hujusmodi, dictis die et loco intimetis per Literas vestras patentes, habentes hunc tenorem. [Not dated.]

[fol. 164.] Exeter Cathedral; *Mandatum ad celebrandum Diem Nativitatis Beati Johannis Baptiste sub Officio Duplicis Festi Mediæ, in Ecclesia Exoniensi,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Decano Ecclesie nostre Exoniensis, et, eo absente, ejus locum tenenti, salutem, graciam, et benedictionem.—Alma Mater Ecclesia, Excelsi Regis et in Sanctis Suis Mirabilis exemplo ducta, licet universos Ipsius Regis Gloriosi Ministros, in Regno Celesti constitutos, studiis honorare sollicitis et sonoris efferre preconis non desistit; merito, tamen, decernere debuit atque censuit, prout eciam toto orbe terrarum id mos cunctorum Fidelium approbavit, Diem Nativitatis Beati Johannis Baptiste, Domini Precursoris, in Universali Ecclesia honorificencie pocioris impendiis attollendum, ut ab ea tanto solemnpius magnificetur laudibus et

A.D. sinceris obsequiis honoretur, quanto eundem Precursorem Suum Ipse Rex,
 1333. in ortu et post ortum, pre ceteris excellencius illustravit. Hic, enim, sicut
 Vol. II. sacratissima Lectionis Evangelice prodit historia, precellit cunctis, eminent
 universis, antecedit Prophetas, excedit Patriarchas; tanta in eo erat
 excellencia et tanta gracia ut Ipse Christus putaretur. Hic, eciam, plus
 quam Propheta dictus est a Salvatore; cuius manibus—quod nulli est
 prestitum Prophetarum—Se baptizandum Dei Filius inclinavit. Nos,
 igitur, qui devocioni subditorum consulere tenemur, premissa sollicite con-
 siderantes, miracione concutimur vehementi, et credere vix valemus quod
 audivisse interdum meminimus, ejusdem gloriosissimi Precursoris Domini
 Nativitatis Diem in Ecclesia nostra Exoniensi, contra Ritum omnium
 aliarum Ecclesiarum, sub Simplici Officio tantummodo celebrari; Diemque
 ipsam summis attolli vocibus et laudibus personari precipuis, juxta Evangelici-
 cam, necnon et Angelicam pronunciaciones, fervide cupientes, ipsius venerande
 Nativitatis Festum sub Officio Duplicis Festi Medii in Ecclesia nostra
 prelibata volumus et precipimus, annis singulis, perpetuis temporibus suc-
 cessuris, solemniter celebrari. Mandantes, nichilominus, quatinus hujus-
 modi nostre voluntatis et precepti Decretum studeatis hac instanti die
 Sabbati, in Capitulo nostro, hora Capitulari, debite publicare et facere
 inviolabiliter observari. Diem, autem, receptionis Presencium et executionis
 earum formam nobis, cum premuniti fueritis, intimare studeatis per Literas
 vestras patentes, habentes hunc tenorem.—Datum xvij die Junii.

[fol. 6b.] Rockbeare—Canonsleigh Abbey; *Appropriacio Ecclesie de Roke-
 beare,*—

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis ad quos presentes Litere pervenerint,
 Johannes, etc., salutem in Domino sempiternam.—Inter solicitudines
 humanas Sacram Religionem placitare, et placitatem augendo fovere, sacra-
 rum tradicionum digesta dictavit auctoritas precipuum et meritorium
 summe fore. Sane exhibita nobis pro parte dilectorum filiarum, Abbatisse
 et Conventus Monasterii de Leghe Canonicarum, Ordinis Sancti A[u]gustini,
 nostre Diocesis, Peticio continebat quod dictum Monasterium, sub certo
 numero Monialium et aliorum subportandorum onerum existens ex primaria
 dispositione Fundatrixis, super vires proventuum et possessionum ejusdem
 adeo, ut asserunt, est exiliter fundatum quod Moniale[s] inibi Deo servientes
 vix poterunt, sine penuria, de proventibus dicti Monasterii sustentari, nisi
 per nostre cooperacionis ministerium ab hujusmodi inopia releventur.
 Quare, pro parte dictarum Abbatisse et Conventus nobis extitit cum
 instancia supplicatum ut, eis pio super hiis compacientes affectu, Parochia-
 lem Ecclesiam de Rokebere, ejusdem nostre Diocesis, per obitum ultimi
 Rectoris ejusdem ad presens vacantem, in qua dicte Abbatissa et Conventus
 [fol. 7.] jus optiuerint, ut asserunt, Patronatus, eis in usus proprios perpetuo
 possidendum, in subportacionem predictorum onerum ac penurie et inopie
 relevacionem, concedere, unire, et appropriare, servata debita solemnitate,
 curaremus. Nos, igitur, curis agitati continuis, dictum Monasterium, et
 cetera pia Loca nobis Diocesano jure subjecta, a dispendiis et periculis
 preservare cupientes; ac volentes, predictorum consideracione, eisdem Abba-
 tisse et Conventui paterna solicitudine providere; dilectos filios, Decanum
 et Capitulum nostre Exonieus Ecclesie, ad tractandum una nobiscum
 super Appropriacione dicte Ecclesie et ejus causis, ad certos diem et locum,
 cum de hiis nobis tunc non liqueret ad plenum, peremptorie fecimus
 evocari: habitoque super eis cum dictis Decano et Capitulo tractatu
 solemptni et diligent; quia comperimus exposita nobis hujusmodi, recepta
 super eis informacione debita, veritate fulciri, de unanimi collaudacione
 eorundem Decani et Capituli et consensu, necnon omnium aliorum et
 singulorum quorum interest, concurrentibusque omnibus aliis et singulis
 que requiruntur de jure, dictam Ecclesiam de Rokebeare, cum omnibus

A.D. juribus et pertinenciis suis, dicto Monasterio de Leghe et Abbatisse ac
 1333. Monialibus ibidem ad presens Domino servientibus, et servitulis, in
 Vol. II. subportacionem dictorum onerum, Pontificali auctoritate, concedimus,
 appropriamus, et unimus ; juribus et dignitate nostre Exoniensis Ecclesie
 prelibate et Loci Archidiaconi semper salvis. Ita quod, auctoritate
 Appropriacionis et Unionis hujusmodi, prefate Abbatissa et Conventus,
 per se, vel alium seu alios, ejusdem Ecclesie, ut premittitur vacantis,
 possessionem libere apprehendere et tenere, fructusque ipsius in usus
 proprios convertere valeant, nostra vel cuiuscumque alterius Licencia
 minime requisita. Reservata, tamen, de ipsius Parochialis Ecclesie pro-
 ventibus Perpetuo Vicario instituendo Canonice in ea assignanda per nos
 porcione congrua, ex qua idem Vicarius commode sustentari possit, et
 Episcopalia jura solvere, aliaque sibi incumbencia onera subportare.

Reservata nobis, et Successoribus nostris Exoniensibus Episcopis, dictam

Nota— Vicariam, quociens vacaverit, jure ordinario conferendi persone idonee,
 Collacio necnon premissis addendi, et ea mutandi, corrigendi, et interpretandi
 Vicarie ad Epi. potestate. Et, quia quo minor dictis Abbatisse et Conventui patuerit
 scopus. distributionem provide factam de dictis fructibus inter eas ad certos usus,

facilitate animi, mutandi libertas, eo major aderit eis quies et dicto
 Monasterio commoditas, expediens reputamus ipsis circa percepcionem et
 divisionem dictorum preventuum legem indicere, per eas perpetuis
 temporibus inviolabiliter observandam, et indicandam providimus sub
 forma quam, ut clariss pateat per exemplum, fecimus Presentibus annotari ;
 videlicet, quod de preventibus dictae Ecclesie assignentur Abbatisse, que pro
 tempore fuerit, una marca tantum ad Cameram suam ; singulis, vero,
 Monialibus, Deo servientibus, duo solidi, et, ad servisiam suam meliorandam,
 singulis septimanis, unus bussellus frumenti. Et quod residuum fuerit de
 fructibus dictae Ecclesie in augmentum servicii coquine in Festis Duplicibus
 convertatur. In quorum omnium testimonium et fidem pleniorem,
 sigillum nostrum, una cum signillis tam Capituli nostri quam Abbatisse et
 Conventus predictarum, Presentibus duximus apponendum.—Data quo ad
 nos, in Manerio nostro de Cliste, sextodecimo die mensis Junii, A.D. M°.
 CCC^{mo} tricesimo tercio, et Consecrationis nostre sexto.—Et nos, Decanus
 et Capitulum, habita super premissis, ut premittitur, tractatu diligent et
 solempni, dictae Appropriacioni, et ceteris omnibus per Venerabilem Patrem
 et Dominum nostrum, Dominum Johannem, Dei gratia Episcopum
 Exoniensem supradictum, in hac parte ordinatis, consensum nostrum
 prebentes pariter et assensum ; nosque, Abbatissa et Conventus antedicta,
 premissa omnia et singula, quatenus ad nos attinet, rata habentes et accepta,
 sigilla nostra fecimus hiis apponi.—Data quo ad nos, Decanum et Capitulum,
 Abbatissam et Conventum, predictos, in Domo Capitulari Cathedralis
 Ecclesie Exoniensis, septimo decimo die mensis Junii, Anno Domini
 supradicto.

[fol. 177b.] *Glasney ; Acquietancia Prepositi et Capituli Glaseneye de quibus-
 dam denariis receptis de bonis Magistri R. de Campo Arnulphi,—*

Pateat universis per Presentes quod nos, Johannes, etc., recepimus et
 habuimus, die confectionis Presencium, de Domino Preposito et Capitulo
 Ecclesie nostre Collegiate Beati Thome Glaseneye, in Cornubia, per manus
 Domini Roberti de Tredowel, Sacriste dictae Ecclesie, liberantis, octo marcas
 cum dimidia sterlincorum de bonis Magistri Reginaldi de Campo Arnulphi,
 nuper ejusdem Ecclesie Canonici, defuncti, preter viginti solidos pro
 defectibus certis domorum ad Prebendam quam idem Reginaldus, dum
 vixit, ibidem optimis spectancium, de precepto nostro solutos, quos eisdem
 allocavimus. In qua, quidem, peccunia, videlicet decem marcis, Executores
 Testamenti dicti Reginaldi, ex certis et legitimis causis nobis solvenda, rite
 condemnati extiterant ; et de quibus ipsis Prepositum et Capitulum, quo

A.D. ad Executores predictos, indemnes conservare promittimus per Presentes.
 1333. In ejus rei testimonium sigillum nostrum hiis duximus apponendum.—
 Vol. II. Data apud Clyste, xxj^o die Junii.

[fol. 170.] Stoke Gabriel—St. Newlyn ; *Commissio pro Custodia Sequestri in fructibus Ecclesiarum Sanctorum de Stoke Gabrielis et Neuline interpositi,—*

Johannes, etc., dilectis filiis, de Peyngtone, et Sancti Probi in Cornubia, Ecclesiarum Perpetuis Vicariis, salutem, etc.—Ne grana Sanctorum de Stoke Gabrielis et Neulyne Ecclesiarum celesti provisioni concessa, Sequestro nostro ad presens subjecta, depereant, de paleis non excussa aliasve distracta, nobis extitit pro parte dilecti filii, Domini Walteri de Meriet, nostre Exoniensis Ecclesie Cancellarii, qui dictas Ecclesias Cancellarie sue Dignitati unitas Canonice esse asserit, cum instancia supplicatum ut dampnose consumpcionis granorum hujusmodi incomoda prevenire paterna benignitate curaremus. Justis, igitur, suis in hoc desideriis faciliter annuentes, vobis, et vestrum cuilibet, committimus et mandamus quatinus dicta grana, prout vobis existunt viciniora, de paleis exuti, cum celeritate comoda, faciat et distrahat per visum procuratoris dicti Cancellarii, pecuniasque inde provenientes, necnon debita alia in nominibus quorumcumque debitorum dictarum Ecclesiarum consistencia, Sequestro nostro hujusmodi subjecta, exigatis, recipiat, et fideliter conservetis, donec aliud inde vobis dederimus in mandatis ; facientes, eciam, prout ad vos divisim pertinet, si oporteat, acquietancias, auctoritate nostra, de receptis. Proviso quod de pecuniarum summis hujusmodi, per vos levatis, satisfieri faciat, suis terminis, de eo quod ab eisdem Ecclesiis et earum possessore Fabrice nostre Exoniensis Ecclesie, ac decima, existit solvendum de consuetudine vel de jure. Per premissa, tamen, non intendimus Sequestrum nostrum predictum quo ad alia relaxare, set pocius volumus in pleno suo robore perdurare. Quisque, vero, vestrum presentes Literas receperit, retenta sibi earum copia, mox eas alteri transmittere studeat, effectui mancipandas.— Data apud Cliste, xxij die Junii.

fol. 164b. Bondleigh ; *Licencia Bisshopleghe procurandi,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Ricardo de Bisshopleghe, in Consistorio nostro Exoniensi Procuratori, salutem, etc.—Justis tuis desideriis favorabiliter annuentes, ut, eo non obstante quod Parochialem Ecclesiam de Boneleghe, nostre Diocesis, titulo es Institucionis Canonice recenter adeptus, et eam pacifice possides, consideracione exilitatis ejusdem, et alias, ne Causarum quibus prestare consueveras patrocinium continencia dividatur, valeas in eodem Consistorio, in suscepto procurandi officio, dummodo nichil aliud obstet Canonicum, occupare impune, usque ad libitum nostre voluntatis contrarie, plenam et liberam concedimus de speciali gratia facultatem. Proviso quod eidem Ecclesie tue interim debite deserviri facias in animarum regimine et laudabiliter in Divinis ; et quod procuratorem constituas ibidem in absencia, qui Loci Ordinarii sufficienter respondeat vice tua. Et ne, pretextu ignorancie, forsitan, Dispensacionis hujusmodi tibi indulte contra te valeant aliqui murmuracionis labia aperire, presentes nostras Literas volumus per Presidentem ipsius nostri Consistorii, si oporteat, publicari, et eciam inviolabiliter observari.—Data in Manerio nostro de Cliste, xxij^o [die] Junii.

fol. 165. Witheridge [Witherigge, MS.]; Sir Wm. de Wengrave, priest, R.,— Licence of non-residence for a year (Clyst, 27 June).

Testamentary ; *Acquietancia Executorum Testamenti J. de Dynham, super Administracione,—*

Johannes, etc., dilectis filiis, Domino Johanni de Paltone, Militi, et Henrico

A.D. de Poterne, Executoribus Testamenti Domini Johannis de Dyneham,
 1333. Militis, nostre Diocesis, defuncti, salutem, etc.—Auditio finali compoto
 Vol. II. administracionis vestre facte de bonis Testamentum dicti defuncti contingentibus; quia, allocatis allocandis, invenimus vos bene et legaliter administrassse in bonis antedictis, a redditione compoti, quatenus in nobis est, salvo jure cuiusque, [vos] absolvimus per Presentes. In cujus rei testimonium, etc.—Data in Manerio nostro de Cliste, primo die Julii.

Lamorran [Lammoren, MS.]; Sir John de Croudecote, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study, “et ex aliis causis licitis et honestis” (Clyst, 7 July).

Exeter Cathedral; *Mandatum ad monendum Canonicos Firmarios Ecclesie Exoniensis ad satisfaciendum Scaccario ejusdem Ecclesie de prestacionibus ab eorum firmis debitibus*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Decano Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, etc.— Gravem pro parte dilectorum filiorum, Canonicorum Ecclesie nostre Exoniensis residencium, firmasque expectancium, et Vicariorum, Annivelariorum, ac aliorum in eadem Ecclesia Ministrorum querelam recepimus, continentem quod, licet ex Ordinacione antiqua, a Predecessoribus nostris, Exoniensibus Episcopis, provide edita, et diutissime laudabiliter observata, Canonice sit provisum quod, pro onere residencie, Canonicis residentibus, Vicariis, Annivelariis, et Ministris hujusmodi, pro suis stipendiis viteque necessariis, de Maneris et Ecclesiis ad Capitulum ejusdem Ecclesie nostre spectantibus ad presens, firmis nuncupatis, certis terminis Camere Capituli nostri prelibati prestaciones annue persolvantur; quidam, tamen, Canonicci ejusdem Ecclesie nostre, ex assignacione vestra et dicti Capituli nostri firmarum hujusmodi, prout accepimus, pacifici possessores, quique firmarum ipsarum comoda complectuntur, onera solucionum hujusmodi sibi incumbencia impudenter subire neccligunt et retardant. Unde, inter cetera, subscripta inconveniencia secuntur,—quod ipsi Firmarii, cum jactura aliena vanitate transeunt expensarum, et Canonicci alii residentes, Vicarii, Annivelarii, et alii Ministri predicti, debita sibi distribucione ad tempus non modicum vacui remanent et frustrati; quinimmo nonnulli, animum habentes residendi, hac occasione frequenter a residencia hujusmodi retrahuntur; sicque Divinus Cultus, quod (*sic*) desideramus augeri, minuitur, et eidem Ecclesie nostre subtractur non modicum de honore. Considerantes, igitur, quod dissimulacio execucionis Ordinacionis prediche, penam continentis suo impositam transgressor, dampnum, moraque longior periculum, verisimiliter comminantur; vobis, sub debito Obediencie, districte injungimus et mandamus quatinus moneatis semel, secundo, et tertio, contextu unico, omnes et singulos Firmarios prestacionum hujusmodi debitores, quod illi videlicet quos poteritis Monitione personali apprehendere, infra octo dies a tempore Monitionis hujusmodi sibi facte continue numerando; ceteri, vero, absentes citra instans Festum Beati Petri ad Vincula [1 Aug.]; de eo quod ab eis debetur divisim dicte Camere, peremptorie, current debite satisfacere, sub pena in Ordinacione predicta seriosius expressatis; ut Canonicis residentibus et Ecclesie Ministris satisfieri valeat de perceptis. Diem, autem, receptionis Presencium [et] execucionis earum formam nobis, cum premuniti fueritis, distincte intimetis per Literas vestras patentes, singulorum non parencium nomina, et quo ac quanto contraxerunt forsitan in solucione defectum, continentes.—Datum apud Cliste, viij die mensis Julii.

ol. Case of Divorce; *Commissio ad audiendum et decidendum Causam Matrimonii et Divorcii inter Dominum Reginaldum de Mohoun et Dominam Elizabetham de Bodeneke*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Thesaurario Ecclesie nostre Exoniensis, et Magistro Johanni de Stoke, Canonicco Ecclesie nostre Collegiate Glasneye,

A.D. Decretorum Doctori, salutem, etc.—Ad audiendum et decidendum Causam
 1333. Matrimonii et Divorcii in Consistorio nostro Exoniensi dudum motam, et
 Vol. II. demum ad audienciam nostram revocatam, inter Dominam Elizabetham de
 Bodenneke, quam Dominus Reginaldus de Mohoun, Miles,¹ tenet in uxorem,
 Partem provocantem ad Divorcium, ex parte una, et dictum Dominum
 Reginaldum ex altera, cuius Processum sub nostro sigillo transmittimus;
 vobis, de quorum conscientie puritate et industria ad plenum confidimus,
 vices nostras committimus, cum cuiuslibet coercionis Canonice potestate.
 —Data apud Cliste, vij^{mo} die Julii.

[fol.] Monkockhampton [Monekokampton—margin Monkockampton,
 165.] MS.]; Sir Walter de Hildesleghe, priest, R,—

Licence of non-residence, “quamdiu obsequiis Decani et Capituli Ecclesie
 Exoniensis institerit” (Clyst, 8 July).

fol. 165b. Tavistock Abbey; *Commissio super administracione bonorum, tam
 spiritualium quam temporalium, Monasterii Tavystochie, auc-
 toritate Domini suppositi Interdicto,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Abbati de Bokelonde, Cisterciensis, et Johanni de
 Courtenay ac Thome de la Walle, Tavystochie, Sancti Benedicti Ordinum,
 nostre Diocesis, Monasterii Monachis, salutem, etc.—Dudum Sanctissimus
 Pater et Dominus noster, Dominus Johannes, Divina Providencia presens
 Romanus Pontifex, ex certis causis eum ad id inducentibus, in Apostolicis
 nobis inde directis Literis expressatis, Decimam omnium proventuum et
 reddituum Ecclesiasticorum in Regno Anglie consistencium, per quatuor
 annos a Festo Resurreccions Dominicæ [27 March], Pontificatus sui
 Anno xiiij^{mo} in antea computandos, ab omnibus et singulis personis
 Ecclesiasticis, exemptis et non exemptis, dicti Regni, preterquam a
 Religiosis Viris, Magistro et Fratribus Sancti Johannis Jerosolimitani, sol-
 vendam, per suas hujusmodi certi tenoris Literas, sub data iij^o Nonas
 Januarii [3 Jan.], Anno Pontificatus sui predicto, duxit imponendam;
 volens, inter cetera, quod per nos, in nostra Civitate et Diocesi Exonie, a
 personis et locis ejusdem Civitatis nostre et Diocesis, in duobus terminis,
 singulis annis ejusdem quadriennii, videlicet pro medietate in Festo Nativi-
 tatis Beati Johannis Baptiste [24 June], et pro alia medietate in Festo Sancti
 Martini [11 Nov.], extunc proximo sequenti,—quos eisdem personis ad pre-
 dictam solvendam Decimam per easdem suas Apostolicas Literas prefixit
 et assignavit,—colligeretur et exigeretur Decima antedicta; volens, eciam,
 quod per nos, et subcollectores a nobis in nostris Civitate et Diocesi pre-
 dictis deputandos, personas Ecclesiasticas, exemptas et non exemptas,
 Civitatis et Diocesis earundem, ad solvendum predictam Decimam, in
 suprascriptis terminis, per Censuras Ecclesiasticas ac Sequestracionem
 fructuum Beneficiorum ipsorum, in dictis Civitate et Diocesi nostra (*sic*)
 consistencium, Appellacione postposita, cogeremus. Idemque Sanctissimus
 Pater, circumspecta Sedis Apostolice providencia, considerans primum
 terminum solucionis Decime supradicte prefixum in Festo Beati Johannis
 Baptiste predicto instare, Literis suis Apostolicis confectis super impositione
 ac colleccione ipsius nondum in Regno Anglie publicatis, ac volens per-
 sonarum Ecclesiasticarum precavere gravaminibus, quibus subici debuerant
 si ad solvendum medietatem hujusmodi Decime tam brevi termino artaren-
 tur; ad predictum terminum usque ad tunc instans Festum Beati Michaelis
 Archangeli prorogandum (alias, tamen, et aliter Literis predictis in suis
 roboribus duraturis), Venerabili viro, Magistro Icherio de Concorteo,

¹ “The Manors of Lanteglos, Hall,
 Tolcarne, and Bodinneck, belonged
 to the Mohuns; the three last appear
 to have been inherited from the Fitz-

William family, whose heiress married
 Sir Reginald Mohun in the early part
 of the fourteenth century.—Lysons'
Cornwall, page 183.

A.D. Canonico Saresbiriensi, Apostolice Sedis Nuncio, per alias suas certi tenoris
 1333. Literas sub data Avinione, Nonas Julii, Pontificatus ejusdem Domini nostri
 Vol. II. Anno xiiiij^o [1330], concessit facultatem. Idemque Dominus Icherius, receptis
 Apostolicis facultatis hujusmodi Literis, auctoritate earum, predictum
 solucionis terminum usque ad dictum Festum Beati Michaelis Archangeli
 per alias suas certi tenoris Literas etiam prorogavit. Et, licet Archidiaconus Tottonie in Ecclesia nostra Exoniensi, qui in hujusmodi collectionis
 negocio in Archidiaconatu Tottoniensi sub certa forma commisimus, prout
 ex forma Literarum ipsarum Apostolicarum potuimus, vices nostras, donec
 eas ad nos duxerimus revocandas, dictas Apostolicas, ac Domini Icherii,
 Nuncii predicti, et nostras super premissis Literas, ac omnia et singula in
 eis contenta, ad certam et indubitatam omnium nostrorum quorum inter-
 erat subditorum, et precipue Fratris Boni, qui pro Abbatे Monasterii de
 Tavystoke, predicti Archidiaconatus Tottonensis in Ecclesia nostra predicta,
 se gerit, noticiam deduxisset et fecisset deduci, [et] eundem Fratrem Bonum,
 tunc regimini dicti Monasterii in temporalibus et spiritualibus presiden-
 tem, et in ejus pacifica possessione existentem, trina Monitione Canonica
 legitime monuisset et diligenter fecisset moneri ac efficaciter induci, sub
 pena Majoris Excommunicacionis Sentencie, quam si Monitionibus suis
 hujusmodi, quin pocius Apostolicis, non pareret, ipsum incurrire voluit et
 pronunciavit eo ipso, ut dictam Decimam, quatenus eum et Monasterium
 predictum, pro ipsius Abbatis et dicti Monasterii proventibus et redditibus
 Ecclesiasticis, in dicto Archidiaconatu Tottonensi consistentibus, contigit
 infra singulos terminos prelibatos, vel saltem in eis, nobis, vel eidem
 nostro, ut premititur, subcollector, peremptorie solvere procuraret;
 prefatus, tamen, Frater Bonus, Abbas predictus, dictam Decimam per
 ipsum, dicti sui Monasterii nomine, pro redditibus et proventibus Ecclesias-
 ticis ejusdem Monasterii in dicto Archidiaconatu consistentibus, debitam,
 de termino Nativitatis Beati Johannis Baptiste, A.D. M^o CCC^{mo} tricesimo
 primo, solvere ante dictum terminum vel in eo, seu de ea satisfacere,
 rationabili causa cessante, non curavit et neglexit, latam hujusmodi Majoris
 Excommunicacionis Sentenciam propter hoc dampnabiliter incurrendo.
 Idemque Abbas in eadem Excommunicacione extunc perseveravit, et ad-
 huc perseverat, animo pertinaciter indurato. Olim, insuper, discretus vir,
 Dominus Stephanus de Puni, Prepositus Cavalicensis, Curie Camere dicti
 Domini nostri Pape generalis viceauditor, nobis direxit Literas dicte Curie,
 contra eundem Abbatem exequendas, subscriptam verborum seriem
 continentem,—Reverendo in Christo Patri, Domino Dei gratia Episcopo
 Exoniensi, ejusque Vicario vel Officiali, et discretis viris, Prioribus, Decanis,
 Archidiaconis, Prepositis, et aliis Ecclesiarum Prelatis, Rectoribus, et
 Capellanis Curatis, per eandem Civitatem et ejus Diocesim constitutis, vel
 ipsorum loca tenentibus, ad quos Litere presentes pervenerint, Stephanus
 fol. 166 de Puni, Prepositus Cavalicensis, Curie Camere dicti Domini nostri Pape
 generalis viceauditor, salutem in Domino.—Olim, confessione Magistri
 Philippi Aconii de Prato, Procuratoris Domini Boni, Dei gratia Abbatis
 Monasterii de Tavystoke, Ordinis Sancti Benedicti, Exoniensis Diocesis,
 facta in judicio coram Magistro Guillelmo de Lamalata, clero, Tutellensis
 Diocesis [*Tulle*], locum tenente et Commissario nostro, condempnavit idem
 locum tenens et Commissarius ipsum Dominum Bonum, Abbatem, in ducentis
 libris bonorum sterlingorum, dandis et solvendis Domino David Maynard,
 clero, Exoniensis Diocesis, et Magistro Ricardo de Thormertone, clero,
 Wygorniensis Diocesis, ad certum terminum jam elapsum, in quibus est
 eisdem, et cuiilibet eorum in solidum, ex causa legitima obligatus; et, ipsius
 Procuratoris accidente consensu submittentis debitorem ipsum jurisdictioni
 Camere Domini Pape, et nostre, ac dicti nostri locum tenentis et Commissarii,
 propterea totaliter, prout ex tenore sui Procuratorii facere poterat,
 excommunicavit in Scriptis, si in dicti debiti solucione deficeret facienda

A.D. integre, in loco et termino constitutis. Et, quia in dicti debiti solucione
 1333. cessavit, nos, ad dictorum creditorum instanciam, debitorem ipsum in
 Vol. II. audiencia publica dicte Curie citari, more solito, fecimus peremptorie, et
 requiri ut, infra certum terminum, jam elapsum, ei per nos propterea as-
 signandum, diceret et proponeret quicquid vellet, coram nobis, quare non
 deberet ob dictam causam excommunicatus publice nunciari. Et, cum
 hoc facere non curasset, ipsum sic excommunicatum mandavimus et fecimus
 in audiencia publica Domini Pape publice nunciari. Ne, igitur, dictus
 debitor aliquam pretendere valeat causam ignorancie, quod ad eum non
 pervenerit denunciacione supradicta, Discrecioni vestre, Presencium tenore,
 committimus, et vobis, Domino Episcopo, cum reverentia qua decet,
 sub Interdicti ingressus Ecclesie,—vobis, autem, inferioribus sub Excom-
 municacionis penis ; quas, Canonica Monitione premissa, in vos ferimus in
 hiis Scriptis, nisi feceritis quod mandamus ; districte precipimus quod, re-
 ceptis Presentibus, vel quicumque vestrum fuerit requisitus, per vos vel
 alium seu alios, prefatum debitorem tam diu in vestris Ecclesiis, prout et
 quando expediens fuerit, singulis Diebus Dominicis et Festivis, dum
 Missarum celebabantur Solempnia et Fidelium populus convenit ad Divina,
 pulsatis campanis et candelis accensis, sic excommunicatum publice nun-
 ciatis, vel nunciari faciatis, donec a nobis aliud receperitis in mandatis.
 Ceterum, quia excommunicatis sunt proventus Ecclesiastici subtrahendi,
 vobis, dicto Exoniensi Officiali, sub prefata pena mandamus quatinus
 fructus, redditus, et proventus Beneficiorum Ecclesiasticorum dicti Abbatis,
 ad ejus mensam dumtaxat spectantes, prout vobis subsunt, tamdiu, nomine
 et pro parte Camere Domini Pape et nostra, arrestetis, sequestretis, recolli-
 gatis, et conservetis, aut arrestari, sequestrari, recolligi, et conservari
 faciatis, per alias personas idoneas et fideles, quoque vobis duxerimus
 aliud rescribendum. Compellentes tam illos quos deputaveritis ad pre-
 missa, quam quosvis alios qui vobis fuerint in hac parte rebelles, per Cen-
 suram Ecclesiasticam, tam auctoritate nostra quam vestra, ad parendum
 nobis et vobis in premissis et ea tangentibus ; invocato ad hoc, si opus
 fuerit, per Censuram eandem auxilio brachii secularis ; expensas propterea
 faciendas sumendo moderato de fructibus et proventibus antedictis. Diem
 denunciacionis, autem, et formam, et quicquid feceritis in premissis, nobis
 per Literas vestras patentes, seriem vel designacionem Presencium con-
 tinentes, vel per Instrumentum publicum, remissis Presentibus, fideliter
 intimetis.—Data Avinione, sub sigillo proprio dicte Camere quo utimur,
 die xix mensis Novembris, Pontificatus Domini Johannis Pape XXII^{di}
 Anno xv [1330]—Quodque, receptis reverenter Literis hujusmodi dictorum
 Curie et Auditoris, Literas ipsas et contenta in eis execucioni plene et debite
 demandantes, fecimus eundem Abbatem in sua Conventuali Ecclesia, ac
 eciam Parochiali de Tavystoke, et subsequenter in aliis Ecclesiis undi-
 que vicinis, Diebus Dominicis et Festivis, dum Missarum celebrarentur
 Solempnia, auctoritate premissa excommunicatum esse et fuisse, occasione
 premissa, publice et solempniter nunciari ; quodque a die Sabbati in Vigilia
 Dominice in Ramis Palmarum [31 March], Anno Domini M^o. CCC^{mo} xxx^{mo},
 hucusque continue, se in dicta Majoris Excommunicacionis Sentencia
 insordescere contemptibiliter non erubuit nec expavit, et alias immiscere
 se Divinis. Rursus non est pretereundum sub silencio quod, etsi nuper, ex
 certis causis et legitimis nos ad id inducentibus, fructus et proventus ad
 Parochialem Ecclesiam de Whitchurche, nostre Diocesis, obvenientes, sub
 data tercio die mensis Augusti, Anno Domini M^o. CCC^{mo} xxxij^{do}, auctoritate
 ordinaria sequestraverimus, et fecerimus sic sequestratos esse publice et
 solempniter, et dicto Abbatu maxime intimari ; ipse, tamen, fructus et
 obvenciones ad dictam Ecclesiam obvenientes, post habitam de dicto
 Sequestro noticiam, temeritate propria asportavit, distraxit, et disposuit de
 eisdem pro sue libito voluntatis, seu asportacionem, distraccionem, aut
 disposicionem hujusmodi, suo nomine factam, ratam habuit pariter et

A.D. acceptam ; Majoris, etiam, Excommunicacionis terciam Sentenciam contra
1333. hujusmodi temerarios sequestratorum violatores in Sacrosancta Synodo

Vol. II. Exoniensi provide latam scienter dampnabiliter incurrendo. Demum, quoque,
premissis eidem Fratri Bono per nos judicialiter objectis ex Officio ; cum
ipse esset diuturno tempore in mora petendi Absolucionem a Sentencias
hujusmodi, et postmodum in hujusmodi negocio comparere coram nobis
certo prefixo sibi termino, licet per plures dies expectatus, contumaciter
non curavit ; ipsum, prout erat, reputavimus merito contumacem, et pro
sua contumacia hujusmodi Majoris Excommunicacionis Sentenciam fulmi-
navimus in eundem ; facientes ipsum occasione premissa, necnon violationis
Sequestri nostri prelibati, servato Processu legitimo, sic excommunicatum
pluribus jam elapsis mensibus, solemniter publicari. Quia, vero, nec adhuc
dictus Abbas erubescit a sua obstinacia hujusmodi, non absque dampnanda
pernicie exempli, resilire, set in dictis Excommunicacionis Sentenciis con-
tiuae fervencius inardescit, bonaque dicti Monasterii notorie adeo dilapidavit
et consumpsit quod quasi ad irreparabilis desolacionis obprobrium existit
jam deductum ; nec solummodo rerum set etiam fame sue prodigus, vitam
ducit Deo et hominibus detestandam ; ne obstinacie sue et dilapidacionis
hujusmodi pravitas effugiat totaliter impunita, omne genus alienacionis et
administracionis bonorum ejusdem Monasterii, tenore Presencium, eidem
interdicimus, et providimus districcius interdicendum. Vos, igitur, quos
esse vite ac morum honestate decoros, discretionis et consilii maturitate
conspicuos, in spiritualibus providos et temporalibus circumspectos, exper-
iencia certa probavimus, eidem Monasterio, hujusmodi durante Interdicto,
administratores preficimus ; administracionem ejusdem Monasterii, tam in
spiritualibus quam in temporalibus, vobis, cum potestate Canonice coher-
cionis, plenarie committendo ; firma concepta fiducia quod, dirigente Domino
actus vestros, idem Monasterium sub vestro felici regimine salubriter diri-
getur, et a noxiis ac pressuris quas sustinet respirabit. Quod si non omnes
hiis exequendis poteritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur.
Presentem quoque Processum nostrum studeatis modo debito publicare.—
Data in Manerio nostro de Cliste, viij die Julii.

— *Mandatum ad publicandum Literas prescriptas,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Archidiacono Tottonie, vel ejus Officiali, salutem,
etc.—Olim, sub pretextu viciorum plurium et defectuum persone Fratris
Boni, qui pro Abbatte se gerit Monasterii de Tavystoke, Ordinis Sancti
Benedicti, nostre Diocesis, quos velud notissimos universis quorum interest
nostris subditis, et alias auditui detestandos Presentibus inserere non
curavimus, eidem Abbatи administracionem et regimen dicti Monasterii
interdixisse meminimus ; administracionem eandem et regimen, per alias
nostras certi tenoris Literas, dilectis filiis, Abbatи Monasterii de Bokelonde,
Ordinis Cisterciensis, et Fratri Thome de Walle, Monacho ejusdem Monas-
terii Tavystochie, Religionis honestate ac circumspeccione probatis, plenarie
committendo, firma concepta fiducia quod, dirigente Domino actus suos,
quod idem Monasterium a lapsu quem ad presens sustinet facultatum re-
spirabit. Ne, igitur, vassalli feudatarii, coloni, vel servi ascripticii, aut alii
quocumque nomine censeantur, operarum, bonorum, aut pecuniarum debi-
tores ignoranciam pretendere valeant de premissis, vel solvendo eidem
Fratri Bono in promptum incident periculum vel jacturam ; vobis manda-
mus, in virtute Obedientie firmiter injungentes, quatinus presentes nostras
Literas in Ecclesia Parochiali Tavystochie, ac aliis universis et singulis
Archidiaconatus Tottoniensis, cum celeritate comoda adeo solemniter
publicare studeatis quod, quasi suo sonoro preconio et patulo indicio, ad
eorum noticiam deducantur. Inhibeatis, nichilominus, auctoritate nostra, vas-
sallis feudatariis, colonis, servis ascripticiis, ac aliis operarum, bonorum, et
pecuniarum hujusmodi debitioribus, de quorum vobis nominibus constiterit
vel personis, ne contra premissa presumant quicquam, clam vel palam, at-

A.D. temptare ; quinimmo in solucione debitorum et onerum dictis Abbati de
 1333. Bokelond et Thome de Walle, administracionem predictam habentibus, sub
 Vol. II. Majoris Excommunicacionis Sentencia (quam contrarium facientes, cum culpa
 eorum exigat offensa, incurrire volumus), in licitis et debitibus persuasionibus,
 consiliis, et mandatis pareant et intendant. Inquirentes, insuper, de nominibus
 forsitan non parencium ; et quos reos esse repereritis peremptorie citare
 curetis, quod compareant coram nobis sexta die non feriata post Citacionem
 hujusmodi, ubicumque, etc., nostre deliberacioni pro demeritis personaliter
 parituri. Et quid in premissis feceritis, necnon [de] modo et forma exe-
 cucionis Presencium, nominibusque [et] cognominibus citatorum, nos,
 dictis die et loco, distincte certificare curetis per Literas vestras patentes,
 habentes hunc tenorem. Proviso quod, etsi semel vel pluries nobis rela-
 cionem feceritis de re gesta, a publicacione tamen Presencium nullatenus
 desistatis.—Datum (sic).

St Buryan ; Mandatum ad denuncianulum J. de Maunte, qui se
 gerit pro Decano Ecclesie Sancte Beriane, excommunicatum,
 occasione non solutionis Decime, etc.

Johannes, etc., Collector unicus Decime Quadriennalis, Clero Regni Anglie
 per Seden Apostolicam novissime imposite, in Civitate nostra et Diocesi
 Exonie a Sede ipsa deputatus, dilecto filio, Archidiacono Cornubie
 in Ecclesia nostra Exoniensi, et ejus Officiali, salutem, graciā, et
 benedictionem, et Mandatis Apostolicis firmiter obedire.—Insinuacione
 certa dilecti filii, Abbatis Monasterii de Hertilande, Ordinis Sancti Augustini,
 nostre Diocesis, nostri dicte Decime in Archidiaconatu Cornubiensi sub-
 collectoris, nuper accepimus quod Magister Johannes de Maunte, qui pro
 Decano Ecclesie Parochialis Sancte Beriane, ejusdem nostre Diocesis et
 Archidiaconatus predictorum, se gerit, Majoris Excommunicacionis ligatus
 existit Sentencia, occasione Decime hujusmodi Decanatum suum dicti Loci
 contingentis, de termino Nativitatis Beati Johannis Baptiste proximo
 decurso, tempore debito non solute, qua se adhuc insordescere pertinaciter
 non erubescit nec expavet. Ut, igitur, idem excommunicatus, dum a
 civilibus actibus excluditur vel prompta probacio hujusmodi Excommuni-
 cacionis ad excludendum contra eum producitur, timore suffusus ad humi-
 litatis graciā et reconciliacionis affectum facilius inclinetur, Auctoritate
 Apostolica qua fungimur in hac parte ; quam olim fecimus per totam
 nostram Diocesim predictam adeo solemnitate publicari quod nullus inde
 valet ignoranciam pretendere, quod ad ejus scientiam non pervenit ; vobis,
 et vestrum cuilibet, sub Majoris Excommunicacionis Sentencie pena, quam,
 premissa Monitione Canonica, vos et vestrum quemlibet incurriere volumus
 si in execucione presentis Mandati nostri, quin verius Apostolici, negligentes
 fueritis vel remissi, districte precipiendo mandamus quatinus prefatum
 debitorem, singulis Diebus Dominicis et Festivis, pulsatis campanis, candelis
 accensis et extinctis, per omnes Archidiaconatus predicti Ecclesiā Con-
 ventuales, Collegiatas, et Capellas, dum Missarum in eis celebribuntur
 Sclempnia et Fidelium populus convenerit ad Divina, sic excommunicatum
 tamdiu publice nuncietis, vel faciatis per alios nunciari, donec aliud inde a
 nobis receperitis in mandatis. Diem, autem, receptionis Presencium et
 formam execucionis earum nobis, per Literas vestras patentes, tenorem
 habentes Presencium, citra instans Festum Sancti Michaelis, curetis fideliter
 intimare.—Datum (sic).

[fol. 167.] St. Newlyn ; Commissio ad colligendum fructus et proventus
 Ecclesie Sancte Neuline,—
 Johannes, etc., dilectis filiis, Magistro J. de Nortone, Sequestratori nostro
 Generali, et Perpetuo Vicario Ecclesie Sancte Neuline, in Cornubia, salutem,
 etc.—Olim meminimus fructus et obvenciones dictae Ecclesie Sancte Neuline,
 pro illa integritate qua dilectus filius, Magister Walterus Meriet, Ecclesie

[170.] St. Newlyn ; Commissio ad colligendum fructus et proventus
 Ecclesie Sancte Neuline,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Magistro J. de Nortone, Sequestratori nostro
 Generali, et Perpetuo Vicario Ecclesie Sancte Neuline, in Cornubia, salutem,
 etc.—Olim meminimus fructus et obvenciones dictae Ecclesie Sancte Neuline,
 pro illa integritate qua dilectus filius, Magister Walterus Meriet, Ecclesie

A.D. nostre Exoniensis Cancellarius, ratione Cancellerie sue consuevit percipere,
1333. ex causa legitima sequestrasse. Quia, igitur, fructus et obvenciones predicti
Vol. II. adhuc noscuntur nostro Sequestro hujusmodi subjacere; ne fructus ipsi
Celesti provisioni concessi pereant, non collecti, vobis, et vestrum cuilibet,
committimus et mandamus quatinus eosdem fructus et obvenciones per vos
vel alios studeatis prudenter et fideliter colligere et custodire; suinendo
inde expensas pro collectionis hujusmodi onere.—Data apud Oxenhale,
xix die Julii.

fol. 167. Exeter Cathedral; *Mandatum ad denunciandum Magistrum
Willelmum le Gylde excommunicatum,*—

Johannes, miseracione Divina Exoniensis Episcopus, ad conferendum dilecto
in Christo Johanni de Northwode, Canonico Lincolnensi, nepoti nostro,
Canonicatum Ecclesie nostre Exoniensis, cum plenitudine juris Canonici,
ac recipiendi et eum faciendi recipi, vel ejus Procuratorem pro eo, in eadem
Ecclesia, in Canonicum et in Fratrem, Stallo ei in Choro et Loco in Capitulo,
cum dicti juris plenitudine Canonici, assignatis; reservandi, quoque,
Donacioni nostre Prebendam, si que in ipsa vacabat Ecclesia, vel cum
vacaret; quam predictus Johannes, per se, vel dictum Procuratorem suum
ad hoc ab eo legitime constitutum, infra unius mensis spaciū postquam
sibi, vel eidem Procuratori, de illius vacacione constiterit, acceptaret, con-
ferendam eidem, post acceptacionem hujusmodi, cum omnibus juribus et
pertinenciis suis; inhibendi, quoque, Successoribus nostris, Episcopis Ex-
oniensibus qui essent pro tempore, et dilectis filiis, Capitulo ejusdem
Ecclesie, ac aliis quorum interest, ne de Prebenda hujusmodi, interim,
eciam ante acceptacionem predictam, nisi postquam eis constiterit quod
Johannes de Northwode prefatus illam noluerit acceptare, disponere quovis
modo presumant; ac discernendi extunc irritum et inane, si secus super
hoc a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit at-
temptari; conferendi, eciam, eidem Johanni, vel dicto Procuratori ejus
nomine, Prebendam hujusmodi, si tunc vacaret, vel cum postea vacaverit,
cum omnibus juribus et pertinenciis antedictis, et providendi de illa; in-
ducendi, eciam, per vos, vel alium seu alios, eundem Johannem, vel dictum
Procuratorem pro eo, in dicta Prebende, jurium et pertiniciarum ejusdem,
corporalem possessionem, et defendendi inductum; ac faciendi eidem
Johanni, vel ipsius Procuratori ejus nomine, de dicta Prebende fructibus
et redditibus, proventibus, juribus, et obvencionibus universis integre
responderi, cum potestate contradictores et rebelles, Auctoritate Apo-
stolica, Appellatione postposita, compescendi; habentes a Sede Apo-
stolica per ipsius Sedis Literas, plenam et liberam facultatem,—discretis
viris, Magistro Ricardo de Colatone, Decano, Domino Waltero Meriet,
Cancellario, ac Dominis Willelmo Peneriche, et Ade Murymouthe, juniori,
Ecclesie nostre Exoniensis Canonis, salutem, graciam, et benedic-
cionem, ac Mandatis Apostolicis firmiter obedire.—Receptis olim Literis
Apostolicis facultatis prelibate nobis concessis, Canonicatum ejusdem
Ecclesie nostre Exoniensis, cum plenitudine juris Canonici, dicto Domino
Johanni de Northwode, Auctoritate predicta contulimus, et eum recepi-
mus, et recipi fecimus, in eadem Ecclesia in Canonicum et in Fratrem;
Stallo ei in Choro et Loco in Capitulo, cum dicti juris plenitudine Canonici,
assignatis. Reservavimus, quoque, eadem Auctoritate, cum Inhibicionis et
Decreti interposicione ac solitis clausulis debit is et consuetis, Donacioni
nostre, inter cetera, Prebendam nulli alii de jure debitam, si que in ipsa
Ecclesia vacabat, vel cum vacaret, quam idem Dominus Johannes, vel
dictus suus Procurator ad hoc legitime constitutus, iufra unius mensis
spaciū postquam sibi vel eidem Procuratori de illius vacacione constiterit,
acceptaret; conferendam eidem Domino Johanni, post acceptacionem hujus-
modi, cum omnibus suis juribus et pertinenciis universis. Monuimus,
eciam, semel, secundo, et tertio ac peremptorie, generali et publice Moni-

A.D. cionis Edicto, omnes quos hujusmodi Provisionis tangebat negocium, vel
 1333. tangere poterat in futurum, ne dictum Dominum Johannem de Northwode,
 Vol. II. vel suum Procuratorem predictum, quominus posset Prebendam in dicta Ecclesia proximo vacaturam, secundum formam dicte Gracie, libere adipisci et pacifice possidere presumperint aliquatenus impedire; alioquin in omnes et singulos impidentes hujusmodi vel perturbantes, seu dantes impudentibus predictis auxilium, consilium, vel favorem, publice vel occulte; necon, quoslibet alias contradictores et rebelles; personas videlicet singulares Episcopis inferiores, Majoris Excommunicacionis; Conventus et Capitula, Suspensionis; et Interdicti in Ecclesiis et Monasteria in Scriptis Sentencias tulimus; prout hec et alia liquent plenius in Processibus nostris inde factis. Et, licet hujusmodi Literas Apostolicas et Processum fecerimus postmodum in Locis pluribus et contiguis, et abinvicem longe distantibus, adeo solemniter publicari quod nullus ignoranciam pretendere possit de eisdem; sicut, tamen, dicti Domini Johannis de Northwode gravis querela
 fol. 167b. nostrum pulsavit auditum, et nos ipsi, clara probacione inde recepta, percepimus, quidam Willelmus le Guldene, conscient Provisionis eidem Domino Johanni per nos Canonice facte, Auctoritate supradicta, de Prebenda in dicta Exoniensi Ecclesia vacante, quam olim Magister Reginaldus de Campo Arnulphi tenuit in eadem, eundem Dominum Johannem, et suum Procuratorem in possessione Prebende hujusmodi ejus nomine existentem, non erubuit nec expavit, nec adhuc erubescit nec expavet, super jure et possessione suis hujusmodi indebita et contra justiciam molestare, impedire, et perturbare. Super quibus idem Dominus Johannes nobis humiliter supplicavit ut providere sibi de oportuno remedio curaremus. Nos, igitur, nolentes eidem Domino Johanni in sua deesse justicia, sicuti nec debemus; quia comperimus evidenter suggesta hujusmodi per eundem Dominum Johannem veritate fulciri, ac eundem Magistrum Willelum contradicentem et rebellem, culpabilem atque reum, in hac parte, dictam Majoris Excommunicacionis Sentenciam, ea occasione, notorie incurrisse, et ea ligatum esse; vobis omnibus et singulis, conjunctim et divisim, sub pena Excommunicacionis Majoris, quam in personam cuiuslibet vestrum, legitima Monitione premissa, ferimus in hiis Scriptis, si in execuzione presentis Mandati nostri, immo verius Apostolici, negligentes fueritis vel remissi, culpa et mora vestra hoc exigentibus, quatinus prefatum Magistrum Willelum in specie, omnesque ejus fautores in genere, in Ecclesia nostra Cathedrali Exonie et Domo Capitulari ejusdem, convocatis ad hoc Canonicis et Ministris dicte Ecclesie, quamcuius comode fieri poterit post receptionem Presencium; necon, singulis Diebus Dominicis et Festivis a tempore receptionis Presencium, infra Missarum Solempnia, pulsatis campanis, candelis accensis et in vituperium ejusdem extinctis, et in terram projectis, sic excommunicatum esse, cum suis complicibus, auctoribus, et fautoribus, de quibus premittitur, publice et solemniter denuncietis. Et quid in premissis feceritis nos, seu Curie nostre Causarum Auditorem, citra Octabas Assumptionis Beate Marie Virginis, ubicumque tunc fuerimus in nostra Civitate vel Diocesi, certificetis, et certificet quilibet vestrum, per vestras suasve Literas patentes, diem receptionis Presencium et hunc tenorem dilucide continentis. Quis, vero, vestrum presens Mandatum nostrum prius receperit, sub penis predictis statim id debite exequatur; et retenta nichilominus inde sibi copia, id alteri vestrum, et sic deinceps, transmittat exequendum.—Datum apud Petresheghe, penultimo die Julii.

(fol. 27.) *Acquietancia Executorum Domini J. Dynham, Militis, defuncti,—*
 Universis pateat per Presentes quod nos, Johannes, etc., recepimus et habuimus de Dominis Johanne de Paltone, Milite, Executore suo, et Coexecutorum suorum Testamenti Nobilis Viri, Domini Johannis de Dynham, Militis, nostre Diocesis, defuncti, nomine, solvente et numerante sexdecim marcas sterlingorum, in partem solucionis cujusdam majoris summe viginti

A.D. unius marcarum, in quibus dicti Executores, Executorio nomine predicto,
 1333. nobis tenebantur, ex donacione pura dilectorum filiorum, Abbatis et Con-
 Vol. II. ventus Monasterii de Hertilonde, dicte nostre Diocesis, quibus dictus
 defunctus pro decimis certis garbarum infra limites Ecclesie de Hertylonde,
 quam dicti Religiosi velut sibi appropriatam possident, dum viverat sibi
 venditis et liberatis, eisdem in parte debiti tenebatur. In cuius, etc.—Data
 apud Criditone, vicesimo nono die Julii.

Denbury [Devenebury, MS.]; Master Adam de Stratton, priest, R.,—
 Licence of non-residence for a year (Exeter, 19 Aug.).

St. Probus; *Commissio pro Permutacione Prebende de Comba Quinta, in Ecclesia Wellensi, et quondam Willelmi de Suttone in Ecclesia Sancti Probi,*—

Reverendo in Christo Patri ac Domino, Domino Radulpho [de Salopia], Dei
 gracia Bathoniensi et Wellensi Episcopo, Johannes, etc., salutem, cum
 fraterne dilectionis incremento.—Cum dilecti nobis in Christo, Dominus
 Thomas de Stapeldone, Canonicus Prebendarius Prebende Comba Quinta
 nuncupate in Ecclesia vestra Wellensi, et Magister Willelmus de Lutletone,
 Canonicus Prebendarius illorum Canonicatus et Prebende in Ecclesia Sancti
 Probi, in Cornubia nostrorum Patronatus et Diocesis, quos Dominus
 Willelmus de Suttone in eadem optinuit, dicta sua Beneficia, ex causis
 certis et legitimis, ac sine fraude et pravitate quacumque, proponant, sicut
 asserunt, et cupiant Canonice permuteare, dummodo ad id noster com-
 munis et eorum quorum interest accedat auctoritas et consensus; ad
 audiendum, examinandum, et discuciendum causas Permutacionis hujus-
 modi faciende, ac ad approbandum easdem, et eidem Permutacioni con-
 sciendum et auctorizandum eandem, quatenus ad nos pertinet et de jure
 fuerit faciendum; necnon ad recipiendum et acceptandum Resignacionem
 prefati Magistri Willelmi de Beneficio suo hujusmodi, in nostra Diocesi
 situato, ratione Permutacionis predice, idemque Beneficium, vice et nomine
 nostro, eidem Domino Thome conferendum, per modum et ex causa Permu-
 tacionis hujusmodi; necnon, omnia alia et singula faciendum et expediendum
 que in hac parte necessaria fuerint seu eciam oportuna; Induzione
 ejusdem Domini Thome in corporalem possessionem dictorum Caunoicatus
 et Prebende in Ecclesia Sancti Probi, ac Canonice Obedience recepcione,
 nobis specialiter reservatis; vestre Paternitati reverende, cum circa id ad
 presens intendere nequeamus, cum cohercionis Canonice potestate, com-
 mittimus vices nostras. Rogantes attente quatinus Commissionem hujus-
 modi dignemini absque cordis offendiculo admittere, nobisque oportunis
 loco et tempore intimare per Literas vestras, habentes hunc tenorem et rei
 seriem in premissis per vos geste. Ad Ecclesie Sue Sancte regimen et
 munimen adaugeat vobis Altissimus successus prosperos et loungevos!—
 Data Exonie, in Palacio nostro, xx^{mo} die Augusti.

A Case of Slander; *Mandatum pro Agneta de Toritone,*—

Johannes, etc., dilecto filio, Decano Christianitatis Exoniensis, salutem, gra-
 ciā, et benedictionem.—Sua nobis Agnes dicta de Toritone, mulier, lacri-
 mabili relatione aperut quod dilectus filius, Officialis noster, ipsam super
 diffamacione iniqua Walteri dicti de Crauthorne, domicelli, et Johanne,
 uxoris Hervei Tyrel conjugate, de adulterio, ad instanciam et procura-
 cionem dictorum Walteri et Johanne, sentencialiter condempnavit, et
 declaravit ea occasione in Majoris Excommunicacionis Sentenciam, contra
 diffamantes hujusmodi in Sacrosancto Concilio Oxoniensi provide latam,
 dampnabiliter incidisse, ac mandavit et fecit excommunicatam solempniter
 publicari. Et, licet dicta Agnes de Toritone dictis Waltero et Johanne,
 injuriam passis, de injuria hujusmodi emendas optulerit, ut asserit, com-
 petentes, ipsi, tamen, oblationem suam hujusmodi obstinata elacione spre-

A.D. verunt ; propter quod ipsius Agnetis Absolucion plus debito differtur, cum
 1333. instancia, ut asserit, postulata. Super quo provideri per nos sibi petiti de
 Vol. II. remedio oportuno. Quia, igitur, pia Mater Ecclesia gremium non claudit
 redeunti, tibi mandamus, districcius injungentes, quatinus cites, seu citari
 facias, dictos Walterum et Johannam, injuriam passos, presencialiter si
 valeant apprehendi, alioquin publice Citacionis edicto, in singulis Ecclesiis
 Civitatis Exonie, hac instanti Die Dominicana, et denunciacione facta amicis
 et notis eorum, peremptorie, quod compareant coram nobis, vel nostris in
 hac parte Commissariis, uno vel pluribus, die Veneris proxima post instans
 Festum Sancti Bartholomei, Apostoli [27 Aug.], in Ecclesia nostra Cathedra
 Exonie, taxacionem dicte injurie si forsitan adinvicem dicte Partes
 inde concordare nequierint, visuri et audituri. Alioquin ad taxacionem
 hujusmodi et successive Absolucionem impendendam procedere intendimus,
 eorum contumacia non obstante. Diem, autem, receptionis Presencium,
 etc.—Datum Exonie, xxj die Augusti.

Exeter Cathedral ; *Commissio ad corrigendum et reformandum
 mores Vicariorum et aliorum Ministrorum Ecclesie Exoniensis,
 Decano ab execucione premissorum alias suspenso,—*

Johannes, etc., dilectis filiis, Domino R. de Brayleghe, Subdecano, et Magistro
 W. de Nassyngton, Canonicis Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, etc.
 —Ut contumacie Magistri Ricardi de Coletone, qui pro Decano Ecclesie
 nostre Exoniensis se gerit, et sue obstinacie vicium, in aliorum exemplum,
 salubrius reprimatur ; ad corrigendum et reformandum mores Vicariorum,
 Clericorum, ac eciam Ministrorum ejusdem Ecclesie nostre, necnon omnia
 alia et singula faciendum et expediendum que ad Decanum dicte Ecclesie,
 in ipsa Ecclesia vel extra eam, eo ab execucione premissorum alias non
 suspenso de consuetudine pertineant vel de jure ; cum dictus Magister
 Ricardus Majoris Excommunicacionis Sentencie, pro certa sua manifesta
 [offensa] existat vinculo innodatus, et in petenda relaxacione in mora sit
 evidenter : vices nostras committimus, cum cohercionis Canonice potestate.
 Injungentes dilectis filiis omnibus quorum interest quatinus in premissis
 vobis humiliter pareant et intendant.—Data apud Chuddeleghe, x Kalendas
 Septembbris [23 Aug.].

Southleigh ; Sir Philip de Norwico, priest, R.—

Licence of non-residence from Michaelmas next to Michaelmas, 1334, “causa
 insistendi obsequiis Domini Regis, in Scaccario suo” (Paignton, 2 Sept.).

Exeter, St. Olave's ; *Licencia concessa Rectori Sancti Olavi ad
 celebrandum unum Annuale,—*

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Domino Waltero [de Sancto Leonardo],
 Rectori Ecclesie Sancti Olavy, Exonie, salutem, etc.—Attendentes tui
 indigenciam Ecclesieque tue exilitatem, cuius decime et proventus plus
 solito, non culpa tua set a fortuna, tenues sunt et exiles hiis diebus, in
 tantum quod de eisdem, juxta status tui exigenciam, congrue seu debite
 non valeas sustentari, ac onera eidem incumbencia supportare, nisi uberiori
 remedio succurratur ; tibi ac necessitatibus tue pio Patris affectu compacientes
 in hac parte, ut quoddam Annuale in Ecclesia tua predicta, in relevamen
 tuum, licite valeas celebrare, tecum dispensamus et liberam in Domino
 facultatem tibi concedimus, de gracia nostra speciali ; ita, tamen, quod
 cura tibi commissa nullatenus negligatur, et Deo in Divinis laudabiliter
 deserviatur, ac Ordinariis vestris ut prius respondeatur. Presentibus post
 annum minime duraturis. Vale. Data, etc. (sic).

Exeter Cathedral ; *Commissio ad presentandum personas idoneas
 ad Beneficia Ecclesiastica ad Presentacionem Decani Ecclesie
 Exoniensis, eo alias abinde non suspenso, spectancia,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Johanni de Nassyngton, Archdiacono

A.D. Barnastapolie in Ecclesia nostra Exoniensi, salutem, etc.—Ut contumacie
 1333. Magistri Ricardi de Coletone, qui pro Decano Ecclesie nostre Exoniensis se
 Vol. II. gerit, et sue contumacie vicium, in aliorum exemplum, salubrius
 reprimatur, ad presentandum personas ydoneas ad Beneficia Ecclesiastica
 ad ejus, ratione dicti Decanatus, ipso abinde alias non suspenso, nomin-
 acionem, suamque et Capituli nostri Ecclesie prelibate Presentacionem
 spectancia, de consuetudine vel de jure, si que vacant ad presens, vel
 cum ea vacare contigerit; cum dictus Magister Ricardus Majoris Excom-
 municacionis Sentencie, pro certa sua manifesta offensa, existat vinculo
 innodatus, et in petenda relaxacione evidenter sit in mora; ideoque
 premissorum potestas, et exercitum, quatenus eum dicti Decanatus
 nomine concernunt, ad nos legitime devolutum; vos, de cuius conscientie
 puritate confidimus, nostrum verum et legitimum deputamus et facimus,
 tenore Presencium, Procuratorem. In cuius rei testimonium, etc.—Data
 apud Peyngtone, xj^o [die] Septembbris.

[fol. 168b.] Exeter; All Hallows-on-the-Walls; *Sequestrum bonorum Domini Antonii, Rectoris Omnim Sanctorum in Muris Exonie,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Archidiacono Barnastapolie in Ecclesia nostra Exoniensi, et Decano Christianitatis Exoniensis, salutem, etc.—Cum dilectus filius, Antonius [Antony], olim Rector Ecclesie Omnim Sanctorum in Muris Exonie, recenter diem suum clausisse extremum dicatur, obvenciones ad dictam Ecclesiam obvenientes, et alia bona quecumque ad ipsum mortis sue tempore qualitercumque spectancia, tenore Presencium, sequestravimus; mandantes districcius quatinus vos, Archidiacone, in Capitulo Ecclesie nostre Exoniensis, et Locis quibus idem tunc inhabitavit intra ambitum Claudi ejusdem Ecclesie nostre; tuque, Decane predice, in dicta Ecclesia Omnim Sanctorum, curetis Sequestrum nostrum hujusmodi, per vos vel alium, celeriter et solemniter publicare, et obvenciones ac alia bona hujusmodi arcis custodire. Tuque, Decane predice, cites peremptorie Executores dicti defuncti, si quos dimiserit, sue ultime Voluntatis, modis quibus poteritis et viis, quod compareant coram nobis, vel nostro in hac parte Commissario, sexto die Juridico post Citacionem hujusmodi eis factam, exhibituri et ostensuri, aut alias legitime probaturi Testamentum, si quod idem defunctus condiderit; ulteriusque facturi et recepturi quod erit justum. Diem, autem, Citacionis hujusmodi et formam, et, tu Decane predice, quid per te feceris in premissis significando, et quid dictus Archidiaconus de sibi injunctis duxerit eciam faciendum, nobis, vel nostro Commissario hujusmodi, dictis die et loco, intimare cures per Literas vestras patentes, etc.—Datum apud Peyngtone, xj die Septembbris.

fol. 168. *Dimissorie,*—

Matthew Ridel, clerk, accolite, “ad omnes Sacros Ordines, . . . dummodo Ordinatori tuo titulum sufficientem exhibueris; ad quem nec nos, nec Successores nostros, per istas Dimissorias intendimus aliqualiter onerare” (Paignton, 13 Sept.)

Ermington; Sir Henry de Ichintone, priest, R.,—

Licence of non-residence for a year, “causa insistendi obsequiis Nobilis Viri, Domini Willelmi de Monte acuto, Militis” (same date).

Loxbeare [Lokesbere, MS.]; Master Ralph de Esse, subdeacon, R.,—
Dispensation: non-residence for two years, to study (same date).

[fol. 170b.] Lawhitton; *Commissio super administracione bonorum Domini J. de Putteforde, nuper Rectoris Ecclesie de Lawittone, defuncti,*—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro J. de Nortone, Rectori Ecclesie de Lawittone, nostrorum Patronatus et Diocesis, salutem, etc.—Decedente nuper dilecto nobis, Johanne de Putteforde, predecessore tuo, dicte Ecclesie

A.D. dum viveret Rectore, Testamento condito, nominassetque (*sic*) dictus predecessor vester in hujusmodi Testamento suo certos Executores, quos ad 1333. Vol. II. comparendum coram nobis, vel nostro Commissario, et admittendum onus ejecucionis dicti Testamenti, et ejusdem defuncti bonorum administracionem subeundum, ad certos competentes dies et loca, fecimus peremptorie evocari; quibus Executoribus, sic evocatis, tam coram nobis hujusmodi die et loco comparere et hujusmodi ejecucionem et administracionem admittere et subire minime curantibus, quam eorundem quibusdam Executoribus ad comparendum coram dilecto nobis, Officiali nostre Peculiaris Jurisdiccionis, certis die et loco evocatis et personaliter comparentibus, et onus ejecucionis sive administracionis hujusmodi admittere vel subire expresse recusantibus; eosdem Executores coram nobis, ut premittitur, non comparentes reputavimus contumaces, et in penam contumacie sue hujusmodi eis viam hujusmodi Testamenti onus ejecucionis sive bonorum administracionis admittendi preclusimus; pronunciavimusque ejusdem defuncti bonorum administracionem ad nos, tanquam ad Loci Diocesanum, devolutam esse; vobisque, de cuius fidelitate et industria circumspecta plurimum confidentes (*sic*), administracionem omnium et singulorum hujusmodi bonorum, sic, ut premittitur, devolutam, committimus per Presentes. Proviso quod, confecto per vos Inventario fideli de omnibus bonis que dictus defunctus, sive in nominibus debitorum, sive aliis, tempore mortis sue, in Diocesi nostra Exoniensi habuit, [de] eisdem rebus sive bonis in virtute sacramenti a vobis in hac parte prestiti, vero precio appreciato, calculum sive raciocinium ejecucionis, et administracionis vestre hujusmodi per vos facte, cum per nos fueritis requisiti, fideliter reddatis.—Data apud Peyngtong, xijij die mensis Septembris.

fol. 163b. A Case of Assault; *Mandatum Absolucionis Domini Willelmi de Limestone, presbiteri,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Decano de Plymptone et Domino Roberto, Perpetuo Vicario Ecclesie de Modbiri, nostre Diocesis, salutem, etc.—Quia nos Dominum Willelmum de Limestone, capellanum, a Sentencia Majoris Excommunicationis, in quam incidisse per Officiale Archidiaconi Tottonie extiterat declaratus et pronunciatus, eo quod in Willelmum Doige, clericum, manus injecit temere violentas, satisfacto dicto lesu per eundem Dominum Willelmum pro injuria hujusmodi, prout nobis facta est fides plena in hac parte, considerata ipsius injurie modicitate ac levitate, absolvimus, justicia suadente; vobis, et utriusque vestrum conjunctim et divisim, committimus et mandamus, in virtute Obedience firmiter injungentes, quatinus eundem sic per nos absolutum esse publice et solemniter denuncietis, et vestrum quilibet denunciet, temporibus et locis congruis et oportunis, quibus ad hoc faciendum per dictum Dominum Willelmum ad hoc congrue fueritis requisiti. Facta, autem, ejecuzione presentis Mandati nostri, istud idem Mandatum prefato Domino Willelmo per vos tradi et liberari volumus, penes eundem remansurum in fidem et testimonium premissorum.—Datum in Manorio nostro de Peingtong, xvij die mensis Septembris, Anno Domini, etc., tricesimo tertio, et Consecrationis nostre sexto.

Deans-Rural; *Mandatum pro Decanis Ruralibus Exoniensis Diocesis, porrectum Presidenti Consistorii Exoniensis,*—

Johannes, etc., dilecto filio, Presidenti Consistorii Exoniensis cuicunque, salutem, etc.—Pastoralis Officii sollicitudo, nostris humeri juggiter (*sic*) incumbens, exigit et requirit ut, licet noctes ducamus insomnes, nosmet ipsis, tamen, reputemus in pacis lenitate quiescere, dum subditorum nostrorum paci et quieti prospicimus, ac eorum scandala, dispendia, et incommoda removemus. Dudum, siquidem, multorum nostrarum aurium querela pulsavit auditum, nosque ipsi, facti notorii evidencia manifestante, certa experientia didicimus quod nonnulli Rectores et Vicarii, et alii

A.D. 1338. Beneficiati nostre Diocesis, cum ad Officium Decanorum Ruralium, per eosdem subportandum vel subeundum, secundum morem et consuetudinem
Vol. II. nostre Diocesis electi¹ fuerint seu assumpti, alios quosdam minus ydoneos, viles pauperes, levis oppinionis (*sic*), quibus modica vel nulla fides de jure est adhibenda, in hujusmodi Officio Decanatus, auctoritate—immo verius temeritate—propria, loco sui substituunt, et, quod periculosius et deterius est, sigilla autentica ad hujusmodi Officium spectancia, quorum dominacio et custodia, propter periculum magnum quod imminet, non est nisi discretis et fide dignis viris non inmerito committenda, hujusmodi personis levibus et suspectis tradunt et committunt deferenda. Unde evenit, quod dolenter referimus et gravi eciam suspirio recensemus, quod nonnullae falsitates inextricabiles, tam in judicio quam extra, per predictos substitutos in nostra Diocesi committuntur, in animarum ipsorum grave periculum, Jurisdictionis Ecclesiastice elusionem, subditorumque nostrorum dampnum non modicum et scandalum plurimorum. Unde, volentes hujusmodi temerarios ausus remedio quo possumus in posterum refrenare, vobis, in virtute obediencie, firmiter injungendo, mandamus quatinus in Consistorio nostro Exoniensi, cum major adfuerit Cleri et populi multitudo, palam, publice, et expresse inhibeatis omnibus Beneficiatis nostre Diocesis, et qui ad predictum Officium electi fuerint vel assumpti, cum eorum industria in hac parte senseatur (*sic*) electa, ne dictum Officium per alios exerceant, aut sigilla hujusmodi alteri committant quomodolibet deferenda, sub pena centum solidorum Fabrice Ecclesie nostre Exoniensis, si contra fecerint, applicandorum; quam, propter magnum periculum quod imminet in hac parte, taliter taxavimus et limitavimus per Presentes; nisi cum eos legitimo impedimento impediri contingat quominus poterunt hujusmodi Officium personaliter exercere; tunc, enim, tenore Presencium, concedimus quod possint per alium Beneficiatum ydoneum, vel eciam per sacerdotem licet non Beneficiatum, fide dignum tamen et discretum, vestro approbandum vel reprobandum arbitrio, quem in hoc casu vobis volumus presentari, debite et impune subportare.—Diem, autem, receptionis Presencium, et quid in premissis feceritis, etc.—Datum in Manerio nostro de Peyngtöne, xix die mensis Septembris, Anno, etc., tricesimo tercio.

fol. 169. Rackenford [Rakerneforde, MS.] ; John de Coletone, accolite, R.,—
 Licence of non-residence till Michaelmas, 1334, to study; he was to proceed, within the year following his Institution, “ad Sacros Ordines” (19 Sept.)

Drewsteignton [Teyngtöne Dru, MS.] ; Sir John de Boddenho, chaplain, R.,—

Licence of non-residence for a year (Paignton, 25 Sept.)

Charleton [Churletone, MS.] ; Sir Edmund [Pipard], deacon, R.,—
 Licence of non-residence for a year, to study (Paignton, 29 Sept.)

Bridestowe ; Master William de Beare, priest, R.,—

Licence of non-residence till 3 Nov., 1334, to study; “proviso . . . quod ad dictam Ecclesiam suam semel in anno, et precipue tempore Quadragesimali, pro animabus parochianorum suorum commissis sibi salubriter visitandorum, si comode poterit, accedere non omittat aliquo modo” (Paignton, 30 Sept.)

St. Gerrans [Sancte Gerende (*sic*), MS.] ; Sir Adam de Tavistoke, priest, R.,—

Licence of non-residence till 3 May (1334), the Feast of the Invention of the Holy Cross, (Paignton, 1 Oct.)

¹ The Deans Rural in this Diocese have always been elected, annually, by the Incumbents of the several Deaneries,

at the Visitation of the Archdeacon; they are not, as elsewhere, appointed by the Bishop.

A.D. Plympton-St. Mary ; *Commissio ad reconciliandum, etc.*,—

[1333.] Item, secundo die Octobris, apud Peyngtome, Frater Johannes [de Engle-Vol. II. bourne], Prior Monasterii Plymptonie, optimus Comissionem ad reconciliandum Ecclesiam Parochialem Beate Marie, Plymptonie, per sanguinis [fol. 170.] effusionem violatam.

[fol. 169.] North Tawton [Chepyngtautone, MS.] ; Sir Thomas Kaygnis, subdeacon, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study (Paignton, 3 Oct.)

Archdeaconry of Cornwall ; *Mandatum pro Visitacione Cleri et populi Archidiaconatus Cornubiensis.*

[Directed to the Archdeacon, or his Official, in the common form (*ut supra*), *mutatis mutandis*. A Schedule, containing the names of those who were cited and the appointed days and places, is referred to ; but no copy of it is given.—Dated at Paignton, 4 October.]

[fol. 170.] Dedications,—

Item, iiiij^{to} die Octobris, Dominus dedicavit Ecclesiam Parochialem de Didesham [*Dittisham*], de novo constructam.

Item, quinto die Octo'bris, Dominus dedicavit Majus Altare Ecclesie Parochialis de Blakeauetone [*Blackawton*].

[fol. 169.] Bishopsteignton [Teyngtome, MS.] ; Sir William Kaygnis, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study ; “ ita quod ad dictam Ecclesiam, sponsam suam, semel in anno, etc.” *ut supra* ; see Bridestowe. (Blackawton, 5 Oct.)

[fol. 170.] Dedication,—

Item, sexto die dicti mensis, Dominus dedicavit Majus Altare Ecclesie Parochialis de Alyngtome [*East Allington*.]

[fol. 169.] Roseash [Esse Raufe, MS.] ; Sir Oliver de Esse, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study (East Allington, 7 Oct.)

[fol. 169b.] Exeter Cathedral ; *Mandatum ad conferendum Domino Johanni le Parkere, Vicario in Ecclesia Exoniensi, distribucionem panis in eadem Ecclesia*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Camere Capituli Ecclesie nostre Exoniensis Presidentibus, salutem, etc.—Pridem dilecto filio, Johanni dicto le Parkere, Perpetuo Vicario Chori Ecclesie nostre prelivate (velud dilecto filio, Domino Antonio [Antony], Rectori dum viveret Parochialis Ecclesie Omnia Sanctorum in Muris Exonie, et Vicario Ecclesie nostre prelivate, mortuo), in ipsa Ecclesia tempore, eciam si non estate, seniori, juxta consuetudinem de jure fundatam, et abolim in eadem Ecclesia usitatam, distribucionem panis contulimus, prout solet (*sic*) eidem Antonio, dum viveret, Vicarie sue prediche nomine distribui et assignari ; jure ad nos, pro Suspensione Magistri Ricardi de Coletone, qui pro Decano Ecclesie nostre predice se gerit, devoluto ; ad quem, hujusmodi Suspensione cessante, dicta Collacio, ratione Decanatus sui dicte Ecclesie, de consuetudine pertinere [*dinoscitur*] ; cum idem Magister Ricardus Majoris Excommunicacionis Sentencia pro certa sua manifesta offensa existat innodatus, et in petenda relaxacione evidenter sit in mora. Ideoque vobis mandamus, districcius injungentes, quatinus distribucionem dicti panis faciat, cum ea integritate qua dictus Antonius percipere consuevit, sibi redi, et de subtracta distribucione et retenta debitam satisfaccionem exhiberi.—Datum apud Cotynbeke, ix die Octobris.

Plymouth ; *Mandatum super augmentacione Porcionis Prioris et Conventus Monasterii Plymptonie in Ecclesia de Suttone*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Decano Plymptonie, salutem, etc.—Exhibita

A.D. 1333. nobis plures pro parte dilectorum filiorum, Prioris et Conventus Monasterii Vol. II. nostre Diocesis, in usus proprios Canonice optinere, Peticio continebat quod Vicaria ejusdem Parochialis Ecclesie, assignata abolim in certa Porcione congrua, ex qua Vicarius pro tempore dicte Ecclesie ejusque successores comode valerent sustentari, et Episcopalia jura solvere, aliaque sibi incumbencia onera subportare, in percepcione decimarum, tam personalium quam predialium, provenientium de personis parochianorum, molendinis, piscacionibus, ortis, nutrimentis animalium, et rebus aliis ibidem, adeo excrevit quod et dicti Prior et Conventus, ratione et nomine dicte Ecclesie eis appropriate, cum eodem Vicario de hujusmodi super-ex crescenti comodo participare debent merito, et concurrere cum eo in jure accrescendi, prout et in quantum dictaverint Canonice Sancções. Propter quod Prior et Conventus predicti nobis humiliiter supplicarunt ut providere sibi super hoc de oportuno remedio curaremus. Ut, igitur, circa augmentationem, frequenter et assidue postulatam, cum maturitate debita procedamus, quamquam premissa, denunciante clamore et deferente vulgari fama, sunt adeo notoria atque vera quod ea dicatur alia probacione non egere; tibi nichilominus mandamus, districcius injungentes, quatinus cites, seu citari facias, tres vel quatuor Ecclesiarum Rectores, seu Beneficiatos alios, undique ibidem vicinos, necnon totidem clericos et laicos, dicte Ecclesie de Suttone parochianos famosiores, peremptorie, quod compareant coram nobis, vel nostro in hac parte Commissario, die Jovis proximo post instans Festum Sancti Luce, Evangeliste [21 Oct.], in Ecclesia Parochiali de Suttone predicta, super inquirendis ab eisdem, secreto et singillatim, de comodo hujusmodi annuo excrescente; necnon, oneribus quibus dictus Vicarius, nomine Vicarie sue predicte, annuatim subjacet; ac, eciam, valore vero annuo, tam Porcionis dictorum Prioris et Conventus, quam dicti Vicarii in dicta Ecclesia et ob eam, divisim, in universo; veritatem quam noverint deposituri personaliter et dicturi. Denuncians, eciam, dilecto filio, Magistro Willelmo de Wolleghe, ad presens dicte Ecclesie Vicario, quod Inquisitioni hujusmodi intersit, si sua viderit interesse, Ad hec, dicta Inquisitione recepta, cites dictos Priorem et Conventum ac Perpetuum Vicarium, peremptorie, quod compareant coram nobis, in Capella Manerii nostri de Cotynbeke, die Sabbati dictam diem Jovis inmediate sequenti; dicti, videlicet, Prior et Conventus, jura, munimenta, ac probaciones alias, si quas habuerint, quibus opitulantibus dictam Ecclesiam eis, et eorum Monasterio, esse Canonice appropriatam, et fructus inde licere percipere et habere asserant exhibituri; dictusque Vicarius quibusdam interrogatoriis, hujusmodi porcionem exerescentem ac Vicarie sue valorem annum contin gentibus, ex Officio nostro ad promocionem dictorum Religiosorum faciendis, per se, vel Procuratorem ad hoc sufficienter instructum, ex habundanti responsurus, ulteriusque facturus et recepturus quod erit justum. Diem, autem, receptionis executionisque earum formam nobis, vel nostro Commissario hujusmodi, una cum nominibus propriis et cognominibus eorum per quos fuerit inquirendum, dictis die et loco distincte intimes per tuas patentes Literas, habentes hunc tenorem.—Datum apud Cotynbeke, x^o die Octobris, Anno, etc.

On the same day the Bishop issued his Commission, directed to Master William de Nassingtone, Canon of Exeter, "ad inquirendum de estimacione et valore annuo Porcionum tam Prioris et Conventus Plymptonie quam Vicarii in Ecclesia de Suttone," in the common form, *mutatis mutandis*. (Cotynbeke, 10 Oct.)

^{fol.} 170. Warleggan [Worlegan, MS.] ; Master Ralph de Tremur, sub-deacon, R.—

Dispensation : Non-residence for a year, to study (same date).

A.D. St. Wendron ; *Commissio ad audiendum Causam super augmentatione Porcionis Abbatis et Conventus Loci Regalis in Ecclesia*
 1333. *Sancte Wendrone,*—

Johannes, etc. dilectis filiis, Magistro Willelmo de Nassyngtone, Ecclesie nostre Exoniensis Canonico, salutem, etc.—Ad audiendum et fine debito terminandum Causam seu negocium, que vel quod coram [nobis] inter Abbatem et Conventum Monasterii Loci Regalis, juxta Oxoniam [*Rewley Abbey*], Ecclesiam Parochialem Sancte Wendrone, nostre Diocesis, in proprios usus, ut asseritur, obtinentes, ex parte una, et Magistrum Radulphum [de Kaerlunyeck], Perpetuum Vicarium dicte Ecclesie, ex altera, super et de diminuione Porcionis quam dictus Vicarius in eadem percipit, ac augmentatione Porcionis quam dicti Religiosi in eadem percipiunt, et ea occasione, vertitur, vertive speratur; vobis, de quorum fidelitate et industria plenam in Domino fiduciam obtainemus, vices nostras committimus, cum cujuslibet coercionis Canonice potestate. In qua Causa seu negocio assignavimus dictis Partibus terminum peremptorium ad comparendum coram vobis, videlicet proximum diem Juridicum post instans Festum Sancti Luce, Evangeliste [18 Oct.], in Ecclesia Cathedrali Exonie, ad faciendum et recipiendum, in hujusmodi Causa seu negocio, secundum naturam et qualitatem ejusdem, quod justum fuerit et consonum racioni.— Data apud Cotynbeke, xij die Octobris.

Festum Sancti Luce.

Anno Domini Millesimo CCC^{mo} tricesimo tertio, et Consecrationis Domini Johannis, Dei gratia Exoniensis Episcopi, septimo incipiente.

fol. 171. *Dimissorie,*—

171. Guy Spridel, subdeacon,¹ “ad omnes Superiores Ordines quos nondum est assentus; . . . ad titulum Provisionis Religiosorum virorum Abbatis et Conventus Monasterii de Bokeland, etc.” (“Cotynbeke,” 19 Oct.).

Tavistock Abbey ; *Sentencia contra Fratrem Bonum, qui se gerebat pro Abate Monasterii Tavystochie,*—

IN DEI NOMINE, AMEN.—Dudum Sanctissimus Pater et Dominus noster, Dominus Johannes, Divina Providencia presens Romanus Pontifex, ex certis causis eum ad id inducentibus, in Apostolicis nobis inde directis Literis expressatis [*ut supra, p. 702. The Documents correspond from this point down to p. 705, line 3.*].—Demum, quoque, cum predictus Frater Bonus esset tam diurno tempore in mora dampnabili petendi Absolucionum beneficia a Sentenciis hujusmodi premissis eidem Abbat, coram nobis in

fol. 172 judicio comparenti, ex Officii nostri debito, urgenteque conscientia, per nos objectis; datis, eciam, inde ad omnem effectum qui ex eis sequi posset sibi articulis, et ad eos nonnullis responsionibus subsecutis, assignatoque ei peremptorie competenti termino ad personaliter plenus respondendum, quatenus liquere posset sufficienter non esse responsum; eoque comparere, assignata (*ut premittitur*) sibi die, contumaciter non curante, et ob hoc alia Majoris Excommunicacionis Sentencia innodato ac pro tali solempniter

¹ Ordained subdeacon 29 May, 1333, by the Bishop of Winchester, “ad titulum Magistri et Fratrum Hospitalis Sancti Bartholomei in Smethefelde”

(*Register Stratforde*, fol. 156^b); and deacon by the same Bishop, 19 Dec., 1333, in Farnham Church (*ibid.*, fol. 158^b).—F.J.B.

A.D. 1333. publicato ; deinde, post longa intervalla dierum, finem hujusmodi negocio cupientes imponi ; cum adhuc idem Abbas a sua hujusmodi obstinacia, quin Vol. II. pocius infamia, nullatenus resiliret ; ipsum, ad videndum probaciones quas super premissis eidem objectis exhabundanti exhibere decrevimus et recipere, licet adeo essent notoria atque vera quod nulla poterant tergiversacione occultari, coram nobis fecimus ad peremptoriam certam diem ad judicium evocari. Literisque et Instrumentis productis die data, dictoque Abbate ad dicendum et proponendum, si quid dicere vellet vel proponere, contra producta hujusmodi contra eum ; et successive, cum id efficere non curaret, neconon publicum sit et notorium utpote cuius testis est populus Civitatis et Diocesis Exonie, et precipue illius vicinie universe, quod idem Abbas bona dicti Monasterii de Tavystoke adeo dilapidavit et consumpsit quod quasi ad irreparabilis desolacionis obprobrium existit jam deductum, adeo quod non-nullos Monachos ibidem Conventum facientes pro victu cotidiano querendo necessario vagando in dispersionem mitti oportebit ; nec solummodo bonorum set fame sue prodigus, vitam ducit, et ducere consuevit, Deo et hominibus detestandam ; carnes Tempore Quadragesimali, absque causa racionabili, indies publice comedendo, et alia quamplurima enormia, quas (*sic*) ob reverenciam Ordinis et Professionis Monastice subticemus, dampnabiliter perpetrando ; ad audiendum diffinitivam ferri Sentenciam in toto hujusmodi negocio, occasione premissorum, peremptorie et pluries ad judicium evocato, ac comparere contumaciter non curante,—Nos, Johannes, miseratione Divina Exoniensis Episcopus, ut propter enormitatem reatum dicti Abbatis plagarum modus exuberet ; auditis, visis, et, diligenter examinatis hujusmodi negotii meritis, deliberacioneque nobiscum et cum peritis inde habita diligentibus Christi Nominis invocato, et habentes pre oculis nostris solum Deum ; predicto Fratre Bono, Abbatem, ut premittitur, per contumaciam absente ; eundem Fratrem Bonum super premissis convictum esse atque reum, in hiis Scriptis, pronunciamus et declaramus ; ipsumque, eorum occasione, Prelacione, Dignitate, Regimine, et Administracione dicti Monasterii, et ab omni Regiminis et Administracionis ejusdem Loci comodo et honore, deponimus et privamus, ac alias eum decernimus penis aliis Canonicis puniendum.

—*Mandatum ad publicandum Sentenciam predictam,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Domino Abbati Monasterii Bokelondie, ac ceteris Abbatibus, Prioribus, et Ecclesiarum Parochialium Rectoribus et Vicariis universis, per nostram Civitatem et Diocesim Exonie constitutis, ad quos presentes Litere pervenerint, salutem, etc.—In negocio olim, ex injuncte nobis sollicitudinis Officio, contra Fratrem Bonum, qui pro Abbatे Monasterii Tavystochie, nostre Diocesis, se gerebat, super certis articulis defectus persone sue et vicia continentibus, quorum totum tenorem Presentibus inserere longum esset, servata judiciaria gravitate procedentes ; invocata Spiritus Sancti gratia, secundum ipsius negotii merita, pridem ad prolacionem diffinitive Sentencie processimus, eundemque Fratrem Bonum super defectibus et viciis hujusmodi convictum esse atque reum pronunciavimus et declaravimus ; ipsumque, eorum occasione, Prelacione, Dignitate, Regimine, et Administracione dicti Monasterii, et ab omni Regiminis et Administracionis dicti Loci comodo et honore, deposuimus et privavimus, ac alias eum decrevimus penis aliis Canonice puniendum. Ne, igitur, illi quorum forsitan interest ignoranciam pretendere valeant quod ad eorum certam noticiam dicta Sentencia non pervenit ; vobis, communiter et divisim mandamus, districcius injungentes, quatinus presentes nostras Literas, ac omnia et singula in eis contenta, studeatis, in locis quibus expediens fuerit, et precipue in Ecclesia Conventuali dicti Monasterii Tavystochie ac Parochiali ibidem, hac instanti die celebri Omnium Sanctorum [1 Nov.], solemniter publicare ; ut patulo indicio ad omnium quorum intererat scienciam deducantur. Diem, vero, receptionis Presencium et intimacionis hujusmodi formam, nobis, infra sex

A.D. dies extunc proximo sequentes, rescribatis per Literas vestras patentes,
 1333. habentes hunc tenorem.—Datum in Manerio nostro de Cotynbeke, xxiiij
 Vol. II. die mensis Octobris.

Archdeaconry of Cornwall ; *Commissio pro Visitacione Cleri et populi Archidiaconatus Cornubiensis*,—

The Bishop being prevented, by urgent business, from visiting in person, commissioned Masters William de Nassygutone, Canon of Exeter and Chancellor of the Diocese, Richard Giffard, R. of Ashwater and Commissary-General, Benedict de Pastone, Official of his Peculiar Jurisdiction, and Bartholomew fol. de Castro, R. of St. Ive, to visit in his stead.—Dated at Cotynbeke, 24 172b. October.

[fol. 177b.] Truro [Truru, MS.] ; Reginald Pridiaux, R.,—

Dispensation : non-residence for a year, to study at Oxford, or elsewhere in England. (Cotyngbeke, 1 Nov.).

fol. 172b. Dedications,—

Item, iij^{to} die Novembris, Dominus dedicavit Majus Altare Ecclesie Parocialis Sancti Sampsonis, de Southulle, in Cornubia.

Item, sexto die dicti mensis, Dominus dedicavit Cimiterium Ecclesie Beati Thome in Prioratu Lancestonie.

Ilfracombe [Ilfardecombe, MS.] ; Sir John de Chambernoun, priest, R.,—

Licence of non-residence till Michaelmas (Lawhitton, 7 Nov.).

Dedication,—

Item, x^o die Novembris, Dominus dedicavit Majus Altare Ecclesie Parochialis de Kylhamptone.

Exeter Cathedral ; *Mandatum ad publicandum Sequestrum in fructibus et proventibus Decani Ecclesie Exoniensis interpositum*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Subdecano, et Magistro Henrico Bloyou, Canonis, et Capituli Ecclesie nostre Exoniensis Camerariis, eorumque substituendis in Officio, salutem, etc.—Dudum dilectos filios, Ecclesie nostre Exoniensis predicte omnes et singulos Canonicos Prebendatos, et precipue Magistrum Ricardum de Coletone, qui pro Canonicō ejusdem Ecclesie se tunc gerebat, ac alios quoscumque in eadem Ecclesia Personatus vel Beneficia Ecclesiastica obtinentes, ad subeundum nostre Visitacionis Officium in Capitulo ejusdem Ecclesie nostre, et exhibendum et producendum ibidem jura et munimenta, ac probaciones si quas haberent, quorum pretextu hujusmodi sua Beneficia se Canonice asserebant adeptos esse et posse licite retinere. Et deinde, post longa temporum intervalla, causa Visitacionis hujusmodi ad nostram nos conferentes Diocesim, et legitime dictum Magistrum Ricardum de Coletone, tunc pro Decano Ecclesie nostre predicte se gerentem, et Parochialis Ecclesie de Brauntone, ejusdem nostre Diocesis, detentorem, ea occasione, modo premisso, Clerumque et parochianos Ecclesie prelibate ad subeundum Visitacionis nostre hujusmodi Officium, in ipsa Parochiali Ecclesia, vocari fecimus coram nobis, ad peremptorias certas dies. Quia, vero, dictus Ricardus pro se super premissis dictorum Locorum altero dictis terminis quiequam producere contumaciter non curavit ; quin immo, postquam dictam Parochiale Ecclesiam de Brauntone adeptus erat, ipsam, cum Parochiali Ecclesia de Tautone, dicte nostre Diocesis, per plures annos notorie presumpsit occupare, et adhuc presumit, rem contractans per consequens alienam, et sic furtum committens quodammodo ve rapinam ; fructus, redditus, et alia comoda ad eundem Ricardum de Coletone, dictorum Canonicatus et Prebende, ac Parochialium Ecclesiarum seu earum vel alicujus ipsarum ratione vel causa, quomodolibet spectancia etiam si sit aliud Beneficium Ecclesiasticum, dummodo sibi fuerit, velui

A.D. ejusdem Ecclesie nostre Canonico Prebendato, nomine firme forsitan assig-
 natum, sequestranda providimus et subtrahenda, justicia suadente ; atten-
 vol. II. dentes quod nil obediencia prodesse videretur humilibus si contemptus
 contumacibus non obesset. Quocirca vobis, communiter et divisim, sub
 debito Obedience et Majoris Excommunicacionis Sentencie pena districte
 precipiendo, mandamus quatinus Sequestrum nostrum hujusmodi, ubi et
 quando expediens fuerit, solempniter publicare curetis. Et fructus, redditus,
 et proventus, et alia comoda hujusmodi de dictis Canonicatu et Prebenda
 atque firma, vel earum occasione, qualitercumque provenientia, eciam si in
 nominibus debitorum consistant, sub arto custodiatis seu custodiri faciatis
 Sequestro, prout credideritis de eis cum integritate vestro periculo respondere ;
 contradictores et rebelles, si qui fuerint, per quamcumque Censuram
 Ecclesiasticam, auctoritate nostra, Canonice compescendo. Diem, autem,
 recepcionis Presencium et execucionis eorum formam nobis quantocius
 intimare [curetis] per Literas vestras patentes, habentes hunc tenorem.—
 Datum apud Hertilande, ij^e Idus Novembbris [12 Nov.].

Sutcombe [Sotecombe, MS.] ; Sir Nicholas Horloke, priest, R.,—
Dispensation : non residence for a year (Torrington, 16 Nov.).

Dedication,—

Item, xvij die Novembbris, Dominus dedicavit Majus Altare Ecclesie Parochialis
 de Wynkleghe.

Illegitimacy ; *Dispensacio super defectu natalium*,—

John de Rostaeke, clerk, "de soluto genitus et soluta." (Crediton, 18 Nov.).

cl. 73. *Inhibicio ne Archidiaconi Exonie, Cornubie, Tottonie, et Barna-
 stapolie, Officiali Curie Cantuariensis, seu ejus Mandato, in
 prejudicium seu derogacionem Sedis Apostolice pareant quomodo-
 libet vel intendant,*—

Johannes, etc., in negocio seu negotiis Provisionum infrascriptarum Provisor
 seu Delegatus, a Sede Apostolica specialiter deputatus, dilectis filiis, Exonie,
 Cornubie, Tottonie, et Barnastapolie in Ecclesia nostra Exoniensi, Archi-
 diaconis, eorumque Officialibus, necnon omnibus et singulis in Dignitate,
 Personatu, vel Officio in eadem Ecclesia constitutis, et Decano Christianitatis
 Exonie, salutem, graciam, et benedictionem, ac Mandatis Apostolicis firmiter
 obedire.—Cum Sanctissimus in Christo Pater ac Dominus noster, Dominus
 Johannes, Divina Providencia Papa XXII^{dus}, personam nostram, sibi et
 Apostolice Sedi devotam, favore prosequens graciioso, per quem aliis possemus
 nos reddere graciosos, quadam specialis Gracie prerogativa, Apostolica
 largitione, dudum nobis concesserit facultatem dilectis in Christo, Johanni
 de Northwode, Canonico Lincolnensi, nepoti nostro, et Ricardo filio
 Radulphi, Armachane Diocesis Clerico, in Sacra Pagina Doctori, singulos
 Canonicatus Ecclesie nostre Exoniensis, cum plenitudine juris Canonici
 conferendi, ipsosque, vel eorum Procuratores ipsorum nomine, in dicta
 Ecclesia recipiendi ac recipi faciendi in Canonicos et in Fratres, Stallis eis
 in Choro et Loci in Capitulo, cum dicti juris plenitudine Canonici singu-
 lariter assignatis, reservandique Donacioni nostre singulas Prebendas, si
 que in ipsa vacabant Ecclesia, vel cum vacarent, quas predicti Johannes et
 Ricardus, per se vel Procuratores suos ab eis legitime constitutos, infra
 unius mensis spacium postquam sibi de illarum vacacione constiterit,
 acceptarent, conferendas eisdem post acceptacionem hujusmodi, cum omni-
 bus juribus et pertinenciis suis ; inhibendi, quoque, Successoribus nostris,
 Episcopis Exoniensibus qui essent pro tempore, et dilectis filiis, Capitulo
 dicte Ecclesie, ac aliis quorum interest, ne de Prebendis hujusmodi, interim,
 eciam ante acceptaciones predictas, nisi postquam eis constiterit quod iidem
 Johannes de Northwode et Ricardus illam seu illas noluerint acceptare,
 disponere quovis modo presumant ; ac decernendi extunc irritum et inane

A.D. si secus super hiis a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter
 1333. contingeret attemptari ; conferendi, eciam, eisdem Johanni et Ricardo, vel
 Vol. II. suis Procuratoribus eorum nomine, Prebendas hujusmodi si tunc vacarent
 vel cum postea vacaverint, cum omnibus juribus et pertinenciis antedictis ;
 et providendi sibi de eisdem, dictosque Johannem et Ricardum, vel Pro-
 curatores suos pro eisdem, in dictarum Prebendarum, jurium et pertinenci-
 arum earundem, corporalem possessionem, per nos, seu alium vel alios in-
 dicandi, et defendendi inductos ; sibique, vel ipsorum Procuratoribus
 eorum nomine, de dictarum Prebendarum fructibus, redditibus, proventibus,
 et obvencionibus universis integre faciendi responderi ; contradictores et
 rebelles, auctoritate predicta, compescendo,— Nos, vero, Literis Apostolicis
 facultatis predice, nobis, ut premittitur, concessis, cum reverencia debita
 receptis, eas exequi debite cupientes, ut tenemur, eisdem Johanni de
 Northwode ac Ricardo singulos Canonicatus hujusmodi cum plenitudine
 juris Canonici, eadem auctoritate, contulimus, ipsosque receperimus, ac recipi
 fecimus, in dicta Ecclesia in Canonicos et in Fratres, Stallis eis in Choro et
 Locis in Capitulo, cum dicti juris plenitudine Canonici singulariter assig-
 natis ; reservantes, quoque, eadem auctoritate, cum Inhibicionis et Decreti
 interposicione ac solitis clausulis debitibus et consuetis, Donacioni nostre, inter
 cetera, singulas Prebendas, nullis aliis de jure debitibus, si que in ipsa nostra
 Ecclesia vacabant, vel cum vacarent ; quas iidem Johannes vel Ricardus, vel
 eorum Procuratores ipsorum nomine, infra unius mensis spaciun postquam
 sibi de illarum vacacione constiterit, acceptarent ; sibi post vacacionem et
 acceptacionem hujusmodi conferendas ; ac Processus ulteriores legitime
 fecinus, juxta effectum et continenciam Literarum predictarum ; prout in
 ipsis nostris Processibus alias in dicta Ecclesia nostra, Locisque aliis insigni-
 bus et ab invicem longe distantibus, solemniter publicatis, plenius contine-
 tur. Quia, vero, Officialis Curie Cantuariensis, Sede vacante, premissorum
 non ignarus, Graciam nostram et Jurisdictionem in hac parte pro viribus
 temere satagens impugnare pariter et impedire, vobis, Archidiaconis et
 Officialibus, ac Decano, Literis suis injuriosis jam noviter, prout clara
 probacione inde recepta percepimus, non absque Sedis Apostolice contemptu
 manifesto, presumpsit demandare quod vos quosdam Processus contra
 Magistrum Ricardum de Coletone, pro Decano dictae Ecclesie nostre se-
 gerentem, ac Gracie et Jurisdictionis nostre hujusmodi notorium perturba-
 torem et impedientem, per nos factos, et Censuras in eum auctoritate
 predicta rite latas, necnon Sequestrum in fructibus, redditibus, et obven-
 cionibus seu proventibus quibuscumque, ad Ecclesias Parochiales de Tautone
 et Brauntone ipsarumque Capellas pertinentibus, ac eciam de dicta Ecclesia
 nostra provenientibus, et dicto Magistro Ricardo obvenientibus, et eidem
 hac occasione per nos legitime subtractis, nostra auctoritate interpositum ;
 ac quedam alia penalia contra eum per nos in hac parte rite excercita, in
 dictis Literis suis expressa per dictum Officiale, ut asserit ; de facto
 tamen, cum de jure non posset, revocata de jure et non tenere nunciaretis,
 et per alios faceretis nunciari : advertentes, igitur, premissa in elusionem
 Gracie et Jurisdictionis nostre prelibate temere fore attemptata, ipsamque
 Graciam et Jurisdictionem tueri cupientes, ut tenemur ; vobis, et vestrum
 cuiilibet, in virtute Sancte Obedience, qua dictae Sedi tenemini, et sub
 Excommunicacionis Majoris Sentencie pena, quam in personas vestras, nisi
 feceritis que mandamus, culpis vestris precedentibus, Canonica Monitione
 premissa, ferimus in hiis Scriptis, auctoritate qua fungimur in hac parte ; de
 qua vobis alias fecimus, et, si oporteat, faciemus plenam fidem ; inhibemus
 ac per vos omnibus et singulis quibus jus exigit et expedire videritis inhiber-
 volumus et mandamus, ne quicquam in prejudicium seu derogacionem dicta
 Sedis vel Gracie et Jurisdictionis nostre hujusmodi attemptetis au-
 fol. 174. attemptet, seu aliquis vestrum attemptet, faciat vel faciant, aut facia
 aliqualiter attemptari, seu dicto Officiali, vel Literis ipsius antedictis
 pareatis aut pareant quovis modo, seu intendatis aut intendant in premissis

D. Quid, vero, super hiis feceritis aut duxeritis faciendum, nobis, cum in hac
 3. parte congrue fueritis requisiti, rescribere studeatis per vestras patentes
 I. II. Literas, habentes hunc tenorem.—Data apud Criditone, xxj die Novembris.

I. *Litera missa Priori et Conventui Ecclesie Christi Cantuariensis,—*
 3. Patres et Domini reverendi,—Literas venerabilis et amabilis Paternitatis ac Fraternitatis vestre, Moniciones et Mandata Domini Icherii super Decima quadriennali continentes, reverenter receperimus et devote. Ipsam, siquidem, Paternitatem vestram et amiciciam antiquam et probatam volumus non latere quod Mandatis vestris eciam circumscriptis Apostolicis, in favorem personarum vestrarum et honorem Sacrosancte Ecclesie Christi Cantuariensis, ad quam sinceram et filialem devocationem ab ineunte etate semper gessimus, et gerimus, parati sumus et erimus omnem reverenciam ac promptam complacenciam exhibere; nec ad contrarium suspicandum gesta contra Dominum Archiepiscopum, jam defunctum,¹ et ejus Curiam, Caritatem vestram qualitercumque abducant; cum, ipsorum comminata nobis ac nostris et intentata oppressione impellente, in suprema necessitate status conservandi positos ad oportuna remedia oportuit nos convolare, et ipsorum jacula prevenire pariter et cavere. Et quod intencionis nostre non est, nec fuit, in derogacionem juris vel honoris Ecclesie Cantuariensis quid agere, nec egisse, Deum, Quem nullum latet secretum, et Matrem Misericordie, Dominam nostram, ipsumque eorum Martirem gloriosum Thomam, testes hujusmodi nostre conscientie in Extremo Judicio invocamus. Modo, ergo, Patres reverendi, cum vestrum sit, Sede vacante, Presidentes Curie Cantuariensi preficere, sic ipsos dignemini instruere, compescere, et aptare, ac legem moderationis illis dare, quod debitum justicie bono zelo impendant; et Prelatos ac Suffraganeos exquisitis factis consuetudinibus et injuriosis capcionibus provocare vel pungere non presumant; maximeque et precipue ut Sedem Apostolicam non offendant. Sic utique tranquillitatem et pacem procurare et dare poteritis vobis et illis, ac subditis et Prelatis. Quod utinam Presidentes precedentibus temporibus jam fecissent, ad honorem nominis sui et augmentum meriti vestri. Beatam Fraternitatem vestram, secundum utrumque hominem, Omnipotens in Se dirigat et confirmet!—Scripta in Manorio nostro Criditone, vicesimo sexto die mensis Novembris.

I. *Case of Divorce; Commissio ad procedendum in Causa Divorcii,
 3. inter Dominam Elizabetham de Bodenneke et Dominum Reginaldum de Mohoun mota,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Ricardo de Wideslade, Thesaurario in Ecclesia nostra Exoniensi, salutem, etc.—Cum nos nuper Causam Divorcii in Consistorio nostro Exoniensi motam inter Dominam Elizabetham de Bodenneke, Partem provocantem ad Divorcium, ex parte una, et Dominum Reginaldum de Mohoun, qui eam tenet in uxorem, Partem provocatam, ex altera, certis legitimis de causis ad nostram revocatam audienciam specialem, vobis et Magistro Johanni de Stokes, Ecclesie nostre Collegiate Beati Thome, Martiris, de Glasneya, conjunctim audiendam commiserimus et debito fine terminandam; dictusque Magister Johannes, occasione quarundam Literarum, sibi per Dominum nostrum Regem Anglie illustrem, ut audivimus, directarum, se absentare et ulteriori cognicioni in predicta Causa supersedere intendat, non absque nostro contemptu manifesto si premissa veritate nitantur; nos, justiam Partibus supradictis fieri volentes, tenore Presencium vobis committimus in solidum et mandamus quatinus, die et loco Partibus ipsis ad procedendum in dicta Causa coram vobis ac dicto collega vestro in hac parte assignatis, ipsius Magistri Johannis ultra horam terciam dicte diei non expectata presencia vel absencia excusata, nichilominus procedentes, proximum diem Juridicum post Festum Con-

¹ Archbishop Simon de Mepeham died on the 13th of October, 1333.

A.D. 1333. conceptionis Beate Marie proximo futurum [8 Dec.], ad procedendum coram nobis, vobis, vel aliis nostris Commissariis aut Commissario in hac parte Vol. II. deputandis, in Ecclesia nostra Cathedrali Exonie, in Causa memorata, secundum retroacta in eadem habita, prefigatis. Nostre, tamen, intencionis non existit Commissionem nostram hujusmodi, vobis ac dicto Magistro Johanni, ut premittitur, factam, dum tamen idem Johannes presenciam suam die et loco per vos in hac parte assignatis ac hora hujusmodi exhibuerit, et in dicta Causa, una vobiscum, juxta dictam nostrani Commissionem duxerit procedendum, revocare. Quid, vero, super hiis feceritis, nobis, in eventum illum, si eciam dictus Magister Johannes presenciam suam hujusmodi, die, loco, et hora predictis, non exhibuerit, et vobiscum in dicta Causa non processerit, citra proximum diem Juridicum post dictum Festum Conceptionis Beate Marie, rescribatis per vestras Literas patentes, habentes hunc tenorem.—Data Criditonie, xxvij die Novembri.

[fol. 173.] St. Phillack ; *Dimissorie*,—

Master Michael Kerneke, subdeacon, R., "ad Ordinem Diaconatus¹; ad titulum Ecclesie sue." (Crediton, 28 Nov.)

[fol. 174.] *Monicio contra Officiale Curie Cantuariensis super Revocatione Sentencie et Literarum suarum singulis Archidiaconis in Ecclesia Exoniensi directarum*,—

Johannes, etc., in negociis Provisionum infrascriptarum Provisor ac Executor unicus, a Sede Apostolica specialiter deputatus, dilectis nobis in Christo, Magistris David Alyam, Ecclesie nostre Collegiate Sancte Crucis Criditonie Canonico, Johanni de Nortone, Rectori Ecclesie de Lawittone, nostre Diocesis, et Thome de Lichfeld, clero, Notario Publico, familiaribus nostris ; necnon, Domino Johanni, Rectori Ecclesie Sancti Clementis extra Templebarre, Londoniensis Diocesis, salutem, graciā, et benedictionem.— Olim Sanctissimus in Christo Pater [etc., *ut supra*, page 719, line 34, to page 720, line 28, with some unimportant variations. The Document, then, proceeds as follows]—Magister, tamen, Henricus de Iddesworthe, qui pro Officiali Curie Cantuariensis, Sede vacante, se gerit, premissorum et eorum cuiuslibet, prout perspicuis iudiciis et probacionibus claris cognovimus, indubitanter conscient, nitens et satagens jus, judicium, et Jurisdiccionem, in premissis a dicta Sede nobis datam atque Graciam temeritate propria impedire et impugnare, Processum quendam contra Magistrum Ricardum de Coletone, pro Decano dicte Ecclesie nostre se gerentem, Gracie, Provisionis, ac Jurisdiccionis nostre hujusmodi, quin verius Apostolice, notorium perturbatorem, Auctoritate Apostolica, servata gravitate Judicia, ea occasione per nos factum, in Gracie et Jurisdiccionis nostre hujusmodi, immo verius Apostolice, elusionem, et dicte Sedis contemptum manifestum, per suam Sentenciam de facto tamen revocare, et de jure non debere tenere declarare, necnon per suas Literas sub data Londoniis, v^{to} Idus Novembri [9 Nov.], Auno Domini M^o. CCC^{mo} xxxiiij^o, per eum modo premisso revocatum fuisse, et esse, publicari mandare non erubuit nec expavit. Causis, igitur, et condicione illius a quo, et contra quem, dicta processit revocacio, debita consideracione pensatis, patenter ex eis illius astruitur evidencia nullitatis, et manifeste detegitur temeritas promulgantis. Et, quia in premissis mora periculum et dissimulacio dampnum verisimiliter comminatur, auctoritate predicta, tenore Presencium, monemus predicitum Officiale, semel, secundo, et tertio ac peremptorio, quatinus infra tres dies, a tempore noticie presentis nostri Processus continue numeraudos, quorum primum pro primo, alium pro secundo, et tertium pro tertio ac peremptorio competenti termino et Monitione Canonica, eidem assignamus,

¹ Ordained deacon, in Farnham Parish Church, by the Bishop of Winchester,

18 Dec., 1333, (*Register Stratforde*, fol. 158^b).—F.J.B.

A.D. Sentenciam hujusmodi per eum latam, effectu, auctoritate, et nomine rei
 1333. judicate careutem, et quicquid est ex ea secutum, absque difficultate
 Vol. II. qualibet, efficaciter studeat revocare, Processum super hoc prejudicialem
 nullatenus resumpturus; revocationemque hujusmodi, infra quindecim dies
 post spacium dictorum trium dierum, procuret et faciat in Ecclesia nostra
 Exonieusi solemniter publicari. Quod si, forsitan, idem Officialis pre-
 missa, vel eorum aliquod, neeglexerit, omiserit, seu contempserit contu-
 maciter adimplere, in personam ipsius, cum culpa sua et offensa precesserint,
 premissa hujusmodi Monitione Canonica, in hiis Scriptis Majoris Excom-
 municacionis Sentenciam promulgamus. Ne, autem, dictus Officialis
 pretendere valeat quod hujusmodi Processus noster ad ejus scienciam non
 pervenit, vobis conjunctim, et cuiilibet vestrum divisim et insolidum,
 auctoritate qua fungimur in hac parte districte preciendo, mandamus
 quatinus hunc nostrum Processum ac Literas, et omnia et singula contenta
 in eisdem, eidem Officiali studeatis fideliter intimare. Super qua, quidem,
 intimacione vobis, et vestrum cuiilibet, nobis juratis, dare intendimus
 plenam fidem. Diem, autem, intimacionis Presencium et formam nobis,
 infra viginti dies post lapsum dictorum trium dierum, rescribatis per
 Literas vestras patentes, habentes hunc tenorem, sigillo aliquo autentico
 consignatas; vel per Publicum Instrumentum.—Datum in Manorio nostro
 Criditonie, secundo die mensis Decembris.

[fol. 24b.] Firstsfruits ; *Acquietancia Domini Icherii de Concoreto de cxxvj li.*
 [24b.] *xvj d.,—*

Received from the Bishop, Subcollector thereof (London, 12 Dec.).

[fol. 24b.] Peter's Pence ; *Consimilis Acquietancia ejusdem de xvij li. x s.,—*
 Received from the Bishop (same date).

[fol. 174b.] Exeter Cathedral ; *Mandatum contra Vicarios Ecclesie Exoniensis,—*
 Johannes, etc., dilectis filiis, Subdecano, et Magistro Willelmo de Nassyng-
 tone, Ecclesie nostre Exoniensis Canonicis, salutem, etc.—Fidedignorum
 relacione, non sine gravi displicencia, didicimus quod quidam Vicarii, et alii
 dicte Ecclesie Ministri, in Dei offensam et Officii Divini impedimentum
 notabile, ac ipsius Ecclesie nostri scandalum, intra Ecclesiastici Servitii
 Solempnia, et precipue in hoc Festo celebri Sanctorum Innocencium
 [28 Dec.], dissoluciones, risus, cachinnas, ac alias insolencias irreverenter, lar-
 vati eciam, non formidant dampnabiliter excercere, [et] per gesticulacionum
 suarum hujusmodi debacaciones obscenas in conspectu populi vilescente
 faciunt decus clericale. Unde nos, ex nobis injuncto Officio decorum
 Domus Dei non modicum affectantes, ac hujusmodi temerariis ausibus
 in futurum preavere volentes, vobis, et utrique vestrum, firmiter injun-
 gendo, mandamus, devocationem vestram excitando, quatinus, convocatis
 dictis Vicariis et Ministris coram vobis, receptis Presentibus, absque mora,
 presens nostrum Mandatum et contenta in eodem publicantes, eis omnibus
 et singulis, vice nostra, inhibeatis ne de cetero premissa vel consimilia
 excercere presumant, sicut Canonicam effugere voluerint ulcionem. Diem,
 vero, receptionis Presencium, etc.—Datum Criditonie, xvij die Decembris.

Illegitimacy ; *Dispensacio super defectu natalium,—*

Henry Hanger, clerk, "de soluto genitus et soluta" (Crediton, 19 Dec.).

Lanreath [Lanreithou, MS.]; John Resfrawel, subdeacon, R.,—
Dispensation: non-residence for a year, to study (same date).

Crediton ; *Mandatum super defectibus in Ecclesia Collegiata
 Criditonie reparandis,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Decano nostre Peculiaris Jurisdictionis Criditonie,
 salutem, etc.—Debitum nostre Visitacionis Officium in Ecclesia nostra
 Collegiata Cridtonie legitime nuper excercentes, nonnullos defectus nota-

A.D. biles, tam circa res Divino Cultui necessariis et Personas ministrancium in
 1333. eadem, quam eciam curam Parochialis Ecclesie de Criditone, dicte Ecclesie
 Vol. II. nostre Collegiate annexe, correccione debita invenimus indigere ; quorum
 reparacionis agnicio et subportacio ad dilectos filios, l'recentorem et Canonicos
 dicte Ecclesie Collegiate, pertinere noscuntur ; qui tanto tempore
 correccionem debitam necglexerant super hiis adhibere, quod Divinus Cultus
 in ea decenter fieri, aut cura predicte Ecclesie Parochialis debite exerceeri
 fol. 175. nequibit, nisi remedio celeri caucius occurratur. Volentes, igitur, ex
 injuncto nobis Officio, Divinum Cultum confovere, quatenus cum Deo
 possumus, et ampliare, predictos Precentorem et Canonicos super hujus-
 modi compertis et detectis in Visitacione nostra antedicta, ex Officio nostro,
 responsuros; necnon, quare ad debitam et congruam correccionem et repara-
 cionem premissorum compelli non debeant Canonicum si quod habeant
 proposituros et probaturos, ad infrascriptos diem et locum vocandos fore
 decrevimus, justicia suadente. Quocirca vobis committimus et mandamus
 quatinus dictos Precentorem et Canonicos, juxta morem et consuetudinem
 Ecclesie Collegiate prelibate, modisque aliis omnibus quibus melius de jure
 poteritis, citetis peremptorie quod sufficienter compareant coram nobis, vel
 nostris Commissariis seu Commissario in hac parte quibuscumque, in Loco
 Capitulari dicte Ecclesie Collegiate, die Lune proxima post Festum Epiphanie
 Domini proximo futurum [10 Jan.], cum continuacione et prorogacione dierum
 tunc sequencium, super premissis et ea contingentibus, eis plenius tunc
 exponendis, nobis, ex Officio nostro, responsuri ; necnon, Canonicum si
 quod habeant quare ad correccionem et reparacionem hujusmodi compelli
 non debeant, precise et pro termino peremptorio, in forma juris proposituri,
 et quatenus jus exigit probaturi ; ac facturi ulterius et recepturi quod
 justicia suadebit. Intimantes eisdem, modis premissis, quod sive venerint
 et nichil racionabile proposuerint, sive contumaciter se absentaverint, in
 hujusmodi procedetur negocio prout de jure fuerit procedendum. Diem,
 autem, etc.—Datum Criditonie, xxiiii die Decembris.

*Cornworthy Priory ; Licencia pro Alicia, uxore J. Daumarle, ad
 commorandum in Prioratu de Corneworthe,—*

Johannes, etc., dilectis filiabus, Priorisse et Monialibus Prioratus de Corne-
 worthy, nostre Diocesis, salutem, etc.—Consideracione honestatis et mun-
 dicie morum et vite quibus dilecta filia, Alicia, uxor Johannis Daumarle,
 domicelli, dicitur plurimum decorari, ut, usque ad instans Festum Sancti
 Michaelis, dictam Aliciam vobiscum, in Prioratu vestro, suis sumptibus, et
 alias absque quolibet Prioratus ejusdem prejudicio, recipere valeatis mora-
 turam, vobis Licenciam concedimus et liberam facultatem. Proviso quod
 ad vos, per moram hujusmodi, secularium personarum non pateat suspectis
 horis liberior frequencia vel accessus.—Data Criditonie, ultimo die Decem-
 bris.

A.D. *Procuratorum ad comparendum pro Domino in Convocatione seu
 1333. Tractatu apud Eboracum (sic),—*

Universis ad quorum noticiam presentes Litere pervenerint, Johannes, etc.,
 salutem in Eo Qui est omnia Vera Salus.—Quia [iu] hac Convocatione seu
 Tractatu, die Lune proxima post instans Festum Epiphanie Domini [10 Jan.],
 cum continuacione dierum sequencium, apud Northamptoniam, ut cre-
 ditur, facienda, propter tarditatem recepcionis Literarum Regiarum, ac
 eciam Venerabilis Patris, Domini [Stephani de Gravesende], Dei gratia
 Londoniensis Episcopi, nobis super hoc directarum, ac propter locorum dis-
 tanciam, aliasque causas nos et Ecclesiam nostram Exoniensem tangentes,
 absque dampno notabili ejusdem Ecclesie et nostro, interesse presencialiter
 non valemus; dilectos nobis in Christo, Magistrum Johannem de Lancestone,
 Canonicum Prebendatum in Ecclesia nostra Collegiata Sancti Karentoci, in
 Cornubia, et Dominum Philippum de Nassyngtöne, Rectorem Ecclesie de

A.D. Asshecombe, nostre Diocesis, et eorum quemlibet insolidum, ad comparen-
 1333-4. dum pro nobis, et nostro nomine, in hujusmodi Convocatione, nostros Pro-
 Vol. II. curatores facimus per Presentes, ac eciam Attornatos ac Nuncios speciales,
 cum potestate super negociis que ibidem, ex parte Domini nostri Regis
 Auglie illustris, plenius exponentur, una cum ceteris Prelatis et Clero Can-
 tuariensis Provincie tractandi, et consciendi hiis omnibus et singulis que
 ibidem, favente Domino, salubriter contigerit ordinari. Promittentes nos
 ratum et firmum habituros quicquid iidem Procuratores nostri ac Nuncii,
 et eorum quilibet, nomine nostro fecerint, aut fecerit, in premissis et quolibet
 premissorum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum Presentibus est
 appensum.—Datum apud Criditoniam, tercio die mensis Januarii.

Buckland Abbey—Frithelstock Priory ; *Mundatum pro tractatu
 faciendo in Capitulo Exoniensi, super Appropriacione Eccle-
 siarum de Biceleghe et Brodwodewiger,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Subdecano Ecclesie nostre Exoniensis, salutem,
 etc.—Frequenti et assidua infestacione dilectorum in Christo, Abbatis et
 Conventus Monasterii de Bokelonde, Cisterciencis, et Prioris et Conventus
 de Frithenestoke, Sancti Augustini, Ordinum, nostre Diocesis, pulsati, ut
 Ecclesiam de Biceleghe, Archidiaconatus Tottoniensis, in qua dicti Abbas
 et Conventus de Bokelonde, Ecclesiamque de Brodwodewiger, ejusdem
 nostre Diocesis, quam (*sic*) prefati Prior et ejusdem Conventus jus optinent,
 ut asseritur, Patronatus, cum ad id evidens necessitas suffragetur, eis et
 eorum Monasteriis paterna affecione unire et appropriare, servata debita
 solempnitate, dignaremur ; decrevimus super hoc et aliis quibusdam capi-
 tulis statum Ecclesie nostre contingentibus, que ad presens ex causa subti-
 cemus, tractatum inire una vobiscum diligentem et solempnem. Quocirca
 vobis mandamus, districcios injungentes, quatinus citetis, seu citari faciatis,
 juxta morem hactenus in ipsa Ecclesia nostra usitatum, omnes et singulos
 in eadem Ecclesia nostra Dignitates, Personatus, et Prebendas optinentes,
 peremptorie, quatinus compareant coram nobis, in Domo Capitulari ejusdem
 Ecclesie nostre, secundo die Juridico post instans Festum Sancti Hillarii
 [13 Jan.], super predictis nobiscum ibidem tractaturi, et suum consilium et
 consensum hiis que tunc, pro utilitate et honore dicte Ecclesie nostre ac
 relevacione necessitatis et onerum dictorum Religiosorum, ordinabimus,
 debite impensuri ; facturi ulterius quod consonum fuerit racioni. Diem,
 autem, receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nobis dictis die
 et loco intimetis per Literas vestras patentes, habentes hunc tenorem.—
 Datum Criditonie, iiiij^{to} die Januarii.

Tavistock Abbey ; *Proclamacio Eleccionis de Tavystoke,—*

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Officiali Archidiaconi Tottonie ac
 Decano Decanatus Tavystochie, nostre Diocesis, salutem, graciā, et bene-
 diccionem.—Olim Monasterio Tavystochie, Ordinis Sancti Benedicti, nostre
 Diocesis, incipiente vacare, ac vacacione hujusmodi certa insinuacione audita,
 post petitam instanter et demum obtentam Licenciam Regiam alium
 idoneum eligendi in Abbatem dicti Monasterii et Pastorem, congregatisque
 in Domo Capitulari dicti Monasterii, die ad Eleccionem hujusmodi cele-
 brandam assignata, Subpriori dicti Monasterii, Priore in remotis agente, ac
 ejusdem Monasterii Monachis qui presentes erant, quique eidem Eleccioni
 interesse debuerant, et de forma Eleccionis hujusmodi faciente diligenter
 tractantibus ; tandem iidem Subprior et Conventus, singillatim et in com-
 muni, potestatem liberam eligendi eis et eorum Monasterio predicto Abbatem
 et Pastorem in nos unanimiter, sub certa forma, compromiserunt, ac con-
 tulerunt plenam et liberam potestatem ; promittentes expresse quod illum
 reciperent in Pastorem quem duceremus de gremio ejusdem Monasterii
 eligendum. Nos, igitur, compromissum hujusmodi acceptantes, et de ipsis
 Monasterii ordinatione, ne amplius vacationis subjaceret incomodo, sollicite

A.D. cogitantes ; post deliberacionem quam super hoc nobiscum et cum peritis
 1333-4. habuimus diligentem, in dilectum filium, Fratrem Johannem de Courtenay,
 Vol. II. presbiterum, Monachum Monasterii predicti expresse professum, quem
 virtutum dona multipliciter suffragantur, nostre mentis oculos dirigentes,
 eundem in Abbatem predicti Monasterii vice et auctoritate hujusmodi
 duximus eligendum ; dictoque Electo, post obtentam de ipsa Eleccione
 noticiam, eidem Eleccioni demum per Procuratorem suum ad hoc legitime
 constitutum difficulter consenciente, et petente per nos Eleccionem hujus-
 modi confirmari ; ne per repentinam confirmationem, contra doctrinam
 Apostoli, Electo manus apponere videamur, vobis, ac vestrum cuilibet,
 firmiter injungendo, mandamus quatinus in Ecclesia predicti Monasterii,
 proxima die feriata, intra Missarum Solempnia, fieri faciatis proclamacionem
 publicam et solempnem ; ut, si qui sint qui se velint opponere contra
 Eleccionem hujusmodi seu personam Electi, peremptorie et sufficienter
 compareant coram nobis, in Domo Capitulari Ecclesie nostre Exoniensis,
 secundo die Juridico post instans Festum Sancti Hillarii [13 Jan.], opposi-
 ciones suas hujusmodi in forma juris proposituri et eas effectualiter pro-
 secuturi, ulteriusque facturi et recepturi, cum continuacione et prorogacione
 dierum sequencium, quod dictabit ordo juris. Denunciantes eisdem quod,
 sive venerint sive non, ad finalem expedicionem dicti negotii procedemus
 quatenus de jure fuerit procedendum. De die, vero, receptionis Presenciam,
 et quid feceritis in premissis, vel fecerit alter vestrum, ac modo et forma
 executionis hujusmodi, nos, dictis die et loco, distincte et aperte certificet
 qui presens Mandatum fuerit executus, per suas Literas patentes, harum
 seriem continentest.—Datum Criditonie (*sic*).

Collumpton ; *Sentencia Privacionis lata contra H. Steymur, nuper
 Vicarium de Columptone,—*

IN DEI NOMINE, AMEN.—Sicut actis judicij percepimus, habitis primo coram
 dilectis filiis, Magistris Henrico Bloyhou et Willelmo de Nassingtone, et,
 successive, Willelmo de Crouthorne et Ricardo Giffard, clericis juris peritis,
 nostris ad infrascripta Commissariis, ex debito nostri Pastoralis Officii,
 contra Henricum dictum Steymor, qui pro Perpetuo Vicario Parochialis
 Ecclesie de Columptone, nostre Diocesis, se gerit, communiter et divisim,
 prout ex forma Commissionum suarum poterant, ad omnem effectum qui
 ex subscriptis articulis sequi posset procedentibus ; quia dictus Henricus
 Steymor quemdam Mauricium dictum Pottere, de Columptone, parochianum
 suum dicte Ecclesie, sicut publica predicabat infamia, voluntarie interfecit ;
 tum, quia idem Henricus, a tempore quo ipsius Ecclesie regimen sibi
 commissum extitit et possessionem dicte Vicarie pacificam habuit, se
 facere promoveri, cessante legitimo impedimento, ad Sacerdotium, statuto
 a jure Constitutionis dudum Legatorum in Anglia tempore ; vel in
 ipsa Vicaria sua, prout se ad id juxta dicte Constitutionis exigenciam,
 in ipsa Institucione sua, vinculo astrinxit juramenti, personaliter et
 continue residere necelexit, seu non curavit ; tum, quia prefatus Henricus
 Sequestrum in redditibus et proventibus dicte Vicarie, auctoritate nostra
 ordinaria interpositum, cum de dilapidacione dictorum proventuum
 per eundem Vicarium verisimiliter timeretur, ausu temerario scienter et
 contemptibiliter, in contemptum Clavum, presumpserat violare, Majoris
 eo ipso Excommunicacionis Sentenciam, in Sacrosancta Sinodo Exoniensi
 contra hujusmodi temerarios violatores provide latam, dampnabiliter incur-
 rendo ; objectis et editis eidem Vicario, propter premissa ad judicium
 evocato et comparenti, articulis hujusmodi, liteque super eis per eundem
 fol. 176. legitime contestata, ac juramento de calumpnia et de veritate dicenda per
 ipsum prestito in eadem Causa seu negocio ; necnon, ceteris omnibus
 observatis que fuerunt de substancia vel solempnitate ordinis judicarii
 observanda ; necnon, racionibus et allegacionibus dicti Vicarii discussis
 diligenter et auditis ; dicti Magistri Willelmus de Crouthorne et Ricardus

A.D. ad audiendum diffinitivam Sentenciam ferri in dicta Causa seu negocio,
 1333-4. dicto Vicario plures peremptorios competentes terminos assignare cura-
 Vol. II. verunt. Et demum, post Commissiones predictas a nobis datas, ad dictos
 Judices et Processus hujusmodi habitos per easdem, Causam ipsam seu
 negocio, finem sibi imponi cupientes, ad nostrum duximus examen revo-
 candum; prefatoque Vicario ad eundem actum coram nobis denuo et
 peremptorie ac legitime ad judicium evocato, ac diucius expectato, et
 comparere contumaciter non curante; nos, auditis, visis, ac diligenter
 examinatis hujusmodi Cause seu negocii meritis, deliberacioneque inde
 habita nobiscum et cum peritis, Christi Nomine invocato, et habentes pre
 oculis solum Deum; quia liquet, ex productis et actis recitatis in dicta
 Causa seu negocio, quod idem Vicarius neglexit, non curavit, seu omisit
 debito tempore se facere ad Sacerdotium, racionabili causa cessante, promo-
 veri; quinimmo clara probacione comperimus quemlibet articulum criminum
 predictorum, eidem Vicario sic, ut premittitur, objectorum, fuisse et esse
 probatum; necnon in scrutinium nostre consideracionis reducentes quod
 dictus Vicarius, dicta Excommunicacionis Sentencia per plures annos
 ligatus existens, prout et adhuc ligatur, in contemptum Clavium Divina
 celebrare, quin verius prophanare, presumpsit; dicto Vicario sic, ut pre-
 mittitur, per contumaciam absente; in hiis Scriptis pronunciamus, decerni-
 mus, et declaramus dictum Vicarium a dicta Vicaria privatum esse et
 amotum; ipsumque a Vicaria ipsa sentencialiter et diffinitive privamus et
 amovemus, et decernimus actualiter amovendum.—Pronunciata fuit pre-
 dicta Sentencia per Venerabilem Patrem, Dominum Johannem, Dei gratia
 Exoniensem Episcopum, in claustro juxta Capellam suam Manerii sui
 Criditonie, Exoniensis Diocesis, iiiij^{ta} die Januarii, A.D. M^o. CCC^{mo} xxxij^o,
 Indicione secunda, Pontificatus Domini Johannis Pape XXII^{di} Anno xvij;
 presentibus Venerabilibus et discretis viris, Magistris Thoma de Nassington-
 tone, Archidiacono Exonie, Willelmo de Nassington, Canonico Ecclesie
 Exoniensis, Dominis Johanne de Borastone, de Gydesham, J. de Astone, de
 Asshpringtone, Philippo de Nassington, de Asshecombe, Ecclesiarum
 Exoniensis Diocesis Rectoribus, David Alyam, Thoma de Liche, et Nicholao
 Aunger, de Ermyngtone, clericis, Publicis Auctoritate Apostolica Notariis,
 Johanne Sticke, et aliis.

Case of Divorce; *Commissio in Causa Divorcii inter R. de Mohoun
 et E. [de] Bodynneke,—*

Johannes, etc., dilectis filiis, Magistris H. Bloyou, Canonico in Ecclesia nostra
 Cathedrali Exonie, et Bartholomeo de Castro, Rectori Ecclesie Sancti
 Ivironis, iu Cornubia, nostre Diocesis, salutem, etc.—Cum nos alias, diversis
 vicibus ac pluries, Causam seu negocio Divorcii que vel quod inter
 Dominam Elizabetham de Bodenneke, mulierem, Partem atricem provocan-
 tem ad Divorcium, ex parte una, et Dominum Reginaldum de Mohoun,
 reum, ex altera, parochianos nostros, in auditorio nostro vertebatur, diversis
 personis commiserimus audiendam seu audiendum, et fine debito terminan-
 dam seu terminandum, cepissetque dicta Causa nonnullas dilaciones per
 subterfugia et frivolas allegaciones dicti Domini Reginaldi, ut ex parte
 dicte Elizabethae nobis est intimatum; volentes, igitur, prout velle debemus,
 quod dicta Causa debitum sorciatur effectum et fine Canonico terminetur,
 vobis, et utriusque vestrum, de quorum fiducitate et industria plenam in
 Domino fiduciam obtinemus, conjunctim et divisim, ita quod id quod unus
 vestrum incepit alius prosequi seu continuare poterit et finire, ad audi-
 dum, rimandum, et fine Canonico terminandum predictam causam,
 secundum formam retroactorum in dicta Causa hactenus habitorum, vices
 nostras committimus, cum cujuslibet coercionis Canonice potestate;
 quamcumque Commissionem, quibuscumque personis hactenus per nos in
 dicta Causa factam, tenore Presencium revocantes.—Data Criditonie, viij
 die mensis Januarii.

A.D. Dartmouth ; *Absolucio W. Bacon [Executoris Testamenti Wilhelmi 1333- Edward, de Dertemuthe, defuncti]*.—

fol. 4.
Vol. Johannes, etc., dilectis filiis, Presidenti Consistorii nostri Exoniensis, ac universis et singulis nobis Diocesano jure subjectis personis, salutem, etc.—Willelmum dictum Bacoun, de Dertemuthe, a Sentencia Excommunicacionis qua ligatus extiterat propter suam contumaciam, contractam in non comparando coram vobis, Presidente predicto, in negocio ex nostri Officii debito contra eum, ad promocionem Johanne dicte Edward, de Dertemuthe, ut dicitur, instituto,—recepta ab eodem Willelmo de parendo Mandatis Ecclesie et judicio sisti in dicto negocio juratoria caucione,—absolvimus humiliter postulantem. Vobis, igitur, districte precipiendo, mandamus quatinus eundem Willelmum esse per nos sic, ut premittitur, absolutum, cum super hoc fueritis congrue requisiti, publicare solemniter studeatis ; dantes ei, si petierit, probatorias Literas, cum tenore Presencium, de eo quod feceritis in premissis.—Data Criditonie, x die Januarii.—On the following day a Commission was directed to Masters William de Nassyngtome, Canon of Exeter, and Benedict de Pastone, Official of the Peculiar Jurisdiction of the Bishop, to hear and determine the case.

fol. 176b.
The Consistory Court ; *Revocacio Commissionis super Causarum cognicione generali, facte Magistro B. de Pastone*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Benedicto de Pastone, Officiali nostre Peculiaris Jurisdictionis, salutem, etc.—Etsi dudum, pro communi utilitate subditorum, delegaverimus vobis Causarum cognicionem et decisionem in nostra Diocesi generalem ; quia, tamen, sicut docuit experientia, ex hoc Consistorii nostri Generalis detrahitur non mediocriter jurisdictioni et honori, quos desideramus augeri ; nostre intencionis existit quod Cause hujusmodi, eciam si cepte fuerint delegata auctoritate hujusmodi coram vobis, audiantur de cetero et decidantur in dicto Consistorio nostro, insigni loco, ubique copia poterit comode haberi peritorum, per ipsius Presidentem, nisi aliud, vel aliter, nostra indulserit auctoritas vel Commissio specialis. Quocirca vobis mandamus quatinus, a cognitione Causarum hujusmodi cessantes, Partibus coram vobis auctoritate predicta litigantibus, ad comparendum in Consistorio predicto coram ejus Presidente in Causis suis, secundum formam retroactorum coram vobis habitorum processuris, competentes peremptorie terminos prefigatis; dicto Presidenti Processus vestros in dictis Causis habitos, sub sigillo vestro clausos, sive simul sive separatim, una cum plena designacione rei per vos geste et die receptionis Presencium ac tenore, ad dictos dies fideliter transmissuri.—Data Criditonie, *ut supra* (11 Jan.).

Dartmouth ; *Mandatum super Processu contingente W. Bacon*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Presidenti Consistorii nostri Exoniensis, salutem, etc.—Contingencia dilectum filium, Willelmum dictum Bacoun, de Dertemuthe, ad instanciam Johanne dicte Edward, de Dertemuthe, vel alias ex officio coram vobis, occasione sui officii execucionis Testamenti Wilhelmi Edward, de Dertemuthe, defuncti, et totum Processum inde habitum, dilectis filiis, Magistris W. de Nassyngtome, Canonicis Ecclesie nostre Exoniensis, et Benedicto de Pastone, Officiali nostre Peculiaris Jurisdictionis,—quibus ad audiendum et fine debito decidendum predicta vices nostras commisisse meminimus,—sub sigillo vestro clauso, cum celeritate comoda, ne longo dispendio vel subtilitate prorogetur, transmittere studeatis. Prefigendo terminum peremptorium dictis Partibus, quo compareant in Ecclesia Beate Marie Majori, Exonie, secundum retroacta debite processuri ; et denunciacione facta Registrario in Consistorio nostro predicto, quod se presentem ibidem exhibeat, ad annotandum, ne probacio actorum dividatur.—Datum apud Criditone, xj die mensis Januarii, Anno, etc.

A.D. Luppit ; *Absolucionis J. Whiteby, Rectoris Ecclesie de Louepitte*,—

1333. 4. Johannes, etc., dilectis filiis, Archidiacono Exonie et ejus Officiali, ac Decanis Christianitatis Exonie et de Honetone, salutem, etc.—Cum nos Magistrum Vol. II. Johannem de Whiteby, Rectorem Ecclesie de Louepitte, nostre Diocesis, a Sentencia Majoris Excommunicacionis, qua propter suam manifestam contumaciam pariter et offensam, coram nobis, ex Officii nostro debito contra eum procedere intendentibus instituto contractam, per nos extitit legitime innodatus, absolverimus, justicia suadente, Sequestrumque quod, ea occasione, in fructibus, redditibus, proventibus, et obvencionibus dicte Ecclesie de Louepitte, seu ad ipsam provenientibus et spectantibus, vice et auctoritate nostra qualitercumque interpositum, relaxaverimus in forma juris ; vobis conjunctim et cuilibet vestrum insolidum committimus, et, in virtute Obediencie firmiter injungendo, mandamus quatinus dictum Magistrum Johannem sic absolutum, et dictum Sequestrum sic relaxatum per nos esse, publice et solemniter nuncietis et publicetis, diebus, locis, et horis ad hoc competentibus et oportunitatis, et quibus per partem dicti Magistri Johannis congrue fueritis requisiti. Rescribentes nobis, expedito negocio hujusmodi, per Literas vestras patentes, harum seriem continententes, quid feceritis in premissis.—Data in Palacio nostro Exonie, xvij die Januarii, Anno, etc.

[fol.] Broadwoodwidger ; *Appropriacio Ecclesie de Brodwodewiger*,—

7.] Universis Sancte Matris Ecclesie filiis ad quos pervenerit hec Scriptura, Johannes, etc., salutem in Eo Qui est omnium Vera Salus.—Inter sollicitudines humanas Sacram Religionem plantare, et plantatam augere, Sacra- rum Tradicionum digesta dictavit auctoritas precipuum et meritorium summe fore. Sane exhibita nobis pro parte dilectorum filiorum, Prioris et Canonicorum Prioratus de Frithelystoke, Ordinis Sancti Augustini, nostre Diocesis, Petitio continebat, quod dictus Prioratus adeo, ut asserunt, exiliter est fundatus quod Canonici inibi Domino famulantes vix poterunt de proventibus ejusdem, absque mendicitatis obprobrio, sustentari. Quare pro parte ipsorum nobis extitit cum instancia supplicatum ut, eis super hiis

[fol. 7b.] paterno compacientes affectu, Parochialem Ecclesiam de Brodwode Wiger, dicte nostre Diocesis, que de eorum Patronatu existit, prout in Cartis et Munimentis sibi inde confectis vidimus plenius contineri, eis, in usus proprios perpetuo possidendam, in relevacionem necessitatibus hujusmodi et inopie, concedere, unire, et appropriare, servata debita solemnitate, curaremus. Nos, igitur, curis agitati continuis ut dictus Prioratus, et cetera pia Loca nobis Diocesano jure subjecta, valeant a pressuris et penuria nostre cooperacionis ministerio utilius sublevari, ac volentes, predictorum consideracione, eidem Priori et Canonicis, qui ad plenitudinem Conventus non attingunt, pretextu—prochdolor—paupertatis, paterno solicitudine providere, dilectos filios, Capitulum Ecclesie nostre Exoniensis, ad tractandum una nobiscum super Appropriacione Ecclesie de Brodwodewiger predicte et ejus causis, ad infrascriptos diem et locum, cum de hiis tunc non liqueret ad plenum, peremptorie fecimus evocari : habitoque cum eis super illis tractatu solemppni et diligent ; quia comperimus exposita nobis hujusmodi, recepta super eis informacione debita, fore notoria atque vera ; et cupientes animarum saluti tam Walteri quam Thome de Bittone, Exoniensium Episcoporum, Predecessorum nostrorum, necnon et Domini Ricardi de Stapil-done, Militis, Fratris ipsius Walteri, defunctorum, prout ad id votivum in Domino gerimus affectum, consulere, Canonicorum dicti Prioratus numerum pro modo facultatum habendarum convenienter augere, et eorum predictis necessitatibus providere ; de unanimi collaudacione et consensu Capituli nostri prelibati, necnon omnium et singulorum aliorum quorum interest ; concurrentibusque omnibus et singulis que in hac parte requiruntur de jure ; dictam Ecclesiam de Brodwodewiger, cum omnibus suis juribus et pertinenciis universis, predicto Prioratui de Frithelystoke, ac Priori et

A.D. Canonicis ejusdem ibidem Domino servientibus et servituri, in relevacionem
 1333 4. dictarum necessitatium, Canonicorum dicti Loci numeri augmentum, Walteri
 Vol. II. et Thome de Buttone (*sic*), Predecessorum nostrorum, ac Ricardi predictorum
 meritum et suffragium animarum, Pontificali auctoritate concedimus,
 appropriamus, et unimus; juribus nostris Episcopalibus et Ecclesie nostre
 Exoniensis dignitate, ac Loci Archidiaconi, in omnibus semper salvis. Ita
 quod, auctoritate Appropriacionis et Unionis hujusmodi, cedente vel decedente
 dilecto filio, Willelmo de Kaygnis, ad presens ejusdem Ecclesie Rectori,
 prefati Prior et Canonici, per se vel alium seu alios, ejusdem Ecclesie, ut
 premititur vacantis, possessionem libere apprehendere et tenere, fructusque
 ejusdem in usus proprios convertere valeant, nostra vel alterius enjussumque
 Licencia minime requisita. Reservata, tamen, de ipsis Parochialis Ecclesie
 preventibus, Perpetuo Vicario, Canonice instituendo in ea, assignanda per
 nos, Porcione congrua, ex qua idem Vicarius commode sustentari possit et
 Episcopalia jura solvere, aliaque sibi incumbencia onera subportare. Verum,
 quia ferendum non est quod illi recusat onera qui rerum commoda am-
 plectuntur, predicte Appropriacioni, de consensu expresso Capituli nostri
 prelibati ac Fratris Ricardi [de Bittendene], dicti Prioratus Prioris, et Con-
 ventus ejusdem Loci, adicioendo statuimus et eciam ordinamus; videlicet,
 quod dicti Prior et Canonici, infra annum a tempore quo fructus dicte
 Ecclesie predicte percepint numerandum, plenum constituant et habeant
 Conventum tresdecim Canonicorum ad minus, et duos seculares, quorum
 unus sit in Sacris Ordinibus constitutus et alter saltem clericali caractere
 insignitus, qui horis nocturnis pariter et diurnis in Choro dicti Prioratus
 cum Canonicis intersint, in superpelliciis ministrantes et psallentes. Item,
 faciant predictus Prior et Conventus dicti Loci eorumque successores,
 diebus singulis, unam Missam, cum nota, de Beata Gloriosa Dei Genetricie
 Maria, hora competenti, juxta morem Religiosorum sui Ordinis, per unum
 de suis Concanonicis celebrari; quodque eidem Missae ceteri Canonici
 Prioratus predicti, circa negocia Prioratus ejusdem minime debite occupati,
 una cum dictis clericis assistant diligenter et devote; faciantque dicti Prior
 et Conventus, diebus singulis, unam Missam, sine nota, pro animabus
 Walteri et Thome, Predecessorum nostrorum, et Ricardi, predictorum, alias
 in aliis Beneficiorum suorum et omnium fidelium defunctorum, per unum
 de Canonicis suis ad hoc assignandum, Diebus Festivis ante Magnam
 Missam, et non Festivis circa horam terciam, devote celebrari. Et,
 nichilominus, singuli Canonici Conventus supradicti in Missis omnibus quas
 eis contigerit celebrare, predictorum Walteri, Thome, et Ricardi, neenon
 statum salubrem Thome de Stapeldone, aliorumque Coexecutorum
 suorum in Testamento Walteri, Predecessoris nostri predicti, nominatorum;
 et ipsorum, cum ab hac luce migraverint, animas habeant specialiter et pre-
 cipue commendatas. Statuimus, insuper, modo premisso, ac eciam ordi-
 namus, quod dicti Prior et Conventus, annis singulis, hora et tempore com-
 petenti, cum pleno Servicio defunctorum Obitus Predecessorum nostrorum,
 modo quo decet pro Episcopis, ac eciam Ricardi, predictorum, eurent
 solemniter celebrare. Et diebus Obitus tam Walteri quam Ricardi pre-
 fectorum dicti Prior et Conventus, infra septa dicti Prioratus, centum
 pauperes pascant magis indigentes. Proviso quod pauperis cuiuslibet
 refecatio, in pane, potagio, et companagio,¹ ad unum denarium usualis
 monete, secundum estimacionem probabilem, se extendat; neenon, quod
 omnia donaria que Walterus, Predecessor noster prefatus, dicto Prioratui
 dicitur contulisse, ad perpetuam rei memoriam, in Martilogio ibidem scri-
 bantur; et annis singulis, in pronunciacione sui Obitus in Capitulo,
 nominatim recitentur. Percipiat, quoque, Sacrista dicti Prioratus qui pro

¹ Companagium.—Quicquid eibi præter panem et cibum, i.e., cibus qui cum pane in escam datur, ce que l'on mange

avec le pain, viande, fruits, légumes, etc.; olim companage.”—D’Arnis.

A.D. tempore fuerit, annis singulis, perpetuis temporibus, de fructibus, provenientibus, et aliis commodis Manerii de Brodwodewiger, quod dicti Executores, Vol. II. modo premisso et ex dicta causa, dictis Religiosis donarunt, per numeracionem et liberacionem dicti Prioris et successorum suorum, Priorum dicti Prioratus, pro Vestimentis, Libris, et aliis necessariis ad Sacristiam Ecclesie Prioratus ejusdem spectantibus, viginti solidos sterlingorum; de quibus dictus Sacrista, coram Priore pro tempore et Conventu ejusdem Prioratus, seu ad hoc ab eis deputando; necnon, de omnibus aliis ad officium Sacristie predictae spectantibus, fidelem reddat rationem. Nostre, tamen, intencionis non existit quod, si contigerit dictum Manerium, cum suis pertinenciis, vel aliquam partem ejusdem, Advocacionemve Ecclesie prelibate, a Priore et Conventu predictis absque eorum culpa vel negligencia evinci, quod iidem Prior et Conventus ad premissorum observanciam teneantur. Reservamus, insuper, nobis et Successoribus nostris, Exoniensibus Episcopis, super premissis et ea contingentibus, addendi, mutandi, corrigendi, interpretandi, quociens expedire videbitur, potestatem. In quorum omnium testimonium et fidem pleniorum sigillum nostrum, una cum sigillis tam Capituli nostri quam Prioris et Conventus predictorum, fecimus huius apponi.—Acta et data in Capitulo Ecclesie nostre prelibate, xvij die mensis Januarii, Anno ab Incarnatione Domini, etc., M^o. CCC^{mo} tricesimo tertio, Indicione ij^{da}, Pontificatus, etc., Anno xvij; Consecrationis, vero, nostre septimo. Et nos Capitulum predictum, habito super premissis cum dicto Venerabili latre nostro, Domino Episcopo, tractatu diligenti et solempni, dicte Appropriacioni, et ceteris omnibus suprascriptis per ipsum ordinatis et statutis, collaudacionem nostram adhibentes pariter et consensum, nosque Prior et Conventus dicti Prioratus, premissa omnia et singula, quatenus ad nos attinet, rata habentes et accepta, sigilla nostra Presentibus duximus apponenda.—Data, etc. (*ut supra*).

[St. Keverne—Beaulieu Abbey; *De proteccione et salvo conductu*,—Rex omnibus Fidelibus suis ad quos, etc., salutem.—Cum dilectus nobis in Christo, Abbas de Bello Loco Regis, Persona Ecclesie Sancti Kaverni, in Cornubia, mittat dilectos nobis, Fratrem Willelmum de Pedertone et Fratrem Ricardum de Hynedone, Comonachos suos, ad Partes Comitatus Cornubie, ad Ecclesiam predictam custodiendum; necnon, ad fructus et obvaciones inde provenientes, ac quendam annum redditum de Villa de Hellestone, in Comitatu predicto, colligendum, et ad opus ipsius Abbatis recipiendum; suscepimus in protectionem et defensionem nostram, necnon in salvum et securum conductum nostrum, predictos Willelmum et Ricardum, in eundo versus Partes predictas, ibidem morando, seu exinde redeundo. Et ideo vobis mandamus quod eisdem Willelmo et Ricardo, aut hominibus de familia sua, in persona aut rebus suis, cum ipsis per vos transitum facere contigerit in eundo versus Partes predictas, ibidem morando, seu exinde redeundo, sicut predictum est, non inferatis, seu quantum in vobis est ab aliis inferri permittatis injuriam, molestiam, dampnum, impedimentum aliquod seu gravamen. Et si quid eis foris factum fuerit, id eis sine dilacione faciatis emendari. Nolumus, enim, quod de bladis suis, equis, caretis, cariagiis, viciualibus, aut aliis bonis seu catallis ipsius Abbatis in Ecclesia sua predicta, seu alibi in Comitatu predicto, contra voluntatem suam seu predictorum Willelmi et Ricardi, ad opus nostrum seu aliorum, per ballivos seu ministros nostros, aut alterius cuiuscumque, capiatur. In cujus rei, etc.,—per biennium duraturas.—Teste Rege, apud Wodestoke, xvij die Januarii.—Rot. Pat. 7 Edw. III., p. 2, m. 4 (F.J.B.)].

[fol. 8.] Bere-Ferrers; *Appropriacio Ecclesie de Byr, pro Archipresbitero et Sociis suis*,—

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis ad quos pervenerit hec Scriptura, Johannes, etc., salutem in Eo Qui est omnium Vera Salus.—Quia presentis vite

A.D. condicio statum habet instabilem et ea que visibilem habent essensiam (*sic*)
 1333-4. tendunt visibiliter ad non esse, dilectus filius, Dominus Willelmus de
 Vol. II. Ferariis, Miles, hoc salubriter cogitans et ea ratione desiderans diem sue
 peregrinacionis extremum salubri dispositione prevenire, nobis cum instantia
 supplicavit ut in Parochiali Ecclesia de Bir, nostre Diocesis, in qua idem
 Miles jus optinet Patronatus, quamque ex devocione de novo construxit
 competenter suis sumptibus et decenter, Perpetuum Archipresbiteratus
 Officium et infrascriptum Presbiterorum numerum, ad Divini Cultus aug-
 mentum, modis et porcionibus subdistinctis Pontificali auctoritate statuere
 et ordinare, servata solemnitate debita, curaremus. Considerantes, igitur,
 quod illa sunt benigno concedenda favore per que Divinus Cultus augeri
 valeat et salus animarum non mediocriter procurari, dilectos filios, Capitulum
 Ecclesie nostre Cathedralis Exonie, ad tractandum una nobiscum
 super premissis et eorum causis, ad subscriptos diem et locum peremptorie
 fecimus evocari; habitoque cum eis super hiis tractatu solemppni et diligentem
 dicto die, demum de predicti Capituli nostri et prefati Militis, ac omnium
 aliorum et singulorum quorum interest, collaudacione et consensu, concur-
 rentibus omnibus aliis et singulis que requiruntur de jure, super petitis
 hujusmodi per dictum Militem, et circa ea, in Scriptis ordinavimus,
 providimus, et statuimus, sub forma quam, ut clariss pateat exemplum,
 Presentibus fecimus annotari; ut, videlicet, dilecto filio, Reginaldo [Pipard],
 nunc Rectore predice Ecclesie de Bir, cedente vel decedente, Persona
 idonea sciencia et moribus ac Sacerdocio constituta, que non solum Clerici
 ponendi in eadem et amovendi cum expediens videbitur, verum eciam
 [fol.8b] Presbiterorum predictorum et parochianorum quorumcumque predice
 Ecclesie sollicitudinem et curam animarum gerat et excerceat in eadem;
 queque per verum Patronum ejusdem Ecclesie, infra duos menses ab ipsius
 vacacionis tempore continue numerandos, velud Archipresbiter, et appella-
 cione Archipresbiteri, necnon omnibus et singulis vacacionibus aliis predicti
 Archipresbiteratus, modo premisso nobis et Successoribus nostris Exoniensibus
 Episcopis instituendus presentetur et instituatur Archipresbiter in
 eadem; mox in Institucione sua hujusmodi prestito per eum, juxta formam
 Constitucionis Reverendorum Patrum, Otonis et Octoboni, quandam Sedis
 Apostolice in Anglia Legatorum, faciente ibidem residencie corporalis et
 continue juramento; alioquin ipsius Archipresbiteri Institutio nullius
 penitus sit momenti. Si, vero, predictus Patronus in mora fuerit infra
 predictum terminum presentandi, ad nos et Successores nostros, Exonienses
 Episcopos, ea vice predicti Archipresbiteri provisio devolvatur. Item, quod
 idem Archipresbiter quatuor Presbiteros, suos Socios, idoneos et honestos,
 nobis, et Successoribus nostris hujusmodi qui pro tempore fuerint, per
 eundem Patronum post creacionem predicti Archipresbiteri, ac postmodum,
 eis vel eorum subrogatis cedentibus seu decedentibus, infra prefatum
 terminum nominandos et nostrarum ac Successorum nostrorum hujusmodi
 auctoritate Literarum, omissa solemnitate qualibet Inquisicionis et
 Inductionis in aliis servari solite, loco cedencium vel decedencium Presbi-
 terorum predictorum subrogandos recipiat et secum optineat; quos,
 cessante causa rationabili, nolumus a quoquam amoveri; et per eos omnes
 Divinum Officiuni, diurnum pariter et nocturnum, in predicta Ecclesia de
 Bir convenienter et debite celebretur; ut, videlicet, preter Horas Canonicas
 et Missam de die, plenum Servicium tam pro vivis quam pro defunctis,
 scilicet, *Placebo* et *Dirige* et *Commendacionem* animarum; necnon, tres
 Missas pro mortuis, cum officio *Requiem eternam*, et quartam de Beata
 Maria, Dei Genetrice, cessante impedimento legitimo, cotidie dicere tene-
 antur. In quibus Missis et aliis oracionum suarum suffragiis pro salubri
 statu predicti Militis et Matillidis uxoris ejusdem, ac nostro, necnon
 liberorum predictorum Militis et Matillidis, dum vixerint et vixerimus, et
 pro animabus eorundem et nostra cum ab hac luce migraverint vel migra-
 verimus, et pro animabus Reginaldi de Ferariis, Militis, ac Margerie uxoris

A.D. sue, necnon Rogeri de Carmiuow, Militis, ac eciam Johanne uxoris sue, et
 1333-4. pro animabus omnium Fidelium defunctorum specialiter orare; Matutinas,
 Vol. II. quoque, et alias Horas Canonicas, nocturnas et diurnas, Missas de die et de
 Beata Virgine Maria, cessante impedimento legitimo, psallere teneantur.
 Proviso quod prima Missa, hora prima diei vel tercia, de Beata Maria et de
 die ultima, medie vero pro defunctis, diebus singulis celebrentur. Proviso,
 eciam, quod vicissim ebdomadarii existant, ipsumque Archipresbiterum
 predicti Presbiteri, cum oporteat, in cura juvent et regimine animarum,
 ejusque iudicio et ordinacioni, tam in hiis que Dei sunt quam honestatis, se
 subjiciant cum omni reverencia et timore; ad que ipsorum singulos, in
 eorum Admissione, corporali astringi volumus juramento. Statuimus,
 insuper, et ordinamus quod idem Archipresbiter, ratione regiminis anima-
 rum et supportacionis sue aliorum onerum eidem Ecclesie, ad instar
 aliorum Curatorum, disponendi de bonis ejusdem Ecclesie plenam et liberam
 habeat facultatem. Proviso, tamen, quod tam ipse quam alii Presbiteri
 supradicti, quos per eum volumus sibi Socios appellari, sub eodem
 tecto simul continue se reficiant et habitent in communi; quodque,
 nichilominus, idem Archipresbiter de bonis provenientibus de predicta
 Ecclesia singulis Presbiteris predictis, pro stipendiis et vestibus, preter et
 ultra victualia que subministrabit eisdem, duas marcas sterlingorum ad
 Festa Sancti Michaelis et Pasche, per equales porciones, annis singulis
 solvere teneatur. Et sibi caveant tam idem Archipresbiter quam Sacerdotes
 quod, sicut in refectione et cohabitacione, ita pares sint, si commode poter-
 unt, in vestis colore et honestate. Et, ut eorum unicuique provideri valeat
 eo proprie de dicta veste, non queratur quod preciosum vel subtile, set
 quod utile, valeat inveniri. Sit, eciam, vestis ipsa rotunda per circuitum et
 non cissa. Utantur, quoque, singuli in execucione Divini Officii superpelliciis
 et nigris almiciis, velut Vicarii in nostra Ecclesia Cathedrali. Habeant,
 eciam, unum in Diaconatus vel Subdiaconatus Ordine constitutum, vel
 saltem clericali caractere insignitum, in arte legendi et cantandi sufficienter
 instructum, octo solidos sterlingorum pro vestibus et aliis necessariis suis,
 ultra victualia, annuatim percepturum ab eodem; qui secum cantet et
 Divinum Ministerium exequatur, et alias in eorum communibus negotiis
 intrinsecis sit, si expediatur et deceat, occupatus, prout idem Archipresbiter
 duxerit ordinandum. Si, vero, contigerit dictorum Presbiterorum aliquem
 coram eodem judice competenti, uno vel pluribus, seu eciam coram dicto
 Archipresbitero, ter de peccato carnis legitimate convinci manifeste, vel extra
 dictam Ecclesiam celebrare, nisi rationabilis causa suberit a predicto Archi-
 presbitero approbata, vel forsitan predictus Patronus aliquem eorum secum
 optaverit pro Missis celebrandis seu aliis negotiis rationabilibus et honestis,
 —quo casu nolumus absentem Presbiterum hujusmodi ultra quindecim dies a
 dicta Ecclesia in absencia remanere,—monitione precedente legitima compe-
 tenti tempore facta, a Societate predicta, auctoritate Diocesana, amoveatur
 protinus, et alias loco ejusdem idoneus modo premisso subrogetur. Singuli,
 insuper, Presbiteri prenotati dicto Archipresbitero singulis mensibus ad
 Confessionem semel accendant. Nullusque eorum discordiam provocet, con-
 clamacionem moveat, impetumve committat. Ad hec premissis adipicimus,
 pro nobis et Successoribus nostris, Exoniensibus Episcopis, quod in vaca-
 [fol. 9.] cionibus singulis predicti Archipresbiteratus illa percepcione proventuum,
 ratione Custodie durante vacacione hujusmodi, contentari volumus et
 debemus, quos idem Archipresbiter, si viveret, esset pro Porcione sua dis-
 creta libere percepturus. Ut, autem, contra dispendium quod parari posset
 forsitan Ecclesie nostre Exoniensi per modificacionem hujusmodi delibera-
 cione provida consultatur, statuimus et ordinamus modo premissorum quod
 predictus Archipresbiter, Archipresbiteratus predicti nomine, annis singulis,
 ad quatuor anni terminos principales, Camere Capituli prediche nostre
 Ecclesie viginti solidos sterlingorum, in melioracionem victus puerorum
 choristarum, in ipsa Ecclesia nostra psallencium et ministrancium, inte-

K

A.D. 1333-4. graliter convertendos, eciam per juramenti vinculum perpetuo solvere teneatur. Quos, quidem, pueros chorustas singulos artari volumus quod, Vol. II. singulis annis, futuris temporibus imperpetuum, postquam predictam pensionem perceperint, die Obitus tam dicti Domini Willelmi, Militis, quam Matillidis uxoris sue predicte, singula Psalteria dicere teneantur; juribus nostris Episcopalis ac Loci Archidiaconi Ecclesieque nostre Exoniensis dignitate, ac predicta pensione viginti solidorum annua, in omnibus semper salvis. In quorum omnium testimonium et fidem pleniorum, sigillum nostrum Presentibus duximus apponendum.—Data in Domo Capitulari predicte Ecclesie nostre, xvij die mensis Januarii, Anno Domini M^o. CCC^{mo} tricesimo tertio, et Consecrationis nostre septimo.—Et nos, Capitulum Ecclesie Cathedralis Exoniensis sepedicte, premissis Ordinacioni, Provisioni, et Statuto, per dictum Patrem, ut premittitur, habitis et factis, nostrum expressum prebemus assensum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune, sub die, mense, anno, et loco predictis, hiis duximus apponendum.—Et ego, Willelmus de Ferariis, Miles predictus, premissis omnibus, quatenus ad me attinet, expressum prebeo assensum, et sigillum meum hiis apposui in testimonium premissorum.

fol. 176b. Plymouth; *Commissio ad audiendum negotium super diminucionem Vicarie de Suttone,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Magistris Thome de Nassingtone, Archidiacono Exonie, et Willelmo de Crouthorne, Officiali nostro, salutem.—De vestra fidelitate et industria circumspecta plurimum confidentes, ad audiendum Causam seu negotium que vel quod coram nobis vertitur super diminucionem Vicarie Ecclesie Parochialis de Suttone, nostre Diocesis, seu ejus occasione, inter Religiosos Viros, Priorem et Conventum Monasterii Plymtonie, Ordinis Sancti Augustini, dicte nostre Diocesis, actores seu promotores, ex parte una, et Magistrum Willelum de Wolleghe, Vicarium Ecclesie de Suttone, reum, ex altera, eandemque fine debito terminandum, ac cognoscendum et procedendum in eadem secundum formam retroactorum in dicta Causa hactenus habitorum; vobis, cum cuiuslibet cohercionis Canonice potestate, tenore Presencium committimus vices nostras. Quod si hiis exequendis ambo vestrum nequieritis interesse, unus vestrum, alterius non expectata presencia vel absencia excusata, in dicta Causa seu negocio procedat.—Data in Palacio nostro Exonie, xvij die Januarii, Anno, etc.

fol. 177. Archdeaconry of Cornwall; *Commissio Sequestratoris Generalis in Archidiaconatu Cornubiensi,*—

Johannes, etc., dilecto filio, Domino Stephano [de Reswalstes], Perpetuo Vicario Ecclesie de Behethelan [St. Gluvias], nostre Diocesis, salutem, etc. —De tui fidei puritate et circumspicione [et] industria ad plenum confidentes, te in Archidiaconatu Cornubiensi Sequestratorem nostrum Generalem deputamus, cum cuiuslibet cohercionis Canonice potestate; necnon, colligendi quecumque obveniencia de Jurisdiccione nostra occasione Visitacionis nostre ultime Archidiaconatus predicti; et quod inde decreveritis per quamcumque Censuram Ecclesiasticam exequendi potestate.—Data apud Otery Sancte Marie, xx^{mo} die Januarii, Anno, etc.

Testamentary; Mandatum ad revocandum attemptata per Archidiaconum Cornubie in prejudicium Domini, super Probacione Testamenti J. de Carmynou, Militis,—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Henrico Bloyou, Canonicus Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, etc.—Dudum Nobili Viro, Domino J. de Carminou, Milite, familiari nostro, Archidiaconatus Cornubiensis in Ecclesia nostra Exoniensi, nobis in remotis agentibus; viam universae carnis ingresso; cum dilectus filius, Adam de Carleton, dicti Archidiaconatus Archidi-

A.D. 1333-4. aconus, et sui Officiales, ad recepcionem Probacionis Testamenti dicti Militis, et alia que circa idem Testamentum occurrerent judicario ordine Vol. II. facienda, dicerentur, non absque temeritatis andacia, usurpare; vos, quem Jurisdiccionis nostre in absencia deputavimus defensorem, prout relacione vestra verbala intelleximus, extiteratis de Jurisdiccione nostra ordinaria in premissis palam, publice, ac legitime protestatus. Cum, autem, dictus Miles nedium erat, ut premittitur, familiaris noster, set nobilis genere, diviciis, et honore, ac pro tali communiter habitus et reputatus; quarum pretextu condicionum ad nos dicti Militis Testimenti Probacionis recepcionem et premissa alia ad nos pertinuerunt et pertinent, tam de consuetudine quam de jure; vobis, de cuius fidei puritate et circumspeditionis industria in Domino confidimus, committimus et mandamus quatinus, vocato dicto Archidiacono, et aliis quorum interest, quid inveneritis per eos, vel eorum aliquem, in nostri prejudicium in premissis temere attemptatum decernentes inane et iritum revocantes (*sic*), et alia omnia et singula faciatis ulterius que sunt secundum juris ordinem facienda; contradicentes et rebelles per quacumque Censuram Ecclesiasticam, nostra auctoritate, ratione previa, compescendo.—Datum apud Otery Sancte Marie, vicesimo die mensis Januarii, Anno, etc.

[fol. 185.] *Dimissorie,—*

Venerabili in Christo Patri ac Domino, Domino Ricardo [de Bury], Dei gracia Dunolmensi Episcopo, Johannes, Ejusdem miseratione Exoniensis Episcopus, salutem, et fraterne dilectionis continuum incrementum.—Ut dilectum filium, Johannem de W. (*sic*), accolitum, nostre Diocesis, ad omnes Sacros Ordines, cum ad illos recipiendos literatura, moribus, et etate inventus fuerit idoneus, ad titulum vestrum liceat promovere, eo non obstante quod de nostra Diocesi oriundus existit, dummodo aliud sibi non obviet de Canonicis Institutis, Licenciam Paternitati vestre reverende, tenore Presentium, concedimus et liberam facultatem.—Data apud Chuddeleghe, viii die Februarii.

fol. 177. *Exeter; Commissio ad instituendum S[imonem] de Eprestone in Ecclesia Sancti Olavi, Exonie,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Johanni de Nassingtone, Archidiacono Barnastapolie in Ecclesie nostra Exoniensi, salutem, graciā, et benedictionem.—Ad recipiendum Literas Inquisitionis faciē, nostra auctoritate, super vacacione Ecclesie Parochialis Sancti Olavi, Civitatis Exoniensis, ut dicitur vacantis, et aliis articulis consuetis; et, si Inquisitionem eandem inveneritis pro Presentantibus rite facere et Presentato, nullumque Canonicum eis obstare, ad admittendum, eciam, tunc hujusmodi Presentatum ad ipsam Ecclesiam et eum Canonice instituendum in ea, ac in corporalem possessionem ejusdem Ecclesie, cum omnibus suis juribus et pertinenciis universis, induendum, seu induci faciendum; et omnia alia et singula faciendum et exequendum que in premissis, vel circa ea, necessaria fuerint vel eciam oportuna; juribus nostris Episcopalibus et Ecclesie nostre Exoniensis dignitate nobis semper salvis; vobis, de cuius fidelitate et industria confidimus, vices nostras committimus, cum cujuslibet cohercionis Canonice potestate.—Data apud Eboracum, quarto Kalendas mensis Marcii [26 Feb.], A.D. M^o. CCC^{mo} tricesimo tertio, et Consecrationis nostre septimo.

Dimissorie,—

Master John de Nortone, R. of Lawhitton, "ad Ordinem Presbiteratus" (York, 27 Feb.)

— Ralph Bisshop (*margin*, Bisshop), clerk, "ad omnes Minores Ordines quos nondum assecutus extiterat, et ad Ordinem Subdiaconatus; ita quod Ordinatori suo titulum exhibeat sufficientem" (same date).

Uplyme [Uplym, MS.]; Sir Nicholas Pinnoke, priest, R.,—

A.D. Licence of non-residence for a year, "causa insistendi obsequiis Domini 1333- Thome Weste, Militis" (York, 28 Feb.)
4.

Vol. Blisland [Blistone, MS.] ; Sir Robert de Bokyngham, priest, R.,—
II. Licence of non-residence for a year, "causa insistendi obsequiis Domini [fol. 177b.] Johannis Inge, Justiciarii Domini Regis" (York, 3 March).

[fol. 25.] Acquittances ; *Finalis acquietancia Icherii de fructibus reservatis*,—
IN NOMINE DEI, AMEN.—Anno Ejusdem, secundum Computacionem Anglicanam, M° CCC^{mo} tricesimo tercio, Indicione secunda, die septima decima mensis Marcii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Domini Johannis, Divina Providencia Pape XXII^{di} Anno xvij ; in presencia mei, Notarii, et testium infrascriptorum personaliter constitutus, Venerabilis et discretus vir, Dominus Icherius de Concoreto, Canonicus Saresbiriensis, dicti Domini nostri Pape et Apostolice Sedis in Anglia, Scocia, Wallia, et Hibernia Nuncius, ac Collector fructuum primi anni Beneficiorum Ecclesiasticorum Anglie vacancium infra triennium, et a fine ejusdem triennii infra unum alium annum extunc continue completur, nuper transactum, per dictum Dominum nostrum Papam, sub certa forma, reservatorium ; recognovit et in veritate confessus fuit se receperisse et habuisse, in peccunia numerata, a Reverendo Patre, Domino Johanne, Dei gratia Exoniensi Episcopo, Subcollectore dictorum fructuum in suis Civitate et Diocesi Exoniensibus per eundem Dominum Nuncium deputato, ac Magistro Ricardo de Wideslade, Thesaurario Ecclesie Exoniensis, ad levandum et recipiendum fructus hujusmodi ejusdem anni Beneficiorum Ecclesiasticorum subscriptorum, que, ut dicitur, infra tempus Reservacionis hujusmodi, prout infra distinguitur, vacaverunt ; videlicet, primo anno Reservacionis ejusdem,—de Ecclesia de Ayschpringtone ixli. xiijs. iiijd., de Ecclesia de Churlestone iiijli. xiijs. iiijd., de Ecclesia de Clisthidone cvjs. viijd., de Ecclesia de Devenebury vjli., de Thesauraria Ecclesie Exoniensis xxxijli., de Ecclesia de Lintone et Comptesbury, Archidiaconatui Barnastapoliensi annexa, vjli. xiijs. iiijd., de Medietate Ecclesie de Ermington vjli., de Ecclesia de Shevioke cvjs. viijd., de Ecclesia de Calistoke cs., de Ecclesia de Uplim viijli., de Ecclesia de Brattone [Clovely] xijli., de Ecclesia de Southleghe iiijli. vjs. viijd., de Ecclesia de Silphertone viijli. xiijs. iiijd. Summa premissorum, que primo anno Reservacionis vacaverunt, ut predicitur, cxijli. xiijs. iiijd.—De illis que secundo anno dicte Reservacionis vacaverunt ; videlicet, de Ecclesia Sancte Mabene viijli., de Ecclesia de Lannyvet viijli., de Prebenda seu Porcione que fuit Galfridi Lucy in Ecclesia Sancte Tethe iiijli. xs., de Ecclesia de Morteho vjli. xiijs. iiijd., de Ecclesia de Whitechurche vjli. xiijs. iiijd., de Ecclesia de Northeliew viijli., de Porcione Thome de Esse in Ecclesia de Tuvertone vjli. xijd., de Ecclesia de Lappeforde vjli. Summa premissorum que dicto secundo anno vacaverunt liijli. xvijs. viijd.—De illis que tertio anno dicte Reservacionis vacaverunt ; videlicet, de Ecclesia de Wideworthe cs., de Ecclesia de Avetone Gyffard viijli. xiijs. iiijd., de Ecclesia Sancte Felicitatis [St. Phillack] viijli. xiijs. iiijd., de Ecclesia de Bikeleghe vjli., de Ecclesia de Rakerneforde iiijli. ijs. Summa premissorum que dicto tertio anno vacaverunt xxxli. viijjs. viijd.—De illis que quarto anno dicte Reservacionis vacaverunt ; scilicet, de Ecclesia de Rokebeare cs., de Ecclesia de Morcharde vjli. xiijs. iiijd., de Ecclesia de Essewater xijli., de Ecclesia de Tetteborne vjli. xiijs. iiijd., de Ecclesia de Boneleghe iiijli. vs., de Ecclesia de Lanreithou vjli. vjs. viijd., de Ecclesia de Ilferdiccombe xxvjli. xiijs. iiijd., de Ecclesia de Jacobistowe vjli., de Ecclesia de Northille vjli., de Ecclesia de Teyngtöne Dreue [Drewsteignton] ixli. xiijs. iiijd., de Ecclesia de Whitechurche vjli. xiijs. iiijd. Summa premissorum que dicto quarto anno vacaverunt lxxxvli. xviijs. iiijd.—Summa Summarum premissorum quatuor annorum, ut prefertur, cclxxxxijli. xviijs. ; de quibus ducentis nonaginta tribus libris et xvij solidis dictus Dominus Nuncius et Collector quitavit perpetuo dictum Dominum Epi-

A.D. scopum et Ecclesiam suam Exoniensem, Magistrumque Ricardum predictum, 1333-4. heredes, successores, et executores suos et eorum cuiuslibet, tenore presentis Vol. II. Publici Instrumenti, acti in Manerio de ȝeveneye juxta Londonias, Londoniensis Diocesis, in quo inhabitabat dictus Dominus Nuncius, Anno, Indicione, mense, die, et Pontificatu predictis; presentibus discretis viris, Magistro Willelmo Skynarde, Rectore Ecclesie Beate Marie Magdalene Cantuariensis, David Alyam, Canonico Ecclesie Criditonensis, et Isarvo de Vallegodorio, domicello, Exoniensis et Caturicensis Diocesium, et pluribus aliis testibus, ad hoc vocatis et rogatis.—Et ego, Colmus Draperii, de Vincentone, clericus, Antisiodorensis Diocesis, Publicus Apostolica et Imperiali Auctoritate Notarius, confessioni, recognicioni, quietacioni, ac aliis omnibus et singulis suprascriptis, una cum dictis testibus, presens fui, eaque sic fieri vidi et audivi, scripsi, et in hanc Publicam Formam redigi, signoque meo signavi, rogatus, in testimonium premissorum.—Et nos, Icherius, Nuncius et Collector prefatus, approbando et ratificando omnia et singula supra- scripta, sigillum Officii nostri huic presenti Publico Instrumento duximus apponendum, Anno et die supradictis.

fol. 177. *Dimissorie,—*

177. Sir Serlo de Penfran, deacon, R. of St. Pinnock, "ad Ordinem Presbiteratus; . . . ad titulum promocionis sue prediche, etc." (Faringdon, *Hants*, 18 March). — Roger de Esse, clerk, R. of Lesnewth, "ad omnes Minores Ordines quos nondum fuit assecutus, et ad Ordinem Subdiaconatus; ad titulum promotionis sue hujusmodi" (Faringdon, 19 March).
- fol. 177b. — Richard Mareys, accolite, R. of St. John in Cornwall, "ad Ordinem Subdiaconatus; ad titulum promotionis sue hujusmodi" (Faringdon, 20 March). — John de Coletone, accolite, R. of Rakenford, "ad Ordinem Subdiaconatus; ad titulum provisionis sue hujusmodi" (same date). — Walter Mewy, subdeacon, R. of Inwardleigh, "ad Ordinem Diaconatus; dummodo de conversacione sua laudabili et honesta in Universitate Oxonie, in qua causa studiorum conversari dicebatur, Ordinatori suo sufficienter docuerit, aliquo sibi Canonico non obstante" (Faringdon, 23 March).

Cornworthy Priory; *Commissio pro Vacacione Prioratus de Cornworthe,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Henrico Bloyou, Canonico Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, graciā, et benedictionem.—Ad regimen Prioratus de Corneworthy, nosre Diocesis, ad presens Priorissa parentis,¹ tam in temporalibus quam in spiritualibus, prout et in quantum ad nos, jure Diocesano, cura Prioratus ejusdem, eo vacante, spectare dinoscitur; de vestre circumspencionis industria notam experientiam optinentes, vos vice nostra depatum, cum cuiuslibet cohercionis Canonice potestate; proviso potissime quod Moniales ibidem arceantur ad debitum Observancie Regularis.—Data apud Farndone, xxiiij^{to} die Marcii.

¹ By the death of Johanna de Fysshacre.

Mutatio Annī Encarnacionis Domini.

Anno Domini Millesimo tricentesimo tricesimo quarto
incipiente, et Consecrationis Domini septimo.

A.D. Rackenford [Rakerneforde, MS.]; John de Coletone, subdeacon,
1334. R.—

II. *Dispensation*: non-residence for a year, to study at Oxford, or elsewhere in
England (Faringdon, 26 March).

178. St. John in Cornwall; Master Richard Mareys, subdeacon, R.—
Dispensation: non-residence for a year, to study at any University in England
(same date).

Truro [Truru—margin, Treureu, MS.]; *Dimissorie*,—
Reginald Pridiaux, accolite, R., “ad Ordinem Subdiaconatus; ad titulum
promotionis sue (Faringdon, 27 March).

St. Mawgan-in-Kerrier; *Commissio ad audiendum negocium super
Presentacione J. Farman ad Ecclesiam Sancti Maugani in
Kerier*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Magistro Henrico Bloyou, Canonico Ecclesie
nostre Exoniensis, et Ricardo Gyffarde, Rectori Ecclesie de Essewater,
nostre Diocesis, Commissario nostro Generali, salutem, graciam, et bene-
dictionem.—Presentato nobis olim dilecto filio, Magistro Johaune Farman,
clericu, per generosum virum, Dominum J., Comitem Cornubie', illustris
Regis Anglie filium, ratione minoris etatis Johannis de Walesbru sub cura
sua existentis, ad Ecclesiam Sancti Maugani in Kerier, nostre Diocesis,
velud vacantem, et ad dicti Comitis Presentacionem, ut asseritur, spectan-
tem ex dicta causa; mandavimus et fecimus, inter cetera consueta capitula,
de vacacione dicte Ecclesie diligenter inquire. Verum, quia ex tenore
Literarum Inquisitionis predicte, ad nos remissem, videtur sufficienter liquere
dictam Ecclesiam de dilecto filio, Magistro Roberto Seneschal, qui pro
Rectore ejusdem et Canonico possessore se gerit titulo Institucionis Canon-
ice, plenam esse, Admissionem Presentati ad eandem Ecclesiam providimus,
prout convenit, differendam²; cupientes, servata gravitate judicia et
juris ordine, de premissis debite informari. De vestra, igitur, circum-
speccionis industria gerentes in Domino fiduciam, ad audiendum et fine
debito terminandum totum dicte Presentacionis negocium, cum contingen-
tibus, emergentibus, et dependentibus ab eodem, vobis committimus vices
nostras, cum cuiuslibet cohercionis Canonice potestate. Quod si non ambo
hiis exequendas intereritis, vos, Magister Henrice, solus ea nichilominus
exequi studeatis; proviso [quod] de Processu per vos habito seriose curetis,
finito negocio concordia licita vel judicio, nos cerciorare per Literas vestras
patentes, vel per Publicum Instrumentum continens hunc tenorem; ut,
vestra relacione recepta, faciamus ulterius quod cum Deo fuerit faciendum.
Ne, autem, contentorum in Literis dicte Inquisitionis ignari, vagetis propter
hoc sub incerto, exemplum ejusdem de verbo ad verbum vobis transmitti-
mus, sub sigillo nostro inclusum.—Data apud Farndone, v^{to} Kalendas
Aprilis [28 March].

[fol. 178b.] Morthoe [Morteho, MS.]; Sir Henry de la Mare, R.,—
Licence of non-residence for a year, to study in England (Faringdon, 3 April).

¹ John of Eltham, second son of K.
Edw. II.

² The Benefice became vacant later on,
when the Earl presented John de

Shrouesbury (probably John Farman,
called “de Shrouesbury”), who was
instituted, 2 May, 1335 (vol. iii, fol.
32^b).

A.D. Faringdon (Hants); *Convencio facta inter Dominum et Dominum*
 1334. *Hugonem de Sancto Johanne, Militem,—*

Vol. II. Universis ad quos presens Scriptum pervenerit Hugo de Sancto Johanne,
 fol. Miles, salutem.—Noveritis quod cum controversia et litis materia mota
 178. fuissest inter Venerabilem Patrem, Dominum Johannem de Grandissono,
 Dei gratia Episcopum Exoniensem, consanguineum meum,¹ et me de
 quadam haya et quodam palicio de novo per me factis super Australem
 partem unius fossati, juxta Parcum meum de Cheautone, a via Regis que
 dicit de Chautone versus Tystede usque partem Orientalem de Roungrave
 in longitudine, ubi dictus Dominus Episcopus clamat solum et propri-
 tatem; ego, predictus Hugo, habito respectu ad clamum dicti Domini
 Episcopi generisque ipsius nobilitatem, et mutuam inter nos consanguini-
 tatem, totum jus et clamum quod habui in illa parte dicti fossati, cum
 haya et frebordo versus terram dicti Episcopi de Farndone, dicto Domino
 Episcopo ad totam vitam suam remitto per Presentes; et concedo quod
 palicium predictum amoveatur, et super crestam dicti fossati Parco meo
 predicto proximiorem, prout antiquitus fuerat ponatur et firmetur. In
 eujus rei testimonium sigillum meum, etc.; —hiis testibus, Johanne de
 Tychebourne et Roberto Popham, Militibus, Thoma de Nortone, Willelmo
 de Rutherforde, Johanne atte Hacche, et aliis.—Data apud Chautone [Hants],
 etc., quinto die Aprilis, Anno Regni Regis Edwardi Tercii a Conquestu
 octavo.

fol. 178b. St. Just in Penwith [*Inquisicio super vacacione, etc.*].—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Willelmo de Nassingtone, Canonico
 Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, etc.—Ne Ecclesia cupiditate filiorum
 degenerum eludatur, et nostra Jurisdiccione collusione Presentancium ad
 Ecclesiam infrascriptam et Presentatorum; quas tum propter hujusmodi
 Presentancium ad ipsas variaciones, tum propter Presentatorum hinc inde
 callidas machinaciones timere verisimiliter debeamus; ad recipiendum
 Literas Inquisitionis super vacacione Ecclesie Sancti Justi in Penwithe,
 nostre Diocesis, vacantis, et aliis articulis consuetis, nostra auctoritate facte,
 eo non obstante quod ipsam Inquisitionem aperuimus, que pro Presentante
 et Presentato² ad ipsam Ecclesiam prima facie facere videatur, et denuo
 sigillo nostro consignatam, quam vobis mittimus indagandam; si, scrutatis
 per vos in hac parte scrutandis, ipsam Inquisitionem pro Presentante rite
 facere inveneritis et Presentato, nullumque Canonicum eis obstat, ad
 admittendum, et tunc, hujusmodi Presentatum ad ipsam Ecclesiam, et eum
 Canonice instituendum in ea, ac in corporalem possessionem ejusdem
 Ecclesie, cum omnibus suis juribus et pertinenciis universis, inducendum,
 seu induci faciendum, Canonice Obedience prestationem, prout moris est,
 recipiendum, et omnia alia et singula faciendum et excercendum que in
 premissis et circa ea necessaria fuerint seu eciam oportuna, juribus nostris
 Episcopalibus et Ecclesie nostre Exoniensis dignitate in omnibus semper
 salvis; vobis, de cuius fidelitate et industria confidimus, vices nostras
 committimus, cum cujuslibet cohercionis Canonice potestate.—Data apud
 Farndone, x^o die Aprilis. [It is evident that the Commissary's report was
 not wholly satisfactory, for he did not proceed to institute. A pen has
 been put through the Entry, and the following memorandum appears in the
 margin,—“Dominus instituit eum apud Cliste, xx^o die Aprilis.”]

Chidham; *Carta Galfridi de Ledes super concessione unius acre*
terre, una cum reversione duarum acrarum terre, apud Chude-
ham,—

¹ His mother was Isabella, dau. of Sir Hugh de Courtenay.

² Master Henry Marsly, clerk, had been presented by Sir Richard de Campo

Arnulphi, Knt., Guardian of John,
 son and heir of Sir Richard de Bello
 Prato, Knt. (vol. iii, fo. 28).

A.D. Sciant presentes et futuri quod nos, Johannes, etc., pro bono et laudabili
 1334. servicio quod dilectus valletus noster, Galfridus de Ledes, Predecessoribus
 Vol. II. nostris Episcopis Exoniensibus, nobis, et Ecclesie nostre Exoniensi impedit
 et impendit in futurum, dedimus, concessimus, et presenti Carta nostra
 confirmavimus eidem Galfrido unam acram terre que aliquando fuit de
 tenura Ricardi le Ken in Chudeham, et quam Johannes Haylinge, nativus
 noster, tenuit ad voluntatem nostram. Concessimus, eciā, eidem Galfrido
 reversionem duarum acraruī terre que aliquando fuerunt de tenemento
 dicti Ricardi, et quas Johannes Pyrot et Matillidis, soror ejus, nativi nostri,
 modo tenant ad terminum vite eorum, in villa predicta; habendum et
 tenendum dictam acram terre, una cum reversione dictarum duarum acra-
 rum terre, cum acciderit, predicto Galfrido et heredibus de corpore suo
 legitime procreatis; reddendo inde annuatim nobis et Successoribus nostris
 quatuor denarios et obolum, ad terminos in dicto Manerio usitatos, pro
 omni servicio. In cuius rei testimonium, etc.; hiis testibus, Johanne de
 Sancto Claro, Milite, Magistro Willelmo de Fisshebourne, Thoma de Water-
 gate, Johanne Mandit, Ricardo Kyppinge, et aliis. Data in Manerio nostro
 de Farndone, in Comitatu Southamptonie, Anno, etc., tricesimo quarto, et
 Consecrationis nostre septimo. [The day and month are omitted.]

— *Queta clamancia juris et clamii in terra predicta,* —

Universis presens Scriptum inspecturis Johannes, etc., salutem.—Noveritis
 nos, etc. (in the common form, and in substance a repetition of the above).
 —Data in Manerio nostro de Cliste, die Sabbati in Festo Sancti Georgii
 (23 April).

fol. 179. Tavistock Abbey; *Confirmacio Eleccionis Tavystochie*, —

Johannes, etc., dilecto filio, Fratri J. de Courtenay, Monacho Monasterii de
 Tavystoke, nostre Diocesis, Ordinis Sancti Benedicti expresse Professo,
 salutem, graciam, et benedictionem.—Vacante nuper Monasterio predicto
 Pastorisque solacio destituto; vacacione, eciā, ejusdem certa insinuacione
 audita; post petitam instanter et demum optentam Licenciam Regiam
 alium idoneum eidem Monasterio in Abbatem eligendi et Pastorem, congre-
 gatisque in Domo Capitulari predicti Monasterii, die ad Eleccionem hujus-
 modi celebrandam assignata, Supprio ejusdem Monasterii, ipsius Priore
 in remotis agente, ac Monachis ejusdem Monasterii qui presentes erant,
 quique hujusmodi Eleccione potuerant et debuerant interesse, et de forma
 Eleccionis ejusdem diligenter tractantibus; tandem iidem Subprior et
 Monachi, singillatim et in communi, potestatem liberam eligendi personam
 idoneam de gremio ejusdem Monasterii eis et eorum Monasterio predicto in
 Abbatem et Pastorem, et eidem providendi de eodem, in nos unanimiter
 sub certa forma compromiserunt; promittentes expresse quod illum recipi-
 erent in Pastorem quem duceremus, ut premittitur, eligendum. Nos,
 igitur, compromissum hujusmodi acceptantes, et de ipsius Monasterii
 ordinacione et regamine, ne ulterius vacacionis subjaceret incomodo, sollicite
 cogitantes, ac cupientes eidem Monasterio talem preesse Pastorem qui tanto
 conveniret atque congrueret comodo et honori; post deliberacionem pro-
 vidam, quam super hoc nobiscum et cum peritis habuimus diligentem, in te,
 quem generis nobilitas, morum honestas, vite virtus, circumspeccionis matur-
 itas, ac alia virtutum dona multipliciter suffragantur, nostre mentis oculos
 dirigentes, te in Abbatem predicti Monasterii, virtute Commissionis sive
 Compromissi hujusmodi, duximus eligendum, ipsamque Eleccionem rite et
 Canonice factam, ut premittitur,—facta primitus Proclamacione publica, ut
 est moris, diebus et locis ad id congruentibus, servatoque super hiis processu
 legitimo,—auctoritate Diocesana postea duximus confirmandam; curam
 animarum et regimen, ac spiritualium et temporalium administracionem
 ejusdem Monasterii tibi in Domino committendo, munusque Benedictionis,
 prout moris est, tibi postmodum impendendo; firma concepta fiducia quod
 idem Monasterium per tue vigilancie studium et circumspeccionis indus-

A.D. triam, a lapsu quem ad presens, prochdolor, sustinet facultatum respirabit, 1334. et a noxiis preservabitur et adversis. In quorum omnium testimonium Vcl. II. sigillum nostrum hiis duximus apponendum.—Data apud Cliste, xxiiij^{to} die Aprilis, Anno Domini, etc. *ut supra*.

—*Induccio Abbatis Tavystochie*,—

Item, sub eadem data, emanavit Mandatum Archidiacono Tottonie, conceptum de Litera precedenti in effectu, ad inducendum Abbatem predictum in corporalem possessionem Monasterii predicti ; faciendo sibi Stallum in Choro et Locum in Capitulo ejusdem Monasterii, cum plenitudine juris Abbatis, assignari, etc. ; cum ista clausula,—*Per hanc, autem, Commissionem nostram ; prout continetur in Induzione Prioris Plymptonie scriptum in secundo quaterno ante istum*.—See page 644.

—*Benedic和平 Abbatis Tavystochie*,—

Item, xxiiij^{to} die mensis Aprilis, in Capella Manerii Episcopalis apud Cliste, Dominus benedixit Fratrem Johannem de Courtenay, Abbatem Monasterii Tavystochie ; qui profitebatur sub hac forma,—Ego, Johannes, Monasterii Tavystochie, Ordinis Sancti Benedicti, electus Abbas et confirmatus, profiteor Sancte Exoniensi Ecclesie, tibique, Pater reverende, Domine Johannes, Dei gratia ejusdem Ecclesie Episcope, tuisque Successoribus in ea Canonice substituendis, Canonica in omnibus Obedienciam et Subjeccionem. Qua, quidem, Professione per eum lecta, eidem propria manu subscrispit, et eam tradidit Magistro Hugoni de Bysshopestone, Notario, Registrario Domini.

St. Erth [Sancti Erci, MS.] ; Sir John [de Tredeleens], V.,—

Licence of non-residence—“Visitandi Curiam Romanam, cum tempus viderit oportunum, causa Peregrinacionis, et pro quibusdam negotiis suis ibidem expediendis ; ita, tamen, quod infra duos menses a tempore arrepti itineris ad dictam Vicariam suam, cessante impedimento legitimo, redire non postponat” (Clyst, 28 April).

Exeter Cathedral ; *Mandatum ad recipiendum W. de Kestevene in Canonicum Exoniensem*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Subdecano et Capitulo Ecclesie nostre Exoniensis, salute, etc.—Quoniam Willelmum de Kestevene, clericum, juxta formam Gracie sibi a Sede Apostolica recente concesse, in Canonicum dicte Ecclesie nostre Exoniensis et in Fratrem, sub expectacione Prebende in eadem vacature, in personam Willelmi de Loughtone, clerici, Procuratoris sui ad hoc sufficienter constituti, recepimus ; salvis nobis Juribus nostris Episcopalibus et Ecclesie nostre Exoniensis dignitate, ac potestate obiciendi contra suam Graciam hujusmodi et personam ; vobis committimus et mandamus quatinus dictum Willelmum de Kestevene, vel Procuratorem suum ejus nomine, prout et in quantum ad vos attinet, simili modo admittatis in vestrum Concanonicum et Confratrem, Stallum sibi in Choro et Locum in Capitulo ejusdem Ecclesie in forma solita assignantes.—Datum apud Cliste, xxvij die Aprilis.

fol. 179b. The Consistory Court ; *Mandatum ad recipiendum W. de Carslake in Procuratorem Consistorii Exoniensis*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Presidenti Consistorii nostri Exoniensis, salutem, etc.—Juris utriusque pericia, vite et morum honestas, quibus dilectus filius, Magister Willelmus de Carslake, clericus, nostre Diocesis, dicitur plurimum insigniri, nos excitant et inducunt ut sibi simus ad graciam liberales. Harum, igitur, suarum consideracione virtutum, fusisque nobis pro eo variis precibus inclinati, vobis mandamus quatinus eundem Magistrum W. recipiat in dicto Consistorio in Procuratorem ; locum Magistro Thome Lukeys—alias, meritis suis exigentibus, amoto—assignari solitum, vacantem, eidem Magistro W. assignantes ; proviso quod idem Magister W. prestet, in receptione sua hujusmodi, de observandis Statutis et Consuetudinibus dicti Consistorii debitum et solitum juramentum.—Datum apud Cliste, penultimo die Aprilis.

A.D. Pyworthy ; *Litera super procuracione Dedicacionis Ecclesie de 1334. Piworthi,*—

Vol. II. Universis quorum interest vel interesse poterit pateat, per Presentes, quod nos, Johannes, etc., diligenciam dilecti filii, Domini Rogeri [de Bokhurst], Rectoris Ecclesie de Pyworthy, nostre Diocesis, in nos procurando ad dedicandum Ecclesiam suam predictam et ejusdem Ecclesie Majus Altare, commendantes, dilacionem ad id faciendum usque adventum nostrum proximum in Partibus illis ubi dicta Ecclesia consistit, tenore Presencium, concessimus eidem ; volentes eum, occasione procuracionis sue hujusmodi, quo ad premissa impune penitus remanere.—Data apud Cliste, penultimo die Aprilis.

Cornworthy Priory ; *Cassacio Eleccionis Priorisse de Corneworthy,*¹—
Memorandum quod, penultimo die mensis Aprilis, Anno Domini ab Incarnatione M° CCC^{mo} xxxiiij^{to}, Indiccione secunda, Pontificatus, etc., Anno xvij, in deambulatorio extra Capellam Manerii Episcopalis apud Cliste, Domina Mabilla de Bradeforde, Monialis Monasterii de Corneworthi, Exoniensis Diocesis, in Priorissam ejusdem Monasterii electam se pretendens, personaliter coram Venerabili in Christo Patre ac Domino, Domino Johanne, Dei gratia Exoniensi Episcopo, in negocio Eleccionis de dicta Domina Mabilla pretense pro tribunali sedente, constituta, exhibitisque quibusdam Instrumentis per dictam Mabillam ad totalem fundacionem intencionem sue ; quibus per eundem Patrem examinatis et intellectis, quia de Eleccione hujusmodi pretensa nullatenus constare potuit, set solum quod dicta Mabilla in communi in Priorissam fuit nominata, et per Loci Patronum dicto Patri ut ad Prioratum vacantem presentata; idem Pater acta et gesta in hac parte ut minus Canonica, quatenus de facto processerant, irritavit, cassavit, et annullavit ; et de jure non tenere pronunciavit. Et, quia adeo tempus a jure eis indulsum ad eligendum lapsus extiterat, et alie insuper cause sufficientes subfuerunt quod ad ipsum Patrem ejusdem Prioratus hac vice Collacio extitit devoluta, idem Pater ipsum Prioratum sic vacantem ad ejus Collacionem pronunciavit sic devolutum ; et, consideratis ejusdem Domine Mabille probitatis meritis, dictum Prioratum, cum omnibus suis juribus et pertinenciis universis, eidem contulit et eciam providit de eodem ; curam et regimen ejusdem, quatenus ad eam attinet, eidem committendo. Et, jurata Obediencia, optimuit Literas Collacionis (cujus tenor subsequitur) et Inducionis, directas Archidiacono Tottonie, vel ejus Officiali.—*Tenor Collacionis*,—Johannes, etc., dilecte in Christo filie, Mabille de Bradeforde, Moniali Monasterii de Corneworthy, Ordinis Sancti Benedicti, nostre Diocesis, Professe, salutem, etc.—Consideratis tue probitatis meritis, Prioratum dicti Monasterii de Corneworthy, per mortem Domine Johanne de Fysshacre, ultime et inmediate Priorisse ejusdem, vacantem, et ad nostram Collacionem jure nobis devoluto hac vice spectantem, tibi, cum omnibus suis juribus et pertinenciis universis, conferimus intuitu caritatis, et de illo eciam providemus ; curam et regimen ejusdem, quatenus nobis a jure permittitur, tibi in Domino committendo ; juribus nostris, etc.—Data apud Cliste, penultimo die Aprilis.

St. Ruan-Lanyhorne [Larihorn, MS.] ; Master Walter de Botriaux, subdeacon, R,—

Dispensation : non-residence for a year from Michaelmas, to study (Clyst, 30 April).

Exeter, St. James's Priory ; *Mandatum pro Visitacione Prioratus Sancti Jacobi*,—

Item, ultimo die Aprilis, emanavit Mandatum Priori Prioratus Sancti Jacobi,

¹ Another copy of this *Memorandum*, slightly abridged, will be found on a

slip of parchment inserted between folios 188 and 189.

A.D. juxta Exoniam, super Visitacione in eodem Prioratu excercenda die Veneris
1334. proxima ante instans Festum Pentecostes [13 May], etc. ; in forma com-
Vol. II. muni. [This entry is repeated on folio 180^b.]

Exeter Cathedral ; *Pro Thesaurario Exoniensi*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Subdecano Ecclesie nostre Exoniensis, et ejusdem Ecclesie Scaccarii Seneschallis, salutem, graciā, et benedictionem.—Cum, ex debito Officii nostri, utilitati Ecclesie nostre Exoniensi prospicere, et unicuique jus suum conservare vel restituere teneamur, auditō quod quidam Canonici Ecclesie nostre Exoniensis prelibate, contra Statuta et Ordinacionem ejusdem Ecclesie nostre ac Predecessorum nostrorum salubriter edita, proprie prudencie innitentes et vires ac limites proprios excedentes, clandestine, absque nostro Capitulari judicio, propria temeritate, oblaciones peccunie ac cere factas in eadem Ecclesia, que ad Dominum Thesaurarium qui pro tempore fuerit noscuntur pertinere, detinent et occupant, in juris nostri Pontificalis lesionem dictique Thesaurarii dampnum non modicum ac prejudicium manifestum ; quocirca vobis, in virtute Obedience firmiter injungendo, mandamus quatinus, sine more dispendio, hujusmodi attemp-tata revocare studeatis, hujusmodique oblaciones, memorato Thesaurario debitas et consuetas, ac minus juste occupatas et detentas, in integrum restitui faciatis. Vobis, eciā, ex habundanti, tenore Presencium, sub pena Canonica districte inhibemus ne circa Statuta, Constituciones, aut Consuetudines legitime introductas, maximeque circa Dignitates aut Personatus in Ecclesia nostra predicta, quicquain, nostro irrequisito asseusu aut consilio, sicut nec de jure potestis aut debetis, de facto immutare, ordinare, aut statuere de cetero presumatis.—Datum in Manorio nostro de Clyst, v^{to} die Maii, Anno Domini, etc. xxxiiij^o, et Consecrationis [nostre] viij^{mo}.

^{fol.} 180. Tavistock Abbey ; *Mandatum ad publicandum Absolucionem Monu-chorum Monasterii Tavystockie et relaxacionem Interdicti in Ecclesia ejusdem Monasterii*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Archidiacono Tottonie, vel ejus Officiali, salutem, etc.—Officii nostri debitum remediis libenter invigilat subditorum, quando eos, potissime viros Ecclesiasticos, a debito obediencie et humilitatis sem-to, ad agnitionem et penititudinem sui erroris, Divina cooperante gracia, revocamus. Olim, siquidem, Parochiali Ecclesia de Whitechurche, nostre Diocesis, per mortem Domini Jacobi Fraunceys, dum viveret ejusdem Ecclesie Rectoris, vacante, dilectum filium, Magistrum David Aliam, clericum, tunc ad eandem per verum ejusdem Ecclesie Patronum nobis legitime presentatum, premissa Inquisitione debita,—cum per eam de jure Presentantis et Presentati sufficienter liqueret,—ad eam, cum suis juribus et pertinenciis universis, admisimus et Rectorem instituimus Canonicę in eadem ; dilecto in Christo filio, Abbatи Monasterii de Bokelonde, Ordinis Cisterciensis, nostre Diocesis prelibate, et aliis suis in hac parte collegis, communiter et divisim, ad inducendum dictum Rectorem, vel ejus Procuratorem pro eo, in corporalem possessionem dicte Ecclesie, jurium et perti-nenciarum ejusdem, cum potestate compescendi contradictores et rebelles per quamcumque Censuram Ecclesiasticam, vices nostras per alias nostras certi tenoris Literas plenarie committendo. Verum, sicut relacione, tam literali quam verbali, fidedignorum plurium, ac aliis variis legitimis documentis, dudum perceperimus, licet prefatus Abbas nosterque Commissarius hujusmodi commissam sibi in premissis sollicitudinem volens exequi, propter hoc ad dictam Ecclesiam et fores ejusdem, tempore congruo, accessisset, et petivisset cum instancia et mora longa ad dictas fores, que tunc clause apparebant muroque lapideo et fossata obstructe, ac armatorum potencia multorum munite, et potissime patrocinio publico et armato presidio Fratrum Johannis Fromound, Ricardi Mountory, Willelmi de Ynwardleghe, Ricardi de Stapeldone, Monachorum Monasterii Tavystockie, Ordinis Sancti

A.D. Benedicti, etc., Roberti Vyna, Nicholai atte Burghe, Johannis Bloyou, Jo-
 1334. hannis Collynge, Ricardi dicti Milewarde, et Roberti Kympa, clericorum et
 Vol. II. laicorum se eidem Commissario nostro in execucione hujusmodi temere
 opponencium, sibi et dicto Rectori in dictam Ecclesiam ingressum dari
 proponendo, et exponendo palam et publice causam ibidem adventus sui, et
 requisivisset ac monuisset trina Monicione Canonica, et peremptorie, dictos
 Monachos aliosque clericos et laicos memoratos, eidem Commissario et Rec-
 tori in premissis oppositores manifestos et rebelles, ut ab oppositione,
 impedimento, et rebellione hujusmodi desisterent ; ipsi, tamen, spiritu
 furibundo in ea continue fervencius inardescere nou erubuerunt nec
 expaverunt. Propter quod dictus Commissarius noster, premissa hujus-
 modi Monicione Canonica, Majoris Excommunicacionis Sentenciam rite
 tulerat in eosdem, prout in dicti Commissarii nostri relationis inde Literis
 plenius vidimus contineri. Et mandavimus ac fecimus postmodum eos sic
 fuisse excommunicatos solemniter publicari, cum eisque a Christi Fidelibus
 communionem illicitam inhiberi. Necnon, in scrutinium consideracionis
 exacte reducentes quo minor dictis excommunicatis et rebellibus adasset in
 sui erroris devio hujusmodi dilectorum filiorum tunc Abbatis et Mona-
 chorum aliorum dicti Monasterii Tavystochie, qui eciam de dicta rebellione
 plurimum suspecti extiterant, quique dicebantur execucioni nostri Pastoralis
 Officii in premissis, communiter et divisim, clam et palam impedire, favor
 et auctoritas, eo magis eis adimeretur persistendi in rebellione libertas,
 dictum Abbatem, Priorem, Sacristam, Precentorem, Camerarium, et Celer-
 arium, ac omnes alios et singulos dicti Monasterii Monachos, ac alios quo-
 cumque in eodem Monasterio officia vel administraciones habentes (quos
 per longa tempora expectavimus, si a sua elata obstinacione resilirent),
 semel, secundo, et tertio ac peremptorie, communiter et divisim, monui-
 mus ; eis, nichilominus, universis et singulis, sub debito Obediencie et
 Majoris Excommunicacionis Sentencie pena districte precipiendo, man-
 dantes quatinus, infra sex dies a sciencia hujusmodi nostri Processus, quem
 fecimus eis postmodum quantocius intimari, continue numerandos, permit-
 terent dictum Rectorem, vel Procuratorem suum predictum pro eo, dictam
 Ecclesiam suam de Whitechurche, cum omnibus suis juribus et pertinenciis
 universis, sine difficultate assequi et libere retinere ; cum adjeccione,—
 quod, si forte premissa uon impleverint aut aliquid in contrarium fecerint,
 vel in eis fuerint neelegentes, in Abbatem, Priorem, Sacristam, Precentorem,
 Camerarium, et Celerarium, ac omnes alios et singulos ejusdem Monasterii
 Monachos, et alios in eo officia vel administraciones habentes, videlicet
 Monicionibus nostris hujusmodi non parentes, predicta Canonica Monicione
 premissa in Scriptis, Majoris Excommunicacionis ; Conventum, vero, dicti
 Monasterii Tavystochie Suspensionis ; et Ecclesiam ipsius Monasterii Inter-
 dicti, Sentencias duximus promulgandas. Cum, autem, Fratres Thomas
 de la Walle, Reginaldus Drake, Ricardus de Asshe, Willelmus de Inward-
 legh, Ricardus de Stapildone, Johannes de Brembdone, Alexander de
 Leghe, Stephanus de Langdone, Johannes Fromonde, Ricardus Mountory,
 et Walterus Belston, majorem partem dicti Conventus Tavystochie com-
 paracione minoris facientes, super errore suo hujusmodi penitudinis ducti
 consilio, sibi a Sentencia Suspensionis et Excommunicacionis hujusmodi
 flexis poplicibus Absolucionis impendi beneficium postularunt ; nos, qui de
 eorum penitudine non mediocriter letamur et salute, recepta ab eorum
 singulis de satisfaciendo de offensa hujusmodi, quodque inferende pene
 parebunt et, auxiliante Domino, Penitenciam peragerent injungendam,
 juratoria cauzione, eos a dictis Sentenciis absolvimus in forma juris, et
 Interdicti Sentenciam propter eorum culpam in Ecclesiam dicti Monasterii,
 sic, ut premittitur, per nos latam curavimus eciam relaxare. Quocirca vobis
 mandamus, districcius injungentes, quatinus Absolucionis et Relaxacionis
 hujusmodi beneficium Sentenciarum predictarum studeatis, ubi et quando
 requisiiti fueritis, solemniter publicare ; persuadendo dilecto filio, Abbati

A.D. ad presens dicti Monasterii, et Monachis prefatis, ad reconciliacionis graciā
 1334. reductis, quod sibi caveant ut, excommunicatis aliis antedictis in Ecclesia
 Vol. II. dicti Monasterii presentibus, Missas celebrare vel alia Divina Officia psallere
 scienter non presumant.—Datum in Manorio nostro de Clyst, sexto die
 mensis Maii, Anno, etc., tricesimo quarto.

—*Commissio ad absolvendum Monachos Tavistochie,—*

Johannes, etc., dilectis filiis, Johanni, Abbatii Monasterii Tavistochie, Ordinis
 Sancti Benedicti, nostre Diocesis, et Magistro Willelmo de Nassingtone,
 Canonico Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, etc.—De vestre circum-
 speccionis industria et fidelitate plurimum confidentes, ad impendendum
 debite Absolucionis beneficium omnibus et singulis quorum interest a Sen-
 tencia Suspensionis et Excommunicacionis quam se incurrisse neverint,
 occasione execucionis et jurisdiccionis nostre Ecclesiastice, in non admit-
 tendo olim dilectum filium, Magistrum David Aliam, ad Ecclesiam de White-
 churche, nostre Diocesis, per mortem Jacobi Fraunceys, ultimi Rectoris
 ejusdem, vacantem, per eos temeritate propria impedita; vobis, et cuiilibet
 vestrum in solidum, committimus vices nostras, cum cohercionis Canonice
 potestate; injuncione Penitencie pro commissis, cum absoluti fuerint,
 nobis specialiter reservata.—Data apud Clyst, sexto die Maii.

Exeter, St. James's Priory; *Litera Testimonialis super Excom-
 municacione Prioris Prioratus Sancti Jacobi,—*

Universis, etc., Johannes, etc., salutem in omnium Salvatore.—Ne ovis mor-
 bida Gregem Dominicum inficiat, aut excommunicatus illicita communione
 numerum angeat dampnatorum, Universitati vestre innotescimus, per Pre-
 sentes, quod Frater Willelmus de Bitedene, subditus et obedienciarius
 noster, qui pro Priore Monasterii Sancti Jacobi, prope Exoniam, ac Porcio-
 nario in Ecclesia Parochiali et curata de Tuvertone, nostre Diocesis se gerit,
 Majoris Excommunicacionis Sentencia, pro suis manifestis contumaciis
 pariter et offensis, coram Presidente Consistorii nostri Exoniensis pertinac-
 iter contractis, innodatus, prout per Processum coram dictis Presidentibus
 habitum contra eundem nobis constat ad plenum, et pro tali publice nunciatus,
 in eadem Sentencia per non modicum tempus animo perseveravit
 indurato, et adhuc, contemptis Ecclesie Clavibus, pertinaciter perseverat;
 Gregem Dominicum per suam communionem illicitam nequiter inficiendo.
 Quocirca Universitati vestre, tenore Presencium, inhibemus ne cum dicto
 excommunicato, in animarum vestrarum periculum, communicare presump-
 atis; casibus a jure permisis dumtaxat exceptis. In cuius rei testimonium,
 etc.—Data apud Clyst, viij die Maii.

—*Commissio ad visitandum dictum Prioratum,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Willelmo de Nassingtone, Canonico
 Ecclesie nostre Exoniensis, nostroque Cancellario, salutem, graciā, et
 benedictionem.—De tue circumspeccionis industria et fidelitate plenam
 gerentes in Domino fiduciam, ad visitandum Ecclesiam, Priorem, Monachos,
 et Conversos, ac alias personas familiares et domesticas Prioratus Beati
 Jacobi, prope Civitatem Exoniensem, prout decrevimus ibidem hac die
 Veneris Visitacionis Officium exercere, ac corrigendum et reformandum,
 juxta datam tibi a Deo prudenciam, ea omnia et singula que ibidem neveris
 correccionis et reformacionis officio indigere, Visitacioni hujusmodi intendere
 ad presens commode non valentes, tibi committimus vices nostras, cum
 cujuslibet cohercionis Canonice potestate.—Data apud Clyst, xij die Maii.

—*Mandatum ad denunciandum Fratrem W. de Bitedene, Priorem Beati
 Jacobi, excommunicatum,—*

Johannes, etc., dilectis filiis, Subdecano, et Magistris Henrico Bloyou et
 Willelmo de Nassingtone, Canonicis Ecclesie nostre Exoniensis, salutem,
 etc.—Deliberacione debita decernentes Ecclesiam Prioratus Beati Jacobi,
 prope Exoniam, Diocesis ac Jurisdiccionis nostre, per Priorem soliti
 gubernari, Fratrem Willelmum de Byttdene, subjectum et obedienciarium

A.D. nostrum, qui pro Priore Prioratus ejusdem se gerit, Monachosque et Cons.
 1334. versos ejusdem, Diocesana auctoritate Canonice visitare, pridem mandavi.
 Vol. II. mus et fecimus, inter cetera, eundem Priorem ad subeundem in dicta
 Ecclesia nostre hujusmodi Visitacionis Officium, coram nobis legitime
 evocari ad peremptoriam certam diem. Comparentibus, vero, dictis Mona-
 chis, die et loco predictis, coram dilecto filio, Magistro Willelmo de Nas-
 syngtone, Canonico Exoniensi, Cancellario nostro, cui super hoc sub certa
 forma commisimus vices nostras, et Visitacionis hujusmodi Officium
 humiliter subeuntibus; dictus Prior, sepius preconizatus et diuturno tem-
 pore expectatus, comparere coram eo, per se vel per alium, contumaciter
 non curavit; propter quod dictus Magister Willelmus, Canonicus, Can-
 cellarius, et Commissarius noster predictus, dictum Priorem reputavit, prout
 erat, merito contumacem, et in personam suam, in contumacie sue hujus-
 modi penam, in Scriptis, Majoris Excommunicacionis Sentenciam, suadente
 justicia, fulminavit, prout in Processu inde habito plene vidimus contineri.
 Ut, igitur, communionis cum eo illicite periculum evitetur et sue contumacie
 vicium reprimatur, vobis mandamus, communiter et divisim, districcius
 fol. 181. injungentes, quatinus dictum Priorem sic fuisse, et esse, auctoritate nostra
 excommunicatum, hac die celebri Pentecostes, in Ecclesia nostra Exoniensi,
 duobusque diebus sequentibus, dum Processionis solempnitatis ibidem con-
 tigerit celebrari, in stacione ante Crucem ejusdem Ecclesie, pulsatis cam-
 panis, candelis accensis et extinctis, publicare solempniter studeatis. Et
 quid feceritis, etc.—Datum apud Clyst, xv die Maii.

*Excommunication of a heretical and depraved clerk; Litera Testi-
 monialis super excommunicacione Petri de Beare,—*

Universis presentes Literas inspecturis Johannes, etc., salutem in sinceris
 amplexibus Salvatoris.—Adversus Magistrum Petrum de Beare, clericum
 conjugatum, nostre Diocesis, de exercicio artis nefarie nigromancie et
 alias heresim sapientis manifeste, observancia et credulitate diffamatum
 graviter et suspectum, ac inde non dubiis et levibus, set difficilibus argu-
 mentis, suaque confessione judiciali et sepius rep[et]ita convictum, nuper
 ex nostri Officii debito procedentes; cum idem Petrus, post reprehensionem
 sui erroris hujusmodi, ad Fidei Catholice unitatem sponte haberet recursum,
 et errorem suum predictum ad arbitrium nostrum, sibi sub forma inferius
 annotata editum, publice consenserat abjurare et satisfaccionem congruam
 exhibere, ac eciam abjurarat; ad recipiendum pro modo facinoris ulcerionem
 debitam ei per nos infligendam, sibi fecimus per certos nostros ad hoc
 Commissarios coram nobis successive terminum peremptorium assignari.
 Et demum, quia dictus Petrus inflictam sibi penam subscriptam pro com-
 missis hujusmodi agnoscere et subire, causa rationabili cessante, distulit¹ et
 neglexit, in eum, preter Majoris Excommunicacionis Sentenciam a jure
 latam, quam incurrit, sicut premittitur, excolendo heresim, pro sua mani-
 festa offensa hujusmodi, cogente conscientia, aliam curavimus fulminare²;
 parcentes non modicum quod ei tunc temporis, pro perjurio hujusmodi
 velud voluntario, penam non duximus indicendam. Rursus, Sibilla dicta
 Warini, uxore dicti Petri, nobis insinuante sua insinuacione querula et
 dolenti, quod idem Petrus, conjux suis, odii causa falso asserens ipsam
 fuisse multiplicitis adulterii crimine irretitam, eam super hoc apud bonos et
 graves nequiter diffamavit,³ eum ex Officio nostro hujusmodi, ad dicte
 Sibille promociinem, coram nobis super hoc ad judicium evocatum et per-
 sonaliter comparentem, ac inde eciam legitime convictum, cum dicta Sibilla

¹ "detractavit" in the later Entry.

² "curaminare," MS.—a curious reading of "curavimus fulminare" by a careless scribe. Happily the repetition of this portion of the Entry else-

where enables me to correct this mistake with certainty. I give the other principal variations *infra*.

³ defamarat.

A.D. a lite desisteret quantum ad eam attinebat, per concordiam, ut dicebatur,
 1334. terminata, reputavimus eundem Petrum in terciam Majoris Excommuni-
 Vol. II. cacionis Sentenciam, in Sacrosancto Concilio Oxoniensi provide latam,¹
 dampnabiliter incidisse, prout premissa omnia et singula recitata in Senten-
 cia patent ad plenum in Processibus inde factis; testimonio ac signis et sub-
 scripcionibus Notariorum plurium annotato.² Cum, igitur, inter sollicitu-
 dines humanas illa debet esse precipua, ut ipsius qui probra nostra diluit
 obprobrium ulciscamur; ne idem Petrus quicquam quod non deceat nec
 expedit subtili, vel falso pocius, ingenio impetrat, vel faciat impetrari, Uni-
 versitati vestre premissa, tenore Presencium, intimamus. Et, licet credamus
 infallibiliter animos vestros Processui nostro predicto et Decreto efficaciter
 coaptandos, vos, tamen, rogamus attencius in Domino et hortamur quatinus,
 eidem Petro et sue inipetitioni hujusmodi excepcionem obientes, premissa
 in favorem Fidei contra eum convertere studeatis, et, quantum ad vos
 pertinuerit, salubriter dirigatis in Divinorum semitam Mandatorum. Te-
 nores, vero, abjuracionis et pene predictarum seriose secuntur in hunc
 modum,—Et ego, Petrus Beare, clericus conjugatus, Exoniensis Diocesis,
 in comperto dubitacionis laqueo quo tenebar mecum deliberacione pertrac-
 tans, simpliciter et pure spondeo, sub Ordinis mei et Privilegii Clericalis
 casu et anathematis obligacione, atque promitto vobis, Reverende Pater et
 Domine, Domine Iohannes, Ecclesie Exoniensis Antistes, vestrisque Suc-
 cessoribus Episcopis, me nunquam, quorumlibet persuasionibus vel quo-
 cumque alio modo, contra Fidem Catholicam ad infidelitatem aliquam
 conversurum. Unde juratus dico, per Deum Omnipotentem et hec Sancta
 Quatuor Ewangelia que in manibus meis teneo, me velle in puritate Fidei
 Catholice semper et sine dubio permanere. Quod si, quod absit, ab hac me
 Fide, aliqua excusacione vel argumento, dimisero, perjurii reatum incur-
 rens, eterne pene obligatus inveniar, et cum auctore incredulitatis et
 perfidie habeam in futuro seculo porcionem. Hanc, enim, confessionis
 promissionisque mee cartulam tibi, David [Alyam], Notario, publicandam
 trado; et eidem cartule propria manu me subscribo.—Item, quia que male
 fiunt et ad noticiam multorum deveniunt clandestine et secrete, sufficienter
 non puniuntur nisi qui inde scandalum sumpserunt hujusmodi patenter
 videant emendata; nam, licet bona conscientia unicuique sufficiat pro se
 ipso, bona, tamen, fama erga proximum requiritur, ut, juxta Apostolum,
non tantum provideamus que bona sunt coram Deo set eciam coram hominibus;
 huic, eciam, sub sacramento prestito ex parte Ecclesie, mandamus—quatinus
 tribus Dominicis Diebus in Processione Ecclesie Cathedralis Exonie prece-
 das, cum uno cereo accenso, dicendo per te, secrete, Psalmum *Miserere*; et
 quod aliquis postea informet plebem honeste de causa; ut alii in majoribus
 caveant sibi, si minora taliter plectuntur. In quorum omnium testimonium,
 etc.—Data in Manerio nostro de Clyste, mensis Maii, Anno, etc.,
 xxxiiij^{to}. [Space was left for the day of the month.]

fol.
 181b. *Litera missa Domino per Dominum J. Cantuariensem* (18 May),
Responsalis Domini ad Literam precedentem (3 June).
 [These Letters were included among the "Litere Private." See pp. 276—278,
 Nos. 230 and 231.]

The Case of Peter Beare, etc.; *Litera Attornatoria ad comparen-
 dum pro Domino in Cancellaria Regia*,—

Universis pateat per Presentes quod nos, Iohannes, etc., dilectos nobis in
 Christo, Dominos Philippum de Nassington, Rectorem Ecclesie de Asshe-
 combe, nostre Diocesis, et Johannem dictum atte Pitte, clericum, et quem-

contra hujusmodi diffamantes, added.
 For "testimonio annotato,"—

"signis et subscriptionibus Notariorum plurium roboratis."

A.D. libet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, in
 1334. Cancellaria Serenissimi Principis, Domini nostri Regis Anglie illustris,
 Vol. II. nostros veros et legitimos facinus et constituimus Procuratores ac eciam
 Attornatos, ad contradicendum Literis quibuscumque, et precipue per
 Petrum de Beare, clericum conjugatum, nostre Diocesis, contra nos seu in
 prejudicium nostre Jurisdiccionis Ecclesiastice, in, et de, dicta Cancellaria
 impetratis seu impetrandis, criminaque et defectus eidem obicienda, jura-
 mentumque de calumpnia et de veritate dicenda in animam nostram pres-
 tandum, Literas et Instrumenta producendum, et generaliter omnia et
 singula faciendum que in premissis, vel circa ea, necessaria fuerint seu eciam
 oportuna; ratum habituri et gratum quicquid dicti Procuratores nostri seu
 Attornati, et eorum alter in premissis duxerit faciendum.—Data in Manorio
 nostro de Clyste, vicesimo die Maii.

St. Ewe; Master Thomas Bray, priest, R.—

Licence of non-residence for a year, to study (Clyst, 22 May).

Widecombe-in-the-Moor; Sir Walter, priest, V.—

Licence of non-residence for 15 days, — “per xv dierum spacium, a tempore
 absencie tue continue numerandorum, pro quibusdam tuis et tue Vicarie
 prediche negociis, ut asseris, prosequendis; . . . dummodo alias eidem
 Ecclesie in Divinis facias debite deserviri, et Procuratorem constituas qui
 pro incumbentibus eidem Vicarie oneribus respondeat vice tua” (Clyst, 24
 May).

fol. 182. Bridgwater; *Mandatum contra Magistrum et Fratres Hospitalis
 Beati Johannis de Briggewater*, —

Johannes, etc., dilecto filio, Officiali Archidiaconi Cornubie, salutem, etc.—
 Olim in Ecclesia nostra Cathedrali ac Civitate Exonie expleto nostre Visi-
 tacionis Officio, curavimus successive Ecclesias, Clerum, et populum Totton-
 iensis et Cornubiensis Archidiaconatum in Ecclesia nostra prelibata, modo
 premisso debite visitare; necnon, inter ceteros in dictis Archidiaconatibus
 Beneficia Ecclasiastica velud sibi appropriata optinentes, mandavimus et
 fecimus dilectos filios, Magistrum et Fratres Hospitalis Sancti Johannis de
 Briggewater, Bathoniensis et Wellensis Diocesis, ad exhibendum jura et
 munimenta quorum pretextu Parochiales Ecclesias de Bovy Tracy, Totton-
 iensis, et de Morwynstouwe, Cornubiensis, Archidiaconatum predictorum,
 in usus proprios possidendas tenere sibi licere dicerent, et alias subeundum,
 in aliis debitibus articulis, nostre hujusmodi debite Visitacionis Officium, ad
 certos peremptorios competentes terminos legitime ad judicium evocari.
 Cum, autem, dicti Archidiaconatus Cornubiensis Visitacioni comode inten-
 dere non possemus, dilectus filius, Magister Willelmus de Nassyngtone,
 Canonicus Exoniensis, cui super hoc ibidem commisimus sub certa forma
 vices nostras, dictos Magistrum et Fratres, coram eo in Visitacione predicta
 comparere quomodolibet contumaciter non curantes, reputavit, post ex-
 pectacionem et moram longam, quo ad actum hujusmodi prout erant
 merito contumaces; sibique, et aliis nostris quo ad Visitacionem Archidia-
 conatus Tottoniensis Commissariis, vulgaris assercio nunciavit quod edificia
 ad Rectorias eorundem Ecclesiarum de Bovytracy et Morwynstouwe
 spectancia ruinis subjacent; decime prediales alias ad ipsas Ecclesias et
 earum possessores spectantes, eciam dum in herbis existerent, quasi iidem
 Magister et Fratres de transgressione Canonum et Sacrarum Constitu-
 tionum, super hoc in contrarium provide editarum, nil pretenderent, per eos
 vendicioni publice exponi, et vendi, ac eciam ad fidem tradere (*sic*) solent;
 dictique Magister et Fratres hospitalitatem, nedum in eadem Ecclesia de
 Morwynstouwe, verum eciam in Hospitali predicto, debitam non observant,
 quinimmo per se et suos, eciam absque distinctione personarum, expresse
 vetare non erubescunt nec expavent, prout in Actis dictarum Visitacionum
 nostrarum inde habitis plene dicitur contineri. Quocirca vobis, districte

A.D. preciendo, mandamus quatinus peremptorie citetis, seu citari faciatis,
1334. dictum Magistrum et Fratres, si valeant apprehendi, vel eorum Procura-
Vol. II. torem, si quem ibidem dimiserint; alioquin publice Citacionis edicto, in
 Ecclesia de Morwynstouwe predicta; quod compareant coram nobis secundo
 die Juridico post instans Festum Nativitatis Beati Johannis Baptiste, ubi-
 cumque, etc., contumaciam suam, quantum ad actum attinet non exhibi-
 cionis sue hujusmodi, si poterunt, purgaturi, ac in ejus eventum quibusdam
 interrogatoriis alia premissa concernentibus, sibi ex nostro Officio obiciendis,
 sufficienter responsuri, et, si de jure fuerit, juraturi; ulteriusque facturi et
 recepturi quod justicia suadebit. Diem, autem, recepcionis Presencium,
 etc.—Datum apud Cliste, primo die Junii.

A Marriage-Licence (special),—

Johannes, etc., dilectis filiis, Thome, Dominorum Thome de Scobehille, et Ide,
 Rogeri de Pridiaux, Militum, nostre Diocesis, natis, salutem, etc.—Intenta
 Salutis operibus sollicitudo provida Pastoralis nonnunquam rigorem juris
 mansuetudine temperat, cum id secundum Deum prospicit expedire. Votis,
 itaque, pro parte vestra nobis expositis ad consummacionem tendentibus
 contracti inter vos, ut dicitur, federis conjugalis, ne non parentum vestro-
 rum petitioni, favorabiliter annuentes, eo potissime quod consummatio ipsa
 habite inter parentes vestros predictos hactenus concordie, Deo propicio,
 esse poterit plurimum nutritiva; ut ad dicti matrimonii solemnizacionem,
 pretermissa denunciacione iterata in Ecclesiis in quarum Parochiis habitatis
 successivis Diebus Dominicis et Festiis, Constitutione nostra Sinodali in
 contrarium edita non obstante, procedi valeat impune, dummodo ad denun-
 ciacionem dicti federis unicam hactenus debite sit processum et nichil aliud
 obviat Canonicum, quatenus nobis a jure permittitur indulgemus.—Data
 apud Clyst, vij die Junii.

Powderham; *Commissio ad audiendum negocium Presentacionis*
W. de Rammeslonde ad Ecclesiam de Pouderham.—Postea
optinuit aliam Commissionem, prout continetur in quaterno de
Commissionibus. Idcirco ista non sorciebatur effectum,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Magistris J. de Nassington, Archidiacono
 Barnastapoli in Ecclesia nostra Exoniensi, et Domino Waltero de Cloptone,
 ejusdem Ecclesie Canonico, salutem, etc.—Presentato nobis nuper dilecto
 filio, Willelmo de Rammeslonde, ut dicitur clericu, per Nobilem Virum,
 Dominum Hugonem de Courtenay, natum Nobilis Viri, Domini Hugonis
 de Courtenay, Militis et Baronis, ad Ecclesiam de Pouderham, nostre
 Diocesis, vacantem, et ad suam Presentacionem ratione Custodie terrarum
 Elizabethe et Katerine, filiarum et heredum Johannis de Pouderham,
 defuncti, spectantem, ut dicebatur; ex dicta causa mandavimus et fecimus,
 inter cetera debita et consueta capitula, diligenter inquire. Verum, quia,
 ex tenore Literarum Inquisicionis hujusmodi ad nos remissee, videtur
 sufficienter liquere dictam Ecclesiam [de] dilecto filio, Magistro Ricardo de
 Bisshopleghe,¹ clericu, possessam et plenam esse, Admissionem dicti Pre-
 sentati ad eandem Ecclesiam providimus, prout convenit, differendam;
 cupientes, servato Processu legitimo, eum sibi in premissis cedendum esse
 quem pociori liquebit uti jure. De vestra, igitur, circumspeccionis in-
 dustria ac fervore devocationis et fidei in Domino confidentes, ad audiendum
 et fine debito terminandum totum dicte Presentacionis negocium, cum
 contingentibus, emergentibus, et dependentibus ab eodem, vobis committi-
 mus vices nostras, cum cuiuslibet cohercionis Canonice potestate. Proviso
 quod de Processu per vos habito curetis, finito negocio concordia vel
 judicio, nos cerciorare seriose per Literas vestras patentes, vel per Publicum
 Instrumentum continens hunc tenorem. Ne, autem, contentorum in

¹ See page 762.

A.D. Literis dicte Inquisitionis ignari, vagetis forsitan propter hoc sub incerto,
 1334. exemplum ejusdem, de verbo ad verbum, vobis transmittimus, sub sigillo
 Vol. II. nostro inclusum.—Data apud Cliste, viij die Junii.

St. Brooke [Poutone, MS.] ; Master Walter de Cantulupo, priest,
 R.,—

Licence of non-residence for a year (Clyst, 13 June).

fol. 182b. Tywardreath Priory ; *Litera missa Abatti Monasterii Sanctorum
 Sergii et Bachii, prope Andegaviam,—*

Venerabili et Religioso viro, Dompno Dei gracia Abbati Sanctorum Sergii et
 Bachii, prope Andegaviam, Ordinis Sancti Benedicti, J., etc., Exoniensis
 Episcopus, salutem et sinceram in Domino caritatem.—Ut ovem morbidam,
 que multam nutrire solet pestilenciam, eiciamus ab ovili, ne inficiat nostras
 alias sanas oves, Fratrem Johannem dictum Miral, Monachum Monasterii
 vestri in Prioratu de Tywardraithe, nostre Diocesis, per Priorem solito
 gubernari, Ordinis Sancti Benedicti, commorantem, propter abjeccionem
 pudicicie et honestatis enormem, quamquam clementer et frequenter ad-
 monitum et,—quod, prochdolor, dicere pudet, ut de aliis eciam notoriis
 suis excessibus taceamus,—inde, tamen, in suis flagiciis duriorem effectum;
 ob zelum potissime et reveruaciam Religionis vestre et persone, ad vos
 remittendum providimus, pro suis hujusmodi demeritis subiciendum Mon-
 astice Discipline. Ad regimen Gregis Sui vobis commissi vestram venera-
 bilem personam conseruet Ipse Deus, in dierum longitudine salutari!—
 Scripta apud Clyst, xxj die Junii.

Lanlivery ; Dilapidations in the Chapel of Luxulyan,—

Johannes, etc., dilecto filio, Domino Rogero, Parochiali Presbitero Capelle de
 Luxulian, ab Ecclesia Parochiali de Lanlyvery dependentis, custodi Seques-
 tri nostri obvencionum ad dictam Capellam obvenientium, occasione defec-
 tum in Cancello et Libris dicte Capelle in Visitacione nostra ultima
 Archidiaconatus Cornubiensis, compertorum, salutem, graciam, et bene-
 diccionem.—Cum dilectus filius, Frater Willelmus, Prior Monasterii de
 Tywardreithe, cui dicta Ecclesia et Capella unite esse dicuntur, caucionem
 decem marcarum, in Fabricam Ecclesie nostre Cathedralis Exonie convert-
 endarum, nobis exposuerit, si in reparacione defecerit, eciam infra annum,
 defectum predictorum; vobis mandamus, districcius injungentes, quatinus
 quicquid collegeritis et receperitis de dictis obvencionibus, deductis neces-
 sariis impensis si que forsitan exstant, eidem Priori, in relevacionem oneris
 hujusmodi, integraliter et fideliter sub testimonio sufficienti exsolvatis, et
 eum permittatis de cetero dictas obvaciones libere percipere et habere.—
 Datum apud Clyste, xxj die Junii.

The Case of Peter de Beare ; *Litera Testimonialis super Excom-
 municacione Petri de Beare,—*

Venerande discretionis viris, Dominis Officiali seu alii Curie Cantuariensis
 Presidenti, Johannes, etc., salutem, cum plenitudine reverencie et honoris.
 —Adversus Magistrum Petrum de Beare, conjugatum, nostre Diocesis [etc.,
 as on page 746 down to the words “ Notariorum plurim ” (page 747, line 6).
 with a few verbal variations]. Quia, vero, sicut quorundam habet
 opinio, dictus Petrus nititur, per Appellationis ad Curiam Cantuariensem
 interjecte diffugium, religionem judicantis seducere et correccionem debitam
 declinare; ne, pretextu ignorancie, quicquam quod non deceat nec sibi
 expediat letetur se ab eadem Curia impetrare; predictos nostros ad inform-
 acionem vestram duntaxat providimus vobiscum communicare Processus,
 circumspencionis et vigilancie vestre studium excitando in Domino, et
 rogando quatinus, [ut] ipsius qui probra nostra diluit obprobrium ulciscam-
 tur, eidem Petro et sue intencioni excepcionem obcientes, premissa in favo-
 rem Fidei contra eum convertere studeatis, et quantum ad vos pertinuerit,

A.D. 1334. salubriter dirigatis in Divinorum semitam Mandatorum ; vel saltem, ob
 Vol. II. gravitatem dicti criminis, super hoc judicium Provincialis Concilii, si
 libeat, expectetis. Forma, vero, abjuracionis et pene predictarum ut
 clarius pateat per exemplum, Presentibus redigi fecimus per hunc modum.
 Ego, Petrus de Beare, etc., prout patet in Litera Testimoniali super execu-
 cione ejusdem in secundo folio precedenti. In quorum omnium testimonii-
 um, etc.—Data apud Clyst, xxvij die Junii.

[fol. 35.] Exeter : Expenses of Dean Coletone at the Court of Rome ; *Relaxacio Sequestri in fructibus et obvencionibus Decani, usque ad tempus certum restrictum, pro expensis suis in Curia et ad redundum,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Dominis Ricardo de Brayleghe, Subdecano, et Magistro Henrico Bloyou, Ecclesie nostre Exoniensis Canonicis et Camerariis, Domino Willelmo, Rectori Ecclesie de Hentone, et de Brauntone et Tautone Ecclesiarum Perpetuis Vicariis, salutem, graciam, et benedictionem. —Ad Mandatum et rogatum Reverendi in Christo Patris et Domini nostri specialis, Domini Petri, Dei gracia Episcopi Penestrini, Sacrosancte Romane Ecclesie Cardinalis ac Vicecancellarii, nobis pro Reconsiliacione (*sic*) Magistri Ricardi de Coletone, qui pro Decano Ecclesie nostre Exoniensis se gerit, supplicantis, ut pro expensis suis in Romana Curia jam factis, et ad redeundum faciendis, pro Reconsiliacione hujusmodi et Gracia impetrandis ; sub forma contenta in Literis ejusdem Reverendi Patris nobis inde recenter directis, Sequestrum per nos olim interpositum in fructibus et obvencionibus provenientibus de Beneficiis que idem Decanus tenet in nostra Civitate et Diocesi, usque ad datam Presencium, relaxamus ; volentes alias idem Sequestrum quo ad fructus futuros, quos eciam ex abundanti sequestramus, in suo priori robore perdurare ; salva, tamen, utili venditione fructuum Autumpnaliū dictorum Beneficiariorum instancium, quorum vendicioni diligent et fideli, cum sint alias, ut asseritur, perituri, Licenciam impartimur. Quocirca vobis communiter et divisim mandamus quatinus Sequestrum nostrum hujusmodi sic per nos fuisse et esse, et non aliter, relaxatum reputatis, et puplicare, si oporteat, studeatis ; quodque, facta coacervacione tocius peccunie de dictis Beneficiis et eorum occasione ubique per vos levate, Procuratoribus seu Nunciis dicti Decani, ad hoc sufficientem potestatem habentibus, pro suis expensis hujusmodi, dictam peccuniam prudenter numerare et tradere studeatis ; recepturi a recipientibus, uno vel pluribus, accopam de soluto ; diem recepcionis Presencium et executionis earum formam nobis, cum premuniti fueritis, per Literas vestras patentes, habentes hunc tenorem, plenius designando.—Datum in Capitulo Ecclesie nostre predice, xxvij die mensis Junii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} tricesimo quarto, et Consecrationis nostre septimo.

[fol. 35b.] 183. Ashprington ; *Mandatum ad citandum quendam Willelmum, manentem apud Sanctum David in la Hamme, qui pro Heremita se gerit,*—

Johannes, etc., dilecto filio, Decano de Tottonia, salutem, etc.—Denunciante fama publica, a providis orta et honestis, ad nos pervenit quod quidam Willelmus, apud Sanctum Davyd in la Hamme, in Parochia de Aspringtone, nostre Diocesis, tanquam Heremita moram trahens, qui nulli promisit obedientiam, nec proprio renunciavit quamquam habitum qui dicitur Heremitarum defert, quasi productus in mentis insaniam, doctrina sua sacrilega et perversa tenet et asserit nonnulla capitula a Fide Catholica dissona, sub quodam velamine sanctitatis, que oculos Divine Majestatis offendunt et grave in se periculum continent animarum ; quinimmo non erubescit nec expavit nos, cum veritate subpetere non poterit, blasphemias et conviciis lacerare. Cuius ex debito nobis commissi Officii premissos

A.D. execrandois errores, ne propagentur ulterius, extirpare necessario habeamus,
 1334. et predictam ulcisci injuriam nobis et universis nostris subditis in personam
 Vol. II. nostram irrogatam, tibi committimus et mandamus, etc., quatinus cites,
 seu citari facias, prefatum Willelmum, peremptorie, quod compareat coram
 nobis, vel nostro Commissario in hac parte, tercio die Juridico proximo post
 instans Festum Trauslacionis Sancti Thome, Martiris [7 July], ubicumque,
 etc., super premissis et ea contingentibus, et aliis interrogacionibus sibi tunc
 ex nostro obiciendis Officio ad anime sue salutem, personaliter responsurus
 et si necesse fuerit juraturus ; facturus ulterius, etc. Et quid in premissis
 feceritis, etc.—Datum in Palacio nostro Exonie, ultimo die Junii, Anno, etc.

[fol. 183b] London ; Bishop Stapeldon's Chantry in (or near) the Church of
 St. Clement-Danes,—

Universis, etc., Johannes, Exoniensis Episcopus, salutem, etc.—Piis operibus
 dare consilium et presentis vite subsidium queritur, et eterne retribucionis
 premium expectatur. Cum, itaque, dilectus filius, vir providus, Dominus
 Robertus de Tautone, nostre Exoniensis Ecclesie Canonicus, humanitatis
 ductus officio, ad id, sicut accepimus, sue mentis affectum destinat sedulo,
 ut locum, ad nostram Episcopalem mensam pertinentem, [in] quo felicis
 recordacionis Walteri de Stapelone, Exoniensis Episcopi, Predecessoris
 nostri, corpus in Suburbio Londoniarum primitus quievit¹ humatum,
 magnificare valeat, sepulturam et Capellam ibidem erigere et fundare,
 Missasque cotidianas et Oraciones alias in ea perpetuo celebrari facere, in
 ipsius Predecessoris nostri, et nostri, et omnium aliorum Predecessorum
 nostrorum et Successorum, Exonie Episcoporum, omniumque Fidelium
 defunctorum suffragium animarum ; desideriis suis hujusmodi favore
 benivolo annuentes, habitoque super hoc cum dilectis filiis, Capitulo Ecclesie
 nostre prelibate, tractatu solemni et diligent, eisque consencientibus ; cum
 ad dampnum Ecclesie nostre predicte vel mense trahi nequeat; ei quo ad
 id Licenciam concedimus et liberam facultatem ; dictum locum, cum
 adjacenti area, quatenus nobis existit licitum, ad dictum usum eciam con-
 ferendi. In cuius rei testimonium sigillum nostrum, una cum sigillo
 Capituli Ecclesie nostre predicte, Presentibus duximus apponendum.—Data,
 etc., ultimo die Junii.

[fol. 184.] Crediton ; *Statutum novum in Ecclesia de Criditone*,—

Universis, etc., Johannes, miseracione Divina Exoniensis Episcopus, salutem in
 Eo Qui est omnium Vera Salus.—Inter cetera que nostrum animum insulti-
 bus impetunt successivis, hoc est quod desideranter exquirimus, ad idque
 mentis nostre sedulo destinamus affectum, ut in Ecclesiis nobis Diocesano
 jure subjectis, et illis potissime quas digniores esse agnoscimus et com-
 mendat ingencior excellencia virtutum, instituamus juxta earum facultates
 certum numerum ministrancium, per quos Deo in Divinis Officiis secundum
 Ecclesiasticos Ordines devocius serviatur. Sane, cum olim in Ecclesia
 nostra Collegiata Criditonie, nostri Patronatus et Diocesis, Visitacionis Officio
 fungeremur, Perpetuam Vicariam in ea, curam habentem latissimam ani-
 marum, nimis exilem comperimus et plus debito oneratam, Chorumque
 Collegii ibidem omni certo parentem clericorum obsequio et puerorum ;
 adeo quod vix per aliquem dicti status interdum Diebus Festivis solemnis
 dicte Ecclesie deservitur. Nos, igitur, invocato Christi Nominis, vocatisque
 et consencientibus omnibus quorum interest, cupientes super hoc de oport-
 uno remedio providere, hac imperpetuum valitura Constituzione sancimus
 quod, preter et ultra numerum Vicariorum in Choro ejusdem Ecclesie,
 semper adhibeantur quatuor clerici juvenes, virilem vocem habentes, qui
 absque almiciis sub capis nigris utentes superpelliciis, locum quasi secunde
 forme tenentes, ante formas principales stare teneantur ; quorum unus

¹ See my Preface to *Bishop Stapeldon's Register*, page xxxii.

A.D. Sacristie Librorum, et Ornamentorum custodie sit astrictus; qui absque
 1334. caucione tutissima nullatenus admittatur: alius, vero, gerat curam et
 Vol. II. custodiam campanarum: tertius circa Magnum Altare oblacionibus intendant,
 ne Caouicci in cera seu Vicarii in pecunia defraudentur: quartus, vero,
 teneatur pueros in cantu et moribus diligenter informare: qui omnes et
 singuli ad hec fideliter exequenda in admissione sua juramento vinculo
 arceantur. Quisquis, vero, eorum Ordinem Sacerdotii adeptus fuerit suo
 cedat officio, et alius ejus loco continuo subrogetur. Idem, eciam, servetur
 tam de eis quam de pueris, si, tercio moniti ut se abstineant a vicio vel
 defectu, minime corrigantur. Adhibeantur, eciam, in dicto Choro quatuor
 clerici vocem habentes puerilem, qui omnes et singuli, juxta temporis
 exigenciam et Precentoris ibidem arbitrium, in Scholis et Choro alternatim
 occupentur; cumque eorum aliquis vocem ceperit attingere virilem cedat
 statim alio subrogato. Ad eorundem, vero, clericorum atque puerorum
 sustencionem, et alia subscripta ipsius Chori onera subportanda, ab
 ejusdem Ecclesie Canonicis et eorum in dicta Ecclesia Beneficiis annuatim
 levari statuimus, in Festis Pasche et Sancti Michaelis, equis porcionibus,
 peccuniarum summulas subsequentes; videlicet, a Precentore Loci sex-
 decim solidos; de Prebendis de la Pole, Hempstill, et Stouforde singu-
 lariter singulos quatuordecim solidos; item, de Prebendis de Alre, Rigge,
 et Wodelond, modo premisso, singulos duodecim solidos; item, de Prebendis
 de Carswillie, Combe, et la Crosse singulariter singulos decem solidos; item,
 de Prebendis de Cridie et Westanfordie, eodem modo, singulos octo
 solidos; item, de sex Prebendis Bursalibus in dicta Collegiata Ecclesia;
 videlicet, singulariter singulos duos solidos. Rursus, quia Perpetuus Vicarius
 dicte Ecclesie, qui preest cure plebis ibidem, nequit ministerium in Choro
 et curam hujusmodi exequi modo debito, eum ab onere hujusmodi minis-
 terii providimus absolvendum; hoc adhibito moderamine ut Diebus Festivis
 solemnis, et aliis quibus occupatio utilis eum non impedit, diurnis et
 nocturnis Officiis in dicto Choro interesse, habitum deferre, psallere et
 celebrare, juxta morem observacionis antique, teneatur. Et, quia ferendus
 non est in percepcione pleni stipendii qui plenitudinem oneris non agnoscit,
 premissa omni commodo proventuum duorum Stallorum in dicto Choro,
 quos dictus Perpetuus cure Vicarius solet percipere, adjecione innovamus;
 salvis viginti quinque solidis et quatuor denariis, quos, preter alios pro-
 ventus quos ad subportacionem incumbencium sibi onerum et suam
 sustencionem congruam aliunde sibi assignavimus, volumus et statuimus
 de dictis peccuniarum summis annis singulis numerari; quodque cuiilibet
 dictorum quatuor clericorum viginti sex solidi, octo denarii, et dictorum
 puerorum septemdecim solidi et quatuor denarii, annuatim, ad quatuor anni
 terminos principales, pro stipendiis fideliter liberentur. Necnon, solvantur
 annis singulis, ad onera Chori subportanda, videlicet pro pane et vino ad
 celebrandum, pro Canonicis et Vicariis tresdecim solidi; pro incenso et
 carbonibus, quinque solidi; pro cera, quadraginta solidi; pro sebo ad
 mortariolum ardens continue, tresdecim solidi et quatuor denarii; pro
 reparacione Librorum, quinque solidi; pro ablucione et reparacione Vesti-
 mentorum Chori, quatuor solidi; pro stipendio collectorum et adminis-
 tratorum dicte peccunie, quatuor solidi. Et ad predictam peccuniam
 colligendam et distribuendam fideliter eligantur duo Vicarii per Cantorem
 et Vicarios; videlicet, Fabrice Custodes, vel alii fide et facultatibus ydonei,
 qui jurentur et in Capitulo reddant inde calculum annuatim. Habeat,
 quoque, Precentor predictus coercionem quamlibet Canonicam ad com-
 pellendum dictarum Prebendarum possessores, auctoritate presentis Con-
 stitucionis, ut solvant singuli suas porciones pretaxatas; et collectores, ut
 sint in colligendo et distribuendo, ut premittitur, solliciti et fideles; idem-
 que Precentor dictam caucionem recipiat, et dictos clericos ac pueros, dicta
 monitione premissa, ubi defectus suberit vel culpa, amoveat et admittat.
 De clericis, vero, aquebajulis in dicta Ecclesia volumus quod modo solito

A.D. probentur et admittantur ; necon, ad interessendum dictis Divinis Officiis
 1334. in Choro et officiandum non minus solito astringantur, donec Parochialis
 Vol. II. Ecclesia antiqua ibidem reedificetur ; et extunc dicti clerici aquebajuli
 judicio dicti Curati Vicarii elegantur et serviant, a ministerio in Choro
 Canonicorum penitus absoluti. In quorum omnium testimonium et fidem
 pleniorum sigillum nostrum Presentibus duximus apponendum.—Datum
 in Domo Capitulari Ecclesie nostre Exoniensis, primo die mensis Julii, Anno,
 etc., M°. CCC^{mo} xxxiiij^{to}, et Consecrationis nostre septimo.—Et nos, Capit-
 ulum Ecclesie Exoniensis, habito super premissis cum Venerabili Patre et
 Domino, Domino Johanne, Dei gratia Exoniensi Episcopo supradicto, trac-
 tatu diligenti et solemniter presencialiter ipsis omnibus et singulis, quantum
 ad nos attinet, gratum et benivolum consensum prebeimus pariter et assen-
 sum, et sigillum nostrum commune fecimus hiis apponi in fidem et testi-
 monium premissorum.—Datum quicad nos, die mensis, loco, et Anno Domini
 supradictis.

[fol. 11.] St. Colan ; *Appropriacio Rectorie Sancti Colani Sacristie de Glaseney*¹,—

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis ad quorum noticiam presens Scriptura
 pervenerit, Johannes, etc., salutem in Eo Qui est omnium Vera Salus.—Pie
 mentis felicis memorie Walteri primi, quondam Exoniensis Episcopi,
 Predecessoris nostri, laudanda devocio Basilicam apud Glaseneye, nostre
 Diocesis, in honorem Beati Thome, Martiris gloriosi, ab humentibus admo-
 dum paludibus erexit et construxit insignem, ibidemque statuit certum
 Canonicorum numerum, et eandem dotavit Basilicam prediorum, possessio-
 num, et reddituum adminiculo competenti. Idem, quoque, Predecessor
 noster Sacristam ibidem sub modo infratacto perpetuum ordinavit. Hac,
 itaque, consideracione inductus Ecclesiam Parochialem Sancti Colani,
 ejusdem nostre Diocesis, in qua sua industria jus impetravit et optimuit
 Patronatus, predicte Ecclesie Beati Thome et Canonicis ibidem Deo et
 Gloriosissime Virginis Marie servantibus unire et appropriare curavit, inter
 cetera modo subdistincto ; videlicet, quod predictus Sacrista, quem in
 eadem Ecclesia Canonicum esse voluit et sacerdotem, certa subscripta
 subiturus onera, perpetuo resideret. Verum, quia Fundator ille eximius,
 carnis morte preventus, quemquam in dictae Sacristie Officio non prefecit,
 effectu caret usque hodie ipsius intencio tam devota. Nos, igitur, qui ei,
 licet inmeriti, in Pontificatus Officio, Domino permittente, successimus, sic
 in affectus plenitudine in hiis que Cultus Divini augmentum respiciunt
 succedere cupimus et debemus ; Appropriacionem Ecclesie Sancti Colani et
 Ordinacionem Sacriste perpetui prelibatas, presentis Scripti patrocinio,
 confirmamus ; et, ejusdem Predecessoris nostri exemplo ducti, Canonicatum
 et Prebendam quos pridem, jure nostro, contulimus dilecto filio, Domino
 Roberto de Tredowel,² presbitero, Sacriste ejusdem Ecclesie, et Sacristie
 nomine, habito super premissis cum dilectis filiis, Capitulo Ecclesie nostre
 Exoniensis, tractatu diligenti et solemniter ; necon, de consensu expresso³
 dilectorum filiorum, Prepositi et Capituli predicte Collegiate Ecclesie nostre
 Glaseneye [coram nobis per Dominum Ricardum de Gomersale, ejusdem
 Ecclesie Cancanicum, et Magistrum Thomam de Lycchefelde, clericum, Pro-
 curatores eorundem in hac parte sufficienter constitutos—quorum Procura-
 torii tenor, sigillo communis eorundem signati, inferius continetur⁴—nomine

¹ Another copy of this Ordinance will be found on fol. 9, and it was printed by Dr. Oliver in his *Monasticon*, page 51.

The copy given in the Text, however, contains some interesting matter omitted in the other. The principal variations are indicated in the footnotes ; the first copy being

distinguished by the letter A, and the copy which I have adopted by the letter B.

² "Domino dicto Tredowel" in A.

³ "de collaudacione et consensu" in A.

⁴ Space was left for this Document at the end of A ; but it remains blank.

A.D. 1334. Procuratorio pro eisdem comparencium^{1]}, in subportacionem dictorum onerum Pontificali auctoritate concedimus, appropriamus, et unimus ; jure Vol. II. et dignitate² nostre Exoniensis Ecclesie semper salvis. Ita quod, auctoritate Appropriacionis et Unionis hujusmodi, prefatus Sacrista, quem decernimus et volumus Sacriste nomine in predicta Ecclesia nuncupari, per se, vel alium seu alios, dictorum Canonicatus et Prebende possessionem libere apprehendere et tenere, fructusque in usus proprios convertere valeat ; nostra vel alterius cuiuscumque Licencia minime requisita. Prefatum, quoque, Dominum Robertum, de honestate et industria et continuacione longi sui laboris in predicta Ecclesia multipliciter commendatum, ibidem prefecimus in Sacristam. Ne, autem, circa agnitionem onerum sibi incumbencium vagetur sub incerto,—ut clarius pateant per exemplum,—ea fecimus Presentibus annotari ; videlicet, quod predictus Sacrista, qui pro tempore fuerit, fructus et obvenciones quoscumque ad dictam Ecclesiam Sancti Colani, Porcione congrua Vicarie ejusdem Ecclesie dumtaxat excepta, colligat fideliter, et distribuat modo subdistincto, et prout distinctionem in antiqua Ordinacione³ Predecessor noster imposuit memoratus ; singulisque Vicariis ejusdem Ecclesie solvat inde singulos decem solidos annuatim. Neconon, annis singulis, feria secunda, mense Septembbris, suis ibidem Concanonicis in Solempnitate Beati Gabrielis, Archangeli, ibidem presentibus, singulos novem denarios ; singulis quoque, Vicariis hujusmodi, tunc rite suam presenciam exhibentibus, quinque denarios imperpetuum solvere teneatur ; in utrisque, eciam, Vesperis [et⁴] Matutinis, Missa, et Horis Canonicis, durante Solempnitate predicta, annis singulis, sicut in Die Natalis Domini ministrari consueverat, luminaria per Ecclesiam ministrabit ; et sexaginta solidos in panibus, annuatim, die Solempnitatis predice, pro animabus predicti Fundatoris, Successorumque et Benefactorum suorum, pauperibus erogabit. Et, quia hujusmodi Sacrista molestum ferre non poterit si, inspecto sui commodi incremento, onera adiciamus alia a predictis, per eum successoresque suos imposterum agnoscenda, statuimus et ordinamus quod idem Sacrista, et ejus successores imperpetuum, invenire teneantur unum clericum de secunda forma, habitum in Choro deferentem, [preter alios ante hec tempora in dicta Ecclesia deservientes⁴], qui ad pulsandum campanas Ecclesie et portas clausi ejusdem, debitiss temporibus, claudendum et aperiendum oneretur ; ita, tamen, quod claves portarum earundem post ignitegium de nocte in custodia Sacriste hujusmodi [sive Prepositi qui pro tempore fuerit⁴] remanebunt. Item, quod idem Sacrista consimiliter teneatur invenire panem et vinum pro Eukaristia, ceram et torticias, [in forma que sequitur ; videlicet, in omnibus Majoribus Duplicibus Festis, per annum, septem cereos ardentes in Choro, quorum quatuor sint positi circa Altare prout melius poterunt ordinari, et duo ceroferaria coram Altare super gradum, et unus pendens in pelvi vel corona inter Chorum et Altare ; et post pelvem sive coronam unam lampadem ardentem de nocte et de die, quando cereus in pelvi vel corona est extinctus, ob reverenciam Corporis Christi. Sint, eciam, exhabundanti duo cerei positi, hinc inde, juxta Magnam Crucem. Et in Natali Domini, Epiphania, Pascha, et Pentecostes, necnon Assumpcione Beate Virginis, Gabrielis Archangeli et utroque Festo Gloriosi Martiris Thome, sex cerei vel candele, circulariter positi in parvis candelabris fixis in extremitatibus pelvis vel corone, illuminandi prout patet inferius. In octo, igitur, predictis Majoribus Duplicibus Festis solempnioribus, ad utrasque Vespertas et ad Missam, omnes septem cerei illuminentur : ad Completorium extunc ceroferaria ardeant tres : ad Matutinas, post secundam pulsacionem, accendatur statim ille cereus in pelvi vel corona ; et dum pulsatur ultimo accendantur quatuor juxta Altare, et alii duo juxta Crucem. Et dum *Gloria Patri* cantatur in

¹ Omitted in B.² “auctoritate” in A.³ See his *Register*, page 244.⁴ Omitted in A.

A.D. ultimo Responsorio accendantur duo ceroferaria, et extunc ardeant usque ad finem Matutinarum. In Die, tamen, Natalis, et Epiphanie, ad utrasque Vol. II. Vespertas, propter tardam horam et tempus obscurum, duo juxta Crucem accendantur. In prima Missa in nocte Natalis et Laudibus sequentibus, ac eciam in Laudibus Epiphanie, Pasche, Pentecostes, utroque Festo Beati Thome et Assumptionis Beate Marie, accendantur omnes cerei sive candele in pelvi vel corona. Ad Primam, Terciam, Sextam, et Nonam accendantur unus in medio pelvis sive corone. In aliis Majoribus Festis Duplicibus, minus tamen solemnioribus, ad Vespertas et Matutinas quinque tantum accendantur, usque ad ultimum Versum Ympni ad Vespertas, et ad Matutinas usque ad *Gloria Patri* noni Responsorii; et tunc primo accendantur ceroferaria usque finitum *Benedicamus*. Cetera ut supra, exceptis cereis iu pelvi sive corona. Et sciendum quod, quando unus solus accenditur, semper sit ille in pelvi sive corona. In omnibus Minoribus Festis Duplicibus solemnioribus, quia antiquius institutis, ad Vespertas et ad Matutinas primo quatuor ad *Magnificat* et *Benedictus* ceroferaria, ad Missam duo ceroferaria et duo superius, cum uno in medio pelvis sive corone. In aliis, vero, Festis Minoribus Duplicibus, noviter institutis, ad Vespertas et ad Matutinas, tres primo ad *Magnificat* et *Benedictus* ceroferaria: ad Missam ceroferaria cum duobus aliis, et ad Completorium duo. In Festis, vero, quando Invitatorium a tribus cantatur, et sexto die Natalis Domini, et Festo Sancti Silvestri, feria quinta et sexta et sabbato Pasche et Pentecostes, Dominica Prima in Adventu, et in Ramis Palmarum, et per totas Octabas Assumptionis Beate Marie, ad Vespertas et Matutinas, in principio, duo et ceroferarium tempore consueto; ad Missam omnes quatuor, scilicet duo ceroferaria cum aliis duobus. In ceteris Festis ix Leccionum vel trinum cum regimine Chori, per totum annum, ad Vespertas, Completorium, et Matutinas, unus solus in pelvi vel corona; set ad *Magnificat* et *Benedictus* et Missam addantur ceroferaria. In Festis trium Lectionum sine regimine Chori, et feriis, per totas Vespertas, Completorium, et Matutinas, tam de die quam de Sancta Maria, unus solus in pelvi sive corona. Ad Antiphonam, tamen, de Sancta Maria post Completorium, semper duo de cetero, vel plures, juxta devocationem offerre volendum, accendantur. Teneatur, insuper, idem Sacrista, et sui successores imperpetuum invenire, suis sumptibus^{1]} incensum liberum, carbones, mattas, et stramenta pro tota Ecclesia, et cordas eciam campanarum. Habeant, insuper, iidem Sacrista et successores sui custodiam Librorum, Vasorum, Vestimentorum, et omnium aliorum Ornamentorum Ecclesie prediche et emendacionem eorundem, [ipsis per dictos Prepositum et Capitulum semel prius sufficienter et decenter reparatis²], nisi de novo fuerint construenda. Idem, eciam, et sui successores, [una cum Preposito Ecclesie Collegiate antedicto et suis successoribus²], curam diligenter impendant quod silencium ibidem in Choro firmiter observetur, et in cantando et psalmodizando paucatio et punctuacio rite teneantur, [cum cohercione Canonica, auctoritate nostra in non observantibus exercenda²]. Ordinamus, insuper, et statuimus, de consensu expresso predictorum Prepositi et Capituli Glaseneye, quod idem Sacrista qui pro tempore fuerit, singulis annis, in Festis, videlicet, Beati Michaelis Archangeli et Pasche, per equales porciones, a prefatis Preposito et Canonicis pro oneribus suprascriptis, per ipsos hucusque supportatis, et per Sacristam hujusmodi exnunc, ut premittitur, agnoscendis, sex marcas argenti, per manus Senescalorum Scaccarii prediche Ecclesie, ac totam ceram oblatam in Ecclesia predicta [percipiat]; necnon, ea omnia que ratione Installacionis Canonorum dicte Ecclesie, de jure seu consuetudine inibi hactenus observata,

¹ All the interesting particulars contained in the above 51 lines are omitted in A, being represented only

by the words "juxta consuetudinem Ecclesie."

² Omitted in A.

A.D. quovismodo debentur. Statuimus, eciam, et ordinamus quod idem Sacrista,
 1334. et sui successores imperpetuum, cum per nos vel Successores nostros in
 Vol. II. dictis Sacristia et Canonicatu, cum suis juribus et pertinenciis, fuerint
 instituti, tactis Sacrosanctis Evangelii, corporale prestant sacramentum de
 corporali et continua, vera et non ficta, residencia infra clausum Glaseneye
 facienda, et aliis oneribus superius expressatis [faciendis et¹] observandis ;
 alioquin, Collacio et Institutio inde facte, seu faciende, ipso facto sint nulle.
 In quorum omnium testimonium sigillum nostrum Presentibus duximus
 apponendum.—Data Exonie, in Capitulo Ecclesie nostre, die Veneris prox-
 ima post Festum Apostolorum Petri et Pauli [1 July], Anno Domini
 Millesimo CCCmo tricesimo quarto, et Consecrationis nostre septimo.—Et
 nos, Capitulum Ecclesie Exoniensis supradicte, habito per nos cum dicto
 Venerabili Patre super premissis tractatu diligent, premissis omnibus et
 singulis nostrum prebuimus consensum pariter et assensum, ipsaque sigilli
 nostri communis munimine roboravimus.—Data die, loco,² et anno supra-
 dictis.—Et nos, Prepositus et Capitulum Ecclesie Collegiate Beati Thome,
 Martiris, Glaseneye supradicte, premissa omnia et singula, quatenus ad nos
 pertinet, acceptantes, eisdem nostrum consensum impertimus, et sigillum
 nostrum commune, in testimonium premissorum fecimus hiis apponi.
 Data, quoad appositionem sigilli nostri predicti, in Capitulo nostro Glase-
 neye, die Veneris proxima post Festum Sancti Jacobi, Apostoli [29 July],
 Anno Domini supradicto.

[fol. 35.] Exeter Cathedral; *Dispensacio concessa Domino Waltero Meryet,*
Cancellario Exonie, ut legat per alium,—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Waltero Meriethe, in Ecclesia nostra
 Cathedrali Exonie Cancellario, salutem, etc.—Intenta providis operibus
 sollicitudo Pastoralis, nonnunquam, rigorem justicie mansuetudine tem-
 perans, quod negat juris severitas de gracia benignitatis indulget, cum id
 secundum Deum prospicit expedire. Nos, itaque, debita meditacione
 pensantes devocationis tue magne zelum et sedule diligencie studium, que-
 te, cum dono scientie, morum honestate, et generis claritate pollentem, in
 prosecuzione Divini diurni pariter et nocturni Officii, ac precipue nostre
 Exoniensis Ecclesie prelibate honoris et commodi, impendere cernimus et
 habere; volentesque, premissorum tuorum optentu meritorum, super
 quibus cum dilectis filiis, Capitulo Ecclesie nostre prelibate, deliberacionem
 diligenter habuimus et solempnem, personam tuam prerogativa prosequi
 favoris et gracie Episcopalis, ut ad observanciam rigoris tibi ascripti et
 oneris Dignitatis Cancellarie tue, ejusdem Ecclesie nostre nomine, quo ad
 Lecturam personaliter miuime tenearis, de consilio et expresso consensu
 dicti Capituli nostri, tecum, quatenus nobis a jure permittitur, in Domino
 dispensamus; Statutum a bone memorie Domino Petro, quondam Exoni-
 ensi Episcopo, Predecessore nostro, ex annexione Ecclesie Sancte Newelyne,
 in Cornubia, in contrarium editum, quo ad premissa de uberiori gracia, tuo
 tantum tempore, taliter moderando. Proviso, scilicet, quod onus Lecture
 per alium ydoneum Magistrum, seu Bacalarium in Theologia vel Decretis,
 sicut hactenus consuevisti, prudenter exequi, et debite, prout alii Digni-
 tates in dicta nostra optinentes Ecclesia tenentur, per duas anni partes
 studeas residere. Alioquin Dispensacio nostra hujusmodi et Statuti
 moderacio nullius penitus sinit momenti. Volentes, ac eciam exhabundanti
 statuentes, quod, te qualitercumque cedente vel decedente, Ordinacio et
 Statutum hujusmodi predicti Predecessoris nostri in suo priori robore
 extunc remaneat firmiter in futurum. In cuius rei testimonium sigillum
 nostrum hiis duximus apponendum.—Data in Domo Capitulari Ecclesie
 nostre predice, primo die Julii, Anno, etc. xxxij^{to}, et Consecrationis
 nostre septimo.—Et nos, Capitulum Exoniensis Ecclesie predice, prehabito

¹ Omitted in A.

² "in Capitulo supradicte Ecclesie" in A.

A.D. super premissis tractatu diligenti, presencialiter ipsis omnibus et singulis,
 1334. quantum ad nos attinet, gratum et benivolum consensum prebemus pariter
 Vol. II. et assensum. In ejus rei testimonium sigillum nostrum commune
 Presentibus est appensum. Datum die, loco, et Anno Domini supradictis.

—Et memorandum quod predictum Instrumentum publicatum fuit et utroque
 sigillo pretactis (*sic*) signatum; cuius una pars remanet penes dictum
 Cancellarium et alia penes Archivum Domini, inter Instrumenta Cancellarie
 Domini.—Et eodem die Cancellarius optinuit relaxacionem Sequestri in
 fructibus Ecclesie Sancte Neuline interpositi, et Literas super hoc directas
 Vicariis Ecclesiarum Sancti Probi et Sancte Neuline ad reddendum sibi
 calculum, et ad sibi restituendum omnia percepta de hujusmodi fructibus
 durante Sequestro.

[fol. 183b.] Cruwys-Morcharde; *Commissio ad instituendum Johannem de Hauntesforde in Ecclesia de Cruwes Morcharde,*—

Johannes, etc., dilecto filio, Domino Ricardo de Kyrkeby, Precentori Ecclesie
 nostre Collegiate Criditonie, salutem, graciam, et benedictionem.—In nego-
 cio Presentacionis dilecti filii, Johannis de Hauntesforde, presbiteri, ad
 Ecclesiam de Cruwys Morcharde, nostre Diocesis, in quo est de vacacione
 ejusdem Ecclesie et aliis debitibus et consuetis articulis, auctoritate nostra,
 prout convenit, inquisitum; ad admittendum Presentatum eundem ad ipsam
 Ecclesiam et instituendum in ea; neconon, ipsum vel Procuratorem suum
 pro eo, in corporalem possessionem ejusdem, cum suis juribus et pertinen-
 ciis universis, faciendum induci, si repereritis Inquisitionem hujusmodi inde
 receptam pro jure facere Presentantis ac eciam Presentati, nichilque eidem
 Presentato, quem de literatura si in ea sit convenienter ydoneus examinari
 volumus, aliud obviet Canonicum; vobis, de cuius circumspetionis indus-
 tria et conscientie puritate plurimum confidimus, vices nostras committimus,
 cum cuiuslibet, etc.—Data in Manorio nostro de Criditone, secundo die Julii.
 [In the margin is added,—“Institutus fuit Criditonie, secundo die Augusti,
 per Precentorem ibidem”].

[fol. 183.] A case of adultery; *Commissio ad citandum quendam Jullanum Tregenhay, et ad procedendum contra eum, ac ipsum absolvendum,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Domino Priori Monasterii Bodminie, ac Magistro
 Bartholomeo de Castro, Sancti Ivonis, et Domino Randolpho [de Lampil],
 de Wythiel, nostre Diocesis, Ecclesiarum Rectoribus, salutem, etc.—Ad
 peremptorie citari faciendum Jullanum de Treganhay (*sic*), conjugatum
 notorie, nostrum subditum, ad comparendum coram vobis in Ecclesia Bod-
 minie, certo die per vos eidem statuendo, in negocio adulterii et recidivi per
 ipsum cum Domina Matillide, relicta Domini Thcme Lercedeakne, Militis,
 defuncti, fama publica referente, commissi, coram nobis ex nostro Officio
 procedentibus pendente indeciso, responsurum et personaliter juraturum;
 ac Purgacionem ejusdem de dicto crimine, si se Canonice purgare valeat,
 cum xij^{ma}, tamen, manu¹ bonorum, legalium, et fidei dignorum vicinorum,
 noticiam sui status et conversacionis habencium; iu presencia, eciam, Jo-
 hannis Billon, valleti nostri, et alicujus Notarii, in forma juris admitten-
 dum; et ad Canonice compellendum eundem ad abjurandum loca suspecta
 et privatos accessus ad eandem, sub gravi pena arbitrio vestro moderanda;
 ipsumque a Sentencia Excommunicacionis, qua, pro sua contumacia mani-
 festa coram nobis certis die et loco in non comparendo contracta, extiterat
 per nos innodatus, in forma juris absolvendum; vobis, ac duobus vestrum,
 vices nostras committimus, cum cuiuslibet coercionis Canonice potestate;
 Canonicam Penitenciam eidem Jullano, si forte reatum hujusmodi coram
 vobis ipsum fateri contigerit, vel in hujusmodi Purgacione deficere, per nos

¹ See *Bp. Stapeldon's Register*, page 327, note.

A.D. pro modo culpe salubriter imponendam, nobis specialiter reservantes. De
 1334. die, vero, receptionis Presencium et quid feceritis in premissis, ac modo et
 Vol. II. scie tocius Processus vestri hujusmodi, nos, citra Festum Assumptionis
 Beate Marie Virginis proximo futurum [15 Aug.], reddatis cerciores per
 vestras patentes Literas, etc., sigillo autentico consignatas.—Data Criditonie,
 xix die Julii.

[fol.] Denbury [Devenebury, MS.] ; Master Adam de Stratton, priest,
 36.] R.,—

Licence of non-residence for a year, “causa insistendi obsequiis Domine
 Regine Anglie, et ad dimittendum eandem Ecclesiam ad firmam, per idem
 tempus, alicui viro Ecclesiastico idoneo” (Crediton, 19 July).

[fol.] Broadhembury ; Sequestrum in quibusdam decimis infra Parochiam
 183. de Brodehembury, pro quadam lite mota inter R. [de] Brayleghe et Abbatem [de] Donkisville,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Decanò de Plymptre et Perpetuo Vicario Ecclesie
 Parochialis de Brodehembury, nostre Diocesis, salutem, etc.—Ex ore Pastoris
 providi debet prodire judicium, quod contra justiciam nulli parcat, set
 conservando conservet unicuique quod est suum. Cum, igitur, sicut recenter
 accepimus, inter Religiosos Viros, Abbatem et Conventum Monasterii de
 Donkisville, Ordinis Cisterciensis, nostre Diocesis, ex parte una, et Domini-
 num Ricardum de Brayleghe, Subdecanum et Canonicum Ecclesie nostre
 Exoniensis, Ecclesie de Brodehembury, Capitulo Ecclesie nostre Exoniensis
 predicte Canonice, ut dicitur, appropriate, ejusdem Capituli nostri nomine
 ex assiguacione Canonica possessorem, ex altera, super percepcione decimarum
 garbarum provenientium de terris dictorum Religiosorum supra montem
 de Brodehembury, infra limites et decimaciones dictae Ecclesie consisten-
 tibus ; quas utraque dictarum Parcium, ut dicitur, asserit ad se, diverso
 tamen jure, pertinere ; ex quibus ipse Partes dicuntur ad odia, que varia et
 gravia, tam in personis quam in rebus, comminantur pericula, multorum
 animos provocasse. Unde nos evidens evocat racio ut, premissis in scruti-
 nium debite consideracionis adductis, ea absque oportune provisionis
 remedio nullatenus relinquamus. Quocirca vobis, communiter et divisim,
 mandamus quatinus dictas decimas, quas ex causis premissis, tenore Pre-
 sencium, sequestramus, donec dicta dissensionis materia fuerit judicio vel
 concordia terminata, sub arto custodiatis seu custodiri faciatis Sequestro ;
 sicut de illis volueritis, vestro periculo, respondere ; necnon Sequestrum
 nostrum hujusmodi publicare solemniter et celeriter studeatis. Diem
 receptionis Presencium, modum et formam execucionis earum, intimando
 nobis, cum comode requisiti fueritis, per vestras, etc.—Data apud Criditone,
 xxvij die Julii.

[fol.] Exeter : St. James's Priory ; Relaxacio Sequestri in decimis garba-
 183b. rum Autumpnaliū ad Porcionem Prioris et Monachorum
 Sancti Jacobi in Ecclesia de Tuvertone spectantibus¹,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Domino Thome Wiscarde, Porcionario de Tidy-
 combe in Ecclesia de Tuvertone, nostre Diocesis, salutem.—Cum dilectus
 filius, Hugo Sampsoms, de Tuvertone, sicut nobis est pro parte sua
 expositum, decimas garbarum Autumpnaliū instancium ad Porcionem
 quam Prior et Monachi Beati Jacobi prope Exoniam dicuntur in eadem
 Ecclesia optinere, ante separacionem dictarum garbarum a solo, a nobis
 Licencia non habita, de Fratre Willelmo Byttedene, qui pro Priore se gerit
 Prioratus dicti Loci, non tamen ex contemptu, set simplicitate emerit jam
 est diu, eidem Priori proinde precium exsolvendo ; ipsasque decimas et alia
 commoda, spectancia ad dictam Porcionem dicti Prioris, utpote Majoris

¹ spectantes, MS.

A.D. Excommunicacionis Sentencia tam pro sua contumacia quam offensa
 1334. innodati, propter hoc eidem Priori subtrahi fecerimus ac eciā sequestrari ;
 Vol. II. ne fructus dictarum decimaruī, Celesti provisione concessi, pereant non
 collecti ; tibi committimus et mandamus quatinus, recepta a dicto Hugone
 caucionē idonea de reddendo dictus fructus vel eorum estimacionem nobis,
 vel alteri per nos assignando, ubi et quando sibi duxerimus intimare,
 Sequestrum nostrum hujusmodi relaxes et denuncies, modo premisso,
 publice, pro relaxato ; quid inde feceris nobis, per tuas Literas, harum
 habentes seriē, cum premunitus fueris, debite intimando.—Data apud
 Criditone, ultimo die Julii.

Cowick Priory ; *Licencia super mora Alexandri de Rotis in Prioratu de Cowike facienda,*—

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Alexandro de Rotis, Monacho Monasterii de Becco, salutem, cum benedictione et gracia Salvatoris.—Desiderii tui petitionem favore benivolo prosequentes, Licenciam tibi datam super mora tua in Prioratu de Cowyke, nobis Diocesano jure subjecto, usque ad instans Festum Beati Petri ad Vincula [1 Aug.], ab isto Festo per mensem¹ prorogamus.—Data apud Criditone, ultimo die meusis Julii.

Powderham ; *Licencia ad colligendum fructus Autumpnales ad Ecclesiam de Pouderham spectantes, et eos in orreis Rectorie ibidem reponendum,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, de Ken et de Kentone, nostre Diocesis, Ecclesiarum Rectori et Perpetuo Vicario, salutem, etc.—Ex ratione vacacionis Ecclesie de Pouderham, fructus et obvenciones ad ipsam Ecclesiam vacacione durante obvenientes olim fecimus sequestrari, prout credimus de vocationis vestre studium non latere. Ne, igitur, pereant fructus Autumpnales instantes, dicte Ecclesie Celesti provisione concessi, set ei valeant ad quem pertinent fideliter reservari ; vobis, communiter et divisim, committimus et mandamus quatinus dictos fructus in orreis Rectorie ejusdem Ecclesie reponere studeatis, sumendo inde expensas moderate. Et quid fecer[it]is nobis distincte intimare curetis, cum premuniti fueritis, per Literas vestras patentes, habentes hunc tenorem.—Data apud Criditone, ultimo die Julii.

fol. 184. Benefices held by aliens ; *Litera Regia ad inquirendum de Beneficiis que alienigene occupant in Diocesi Exoniensi,*—

Edward, par la grace de Dieu Roi Dengleterre, Seignur Dirlande, et Ducs Daquitaïne, al honorable Piere en Dieu, J., par la meisme grace Evesque Dexcestre, saluz.—Por ce qe nous voloms par aucune certeyne cause estre certifiez queu Benefiz de Seinte Eglise aliens occupent deinz vostre Diocese, cest assaver des Arcedeakneeze, Priourteez, Prevendes, Eglises, Chapeles, Hospitalx, Porcions, Enpensions, ou autres Benefiz quecumques ; et coment et par quel title il ensount avenuz ; et de la verroie value de chescun des ditz Benefiz ; et des nouns des possessours diceux ; vous mandoms et chargeoms, en la foi et la ligeance qe vous nous deves, qe ceste chose pleynement enquise nous en facez distinctement et apertemente certifier, a nostre prochein Parlement. Et ce en nule manere ne lessez.—Done souz nostre Prive Seal a Windesore, le tiers jour de Augste, Lan de nostre Regne octisme.

[fol. 35b.] Barnstaple Priory ; *Sequestrum Prioratus Barnastapolie,*—

Johannes, etc., Priori de Piltone, Rectori de Toustoke [Tawstock] et Perpetuo Vicario de Tautone [Bishop's Tawton], salutem, etc.—Quoniam Prioratus Barnastapolie, per mortem Fratris Johannis Soyer, ultimi Prioris Domus ejusdem, ad presens vacare dinoscitur, cuius pretextu omnes fructus et

¹ mensem.] Altered from " quindecim dies."

A.D.
1334. proventus ejusdem Prioratus, durante vacacione hujusmodi, prout nostro
incumbit Officio duximus sequestrandos; ac, cupientes commodo et utili-
tati dicte Domus interim prospicere, quantum possumus, et indemnitati
precavere, vobis, de quorum fidelitate confidimus, et vestrum cuiilibet, Cus-
todiam Sequestri hujusmodi committimus conservandam; mandantes, et
vobis in virtute Obedientie firmiter injungentes, quatinus in Prioratibus et
Ecclesiis predictis, et alias circumviciinis, ubi expedire videritis, publice et
solempniter, coram populo, fructus et proventus hujusmodi sic sequestratos
esse nuncietis, seu nunciari faciat; ipsosque fideliter colligi, ac sub arto
et salvo custodiri Sequestro, sicut de eisdem in eventum, vestro periculo,
volueritis respondere, caucius quo poteritis studeatis, donec a nobis aliud
super hoc habueritis in mandatis; facientes interim de bonis ejusdem Prior-
atus ibidem in Divinis, ut decet, laudabiliter deserviri, ac Monachis et
familie necessarie ipsius, familia inutili et non necessaria penitus amota, pro
victu suo necessario indies ministrari. De die, vero, receptionis Presencium,
et quid feceritis in premissis, nos, cessante vacacione hujusmodi, quam cito
poteritis certificetis per Literas vestras patentes, harum seriem ac qualita-
tem et quantitatem fructum et proventuum hujusmodi, et omnium expen-
sarum appositarum, dilucide et plenarie continentes.—Datum apud Cridi-
tone v^o die Augusti.

[fol. 35b.] Ottery St. Mary; *Sequestrum in fructibus Vicarie de Ottery Sancte Marie,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, de Honetone et Gidesham Ecclesiarum Rectori-
bus, salutem.—Vacante dudum Vicaria Ecclesie Parochialis de Ottery Sancte
Marie, nostre Diocesis, extitit inter Venerabiles viros, Decanum et Capitu-
lum Ecclesie Rothomagensis, qui in ipsa Vicaria jus habere se asserunt
Patronatus, et dilectum filium, Dominum Johannem de Thormertone,
presbiterum, qui eam ex Collacione ordinaria tenet, ut dicitur, occupatam,¹
super ea, et occasione ejusdem, ex impugnacionis materia in inicio et
limine adepte possessionis dicte Vicarie sibi opposita, non citacione juris
[fol. 36.] set hominis, apud Sedem Apostolicam diuicis litigatum; et, servata
gravitate judicaria, demum, per certum Auditorem apud Sedem deputa-
tum eandem, in dicta Causa inter dictas Partes ad diffinitive Sentencie
prolacionem processum; qua dictus Auditor pronunciavit et declaravit
dictam Collacionem factam dicto Domino Johanni de Thormertone de dicta
Vicaria fore nullam, et in quantum de facto processit cassavit eandem, sibi
super eadem Vicaria perpetuum silencium imponendo; prout hec et alia in
Instrumento Sentencie hujusmodi, sigillo Auditoris predicti, ut dicitur,
consignate, dicuntur plenius contineri. Volentes, itaque, dictam Sentenciam
juris execuzione, quatenus rite lata est, sup[p]lere, dictam Vicariam apud
aliquam personam idoneam providimus sequestrandam. Quocirca vobis,
quos ad hoc fide et facultatibus idoneos reputamus, communiter et divisim,
committimus, districcius injungentes quatinus Sequestrum nostrum hujus-
modi publicare quantocius studeatis, et fructus, obvenciones, et commoda
quecumque ad eam obveniencia, diligenter colligatis et fideliter custodiatis;
sumendo, tamen, inde impensas moderate, et solvendo discrete quod solven-
dum fuerit pro illius debitibus oneribus subportandis. Proviso quod fructus,
obvenciones, et commoda que superesse contigerit reserventur, illi reddenda
qui finalem in Causa victoriam obtinebit. Diem, quoque, receptionis
Presencium, et executionis formam, nobis, cum premuniti fueritis, distincte
intimetis per vestras patentes Literas, habentes hunc tenorem; sigillo
aliquo autentico consignatas.—Datum Exonie, xvij die Augusti.

[fol. 35b.] Stokenham; *Sequestrum in fructibus et proventibus Ecclesie de
Stokynhamme,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Magistro Georgio de Bynelegh et Domino

¹ He was collated, 11 Nov., 1310. See *Bishop Stapeldon's Register*, page 249

A.D. Ricardo de Gomersale, de Blakeauetone et de Dydesham Ecclesiarum
 1334. Rectoribus, salutem, etc.—Non absque cordis amaritudine, nedium fama
 Vol. II. publica referente set facti evidencia manifestante, comperimus quod Thomas
 de Shirigge, qui se gerit et fingit pro Rectore Ecclesie de Stokynhamme,
 que latissimam habet Parochiam ac populatam curam, dicte Ecclesie fructus
 et proventus in usum vetitum dissipat et consumit, ac ad alia, que tace-
 mus, personis Ecclesiasticis prohibita, se convertit; hospitalitatem et
 pauperum parochianorum recreacionem, ceteraque opera caritatis et miseri-
 cordie penitus omittendo. Hec, vero, ob Dei timorem non valentes sub
 connivencia diuicius preterire, fructus, redditus, et proventus ad dictam
 Ecclesiam spectantes, ex premissis causis et aliis legitimis per nos intime
 pensatis, que propter verecundiam reticemus, urgente conscientia suadent-
 teque justicia, duximus sequestrare. Quocirca vobis, et vestrum cuilibet,
 committimus et mandamus, in virtute Obedientie firmiter injungentes,
 quatinus hujusmodi fructus, redditus, et proventus, in quorumcumque
 manibus existant, sic per nos sequestratos esse, diebus, locis, et horis ad hec
 aptis, publice et solemniter nuncietis; et sub arto custodiatis Sequestro.
 De cura, vero, et bono regimine dicte Ecclesie et statu Paroelie in brevi
 intendimus, favente Domino, salubriter ordinare. Et quid in premissis
 feceritis, necnon diem recepcionis Presencium, nobis, cum super hoc fueritis
 per nos requisiti, certificetis per Literas vestras patentes, etc., sigillo aliquo
 autentico consignatas.—Datum apud Chuddeleghe, xx die Augusti.

[fol.] Southleigh; Sir Philip de Norwico, priest, R.—

[35b.] Licence of non-residence from Michaelmas next, for a year, "causa insistendi
 obsequiis Domini nostri Regis, in Scaccario suo; necnon, eandem Ecclesiam
 suam alicui viro Ecclesiastico interim ad firmam dimittere" (Chudleigh,
 24 Aug.).

[fol.] Powderham; *Commission pro Ecclesia de Pouderham*,—

[19b.] Johannes, etc., dilectis filiis, Magistro Rogero de Churleton, Archidiacono
 Tottonie, et Domino Johanni de Eysy, in Ecclesia nostra Cathedrali Exonie
 Canonicis, salutem, graciam, et benedictionem.—De vestre circumspeccionis
 industria ac fervore devocationis et fidei plurimum confidentes, ad cognos-
 cendum, audiendum, examinandum, et fine debito terminandum totum
 negocium Presentacionis nobis nuper facte de Willelmo de Rainmeslonde
 ad Ecclesiam de Pouderham, nostre Diocesis, per Nobilem Virum, Dominum
 Hugonem de Courtenay, Militem, juniorem, ejusdem Ecclesie, ut pretendit,
 hac vice Patronum, [cum omnibus ipsum negocium contingentibus, ac
 emergentibus et dependentibus ab eodem; juxta formam retroactorum
 coram nobis, seu Commissariis nostris quibuscumque in hac parte habi-
 torum];¹ necnon, Presentatum predictum, servato juris ordine, quatenus
 Inquisitionem super vacacione dicte Ecclesie, nuper nostra auctoritate
 factam, inveneritis pro Presentante facientem et Presentato; una cum aliis
 probacionibus Canonicis et legitimis, coram vobis in judicio, si oporteat,
 exhibendis, prout coram Deo et nobis volueritis respondere,—jure nostro,
 si ejusdem Ecclesie Collacio hac vice ad nos fuerit devoluta, nobis semper
 salvo,—admittendum et Rectorem instituendum in eadem, ac induci facien-
 dum; juramentum Canonice Obedientie ab eodem nomine nostro recipi-
 endum; [ac eciam quemcumque eidem Ecclesie incumbentem, si et quatenus
 de jure videritis faciendum, Canonice amovendum];¹ vobis conjunctim
 vices nostras committimus per Presentes, [cum cohercionis Canonice
 potestate].¹—Data in Manerio de Chuddeleghe, xxv die mensis Augusti,
 Anno, etc. xxxiiij^{to}.

¹ The words within brackets were interlined; and in the margin is written,

—“ Postea emanavit ut hic interlineatur.”

**A.D. Licence to preach, etc., granted to the Prior of the Carmelites of
1334. Plymouth,—**

Vol. **II.** **Johannes, etc., dilecto filio, Fratri Nicholao Wileby, Priori Ordinis Beate Marie**
[fol.] de Monte Carmeli de Conventu Suttonie, nostre Diocesis, salutem, etc.—Ad
183b.] predicandum publice Verbum Dei subditis nostris, ipsorumque Confessiones
tibi volencium confiteri audiendum, ipsosque absolvendum, et imponendum
pro commissis, juxta discretionem tibi a Deo datam, Penitenciam salutarem,
in partem sollicitudinis nostre, juxta formam Constitutionis *Super Cathedram* ac
Privilegii specialis per Sedem Apostolicam vobis indulti, tibi, de
cujuſ circumſpecceione et industria plene confidimus, ac per nos in forma
premissa admissio, potestatem in Domino concedimus per Presentes.—Data
apud Chuddeleighe, ultimo die Auguſti.

**fol. 184. Benefices held by aliens; *Litera responsalis ad eandem*,¹ cum
184. cedula inclusa,—**

Excellentissimo Principi et Domino suo, Domino Edwardo, Dei gracia Regi Anglie illustri, Domino Hibernie, et Duci Aquitannie, suus humilis et devotus Capellanus, Johannes, miseracione Ejusdem Exoniensis Episcopus, salutem in Eo per Quem Reges regnant et Principes dominantur.—Literas vestre Regie Majestatis recepimus, inter cetera continentes quod de Archidiaconatibus, Prioratibus, Prebendis, Ecclesiis, Capellis, Hospitalibus, Pacionibus, et aliis Beneficiis Ecclesiasticis quibuscumque, qualiter et quo titulo per alienigenas in nostra Diocesi occupatis, veroque valore singulorum ac nominibus possessorum eorundem, vos in vestro Parliamento proximo cerciores curaremus distincte reddere et aperte. Verum, quia circa Inquisitionem premissorum, ne veritas pallietur, oportuit cum magna diligencia et cautela procedi; quam temporis brevitatis, et assidua occupatio tam clericorum quam laicorum circa messes, non permisit; ideo vestre Celsitudini Regie significamus, eo modo quo possumus meliori, ipsorum alienigenarum nomina et eorundem Beneficiorum pretactorum taxacionem, prout in cedula Presentibus interclusa seriosius continetur; corditer supplicantes quatinus quo ad alia capitula in Regiis contenta Literis nos ad presens vestra Majestas Regia dignetur habere, si libeat, excusatos. Vestram Regiam Celsitudinem, etc.—Scripta apud Chuddeleghe, xij die Septembris.

Tenor, vero, cedula de qua supra fit mencio sequitur in hec verba:—

—*Cedula:—Nomina alienigenarum et Beneficiorum eorum in Diocesi Exoniensi,—*

Decanus et Capitulum Ecclesie Rothomagensis tenent in propriis usus Ecclesiam Parochialem de Otery Beate Marie, que taxatur ad *xxli*.

Frater Rogerus, alias Ogerius [de Bueys, alias Cordon], Prior Celle de Otritone, et Commonachi ibidem, tenent in propriis usus Ecclesias Parochiales de Otritone, de Herperforde, de Sydemuthe, et de Yartecombe [*Yarcombe*], taxatas in universo ad *xxxvi*. Et percipiunt annuatim de Ecclesia de Clystone [*Broadclyst*], nomine Pensionis, vs.

Frater Rogerus [Hariel], Prior de Lodres, Saresbiriensis Diocesis, et Commonachi ibidem, tenent in propriis usus Ecclesiam Parochialem de Axemuthe, taxatam ad *xij marc*. Et percipiunt de Ecclesia Sancti Pancracii [*Rousdon*], nomine annue Pensionis, xls.

Frater Philippus, Prior Celle de Karswille, et ejusdem Celle Commonachi, tenent in propriis usus Ecclesiam de Holecombe², taxatam ad *vj li*.

¹ See page 760.

² Holcombe Rogus.—“Frater Radulphus Shalshani, indigena, Prior de Careswelle, optinet Ecclesiam de Holcombe Rogus, que incumbit Priori

et Conventui de Monte acuto; et non residet in eadem: cujuſ fructus et proventus anni se extendunt ad *vj libras*” (*Reg. Brantingham*, ii, 7).

A.D. Frater Alexander [de Rothis], Prior de Cowike, et Commonachi ibidem, 1334. tenent in proprios usus Ecclesias Parochiales de Cowike, de Spraytone, Vol. II. de Cristenstowe [*Christow*], et de Okamptone, taxatas in universo ad xxli. xviijs. iiijd. Et percipiunt de Vicario Ecclesie de Okamptone, annuatim, j marc.

Frater Galfridus, Prior et Rector Ecclesie de Ipplepenne, tenet eandem Ecclesiam titulo Institucionis, taxatam ad vjli.

Frater Robertus (de Conka), Prior Tottonie, et ejusdem Loci Conventus, tenent in proprios usus Ecclesias Parochiales de Tottone, de Brixham, et de Clistone [*Broadclyst*], que taxantur in toto ad xxxvjli. xiijs. iiijd. Et iidem percipiunt, nomine annue Pensionis, de Ecclesia de Alwyngtöne ij marc., de Ecclesia de Stokinhamme xxs., de Ecclesia de la Pole [*South Pool*] xvs., de Ecclesia de Pyworthi xs., de Ecclesia de Corneworthy j marc., de Ecclesia de Asspringtone dimid. marc., de Ecclesia de Lodeswelle dimid. marc., et de Ecclesia de Hurbertone, vjs.

fol. 184b. Frater Guillielmus, Prior Celle de Modbury, et Commonachi ibidem, tenent in proprios usus Ecclesiam Parochiale ibidem, taxatam ad xl.

Prior et Conventus Monasterii Montis acuti, Ordinis Cluniacensis, Bathoniensis Diocesis, tenent in proprios usus Medietatem Ecclesie de Ermington et Ecclesias Parochiales Sancti Vepi, Sancti Neoti – in Cornubia, et Ecclesiam de Monkleye ; taxatas in universo ad xxvjli. j marc.

Prior Celle Barnastapolie [Imbertus de Daumanchiis], nunc vacantis, et Commonachi ibidem qui pro tempore fuerint, tenent in proprios usus Ecclesiam Parochiale ibidem, taxatam ad vjli. et xs. — Ordinis Cluniacensis.

Frater Willelmus [Bouges], Prior de Tywardraithe, et ejusdem Loci Conventus, tenent in proprios usus Ecclesias Parochiales de Tywardraithe, de Fawe [*Fowey*], de Lanlyvery, cum Capellis eis annexis, et Ecclesias Sancti Austoli, Sancti Antonii [*St. Anthony-in-Meneage*], et de Trenglos, cum Capellis eis annexis ; taxatas in universo ad xljli. vs. Et iidem percipiunt de Ecclesia de Lysnewiȝ [*Lesnewth*], annuatim, vs., et de Ecclesia de Hanok [*Hennock*] ijs., nomine annue Pensionis.

Frater Petrus de Cara Villa, Prior Celle de Monte Sancti Michaelis in mary (*sic*), et Commonachi ibidem, tenent in proprios usus Ecclesias Parochiales Sancti Hillarii et de Moresk [*St. Clement's, near Truro*] ; taxatas in toto ad ixli. xiijs. iiijd. Et percipiunt annuatim de Ecclesia de Udnou [*St. Perran Uthnoe*] x marc.

Ecclesia de la Ministre [*Minster Priory*], nuper occupata per alienigenas, vacat.¹

Abbatissa et Conventus Monasterii Fontis Ebrardi tenent in proprios usus Ecclesiam Parochiale de Tyntagel, alias de Bosceny, taxatam ad viijli.

Dominus Bernardus de Marnyaco, Decanus Ecclesie Collegiate Sancti Karen-toci, tenet dictum Decanatum titulo Institucionis, taxatum ad vjli.

Dominus Guillielmus de Banqueto habet unam Prebendam in Ecclesia Collegiata Criditonie, taxatam ad lxs.

Magister Johannes de Maunte tenet Decanatum Sancte Beriane, quo titulo ignoratur ; taxatur ad xxli.

[fol. 36.] Ermington, the Mediety of the Church of ; Sir Henry de Ichintone, R.—

Licence of non-residence for two years, "causa insistendi obsequiis Domini W. de Monte acuto" (Chudleigh, 13 Sept.)

[fol. 36.] Bishopsteignton ; Master William Kaignes, priest, R.—

Licence of non-residence for a year, to study (Chudleigh, 22 Sept.) : margin — "fecit finem."

¹ By the translation, on the 17th of Nov., 1333, of Prior William Bouges

to the Priory of Tywardreath.

- A.D. North Tawton [Chipyngtautone, MS.] ; Master Thomas Kaignes,
 1334. deacon, R.,—
 Vol. II. *Dispensation* : non-residence for a year, to study (Chudleigh, 24 Sept.) :
 [fol.] margin—“fecit finem.”
 [fol.] Truro [Truuveru—margin Treuru, MS.] ; Reginald Prideaux, sub-
 [fol.] 36. deacon, R.,—
Dispensation : non-residence for a year, to study (same date) : margin—“nil.”
 [fol.] Berry Narbor [Burynerberd, MS.] ; Master John Knight, priest,
 36. R.,—
 “ Licencia visitandi Limina Beati Thome, Cantuariensis Archiepiscopi, et
 Beate Marie Magdalene in Provincia, prope Avinionem, citra Festum
 Nativitatis Domini ; tunc ad eandem Ecclesiam redditurus ” (same date) :
 margin—“nil.”
 [fol.] Clyst Hydon ; Sir Simon de Asshforde, R.,—
 36. “ Licencia . . . ut ab instanti Festo Sancti Michaelis, per biennium con-
 tinuum, fructus et proventus dicte Ecclesie discreto viro, Magistro Johanni
 de Nassington, Archidiacono Barnastapolie in Ecclesia nostra Exoniensi,
 ad firmam possis dimittere, et in Scolis et extra—loco, tamen, honesto—
 interim moram facere ; idemque Magister Johannes dictos fructus et pro-
 ventus modo premisso licite recipere valeat et impune, considerato onere
 refectionis necessarie, cui diceris subjacere, Cancelli et domorum Rectorie
 dicte Ecclesie, quodque ibidem residere non posses, ut asseris, una cum
 aliis tibi incumbentibus oneribus supportare ” (Chudleigh, 26 Sept.) :
 margin—“nil, ad instanciam J. de Nassington.”
 fol. Exeter, St. James's Priory ; *Absolucio Fratris W. de Bittedene,*
 184b. *Prioris Sancti Jacobi Exonie* (see pp. 267, 289, 304, 308),—
 Johannes, etc., dilectis filiis, Decanis Christianitatis Exoniensis, de Tuver-
 tone, et Aylesbeare, salutem, etc.—Quia nos Fratrem Willelmum de Byt-
 teden, Priorum Sancti Jacobi juxta Exoniam, nostre Diocesis, subditum et
 obedienciarium nostrum, personaliter et sponte coram nobis comparentem,
 ac instanter et devote supplicantem a Majoris Excommunicacionis Sentencia,
 qua, propter ipsius contumaciam pariter et offensam manifestam in non
 comparendo coram dilecto filio, Magistro Willelmo de Nassington, Canonico
 Ecclesie Exoniensis, nostroque ad visitandum nuper dictum Prioratum,
 tam in capite quari in membris, Commissario legitime deputato, ac Visita-
 cionem nostram in eodem Prioratu, auctoritate Diocesana, prout ad nos
 noscitur pertinere, impendendam, subeundo,—ad quod, auctoritate nostra,
 peremptorie ac legitime fuerat evocatus, certis die et loco competentibus
 sibi assignatis,—inobedienter contractas, extitit involutus ; prestito primi-
 tus ab eodem coram nobis de parendo Mandatis Ecclesie, ut juris est, atque
 nostris in hac parte, corporali juramento ; in forma juris absolvimus, jus-
 ticia mediante ; vobis, communiter et divisim, committimus et mandamus
 quatinus eundem Fratrem Willelmum sic absolutum esse publice et
 solemniter nuncietis, et per alias faciat simil modo nunciari, diebus,
 locis, et horis congruis ad hoc et oportunis ; quibus per partem ejusdem
 congrue fueritis requisiti. Et quid super hiis feceritis nos, cum super hoc
 vos congrue requiri contigerit, certificetis per vestras patentes Literas,
 harum seriem continentibus.—Data apud Chuddeleghe, ultimo die Septem-
 bris.
- [fol.] Thelbridge [Thelebrigge, MS.] ; Sir Martin atte Wode, priest,
 36. R.,—

Licence of non-residence till the Feast of St. John-Baptist, next [24 June,
 1335], “causa visitandi Curiam Romanam pro certis suis negotiis ibidem
 expediendis” (Chudleigh, 30 Sept.) : margin—“nil.”

A.D. Holsworthy [Haldesworthy, MS.] ; Sir John [Fitz Hugh], priest,
1334. R.,—

Vol. II. Licence of non-residence till 24 June, 1335, "causa visitandi Limina Beati [fol.] Jacobi [de Compostela] in Gallicia, et alia pia Loca in partibus trans-
36.] marinis" (Chudleigh, 1 Oct.) : *margin*—"fecit finem."

[fol.] Roseash [Esse Raufe, MS.] ; Sir Oliver de Esse, priest, R.,—
36.] Licence of non-residence for a year, to study (Chudleigh, 4 Oct.) : *margin*—
"fecit finem."

fol. Diocese of Salisbury ; *Revocacio Commissionis factae Officiali Curie*
184b. *Saresbiriensis, pro Joceo le Brytone,*—

Johannes, etc., dilecto nobis in Christo, Officiali Curie Saresbiriensis, salutem, et Mandatis Apostolicis firmiter obedire.—Pridem ad exequendum diffinitivam Sentenciam latam pro matrimonio contracto inter Joceum le Brytone laicum, Nanatensis Diocesis [*Nantes*], et Margaretam Giffard, mulierem, Saresbiriensis Diocesis, contra ipsam, et compescendum quosdam alios eidem Sentencie, ut dicebatur, rebelles, Auctoritate Apostolica commisisse vobis meminimus vices nostras, donec eas ad nos duxerimus revocandas. Quia, igitur, intencione desideramus assidua ut in ipso negocio cum debita procedatur cautela, ipsam Causam seu negotium, cum contingentibus, emergentibus, et dependentibus ab eodem, ad examen nostrum, tenore Presencium, revocamus. Ideoque vobis Auctoritate districte mandamus eadem quatinus dictas Partes, et alios quorum interest, ad nos et nostram Diocesim Exoniensem, ubi et quando ad procedendum in dicto negocio vos pulsaverint, cum assignacione loci et termini remittatis, justiciam recepturos ; diem nobis, nichilominus, receptionis Presencium intimando.— Data apud Chuddeleghe, viij die Octobris.

fol. Convocation ;—expenses of Proctors,—

185. Johannes, etc., dilecti filii, Exonie, Tottonie, Cornubie, et Barnastapolie Archidiaconis in Ecclesia nostra Exoniensi, et eorum Officialibus, salutem.—Pridem, prout non ambigimus memoriter retinetis, dilecti filii, Magistri Thomas et Willelmus de Nassingtone, in Ecclesia nostra Exoniensi Canonici, fuere ad Concilium Cleri Provincie Cantuariensis celebratum novissime pro Clero nostre Civitatis et Diocesis Procuratores et Nuncii, cum patribus Procuratoriis Literis, Londonias destinati. Si, igitur, Ecclesiarum Rectores, Vicarii, et ceteri Beneficiati ejusdem nostre Civitatis et Diocesis gratanter advertant dictorum Procuratorum in hoc laborem et meritum, non equidem erit eis molestum, quinimmo placidum atque gratum, si, modis utique non onerosis set decentibus et licitis, dictis Procuratoribus satisfieri de procuracione debita provide Pastorali presidio jubeamus. Quocirca universos et singulos Rectores, Perpetuos Vicarios, et ceteros Beneficiatos, tenore Presencium, requirimus et monemus, semel, secundo, tertio ac peremptorie ; et per vos, quatenus dicti Beneficiati sub vestra jurisdiccione consistunt, modo premisso exhibundanti requiri volumus et monemus, quatinus omnes et singuli, quorum Beneficia Ecclesiastica procuracionem hujusmodi sunt solvere consueta, singulos denarios de singulis xx*ti* solidis, quatenus eorum Beneficia proporcionaliter sunt taxata, infra xij dies a tempore noticie Monitionis nostre hujusmodi,—quorum dierum quatuor pro primo, iiiij*or* pro secundo, et reliquos quatuor pro tertio ac peremptorio termino, et Monitione Canonica, eis communiter et divisim assignamus,—dictis Procuratoribus, seu eorum ad hoc Mandatario, Exonie solvere procurent. Alioquin Monitionibus nostris hujusmodi non parentes ad id, per quascumque Censuras Ecclesiasticas, racione previa compellatis. Proviso quod presentes nostras Literas, ac omnia et singula contenta in eis, ad omnium quorum interest noticiam deducatis. Diem, autem, receptionis Presencium, et executionis earum formam, nobis, cum pro parte dictorum

- A.D. Procuratorum requisiti fueritis, distincte intimetis per Literas vestras
 1334. patentes, Processus vestri seriem et tenorem Presencium continentes.
 Vol. II. Quisque, vero, vestrum presens Mandatum nostrum primo reperit, retenta
 inde sibi copia, id portitorie ejusdem indilat retradat, alteri assignandum.
 —Datum apud Chudlegh, xj die mensis Octobris.
- [fol. 36.] St. Ludgvan [Ludewan,—margin Ludevon, MS.] ; Master Robert
 Luke, R.,—
 Licence of non-residence for a year, to study (Chudleigh, 15 Oct.).
-

Mutatio Annī Consecrationis.

Anno Domini M°. CCCmo xxxiiijto et Consecrationis dicti
 Patris octavo.

[fol. 36b.] Festum Sancti Luce,—

Ilfracombe [Ilfardecombe, MS.] ; Sir John de Campo Arnulphi,
 R.,—

Licence of non-residence for a year, to study “ubicumque, etc, vel alibi in
 Domo Religiosa aut alio loco honesto.” “Attendentes et intime ponderan-
 tes quod circa refectionem defectuum immensorum in domibus Rectorie
 Ecclesie vestre predicte, quam noviter¹ titulo Iustificacionis es assecutus,
 notorie (ut dicitur) imminencium, sumptus et expensas maximos apponere
 te oportet, quodque fructus Autumpnales anni presentis tuo predecessori
 immediato² in eadem Ecclesia, excepto taxo, pertinebant” (18 Oct.).

fol. 185b. Canonsleigh Abbey ; Mandatum pro Visitacione exercenda in
 Monasterio de Canounleghe,—

Johannes, etc., dilecte in Christo filie, [Margarete Aucher], Abbatisse Monas-
 terii de Canounleghe, nostre Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem.
 —Quia nos, juxta Officii nostri debitum, Monasterium vestrum, vos, ipsius-
 que Monasterii Moniales, Conversas, et Sorores, die Martis proxima post
 instans Festum Sancti Leonardi [8 Nov.], intendimus, Deo nostrum
 adimplente propositum, visitare, et ea corrigere que inibi invenerimus
 corrigenda ; vobis mandamus quatinus omnes et singulas ejusdem Monas-
 terii vestri Moniales, Conversas, et Sorores peremptorie citatis quod
 compareant coram nobis, vel vices nostras in hac parte gerentibus, uno vel
 pluribus, dicto die Martis, in Domo Capitulari dicti Monasterii, hora prima
 vel circiter congregate, debite Visitacionis nostre Officium humiliter
 subiture, et veritatem quam noveritis super tunc inquirendis ab eisdem,
 hujusmodi Visitacionis Officium contingentibus, depositure ; ulteriusque
 facture et recepture in hac parte quod Canonice dictaverint Sancctiones.
 Vos, eciam, tenore Presencium, citamus peremptorie ad diem et locum
 hujusmodi similiter ad predicta ; mandantes quod in illum eventum de
 procuracione ea occasione nobis debita providere curetis in pecunia numer-
 ata. Et quid in premissis feceritis et duxeritis faciendum, nos, vel vices
 nostras gerentes hujusmodi, unum vel plures, dictis die, loco, et hora,
 certificetis per Literas vestras patentes, harum seriem et nomina citatarum
 continentis.—Datum apud Hemyoke, xxij die Octobris.

Notary-Publick ; Creacio Magistri Johannis Haukere, de Bristolie,
 in Publicum Auctoritate Apostolica Notarium,—

Instituted, 13 Aug., 1333 (vol. iii, fol. 25). ² Master Reginald de Campo Arnulphi
 (ibid.).

A.D. Johannes, etc., dilecto in Christo, Magistro Johanni dicto le Haukere, de Bris-
tolle, Bathoniensis et Wellensis Diocesis, clerico, non conjugato, nec in Sacris
Vol. II. Ordinibus constituto, salutem, cum benedictione et gracia Salvatoris.—Sanc-
tissimus in Christo Pater et Dominus noster, Dominus Johannes, Divina
Providencia Papa XXII^{dus}, nobis volens illa concedere per que possemus aliis
graciam impertiri, Literas suas nobis in hec verba concessit:—Johannes
Episcopus, Servus servorum Dei, etc., *ut in quaterno de Privilegiis Aposto-licis*¹. Nos, itaque, qui dudum dilectos in Christo, Nicholaum Aunger,
de Ermyngtone, et Ricardum de Bysshopleghe, clericos, nostre Exoniensis
Diocesis, Publicos Apostolica Auctoritate Notarios virtute Privilegii creav-
imus antedicti; volentes, insuper, et te, quem tue probitatis et meritorum
obtentu favore prosequimur graciioso, ut facilius et liberius crescas de virtu-
tibus in virtutes, et aliis magis esse valeas fructuosus, Privilegio gaudere
speciali, Tabellionatus Officium tibi, qui, post diligentem examinacionem,
ad illud fuisti repertus idoneus, recepto a te prius juramento juxta formam
superius annotatam, Auctoritate earundem Literarum duximus conceden-
dum; te, nichilominus, qui tercius es et ultimus, investientes, eadem Auc-
toritate, de ipso Tabellionatus Officio per pennam, calamarium, atque car-
tam, ut illud Officium deinceps prudenter et fideliter exerceras, et ad te,
cum necesse fuerit, in hiis que ad Officium ipsum pertinent fiducialiter re-
curratur. In quorum omnium testimonium et fidem pleniorem presentes
Literas, sive presens Publicum Instrumentum, per Nicholaum Aunger, clericu-
m, Publicum Auctoritate Apostolica Notarium infrascriptum, et Scribam
nostrum, scribi et publicari mandavimus et nostri sigilli munimine roborari.—
Data et acta in Ecclesia Fratrum Predicatorum Bristolie, Wygorniensis Dio-
cesis, xxvj die Octobris, Anno Domini ab Incarnatione Ejusdem, secundum
cursum et computacionem Ecclesie Anglicane, M° CCC^{mo} xxxiiij^{to}, Indic-
cione tercia, Pontificatus, etc., Anno xix^o, et Consecrationis nostre viijo.
Presentibus discretis viris, Dominis Ricardo de Kyrkeby, Precentore Ecclesie
Collegiate Sancte Crucis Criditonie, W. de Wolveye, de Shokebroke, Hugone
de Grettone, de Wasshfeld, nostre Exoniensis Diocesis, Rectoribus, Fratre
Johanne Fardeyn, de Ordine Predicatorum, Conventus Bristolienensis, Magis-
tro Roberto de Westone, clero; necnon, Petro de Clifford, Hugone de
Langebrigge, Roberto Gyan, et Ricardo Chelry, domicellis; et aliis pluribus
testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.—*Subscriptio Notarii*,—
Et ego, Nicholaus Aunger, de Ermyngtone, clericus, Exoniensis Diocesis,
Publicus Apostolica Auctoritate Notarius, Tabellionatus Officii memorati
concessioni, juramenti prestacioni, calamarii, carte, atque penne tradicioni
ac investiture, omnibusque aliis et singulis, ut premittitur, latis, habitis,
factis, atque gestis, Anno, Indicione, Pontificatu, die, mense, et loco pre-
dictis, una cum supradictis testibus, presens interfui; eaque omnia et sin-
gula sic fieri vidi et audivi, ac de mandato Venerabilis Patris scripsi, et in
hanc formam publicam redegi, signoque meo et nomine consuetis signavi,
in fidem et testimonium premissorum.

^{fol.} 186. *Plympton Priory; Licencia concessa Magistro Willelmo de Wol-
leghe ingrediendi Religionem in Prioratu Plymptonie,*—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Willelmo de Wolleghe, Perpetuo Vicario
Ecclesie Parochialis de Suttone, salutem, etc.—Licet alias, Licencia nostra
irrequisita, te, ut meminimus, ingressum Religionem Domus de Plympton,
nostre Diocesis ac Patronatus, ad curam predictam, quam sub debito Obedi-
encie et Fidelitatis onere receperas, duxerimus, ex causis rationabilibus nos
ad hoc tunc inducentibus, revocandum; nolentes, tamen, animi tui quietem
per exteriorem curam animarum, quam ulterius comode nequis in etate senili,
ut asseris, exercere, set contemplacioni pocius delectet vacare, fatigando ul-

¹ See page 140, No. 4.

A.D. terius prorogare, ad dictum Monasterium intrandum, et Canonicam Professio
 1334. ionem inibi, si tibi libeat, faciendam, liberam per Presentes concedimus fa
 Vol. II. cultatem. Ita, tanen, quod, infra mensem hujusmodi ingressus tui, ne pre
 dicta cura Vicarie Curatore debito diuciis careat, nobis de certitudine tui
 propositi innotescat et clareat evidenter.—Data apud Chuddeleghe, xvij die
 Novembbris.

Plympton; *Mandatum ad inquirendum de polluzione Ecclesie de Plymptone,—*

Johannes, etc., dilectis filiis, Magistro Willelmo de Wolleghe, Perpetuo
 Vicario de Suttone, et Roberto Peike, de Bikeleghe, Rectori, Ecclesiarum,
 salutem, etc.—Cum Parochialis Ecclesia de Plymptone a nonnullis dicatur
 et timeatur ad presens recenti sanguinis effusione esse polluta, cuius pre
 textu, si est ita, Divine Laudis in ea organa sunt suspensa; nos, ad
 postulacionem quorundam, qui super hoc prudenter decreverunt, ut dicitur,
 nostrum judicium expectare, ad inquirendum a viris fidelidignis, hujusmodi
 pollutionis cerciorem noticiam optinentibus, cum receptione debita jura
 menti, vocatis eciam vocandis, de polluzione ipsa et modo ejusdem; et, si
 que reperiatur, cuius culpa processit, et an atrox fuit, levis, vel modica;
 cum designatione certa percucionis, sive cultelli fuerit, pugni, baculi, vel
 lapilli, ac aliis circumstantiis discrecioni inquirencium subjectis; vobis
 committimus vices nostras, cum cuiuslibet cohercionis Canonice potestate.
 Proviso quod officium vestre Inquisitionis hujusmodi studeatis adeo
 prudenter et fideliter exercere quod umbra non reperiatur in opere, nec
 Deo aut populo simulacione aliqua illudatur. Diem, vero, Inquisitionis
 vestre et formam nobis, ipsa expedita, quantocius intimare studeatis per
 Literas vestras patentes, harum seriem et alias clausas comperta dilucide
 continent; ut, receptis hujusmodi vestre relacionis Literis, faciamus
 ulterius in premissis quod cum Deo fuerit faciendum.—Datum apud
 Chuddeleghe, xix die Novembbris.

fol.
186b.

[fol. 20.] Glasney; *Commissio pro Permutacione facienda inter Petrum de Berkeley, Canonicum Glasneye, et Thome de Uppetone, Rectorem de Donyate,—*

Memorandum quod, xxj die Novembbris, apud Chuddeleghe, emanavit Com
 missio Domino Radulpho [de Salopia], Dei gracia Bathoniensi et Wellensi
 Episcopo, pro expeditione negotii Permutacionis faciende inter Dominum
 Petrum de Berkeley, Canonicum [et] Prebendarium in Ecclesia Collegiata
 Glasneye, Exoniensis Diocesis, et Magistrum Thomam de Uppetone,
 Rectorem Ecclesie de Donyate, Bathoniensis et Wellensis Diocesis, sub
 forma consueta; et ut idem Episcopus Dominum certificet, negocio
 expedito; Inducione ejusdem Thome in corporalem possessionem Canoni
 catus et Prebende in Ecclesia Glasneye et Canonice Obedience receptione
 Domino reservatis.

[fol. 36b.] Canonsleigh Abbey; *Licencia edendi lacticinia,—*

Johannes, etc., dilekte filie, Domine Margarete [Aucher], Abbatisse Monasterii
 de Canounleghe, Ordinis Sancti Augustini, nostre Diocesis, salutem, etc.—
 Intenta salutis operibus sollicitudo provida Pastoralis interdum rigorem
 temperat et delinit, cum id secundum Deum prospicit expedire. Quia,
 igitur, relacione quorundam recenter intelleximus, et nos ipsi, dum in
 Monasterio tuo predicto pridem Visitacionis Officio fungeremur, visu ocu
 lorum probavimus, te adeo esse debilem et infirmam, cibisque propter hoc
 communibus verisimiliter delicatam, ut nequeas in hoc instanti Adventus
 jejunio communibus contentari; tibi, consideracione premissorum, quate
 nus nobis a jure permittitur, esum lacticiniorum, pro sustentacione nature,
 dicto durante jejunio indulgemus; proviso quod alias sine scando utaris
 caucius hoc indulto.—Data apud Chuddeleghe, xxij die Novembbris.

A.D. Axminster ; *Sequestrum in fructibus Ecclesie de Axminster interpositum,*—

Vol. II. Johannes, etc., dilecto filio [Johanni de Wiltone], Perpetuo Vicario Ecclesie Parochialis de Axminster, salutem, etc.—Cum olim et ultimo apud Ecclesiām de Axminster, vocatis vocandis, auctoritate ordinaria Visitacionis Officio fungeremur, edificium nobile, spectans ad Rectoriam dicte Ecclesie, quod magnificencia construxerat predecessorum, nostris subjectum oculis, non absque dolore cordis, ruinis compernerūs patere per modum usui detestandum, usque adeo quod nequit refici debite absque magno profluvio expensarum. Cum, igitur, dissimulacio in premissis dampna et deformitates graviores dicto edificio proventuras verisimiliter comminatur ; nos, cupientes super hoc, ut tenemur, de oportuno remedio providere, fructus et obvenciones ad Rectoriam dicte Ecclesie provenientes ea occasione providimus sequestrandos, donec illi ad quos pertinet nobis de reficiendo dictum edificium competenter, et alias parendo juri, idoneam exposuerint caucionem. Quocirca vobis committimus et mandamus, districcius injungentes, quatinus Sequestrum hujusmodi per nos fuisse, et esse, in dictis fructibus et obvencionibus sic, ut premittitur, interpositum studeatis solemniter publicare, ac fructus et obvenciones predictos sub Sequestro hujusmodi custodiatis, seu faciat arcus custodiri, donec aliud vobis inde dederimus in mandatis. Diem recepcionis Presencium, etc., nos, cum premuniti fueritis, etc.—Datum apud Chuddeleghe, secundo die mensis Decembris, Anno, etc. [There is another copy of this Entry on fol. 36^b].

[fol. 186.] Kingsteignton—Yealmpton ; *Mandatum ad inducendum Dominum J. de Flisco in corporalem possessionem de Teyngtöne et Yalampstone,*—

Johannes, etc., Officiali Archidiaconi Tottonie et Perpetuis Vicariis Ecclesiarum de Modbury et Chuddeleghe, salutem, etc.—Quoniam Venerabilem virum, Dominum Johannem de Flisco, natum Nobilis viri, Domini Nicholini de Flisco, dicti Cardinalis de Janua, Canonicum Saresbiriensem, cui de Yalmpstone et Teigntone Regis Ecclesias, nobis Diocesano jure subjectis, velud de Prebenda in dicta Saresbiriensi Ecclesia, post acceptacionem legitime factam de ea, esse dicitur Auctoritate Apostolica Canonice provisum, ad dictas Ecclesias, quatenus et si existunt Prebenda in Saresbiriensi Ecclesia, in personam Magistri Ade de Liche, clerici sui, ad hoc Procuratoris legitimis, admisisimus reverenter, jure et jurisdiccione nostre Exoniensis Ecclesie, ac cuiuslibet alterius jure, semper salvis; ideoque cupientes, quantum tenemur, Provisionem dicto Domino Johanni factam de dicta Prebenda, et Admissionem ipsius ad eam debita execucione sup[pl]ere ; vobis, et vestrum cuilibet, districte precipiendo, mandamus quatinus eundem Dominum Johannem, vel Procuratorem suum predictum pro eo, in corporalem possessionem dictarum Ecclesiarum, prout Prebenda existunt in dicta Ecclesia, cum suis juribus et pertinenciis universis in nostra Diocesi consistentibus, amoto primitus per vos ab eisdem Ecclesiis quolibet illicito detentore, actualiter inducatis, seu aliquis vestrum inducat; facientes eidem Domino Johanni, vel suo Procuratori ejus nomine, de fructibus et proventibus ad dictas Ecclesias, velud Prebendam hujusmodi, obvenientibus, integre responderi ; diem recepcionis Presencium et execucionis earum formam nobis quantocius intimando per Publicum Instrumentum.—Datum apud Chuddeleghe, viij^o die mensis Decembris, Anno, etc.

[fol. 187.] Confessions—reserved cases ; *Inhibicio ne Archidiuconi, aut eorum Officiales, absolvant vel Penitencias injungant in casibus Episcopis reservatis,*—

Johannes, etc., omnibus et singulis Archidiaconis, et eorum Officialibus, Commissariis, vel vices gerentibus, ac omnibus jurisdictionem ordinariam de

A.D. 1334. jure vel consuetudine in nostra Dioecesi optinentibus, salutem, et medelam animarum sinceriter procurare.—Licit simplices et laicos inferiores ac sub-Vol. II. ditos juris ignorancia excusat in plerisque ; personas, tamen, Ecclesiasticas, maxime curam animarum vel jurisdiccionem qualecumque Canonica habentes, nedium excusat, set pocius, si, limites Canonum excedendo transgredientes, animas inferiorum dampnabiliter decipiunt, gravissime coram Deo et hominibus dinoscitur accusare ; prout, tamen, intelleximus et claris indiciis probavimus, quidam, Archidiaconalem tantum jurisdiccionem habentes, non absque utrorumque mutua apud Deum dampnacione et gravissima digna animadversione, Dignitatis Pontificalis prejudicium et Ecclesiastice Discipline subversionem et manifestam juris elusionem et animarum deceptionem, ordinem nedum Canonice Institucionis set et naturalis rationis pervertentes, Penitencias vanas et fructu vacuas injungere, et, ut ipsi mendaciter fingunt, corriger, in casibus in quibus nequeunt absolvere, set ad Diocesanum tenentur transmittere, cum Absolucio Penitencie iunctionem habeat necessarie precedere, non formidant ; ut merito imprecatio Propheticæ maledictionis eos involvat, qui contricionem Populi Dei cum ignominia sapiunt, dicentes *Pax, Pax, cum non sit Pax*, set passionis supplicium sempiterne. Unde, ad simplicium, quibus jura ignorare permittitur, sanam exnunc informacionem, retenta ac reservata nobis eorum quos crassa et supina non excusat ignorancia, set accusat (ut diximus) presumpcio temeraria, punicione Canonica ; inhibemus ne aliquis, contra Sacros expressos in hac parte Canones, quosque incidentes in Canonem illum late Sentencie, *Si quis, suadente diabolo, fallaciter absolvere, vel fallacius non absolutus rite Penitencias quascumque nugatorias et deceptorias injungere, presumant (sic).*—Data apud Chuddeleghe, xij die Decembris.

[fol. 360.] Lanreath [Lanreythou, MS.] ; Sir John de Resfrawel, subdeacon, R.,—

Dispensation : non-residence till the Feast of the Translation of St. Thomas the Martyr [7 July], to study (Chudleigh, 14 Dec.).

[fol. 36b.] St. Mawgan-in-Pyder [Sancti Maugani in la Herne, MS.] ; Sir Alexander [de Avene], priest, R.,—

Licence of non-residence for a year, “causa prosequendi negocia Ecclesie sue prediche.”—*Item. alia Licencia* :—*Memorandum* quod ab illo die usque ad annum continuum obtinuit aliam Licenciam absentandi se, propter item sibi motam super Ecclesia sua, et ex aliis causis legitimis” (same date).

[fol. 36b.] Silverton [Silfertone, MS.] ; Sir Thomas de Leybourne, priest, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study (same date).

[fol. 36b.] Marwood [Merwode, MS.] ; Sir William de Benefeld, priest, R.,—

Licence of non-residence, “a Festo Circumcisionis Domini proximo futuro [1 Jan.], usque Festum Purificacionis Beate Marie Virginis [2 Feb.], tunc proximo sequens” (Chudleigh, 15 Dec.)

[fol. 36b.] Southill [Southulle, MS.] ; Sir John de Ferrariis, R.,—

Licence of non-residence till Easter [16 April], (Chudleigh, 19 Dec.).

fol. 187. Death of the Pope ; *Exhortacio pro Exequiis celebrandis pro anima Domini Johannis Pape XXII^{di}*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Abbatibus, Prioribus, exemptis et non exemptis, Archidiacono Exonie in Ecclesia nostra Exoniensi, et ejus Officiali, Ecclesiistarum Rectoribus et Perpetuis Vicariis, universis et singulis, necnon quibusvis Mendicancium Ordinum Presidentibus, per Civitatem et Archidiaconatum Exonie constitutis, salutem, etc.—Non absque dolore cordis et stillacione lacrimarum, relatione certa literali, recenter audivimus quod

- A.D. 1334. felicis recordacionis Johannes, Sacrosancte Romane ac Universalis Ecclesie ultimus Summus Pontifex, qui ad Pontificatus honorem nos promovit, Die Vol. II. Dominica, videlicet quarta hujus mensis Decembris, ab hac vita instabili ad perpetuam est translatus. Ideoque devocationis vestre studium excitamus, ut vos, Priors, et ceteri Beneficiati ac Presidentes predicti, Civitatis Exonie et Suburbii, hac feria sexta in sero, cum Missa in crastino, et alii predicti cum celeritate exacta, solemnes pro eo Exequias in vestris Ecclesiis celebretis. Hinc, eciam, nostre adicimus exhortacioni, vos obserantes per aspersionem Preciosi Sanguinis Jhesu Christi, quatinus, in scrutinium consideracionis debite reducentes quam gravibus existit onusta dispendiis, quot et quantis plena periculis Ecclesie Romane prolixa vacatio, Solempnibus pro eodem olim Papa nostro Exequiis hujusmodi celebratis, singulis diebus, donec de Provisione futuri Romani Pontificis, Vicarii Ejusdem Domini nostri Jhesu Christi et Gregis Sui Directoris, indubitanter rumor pertulerit veritatem, humiles preces fundatis ad Dominum, et apud Eum devotis oracionibus insistatis, ac Clerum et populum in propositionibus Verbi Dei ac aliis congregacionibus Fidelium modo premisso fundere et insistere efficacia instantis persuasionis et consilii inducatis; vobis et eis, nichilominus, observanciam jejuniorum, prout circumstanie pensande persuaserint, ad id, eciam, indicentes; ut Ipse Qui concordiam facit in sublimibus Suis sic efficiat eligencium memoratum Romanum Pontificem corda in eligendo concordia, quod Provisio celer, concors, et utilis, prout animarum salus exigit et tocius Orbis requirit utilitas, ex ipsorum unanimitate sequatur. Ut, autem, premissa deducantur in debitam et celerem nacionem, vos, dilecti filii, Archidiaconus vel Officialis predicti, studeatis contenta presentibus nostris Literis celeriter et debite publicare.—Data apud Chuddeleghe, xxij die Decembris, Anno, etc., tricesimo quarto.
- fol. 187b. —Item, sub hac forma in effectu scriptum fuit Subdecano et Ministris Ecclesie Cathedralis Exonie, quo ad Chorum. Item, Priori et Conventui Plymptonie. Item, Preposito et Collegio Glaseneye. Item, Precentori et Collegio Criditonie. Item, singulis aliis Archidiaconis et eorum Officialibus, Diocesis Exoniensis, Abbatibus, Prioribus, exemptis et non exemptis, in eisdem Archidiaconatibus constitutis.
- [fol. 36b.] St. Pancras, Rousdon; Sir Robert de Abketelby, R.—
Licence of non-residence for a year (Chudleigh, 28 Dec.).
- [fol. 186b.] Axminster; Partial relaxation of the Sequestration,—
Johannes, etc., dilecto filio, Perpetuo Vicario de Axeministre, salutem, etc.—Etsi pridem, ex certis causis et legitimis nos ad id moventibus, in Literis quas super hoc tibi direximus expressatis, fructus et obvenciones ad Rectoriā dicte Ecclesie de Axeministre provenientes duxerimus sequestrandos; quorundam, tamen, devicti instancia Sequestrum nostrum hujusmodi relaxavimus, preterquam in fructibus et obvencionibus predictis qui, secundum estimacionem communem, valeant viginti libras, in quibus Sequestrum hujusmodi et tuum in eis custodie officium volumus in suo robore perdurare. Ideoque tibi mandamus quatinus illos ad quos pertinet juxta modificacionem nostram predictam, et non ultra, permittatis libere disponere de eisdem.—Data apud Chuddeleghe, ultimo die Decembris.

- A.D. 1334. The Stannaries of Devon; *Mandatum contra detinentes maliciose decimam Stagnarie Devonie*,—
5. [fol. 186b.] Johannes, etc., dilectis filiis, de Chageforde, Asspertone, Tavytroke, Lideforde, et de Plymptone Ecclesiarum Curatis, salutem, etc.—Pius et misericors Dominus, Cujus est terra et plenitudo ejus, in signum Domiuui universalis decimas et primicias de omnibus liceat adquisitis reddi precepit, prout Sacra testatur Auctoritas, ut illis cibus sint qui in Domo Sua Sibi ministrant. Cum, igitur, de Metallaria Stagnarie Comitatus Devonie, nostre Diocesis decem libre sterlingorum in Festo Sancti Michaelis, annis singulis, pro

A.D. decima ejusdem, nobis, Ecclesie Exoniensis, Sponse nostre, nomine, cui
 1334-5. Divina dispensacione, licet inmeriti, presidemus,—cujus, eciā, libertates
 Vol. II. atque jura illesa pro viribus tueri astringimur et fovere,—tam de jure quam
 eciā de consuetudine hactenus usitata, notorie debeantur; [et] quidam
 predicte Metallarie sive Stagnarie ministri et dispositores, quos premissa
 verisimiliter latere non possunt, quorum nomina ignoramus pariter et
 personas, predictam Ecclesiam, Sponsam nostram, hujusmodi suo jure
 privare, et Ecclesiasticas libertates in hac parte infringere et perturbare
 maliciose satagentes, predicte pecunie summam pro termino Festi Sancti
 Michaelis proximo preteriti taliter nobis debitam ausu sacrilego sub-
 trahere temere presumpserint, in anime sue grave dispendium et aliorum
 exemplum perniciosum; premissa, siquidem, sub dissimulacione conni-
 ventibus [oculis] ulterius pertransire nequeentes, quin juxta Officii nostri
 Pastoralis debitum, quatenus cum Deo possumus, remedium congruum
 apponamus; vobis communiter, et cuilibet vestrum divisim et in solidum,
 committimus et mandamus, in virtute Obediencie qua nobis astringi nosci-
 mini, et sub Majoris Excommunicacionis Sentencie pena firmiter injungentes,
 quatinus, proximo Die Dominicō seu alias solemptni post receptionem Pre-
 sencium, in Ecclesiis supradictis, quatenus vestrum quemlibet attinet ratione
 Cure sibi commisse, intra Missarum Solempnia, cum major in eis tunc affue-
 rit populi multitudo, omnes hujusmodi presumptores, primo, secundo, et
 tertio, in genere moneatis, et, quatenus poteritis, efficaciter inducatis, quod,
 ab hujusmodi suis presumptionibus temerariis penitus desistentes, de decem
 libris predictis nobis, infra sex dies inmediate tunc sequentes, satisfacere non
 omniant. Alioq. in ipsis, quos in Sentenciam Majoris Excommunicacionis,
 contra delinquentes hujusmodi in Conciliis et Constitutionibus Sanctorum
 Patrum, provide latam et legitimate promulgatam, incidisse non ambigitur ipso
 facto, dicta Sentencia sic ligatos esse, in Ecclesiis memoratis, singulis Diebus
 Dominicis extunc, et aliis Festivis, horis et temporibus antedictis, pulsatis
 campanis, candelis accensis et extinctis, Cruce erecta, cum omni solempni-
 tate qua poteritis et convenient in hac parte, in genere publicetis, et per alios
 faciat simili modo publicari; quounque malefactores hujusmodi, ad
 reconciliacionis graciā in forma Ecclesie per nos admissi, Absolucionis
 beneficium meruerint obtiuerē, et aliud a nobis super hiis reperitis in
 mandatis. Quis, vero, vestrum preseus Mandatum nostrum primo rece-
 perit, retenta inde sibi copia, id collegis suis celeriter transmittere studeat
 fol. 187. exequendum. Die in receptionis Presencium, et quid super hiis feceritis
 ac duxeritis faciendum, nobis, citra Festum Purificacionis Beate Marie
 Virginis [2 Feb.], et, nichilominus, alias cum super hoc vos comode requiri
 contigerit, rescribatis per Literas vestras patentes, hunc tenorem conti-
 nentes, sigillo autentico consignatas.—Datum apud Chuddeleghe, . . . die
 Januarii (sic).

[fol. 36b.] Camborne [Cambron, MS.]; Master Stephen Penpel, accolite,
 R.—

Dispensation: non-residence till Michaelmas next, to study (21 Jan.)

[fol. 10b.] Bickleigh (in the Deanery of Tamerton); *Appropriacio Ecclesie
 de Bykeleghe, cum assignacione Pensionis xxs. ab eadem
 Ecclesie Cathedrali Exonie,*—

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis ad quos presentes Litere pervenerint,
 Johannes, etc., in sinceris amplexibus Salvatoris.—Inter solicitudines
 humanas Sacram Religionem plantare, et plantatam fovere, Sacrarum Con-
 stitutionum digesta auctoritas precipuum et meritorium summe
 fore. Sane, exhibita nobis pro parte dilectorum in Christo, Abbatis et
 Conventus Monasterii de Bokelande, Ordinis Cisterciensis, nostre Diocesis,
 Peticio continebat quod dictum Monasterium sub certo numero Monach-
 orum et aliorum supportandorum onerum, ex primaria dispositione Fun-

A.D. datoris, supra vires proventuum et possessionum ejusdem adeo exiliter est
 1334-5. fundatum quod Monachi inibi Deo servientes non poterunt, absque
 Vol. II. dispersione et penuria, de proventibus dicti Monasterii sustentari, nisi per
 nostre cooperacionis ministerium ab hujusmodi inopia releventur. Quare
 pro parte dictorum Abbatis et Conventus nobis extitit instancius suppli-
 catum ut, eis paterno super hiis compacientes affectu, Parochialem Ecclesiam
 de Bikeleghe, cum Capella de Shitelestorre [*Sheepstor*], eidem Ecclesie
 annexa, dicte nostre Diocesis, in qua dicti Abbas et Conventus jus optinent,
 ut asserunt, Patronatus, eis, in usus proprios perpetuo possidendam, in
 supportacionem onerum et relevacionem inopie predictorum, concedere,
 unire, et appropriare, servata debita solemnitate, curaremus. Nos, igitur,
 curis agitati continuis, ut dictum Monasterium, et cetera pia Loca nostra
 Diocesi inclusa, a dispendiis et lapsibus preservare [valemus], ac volentes,
 premissorum consideracione, eisdem Abbatii et Conventui super hiis paterna
 sollicitudine providere, dilectos filios, Capitulum nostre Exoniensis Ecclesie,
 ad tractandum una nobiscum super Appropriacione hujusmodi dicte
 Ecclesie de Bikeleghe, cum dicta Capella, et ejus causis, ad certos diem et
 locum, cum de hiis nobis tunc non liqueret ad plenum, peremptorie
 fecimus evocari; habitoque super illis cum eisdem dilectis filiis tractatu
 solempni et diligent, quia compérimus exposita nobis hujusmodi, recepta
 super eis informacione debita, veritate fulciri; de unaimi collaudacione
 eorundem et consensu, necnon omnium aliorum et singulorum quorum
 interest, concurrentibus omnibus aliis et singulis que requiruntur de jure,
 dictam Ecclesiam de Bikeleghe, cum Capella predicta, ac cum omibus
 juribus et pertinenciis suis, dicto Monasterio de Bokelonde et Abbatii ac
 Monachis ibidem Domino servientibus et servituri, in supportacionem
 dictorum onerum Pontificali auctoritate appropriamus et unimus, ac con-
 cedimus in usus proprios possidendam; jure et dignitate nostre Exoniensis
 Ecclesie et Loci Archidiaconi semper salvis. Ita quod, cedente vel decedente
 ad presens ejusdem Ecclesie Rectore, prefati Abbas et Conventus, per se,
 vel alium seu alios, auctoritate Appropriacionis hujusmodi, dicte Ecclesie et
 Capelle possessionem libere apprehendere et tenere, fructusque ipsius
 Ecclesie et Capelle in usus proprios convertere valeant; nostra vel cuius-
 cumque alterius Licencia minime requisita. Reservata, tamen, de ipsius
 Parochialis Ecclesie proventibus Perpetuo Vicario, instituendo Canonice in
 ea, assignanda per nos Porcione congrua, ex qua idem Vicarius comode sus-
 tentari posset, et Episcopalia ac Archidiaconalia jura solvere, aliaque sibi
 incumbencia onera subportare. Ut, autem, contra dispendium quod parari
 possit, forsitan, eidem Ecclesie nostrae deliberacione debita consulatur,
 statuimus et ordinamus quod dicti Abbas et Conventus, in signum sub-
 jeccionis et recordacionem beneficij hujusmodi, annis singulis, de dicta
 Ecclesia de Bykeleghe, in Festo Sancti Michaelis, Camere Capituli nostre
 Exoniensis Ecclesie prelibate viginti solidos, in augmentacionem stipendii
 Clericorum dictorum de secunda forma in ea ministrancium, vel alias pro
 nostro et dicti Capituli nostri beneplacito integraliter seu particulariter
 convertendos, perpetuo solvere teneantur. In quorum testimonium et
 fidem pleniores sigillum nostrum fecimus hiis apponi.—Et nos, Capitulum
 Exoniensis Ecclesie prelibate, premissis omnibus et singulis nostram collau-
 dacionem et consensum impertimus, sigillum nostrum Presentibus apponi
 faciendo. Nosque, Thomas [Wappeleghe], Dei pacienza Abbas dicti Monas-
 terii de Bokelonde, et ejusdem Loci Conventus, in signum subjeccionis et
 agnitionem beneficiorum hujusmodi, predictam Pensionis appositionem
 approbamus.—Data in Capitulo Exoniensis Ecclesie predicte, vicesimo tercio
 die mensis Januarii, Anno Domini M°. CCC^{mo} tricesimo quarto.

Nota
 —xxx.
 Exoniensis Ecclesie prelibate viginti solidos, in augmentacionem stipendii
 Clericorum dictorum de secunda forma in ea ministrancium, vel alias pro
 nostro et dicti Capituli nostri beneplacito integraliter seu particulariter
 convertendos, perpetuo solvere teneantur. In quorum testimonium et
 fidem pliores sigillum nostrum fecimus hiis apponi.—Et nos, Capitulum
 Exoniensis Ecclesie prelibate, premissis omnibus et singulis nostram collau-
 dacionem et consensum impertimus, sigillum nostrum Presentibus apponi
 faciendo. Nosque, Thomas [Wappeleghe], Dei pacienza Abbas dicti Monas-
 terii de Bokelonde, et ejusdem Loci Conventus, in signum subjeccionis et
 agnitionem beneficiorum hujusmodi, predictam Pensionis appositionem
 approbamus.—Data in Capitulo Exoniensis Ecclesie predicte, vicesimo tercio
 die mensis Januarii, Anno Domini M°. CCC^{mo} tricesimo quarto.

[fol. 37.] Ugborough [Oggeburghe, MS.]; Master Richard Noreys, priest, R.,—
 Licence of non-residence till Michaelmas next, to study (Chudleigh, 20 Feb.).

[fol. 146b.] Exeter; *Remissio et Absolucio Johannis Oblyn, de Exonia,*—
 Die ultima mensis Februarii, Anno Domini M°. CCC^{mo} tricesimo quarto, apud

A.D. Clyste, in aula videlicet, dictus Dominus Episcopus commisit verbo tenus
1334-5. potestatem Magistro Willelmo de Nassyngtone, Canonico Ecclesie Exoniensis, ibidem tunc personaliter constituto, absolvendi Johannem Oblyn, de Exonia, a Sentenciis Suspensionis et Excommunicacionis, quibus ligatus existit pro sua manifesta offensa in non satisfaciendo dicto Domino de [quinquaginta] solidis sterlingorum, sibi ab eodem debitis occasione Reconciliationis Ecclesie Sancti Nicholai Exoniensis, cuius execracionis causam idem Johannes alias dedit; dum, tamen, idem Johannes medietatem dicte pecunie solveret terminis sibi per eundem statuendis; et aliam medietatem idem Dominus remisit. Et subsequenter idem Magister Willelmus eundem Johannem a dictis Sentenciis absolvit; prestito primitus ab eodem Johanne juramento de stando Mandatis Ecclesie, et de peragendo Penitenciam sibi infligendam. Idem Johannes promisit fideliter aliam medietatem dicte pecunie, videlicet xxv solidos, solvere terminis subscriptis; scilicet, in media Quadragesima vs. et Festo Pasche xs., et residuum in Festo Pentecostes proximo sequutro. Et ad hoc faciendum corporale prestitit jura mentum.

fol. 187b. Illegitimacy; *Dispensacio Fromond*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Godefrido Fromonde, clero, nostre Diocesis, in Artibus Magistro et in Medicina instructo¹, salutem.—Arcium scientia predictarum, morum honestas, vite virtus, et fama persone, eciam ab hiis qui te in Scolis et alibi cognoverant plurimum approbate, nostrum invitauit animum et captant merito beneplacitum, ut in hiis et circa ea votis tuis annuamus, per que status tui incrementum facilius procuretur. Premissorum, itaque, tuorum prerogativa meritorum, super quibus exhibundanti receperimus probacionem summariam; tecum ut, non obstante defectu natalium quem pateris de presbitero, ut asseris, genitus et soluta, ad omnes Minores Ordines licite promoveri valeas et Beneficium Ecclesiasticum cui cura immineat animarum libere recipere et licite tenere, Pontificali auctoritate, quatenus a jure permittitur, misericorditer dispensamus. In cuius rei testimonium, etc.—Data apud Clyste, ij^{do} die Marcii, Anno, etc.

[fol. 12.] Plympton Priory; *De Pensionibus [etc.] Prioratus Plymptonie*,—

Universis presentes Literas inspecturis, Johannes, etc., salute in sinceris amplexibus Salvatoris.—Inter cetera que nostrum animum insultibus impetunt successivis, illud nos frequenti meditacione perurget, ut viri Religiosi, nobis Diocesano jure subjecti, ob Illius Cui suam integritatem spontanea voluntate devoverunt reverenciam, vitatis noxiis et Causarum strepitibus, quibus plerumque plus debito se involvunt, liberius et quietius suo inserviant Creatori. Sane, cum olim per Ecclesiam, Civitatem, et totam Diocesim nostram Exoniensem, Diocesana auctoritate Visitacionis Officio fungemur, comperimus dilectos filios, Priorem et Conventum Monasterii Plymptonie, Ordinis Sancti Augustini, nostri Patronatus et Diocesis, per varia Loca nobis Diocesano jure subjecta, Ecclesias, et Capellas distinctas Parochias et Parochianos curamque animarum habentes, Porciones quoque decimarum et Pensiones inferius designatas, tenere et percipere, velut in usus proprios perpetuo possidendas; videlicet, Beatorum Apostolorum Petri [et Pauli] Plymptonie, ubi degunt, cum Capellis Sancte Marie et Sancti Thome de Plymptone, de Brixton, et de Wembury, de Plymptoke et Sheaȝe, [Shaugh] ac Saunforde [Sampford Spiney], ab eadem dependentibus; Ecclesiam Sancti Antonini [*in Roseland*] cum Capella Sancte Gerende (*sic*) ab eadem dependente; Ecclesias de Lanhou [St. Kew], de Macre, et de Suttone [Plymouth], cum Capella de Bottockishide [St. Budeaux] ab eadem dependente, de Eckebokelonde, Dene, et de Tamaritone, cum Capella Sancti Martini de Marystowe ab eadem dependente, de Seinte Marie Stowe, cum Capellis de Thrisshelstone et Sancti Jacobi in the wode ab eadem dependentibus, necnon Capellam Sancte Marie de Marisco

¹ Afterwards Physician to Edward III. See page 307.

A.D. prope Exoniam, una cum decimis, juribus, et pertinenciis Ecclesiarum
 1334-5. predictarum; Porciones, quoque, decimarum et oblacionum; videlicet, me-
 Vol. II. diatatem ipsarum proveniencium ad Ecclesiam Sancte Gerende (*sic*), exceptis
 terris nostris dominicis ibidem; Pensiones, insuper, annuas xij *marc.* ster-
 lingorum in Ecclesia de Uggeburghe, quinque *marc.* de Exeminstre, xl soli-
 dorum de Nywetone [Newton-St. Cyres], e solidorum de Ilstyngtōne, xl
 solidorum de Stoke in Tynhide, x *marc.* de Blakeauetone, x *marc.* de Britte-
 stowe, j *marc.* de Brattone, j *marc.* de Mewy, j *marc.* Sancti Justi, ij *marc.*
 de Lanhern, et v librarum cere de Petres Tavy, Ecclesiis nostre Diocesis;
 necnon, vj marcarum sterlingorum in nostra Exoniensi Ecclesia de singulis
 Prebendis singulorum Canonicorum Prebendariorum dicte Ecclesie, cum ab
 hac luce migraverint, vel per ingressum Religionem absolute mutaverint vitam
 suam. Cum, itaque, super premissis omnibus et singulis fecissetsemus dictum
 Priorem et Conventum coram nobis, ad certos dies et loca, ad judicium
 legitime evocari, proposituros et exhibituros, vel alias modo legitimis probatu-
 rios raciones, mumenta, titulos, et jura, quorum pretextu Ecclesias, Capellas, decimarum Porciones, et Pensiones predictas se legitime adeptos
 dicerent, et licite posse tenere, percipere, et habere, Frater Robertus de
 Forde, Subprior dicti Monasterii, dictorum Prioris et Conventus Procurator
 ad hoc sufficienter constitutus, coram nobis comparens, pro eis proposuit, in
 forma juris, dictos Priorem et Conventum, Dominos suos, fuisse et esse jure
 et titulis sufficientibus super assecucione, libera retencione, et percepcione
 licita Ecclesiarum, Capellarum, decimarum Porcionum, et Pensionum pre-
 dictarum communitos. Idemque Procurator, premissa hac adjeccione,
 jurando proposuit quod dicti Prior et Conventus Plymptonie et eorum
 predecessores dictas Ecclesias et Capellas, cum suis juribus et pertinenciis
 universis, tanquam sibi et Monasterio suo Plymptonie Canonice appro-
 priatas et unitas, pacifice tenuerunt et possederunt, scientibus, pacientibus,
 immo verius approbantibus Venerabilibus Patribus Episcopis Exoniensibus,
 a tempore quod excedit memoriam hominum et majori; quodque
 decimarum Porciones et Pensiones predictas pacifice et quiete percep-
 erunt tanto tempore quod diu ante ceptam Visitacionem nostram hujus-
 modi dicti Prior et Conventus jus percipiendi eas legitime prescrips-
 erunt. Exhibitis, igitur, per Procuratorem predictum, Procuratorio nomine
 dictorum Dominorum suorum, ad probacionem premissorum, nonnullis
 Apostolicis et pluribus aliis Predecessorum nostrorum, Exonie Episcoporum,
 ac Ecclesie nostre Exoniensis Capituli, aliorumque quorum intererat
 Literis et Instrumentis; productis, eciam, quibusdam testibus juratis,
 examinatis, et eorum attestacionibus publicatis ac discussis; habita no-
 biscum et cum peritis, super premissis, visis et diligenter recensitis, deli-
 beracione plenaria et frequenti; quia manifeste invenimus proposita
 hujusmodi per dictum Procuratorem sufficienter et legitime probata esse;
 nos, Johannes, etc., Episcopus predictus, Christi Nomine invocato, de juris
 peritorum nobis assidencium consilio, dictas Ecclesias et Capellas dictis
 Priori et Conventui, ac eorum Monasterio predicto, legitime concessas,
 appropriatas, et unitas, ac Concessiones et Appropriaciones hujusmodi
 validas, necnon Porcionum et Pensionum predictarum percepciones justas
 fuisse et esse, eosque exabundanti premissa omnia et singula legitime
 prescripsisse, prout hec omnia in Petitione summaria per dictum Pro-
 curatorem, nomine quo supra, coram nobis judicialiter oblata, petita erant;
 premissa vocacione debita omnium quorum interest; in hiis Scriptis per
 nostram diffinitivam Sentenciam pronunciamus, decernimus, et declaramus,
 et nichilominus adjudicamus eisdem. In quorum omnium testimonium
 presentes Literas, seu presens Publicum Instrumentum, per Robertum
 Pieke, clericum, Auctoritate Apostolica Notarium Publicum infrascriptum,
 scribi et publicari mandamus et nostri sigilli appensione muniri. Datum
 et actum in Manerio nostro de Clyste, iij die Marcii, Anno Domini M°.
 CCC^{mo} tricesimo quarto.

A.D. Pengersick, of Pengersick (in the Parish of St. Breage); *Abso-*
1334.—lucio de Pengerseke,—

Vol. Universis et singulis quorum interest Johannes, etc., salutem in sinceris
 II. amplexibus Salvatoris.—Exhibite nobis per dilectum filium, Henricum de
 fol. Pengerseke, domicellum, nostre Diocesis, Litere more Penitenciarie Curie
 187b. Romane impendenti consignate, continebant ipsum a Majoris Excommuni-
 cacionis Sentencia qua ipse extiterat innodatus propter vulneracionem
 temerariam dilecti, filii David [de Lyspein], Perpetui Vicarii Ecclesie Sancte
 Breace, presbiteri, nostre Diocesis, et Fratris Thome, Monachi Monasterii
 de Hayles, Ordinis Cisterciensis, olim Abbatis et Conventus ejusdem
 Monasterii in Partibus Cornubie Procuratoris; cum ex dictis vulneribus
 Presbiter et Monachus predicti, in quorum personis dictus Henricus dictas
 Literas, juramento corporaliter prestito, declaravit, plene convale[un]t,
 nec inde facti sunt inhabiles ad Divina; remissum fore sub certa forma, Auc-
 toritate predicta absolutum, prout hec alia in dictis Literis vidimus plenius
 contineri; hoc, tamen, adhibito moderamine, ut passim injuriam si non
 satisfecerit, satisfaciat competenter. Quia, igitur, sicut dictus Henricus
 nobis exposuit, dicto Presbitero de injuria hujusmodi satisfecit, et dictus
 Monachus satisfaccionem congruam, per eundem sibi oblatam pro excessu
 predicto, recipere contra justiciam recusavit, petens sibi super hoc per nos
 de oportuno remedio provideri; nos, volentes dictis injuriis passis illum
 exhibere favorem per quam dicto injurianti justiciam faceremus, ac
 cupientes contenta in dictis Literis, auctoritate ordinaria, debita execuzione
 sup[pl]iere, Presbiterum et Monachum predictos ad proponendum quicquid
 obicere vellent contra Literas hujusmodi et personam impetrantis; alioquin
 taxacionem nostram, auctoritate ordinaria faciendam, visuros, audituros, et
 recepturos; fecimus ad certum peremptorium terminum legitime coram
 nobis evocari. Dicto Henrico personaliter ac Presbitero per Procura-
 torem suum, ad hoc legitime constitutum, ac satisfaccionem dicti Henrici de
 injuria hujusmodi dicto Presbitero irrogata de plano in judicio confitentein,
 dicto die comparentibus; nos, ad petitionem dicti Henrici, dicti Monachi
 non comparentis contumaciam accusantis, dictam injuriam ipsius Monachi
 in contumacie sue penam, taxavimus ad certas emendas pecuniarias com-
 petentes; mandantes eidem Henrico, inter alia, sub debito per eum prestiti
 juramenti, ut dicto Monacho, quamcito, ipsius vel alterius cuius interest
 ejus nomine, copiam habere posset, de taxatis emendis hujusmodi, satisfacere
 debite procuraret. Et, nichilominus, culpa ipsius diligenter considerata,
 injunximus sibi inde Penitenciam salutarem. Ne, igitur, sub pretextu
 ignorancie premissorum, a Christi Fidelibus dicti Henrici communio
 evitetur, premissa omnia et singula Universitati vestre intimamus. Injunc-
 gentes, eciam, universis et singulis personis Ecclesiasticis nobis subditis, ad
 quos presentes Litere pervenerint, quatinus premissa omnia et singula in eis
 contenta studeant, cum pro parte dicti Henrici iurisconsulti fuerint, in locis sibi
 subjectis debite publicare.—Data apud Clyste, viij die Marcii.

The Peculiar Jurisdiction; *Commissio Magistri J. de Bineleghe,*
Officialis Peculiaris Jurisdiccionis Cornubie et Sequestrator
Generalis,—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Johanni de Bineleghe, clero, salutem,
 etc.—De tue circumspetionis industria plurimum confidentes, ad deciden-
 dum universas et singulas Causas, in quibus extitit coram dilecto filio,
 Magistro Benedicto de Pastone, olim predecessore tuo in nostre Peculiaris
 Jurisdiccionis Officialatus Officio, ad Parcium quarumcumque instanciam
 processum usque ad prolacionem diffinitive Sentencie vel conclusionem in eis
 exclusive, dummodo reus in Causis hujusmodi de Archidiaconatu Cornubiensi
 fol. 188. oriundus existat, domicilium habeat, delictum contraxerit, vel inibi initus
 sit contractus; necnon, corrigendum et puniendum nostrorum quorum-

A.D. 1334-5. eumque Archidiaconatus Cornubiensis crima et excessus subditorum, Religiosis viris et Ecclesiarum Collegatarum Canonicis dumtaxat exceptis ; Vol. II. vices nostras committimus, cum cuiuslibet cohercionis Canonice potestate.

Proviso quod, in Causis aliis a predictis, in quibus ceptum fuit judicium coram predecessor tuo predicto, Partes, cum juribus, actis, et iuramentis Causas ipsas tangentibus instructas, ad nostram transmittatis audienciam generalem, Sentenciam justam ibidem, dante Domino, recepturas ; quas volumus Presidentem nostre generalis Audiencie Exoniensis, absque alia Commissione, ut vitetur circuitus, fine debito terminare. Teque, de uberiori fiducia, Sequestratorem nostrum in illis Partibus deputamus Generalem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum, etc.—Data in Manerio nostro de Clyste, x die mensis Marcii.

Crediton ; *Commissio Precentoris Criditonie*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Precentori Ecclesie nostre Collegiate Criditonie, salutem, etc.—Displicenter audivimus, et credere vix valemus, quod quidam antiquiores Vicarii Chori Ecclesie nostre Collegiate predilecte, leges sibi temeritate propria condentes iniquas,—quod ab aliis de novo receptis Vicariis non modicum debiti ipsis stipendii subtraxerunt. Tibi precipimus et mandamus, si est ita, quatinus fructus omnes Autumpnales ultimo collectos, ad eosdem Vicarios communiter pertinentes, tam de frugibus quam de pomis, ad quorumcumque manus jam devenerunt, facias inter eosdem Vicarios, tam antiquiores quam novellos, equa distribucione partiri, pro rata temporis quo quilibet eorum a Festo Sancti Mathei, Apostoli, proximo ante confectionem Presencium [21 Sept.], in Choro deservierint antedicto ; servando, videlicet, anni principium et terminos ex Ordinacione Predecessorum nostrorum, Exoniensium Episcoporum, in eadem Ecclesia hactenus usitatos. Ad hec, si dicti antiquiores Vicarii subtracta, ut predictum est, stipendia restituere compellantur, nolumus alios qui in ipso lucro non fuere participes quavis ad illud contribucione gravari.—Data apud Clyste, xvij die Marcii, Anno Domini supradicto.

Chulmleigh ; *Licencia Hole, Rectoris de Chulmaleghe*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Domino Willelmo de la Hole, Rectori Ecclesie de Chulmleigh, salutem, etc.—Benigno sunt illa concedenda favore per que, sicut provide desiderare dinosceris, valeas dicte Ecclesie tue comodum procurare. Justis, igitur, petitionibus tuis, prout convenit, annuentes, ut predia sive areas in Burgo de Chulmleigh, que sine labore hominum et industria eidem Ecclesie, prout inde claras probaciones receperimus, redduntur inutiles, quarumque dominium ad ipsam pertinet Ecclesiam et Porciones Prebendales in ea, eis, quibus ad maiorem ipsius Ecclesie utilitatem et honorem poterunt assignari, ad edificandum, vel in culturam redigendum, in emphiteosim¹ licite concedere valeas, sub annuo censu tenendas, liberam tibi concedimus, tenore Presencium, facultatem.—Data apud Clyste, xvij die Marcii, Anno Domini supradicto.

Testamentary ; *Commissio—Hunynge*,—

Johannes, Exoniensis Episcopus, dilecto filio, Magistro [Ricardo] Gyffarde, Rectori Ecclesie de Essewater, nostre Diocesis, salutem, graciā, et benedictionem,—Ad audiendum et fine debito terminandum Causam Appellationis, seu Appellacionum, ut dicitur, ad nostram audienciam interpositarum, a quadam diffinitiva Sentencia lata per dilectum filium, Magistrum Benedictum de Pastone, nostrum in Causa super quadam pecunie summa infra Partes infrascriptas Commissarium speciale et ejus occasione, pro Thoma de Beauforeste et Willelmo de Hownville, presbiteris, ac Isabelle, relicta Gilberti in the Combe, Executoribus Testamenti dicti Gilberti, et contra

¹ “ *Emphyteosis*,—Prædii vel fundi sub certis conditionibus perpetua locatio.”

—D' Arnis.

A.D. Walterum Unyng, habitatorem Exonie; quaque ad instanciam dicti
 1334.5. Walteri, Partis appellantis in hac parte et atricis, per nos ad Decretum
 Vol. II. Citacionis dictorum Executorum est processum, et in eventum dicte Cause
 principale negocium; vobis, de cuius circumspencionis industria confidimus,
 committimus vices nostras, cum cohercionis Canonice potestate.—Data
 apud Clyst, xxij^{to} die Marcii.

Mutatio Annī Encarnacionis Domini.

Anno Domini Millesimo CCC^{mo} tricesimo quinto incipiente,
 et Consecrationis Domini Johannis, Exoniensis Episcopi,
 octavo.

A.D. The Peculiar Jurisdiction; *Commissio Ricardi de Byssheoplegh,*
 1335. *Officialis Peculiaris Jurisdictionis in Devonia,—*

II. Johannes, etc., Exoniensis Episcopus, dilecto filio, Magistro Ricardo de Byss-

heoplegh, Rectori Ecclesie de Lawhittetone, nostre Diocesis, salutem.—

189. De tue circumspencionis industria plurimum confidentes, ad audiendum et
 terminandum quascumque causas inter quascumque Partes, nostre Diocesis,
 quarum altera est de nostra Jurisdicione Peculiari; necnon, ad finiendum
 et debito modo decidendum alias quascumque Causas per dilectum filium,
 Magistrum Benedictum de Pastone, predecessorem tuum in Officio, qualiter-
 cumque inceptas; vobis, cum cuiuslibet cohercionis Canonice potestate,
 tenore Presencium, committimus vices nostras.—Data apud Clyste, xxv^{to}
 die Marcii.

A Licence revoked¹; *Licencia Magistri Ricardi Gyffarde ad*
eligidum sibi Confessorem,—

Johannes, etc., Exoniensis Episcopus, dilecto filio, Magistro Ricardo Gyffarde,
 Rectori Ecclesie de Essewater, nostre Diocesis, salutem.—Tue devocationis
 precibus humilibus inclinati ut idoneum Confessorem tibi eligere valeas,
 cui peccata tua, tam in casibus nobis a jure vel consuetudine reservatis
 quam aliis humiliter confitearis, et qui te a peccatis confessatis hujusmodi
 absolvat, tibique injungat pro commissis Penitenciam salutarem; ac, eciā,
 a Sentencis quarum Absolucionis seu relaxacio ad nos pertinet in forma
 debita absolvat; necnon, super irregularitate, si quam contraxeris, cuius
 Dispensacionis potestas nobis jure vel consuetudine permititur seu con-
 ceditur, misericorditer tecum dispensem vice nostra; tibi, et eidem Con-
 fessori quem elegeris, liberam, tenore Presencium, concedimus facultatem.
 In cuius rei, etc.—Data apud Clyst, xxvj^{to} die Marcii.

Poughill (Devon), [Pogehulle, MS.]; Sir Richard Gregori, priest,
 R.—

Licence of non-residence till Michaelmas, “ubicumque in Regno Anglie;
 locis, tamen, congruis et honestis” (Clyst, 27 March). [There is another
 copy of this Entry on fol. 37].

Canonsleigh Abbey; *Licencia concessa Abbatisse et Conventui de*
Leghe Cunonicarum, vendredi j corrodiuum Christiane dicte
Batho,—

Johannes etc, Exoniensis Episcopus, dilectis filiabus Abbatisse et Conventui

¹The Bishop himself put his pen through
 this Entry, and wrote on the margin,
 —“Inprovide, et non previsa ista

Litera, licet sigillata, statim, ipso sero,
 per nos fuit revocata; et sibi revocacio
 intimata.”

A.D. Monasterii de Leghe Canonicarum, nostre Diocesis, salutem, etc.—Indi-
1335. gencie Domus vestre pio et paterno compacientes affectu ; ut unum
Vol. II. corrodium Christiane dicte Batho, mulieri, vendere et concedere valeatis ;
ita, tamen, quod pecunia inde recepta in usus Domus vestre utiles et
necessarias fideliter convertatur ; Licenciam vobis, tenore Presencium,
concedimus et liberam facultatem. In cuius rei, etc.—Data apud Clyste,
tercio die Aprilis.

*Restraint of Penitentiaries ; Inhibicio ne Penitenciarii, absolvendo
seu Penitencias injungendo, fines potestatis eis date excedant,—*

Johannes, etc., Exoniensis Episcopus, dilecto filio, Officiali Archidiaconi
Cornubie, salutem, etc.—Etsi nos, sicut ceteri Prelati Anglie Episcopi,
consensu nostro interveniente, Penitencias in foro Penitencie perjuris et
falsa testimonia in quocumque Judicio Ecclesiastico seu Seculari perhibentibus,
ac falsis juratoribus ac aliis graviora crimina committentibus, prout a
jure reservantur, nobis, in nostra Diocesi presentibus, alioquin Ecclesie
nostre Exoniensis Penitenciario Generali, dudum reservaverimus imponen-
das ; potestatem quibusvis aliis Penitenciariis nostris per nos super hiis
datam, certis et legitimis ex causis nos ad id moventibus, publice revocantes ;
quidam, tamen, Confessores, tam Religiosi quam Seculares, Penitenciarios
nostros se configentes, fines potestatis eis date, prout fide dignorum rela-
cionem et evidencia facti perceperimus, excedentes, delinquentibus hujusmodi
Penitencias super hiis de facto tantum, cum nulla sibi sit in hac parte
attributa potestas, injungere hactenus nichilominus presumpserunt, in
subditorum nostrorum decepcionem et grave dispendium animarum.
Tantis, igitur, periculis, ex injuncto nobis Pastorali Officio, ut tenemur,
obviare pro viribus cupientes, vobis, in virtute Obedience et sub Majoris
Excommunicationis Sentencie pena, firmiter injungentes, mandamus quatinus,
hac instanti Die Dominica in Ramis Palmarum [9 April], in singulis
Ecclesias Collegiatis, Conventualibus, et Parochialibus vestre Jurisdictionis
Archidiaconalis, coram Processionibus inibi faciendis, necnon in singulis
Capitulis vestris et Congregacionibus, presens Mandatum nostrum et
contenta in eodem, necnon reservacionem et revocationem nostras hujus-
modi taliter factas, publicetis, et per alias faciatis simili modo publicari,
Inhibentes, et inhiberi facientes, ne quis Penitenciarius noster, cujuscumque
status vel condicionis existat, delinquentibus hujusmodi, nobis, ut premittitur,
presentibus inconsultis, Penitencias injungere quovismodo presumat,
set eos reatus ipsos sibi confitentes nobis, vel dicto Penitenciario nostro
Generali, nobis agentibus in remotis, transmittere, ut tenentur, non post-
ponant, Penitencias pro commissis suis hujusmodi salutares a nobis
recepturos, sicut Canonicam a nobis voluerint effugere ulcionem. Diem,
vero, receptionis Presencium, et quid in premissis feceritis, nos, citra
Dominicam qua cantatur Officium *Cantate* [14 May], scribatis Literis
vestris patentibus, habentibus hunc tenorem ; ab execuzione presentis
nostri Mandati, nichilominus, non cessantes, donec a nobis super hoc aliud
habueritis in mandatis.—Data apud Clyste, tercio die Aprilis.

fol. 189b. A clandestine marriage ; *Dimissio Domini Oliveri de Carmynou
et uxoris sue ab Officio, super eo quod matrimonium clandesti-
num contraxerunt,—*

Universis pateat per Presentes quod, cum Dominus Oliverus de Carmynou,
Miles, et Sibilla, quam tenet in uxorem, Exoniensis Diocesis, coram nobis,
Johanne, etc., super eo quod dicti Dominus Oliverus et Sibilla matri-
monium clandestinum invicem contraxerunt, illud in Capella ipsius Domini
Olyveri, apud Carmynou,¹ dicte nostre Diocesis, constructa, bannis non
premissis, contra Canonicas Sancções solemnizari procurantes, ex Officio

¹ In the Parish of St. Mawgan-in-Kirrier.

A.D. nostro responsuri, ad certum competentem terminum jam decursum, fuis-
1335. sent, auctoritate nostra, ad judicium legitime evocati ; predicti Oliverus et
Vol. II. Sibilla, in termino hujusmodi, in Capella Manerii nostri de Clyste sufficiente-
ter comparentes, matrimonium hujusmodi se contraxisse, et inter se
solempnizari procurasse in Capella de Carmynou antedicta,—non, tamen, in
contemptum Canonum, set ex simplicitate nimia ac juris ignorancia dum-
taxat,—humiliter fatebantur. Unde, injuncta eis pro commissis suis hujus-
modi per nos Penitencia salutari, quam subsequenter peregerunt, suspen-
sionem juris quam ipso facto incurrebat relaxantes, culpamque in hac parte
contractam remittentes, ipsos ab Officio nostro hujusmodi dimittentes (*sic*),
ac dimittimus per Presentes, sigillo nostro, etc., consignatas.—Data apud
Clyste, xxj die Aprilis.

*Dispensacio cum Domino Willelmo de Trenewythe, capellano, super eo
quod matrimonium clandestinum solempnizarit,—*

Pateat universis per Presentes quod, cum Dominus Willelmus de Trenewithe,
presbiter, Exoniensis Diocesis, coram nobis, Johanne, etc., super eo quod
idem Dominus Willelmus matrimonium inter Dominum Oliverum de
Carmynou, Militem, et Sibilam, quam ad presens tenet in uxorem, subditos
nostros, clandestine contractam, bannis non premissis, in Capella ipsius
Domini Oliveri, apud Carmynou, nostre Diocesis, constructa, contra
Canonicas Sanctiones solempnizavit, responsurus, ad certum terminum
competentem fuisse, auctoritate nostra, ad judicium legitime evocatus ;
predictus Dominus Willelmus coram nobis, in Capella Manerii nostri de
Clyste in hujusmodi termino personaliter comparens, solempnizacionem
dicti matrimonii, non tamen in contemptum Canonum, set ex simplicitate
nimia ac juris ignorancia dumtaxat, se fecisse humiliter fatebatur. Unde
nos, injuncta sibi super hoc Penitencia salutari, quam peregit, quantum
nobis in hac parte permittitur a jure, tenore Presencium cum eodem
misericorditer dispensamus, culpam in hac parte contractam sibi remittentes.
In ejus rei testimonium, etc.—Data apud Clyste, vicesimo primo die
Aprilis.

Exeter, St. James's Priory ; *Litera testimonialis pro W. Bitteden,
Priore Sancti Jacobi prope Exoniam,—*

Universis Christi Fidelibus presentes Literas inspecturis, Johannes, etc.,
salutem in sinceris amplexibus Salvatoris.—Ne de statu dilecti filii, Fratris
Willelmi de Bittedene, Prioris Monasterii Beati Jacoby prope Exoniam,
Ordinis Sancti Benedicti, nostre Diocesis, quem in dicto Prioratu habere
dinoscitur, yaleat a quoquam ejus interest simplicitate qualibet hesitari ;
tenore Presencium dicimus et attestamur quod idem Prior est perpetuus et
esse solet, utpote non ex dacione Religiosi viri, Prioris Sancti Martini
de Campis Parisius, ejusdem Ordinis, set ad ipsius Prioris de Campis Pre-
sentacionem nudam, per bone memorie tunc Exoniensem Episcopum,
Predecessorem nostrum, Diocesana auctoritate ad dictum Prioratum
Sancti Jacobi admissus et Prior institutus perpetuus in eodem.—Data apud
Clyst, xxij^{to} die Aprilis.

[fol. 37.] Rackenford [Rakerneforde, MS.]; Sir John de Coletone, sub-
deacon, R.—

Dispensation : non-residence for a year, to study, etc. (Clyst, 30 April).

[fol. 37.] Morthoe [Morteho, MS.]; Master Henry de la Mare, sub-
deacon, R.—

Licence of non-residence for a year, to study, etc. (Clyst, 1 May).

[fol. 37.] Ilsington [Ilstyngtöne, MS.]; Master Richard Langacre, priest, R.—

Licence of non-residence for a year from 3 March, “quatenus Gracia a Sede
Apostolica sibi in forma pauperum concessa permittit ; causa insistendi
obsequiis Comitis Warennie” (same date).

A.D. Appointment of Guardian ; *Tutoris dacio Petro de Tautone,*
 1335. *pupillo,—*

II. *Johannes, etc., dilecto filio, Petro dicto de Tautone, domicello, nostre Diocesis,*
fol. salutem, etc.—Ad aliorum regimen ille sunt admittende persone que
 130. *suspicio[n]e carent, discrecio[n]e preminent, et alias pollent testimonio bone*
fame. Te, igitur, cui premissa plurimum suffragantur, Petro de Tautone,
dictie nostre Diocesis, nepoti tuo, in pupillari estate constituto, poscenti,
consenientibus et approbantibus omni[bus] quorum interest, Decreto que
precedente legitimo, velud magis ad hoc ydoneum de conjunctis, ad
tutelam ipsius admittimus, et sibi Tutorum in persona et rebus generaliter,
tenore Presencium, deputamus; recepto a te jura[n]ento et satisdacione
debita rem dicti pupilli salvam fore, inde Inventarium confidere, et cum
integra restitucione ac assignacione omnium eorum que, predictoru[m]
occasione, ad te pervenerint fidelem reddere rationem.—Data apud Clyste,
quinto die Maii.

East Worlington ; *Commissio in negocio Presentacionis ad Ecclesiam de Est Wolringtone, de Domino Johanne Peytevyn facte,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Willermo de Crauthorne, Officiali nostro,
salutem, etc.—Ad cognoscendum et procedendum in negocio Presentacionis
de Domino Johanne de Peytevyn, presbitero, ad Ecclesiam de Est Wolring-
tone, nostre Diocesis, per dilectum filium, Matheum de Crouthorne, velut
vacantem, nobis facte, et dictum negocium fine debito terminandum, cum
potestate dictum Dominum Johannem ad dictam Ecclesiam admittendi
ipsumque instituendi Canonice in eadem, ac in corporalem possessionem
ejusdem inducendi, per vos vel alium seu alios, et defendendi inductum;
si Inquisicio (quam super vacacione dictae Ecclesie et aliis consuetis articulis
fieri mandavimus, vobis, sub sigillo nostro inclusam, transmittendam) pro
Presentante et Presentato faciat antedictis; idemque Presentatus in litera-
tura inventus fuerit convenienter ydoneus, aliudque Canonicum sibi non
obsistat; ac ad Resignacionem Incumbentis ad presens eidem Ecclesie
acceptandum; et de statu suo, ne mendicitatis subjaceat obprobrio, Canonice
providendum; necnon, omnia alia et singula excercendum et exequendum
que in premissis, et circa ea, necessaria fuerint seu eciam oportuna; vobis,
de cuius fidelitate et circunspeccionis industria in Domino confidimus, cum
omni cohercione Canonica committimus vices nostras.—Data apud Clyst,
vij die Maii.

[fol. 188b.] Wells Cathedral ; *Sequestrum Prepositure Ecclesie Wellensis,—*

Johannes, etc., Judex seu Executor unicus ad infrascripta inter Partes
subscriptas a Sede Apostolica deputatus, Venerabilibus viris, Dominis
Priori Tantonie, Ordinis Sancti Augustini, Bathoniensis et Wellensis
Diocesis, et Waltero Merieth, Cancellario in Ecclesia nostra Exoniensi,
salutem in Domino, et Mandatis Apostolicis firmiter obedire.—Literas
Apostolicas, vera Bulla plumbea more Romane Curie bullatas, per Magistrum
J. de Denchesworthe, clericum, Saresbiriensis Diocesis, Procuratorem dis-
creti viri, Magistri Alani de Conesburghe, asserentis se Prepositum Ecclesie
Wellensis, Procuratorio nomine ipsius olim nobis exhibitas, cum reverencia
recepimus et gracia, subscriptam verborum seriem continentis :—Johannes
Episcopus, Servus servorum Dei, Venerabili Fratri, Episcopo Exoniensi,
salutem et Apostolicam benedictionem.—Peticio dilecti filii, Alani de Cones-
burghe, asserentis se Prepositum Ecclesie Wellensis, nobis exhibita, con-
tinebat quod, orta dudum inter ipsum et R. de Tautone, clericum, Exoni-
ensis Diocesis, super Prepositura dictae Wellensis Ecclesie, de qua dictus
Alanus, Auctoritate Apostolica, sibi Canonice fuisse provisum, eamque
diu[n]cius possedit, et tunc eciam possidere, ac prefatum Robertum eundem
Alanum possessione ipsius Prepositure temere spoliasse, eamque pretextu

A.D. 1335. spoliacionis hujusmodi detinere indebite occupatam, fructusque percepisse et percipere ex eadem; Robertus, vero, predictus eandem Preposituram ad Vol. II. se de jure spectare asseruit,—materia questionis; et Causa hujusmodi per Appellationem dicti Alani ad Sedem Apostolicam legitime devoluta; nos, Causam Appellationis hujusmodi et negotii principalis Venerabili Fratri nostro, Dino, Patriarche Graudensi,¹ tunc Preposito Ecclesie Januensis, Capellano nostro, nostrique Palacii Causarum princi gradus Auditori primo, ac demum, postquam inter Partes ipsas coram ipso comparentes ad non-nulos actus in Causa hujusmodi processum extitit coram eo, in Patriarcham Gradensem per nos promoto, dilecto filio, Magistro Egidio de Benavento, Decano Ecclesie Legionensis,² Capellano nostro, ac Causarum Palacii et gradus predictorum Auditori, audiendam commisimus et fine debito terminandam; qui, cognitis ipsius Cause meritis, de consilio Coauditorum suorum ejusdem Palacii, quibus super hoc relacionem fecit plenariam et fidelem, sentenciando pronunciavit, decrevit, et declaravit, prout hec omnia in Petitione, pro parte dicti Alani coram dicto Egidio exhibita, petita fuerant, prefatum Alanum ad possessionem dicte Prepositure restituendum et reintegrandum fore; eumque restituit et reintegravit ad illam, dictumque Robertum a possessione seu detencione ipsius Prepositure amovendum esse decrevit, ac ipsum, eciam, amovit, et condempnavit dicto Alanus in fructibus perceptis ex dicta Prepositura et in expensis in hujusmodi lite factis per Alanum predictum, expensarum ipsarum taxacione sibi imposta reservata. De qua, quidem, Sentencia pro parte ipsius Roberti ad Sedem predictam extitit appellatum. Quare dictus Alanus nobis humiliter supplicavit ut, cum dictus Robertus nondum per triennium Preposituram pacifice possederit antedictam, et pro eodem Alanus sit, ut predictitur, diffinitiva Sentencia promulgata, dictam Preposituram sequestrari, juxta Constitutionem felicis recordacionis Clementis Pape V, Predecessoris nostri, super hoc editam, mandaremus. Nos, igitur, ipsius Alanus supplicacionibus inclinati, Fraternitati tue (cum dictus Alanus, sicut asserit, Civitatem seu Diocesim Wellenses intrare non audens, prefatum Robertum infra illas nequeat convenire secure) per Apostolica Scripta mandamus quatinus per te, vel alium seu alios, dictam Preposituram, juxta Constitutionem eandem, sequestrare procures, exhibitus id quod de ipsius Prepositure fructibus, debitiss ejus supportatis oneribus, superesse contigerit, illi qui finalem in Causa victoriam obtinebit; contradictores per Censuram Ecclesiasticam, Appellatione postposita, compescendo.—Data Avinione, iij Nonas Julii, Pontificatus nostri Anno decimo octavo [5 July, 1334]. Post quarum Literarum exhibicionem dictus Procurator nobis cum instancia supplicavit ut contenta in eisdem Literis exequi curaremus. Nos, igitur, cupientes justiciam exhibere dictis Partibus et plenam obedientiam Mandatori, dicto Domino Roberto de Tantone (dicto Mandatore vivente), vocato et quicquam proponere non curante quare premissa fieri non possent vel deberent; set, eodem Roberto interim sublatu de medio; et ne fructus dicte Prepositure distraccionis subiceantur incommodo, Preposituram eandem, Auctoritate Apostolica antedicta, juxta Constitutionem felicis recordacionis Clementis Pape Quinti super hoc editam, providimus sequestrandum, et tenore Presencium sequestramus. Verum, quia congruit ad colleccionem fructuum obveniencium ad dictam Preposituram personas providas assumi et eciam ordinari, que sint in colligendo solcite, et in custodiendo recepta discrete, et in distribucione supportandorum onerum fideles; vobis, quos ad hoc fide et facultatibus reputamus idoneos, communiter et divisim, duximus deputandos, committimus—non, tamen, in totum, vices nostras; Auctoritate, nichilominus, districcius injungentes eadem, quatinus Sequestrum nostrum hujusmodi, quin verius Apostolicum, solemp-

¹ Of Gradi, in the territory of Venice; whence the Patriarchate was transferred to Venice in 1451.

² Leon, in Spain.

A.D. niter publicare, et plenam de dicta Prepositura curam gerere studeatis ;
 1335. exhibituri id quod de ipsius Prepositure fructibus, debitibus ejus supportatis
 Vol. II. oneribus, superesse contigerit, illi qui finalem in Causa victoriam obtinebit ;
 contradictores per Censuram Ecclesiasticam, racione previa, compescendo.
 Predictas, quoque, Literas Apostolicas et Instrumentum prime diffinitive
 Sentencie supradicte volumus penes dictum Magistrum Alanum, vel ejus
 Procuratorem, remanere, et non per vos vel aliquem alium, contra eorum
 voluntatem, detineri. Ipsorum, tamen, copiam fieri mandamus illis quorum
 interest ; eorum, tamen, sumptibus moderatis. Diem, autem, recepcionis
 Presencium, et executionis earum formam, nobis, cum pro parte dicti
 Magistri Alani congrue fueritis requisiti, distincte certificetis per Literas
 vestras patentes, habentes hunc tenorem.—Datum apud Cliste, nono die
 Maii, Anno Domini M°. CCC^{mo} xxx^{mo} quinto.

fol. 190. St. Crantock : an alleged miracle ; *Commissio pro Vicario Sancti Karentoci, si visus perditus fuerit restitutus,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Magistro Ricardo le Seneschal, Ecclesie nostre Collegiate Glasneye Preposito, et Gylberto de Knovyle, dicte Ecclesie Canonico, salutem.—Olim dilecto filio, Domino Rogero, Perpetuo Vicario Ecclesie Sancti Karentoci, nostre Diocesis, utpote visu oculorum privato, et ea occasione nequeunti regere se et sua, neque plebem commissam sibi, Coadjutorem meninimum adjunxisse. Cum, autem, sicut quorundam habet insinuacio placida, dicto Vicario visus perditus, quod non absque miraculo factum esse credimus, si est ita, restauratur ; vobis, de quorum fidelitate et industria in Domino confidimus, committimus et mandamus quatinus, personam dicti Vicarii oculis subcientes et alias exacte examinacioni, et (sic) quid inde repereritis et senseritis nobis distincte renunciare curetis clausis epistolis vestris, continentibus hunc tenorem ; ut, vestra relacione recepta, faciamus ulterius circa premissa quod fuerit cum justicia faciendum.—Data in Manerio nostro de Clyste, xij die Maii.

Stokenham ; *Commissio ad vendendum et colligendum fructus Ecclesie de Stoke in Hamme, etc.*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Magistro Georgio de Byneleghe, Rectori Ecclesie de Blakeauetone, et Perpetuo Vicario Ecclesie de Stoke in hamme, salutem.—Dudum fructus et obvenciones ad Rectoriam dicte Ecclesie de Stoke in hamme obvenientes, ex certis causis et defectibus persone Domini Thome de Shirigge, qui pro Rectore ejusdem Ecclesie de Stoke in hamme se gerit, nos ad id racionabiliter inducentibus ; et, cum alias, propter grave scandulum inde exortum, id dissimulare ulterius non possemus ; meminimus sequestrasse, vobis Magistro Georgio et cuidam aliis, vestro in ea parte college, ejusdem Sequestri custodiam committendo. Quia, vero, dictus Dominus Thomas de Shirigge defectus hujusmodi sibi objectos infra prefixa sibi a Canonibus tempora, cessante legitimo impedimento, adhuc non purgavit ; ne fructus pereant dicte Ecclesie Celesti provisione concessi, in orreis ad presens reconditi, neque ab exaccione pecuniarum debitatarum eidem Ecclesie pro decimis per dictum Thomam hactenus ibidem venditis, debitorum dicta Ecclesia morte vel inopia excludatur ; neve, ob defectum vendoris garbarum seu alterius commodi ad dictam Ecclesiam proveniencium, ipsa dispendium incurrat vel jacturam ; expedit ad vendicionem providam fructuum predictorum, quatenus extant ad presens in orreis, levacionemque dictarum pecuniarum, necnon collectionem et vendicionem fructuum ad eandem Ecclesiam proveniencium, personas providas assumi et eciam ordinari, que sint in colligendo sollicite et in custodiendo recepta discrete, ac in restituendo fideles ; vobis, igitur, quos ad hoc, velud fide et facultatibus ydoneos, communiter et divisim duximus deputandos, cum potestate cuiuslibet coercionis Canonice, committimus, districeius injungentes, quatinus plenam de dicta Rectoria curam dictas pecunias levando,

A.D. fructus predictos colligendo, et vendicioni provide exponendo, gerere studientis, et pecuniam inde collectam nobis quantocius assignare ; ita quod illud
1335. Vol. II. in utilitatem ejusdem expendere valeamus quod de ipsis fructibus ejus, debitis subportatis oneribus, contigerit superesse ; diem, autem, receptionis Presencium, et execucionis earum formam, nobis, dicto tempore, per vestras patentes Literas, habentes hunc tenorem, libere intimando.—Data apud Clyst, xij die Maii.

Ottery St. Mary ; *Dispensacio super non residencia, usque ad tempus, cum Vicario de Otery Sancte Marie,*—

Johannes, etc., dilecto filio, Domino Olivero de Farsy, Perpetuo Vicario Ecclesie Parochialis de Ottery Sancte Marie, nostre Diocesis, salutem.—Circumspecta Pastoralis Officii providencia, que in suis actibus libram recititudinis appendit, qualitates agendorum assidua meditacione pertractans, illos preservat a noxiis quorum diligencia et studio sue Cathedrales Ecclesie in suis honoribus et commodis ampliantur. Consideracione, igitur, premissorum, tecum,—quem utspte devocione, fide, et industria commendatum ad Partes transmarinas, pro summa utilitate nostre Exoniensis Ecclesie, quam, favente Domino, affutaram esse subponimus provocanda, nostrum providimus nuncium destinandum,—ut, quamdiu hujusmodi nostris et Ecclesie nostre predicte obsequiis institeris, a dicta Vicaria tua abesse valeas impune, Pontificali auctoritate, quatenus nobis a jure permittitur, tenore Presencium in Domino dispensamus.—Data apud Clyst, . . . die Maii (*sic*).

fol. Exeter Cathedral ; *Mandatum super Oblacionibus faciendis in 191. Ecclesia Exoniensi ad Festum Pentecostes,*—

Johannes, etc., universis et singulis Archidiaconis in Ecclesia nostra Exoniensi, et eorum Officialibus, salutem, etc.—Pie mentis Willelmi [Briwere], dudum Exoniensis Episcopi, Predecessoris nostri, amplectanda devocio, etsi ceteras Ecclesias sibi subjectas, velud verus Dei cultrix,¹ honoravit, Ecclesiam nostram Exoniensem, Sponsam suam, quam ipse anulo subbaravit,² merito censuit pocioribus attollere dignitatis insigniis et spiritualibus ac temporalibus honoribus venerari ; suas inde quas inspeximus concedendo Literas, tenoris et continencie infrascriptorum,—Willemus, Dei gratia Exoniensis Episcopus, dilectis in Christo filiis, universis Archidiaconis, et Officialibus suis, per Episcopatum Exoniensem constitutis, salutem in Domino.—Noveritis nos iuspexisse Cartam Venerabilis Patris, Henrici [Marshall], Predecessoris nostri, in hac forma,—Henricus, Dei gratia Exoniensis Episcopus, dilectis in Christo filiis, universis Archidiaconis, et Officialibus suis, per Episcopatum Exoniensem constitutis, salutem in Domino.—Universitati vestre, in virtute Obedience mandando, precipimus quatinus universis Capellanis per Archidiaconatus vestros constitutis, ex parte nostra, arcus injungatis et precipiatis ut parochianos suos, sicut decet, sollicite moneant et diligenter inducant quod Matricem Ecclesiam suam Exoniensem, ex qua Fidei sue exordium consecuntur, annuis oblationibus in Solemnitate Pentecostes eo modo visitare non differant quo alie Majores Ecclesie Anglicane a sibi subjectis consueverunt visitari ; vide-licet, quod unusquisque Capellanus nomen parochiani cuiuslibet mansionis in Parochia sua subscriptum habeat, et transcriptum similiter in Majori Ecclesia habeatur. Et quilibet Capellanus, pro quolibet parochiano suo qui

Nota de foco et loco. teneat, et cui facultas suppetat, de obolo respondeat ad minus. Qui, vero, infirmitate pregravati, Matricem Ecclesiam suam adire nequierint, per Capellatum Parochiale suam oblationem mittere satagent. Detentoresque hujusmodi oblationis, qui eam deferre aut mittere,

¹ Altered from “cultur.”

desponsare.”—*D'Arnis.*

² *Subarrare*,—“Arrhabone sibi uxorem

A.D. sicut premisimus, contempserint, nominibus, vero, eorum per Capellanos
 1335. nobis expressis, a communione Fidelium et Sacramentis Ecclesie se sciant,
 Vol. II. auctoritate nostra, esse suspensos. Et ideo vobis, in virtute Obedientie
 mandando, precipimus quatinus omnia supradicta, sub pena Suspensionis
 et Excommunicacionis, in forma prescripta faciatis firmiter observari.
 Valete.—Nos, vero, qui, sicut eidem in Pontificatus Officio, Domino miser-
 ante, successimus, sic in affectus plenitudine, in hiis que ejusdem Ecclesie
 nostre honorem concernunt et commodum, succedere debemus; ejusdem,
 ergo, Predecessoris nostri prosequentes vestigia, et exemplo ducti laudabili,
 vobis mandamus, districcius injungentes, quatinus presentes nostras
 Literas, ac omnia et singula contenta in eis, in Ecclesiis, Capitulis, et
 Locis aliis vobis subjectis, quibus expediens videritis, celeriter et solemp-
 niter publicare curetis; monendo per vos et alios, nichilominus, et rogando
 attencius Christi Fideles universos, qui premissa tenentur agnoscere et
 subire, ac persuadendo eisdem, prout et nos sano paternoque consilio
 suademus, ut predicta studeant plene et inviolabiliter observare; ita quod
 proinde, apud Deum, eis meritorum cumulus augeatur. Non parentes,
 autem, monitionibus vestris et persuasionibus hujusmodi, quos volumus
 expectari per triduum si acquiescere curaverint, extunc citare curetis, quod
 certo, peremptorio, competenti termino, eis per vos statuendo, conspectui
 nostro se representent, penam pro demeritis recepturi. Diem Citacionis
 hujusmodi et formam, una cum nominibus et cognominibus citatorum,
 nobis quantocius intimando per Literas vestras patentes, habentes hunc
 tenorem; proviso quod, et si pluries nobis rem gestam intimaveritis, exequi
 contenta Presentibus nullatenus differatis.—Datum apud Clyste, xxvj die
 Maii.

[fol. 189b.] Stokenham; *Commissio in negocio Presentacionis Vincencii de Barnastapolia ad Ecclesiam de Stokeinhamme,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Domino Waltero Meriethe, Cancellario, et Rogero
 de Churlestone, Archidiacono Tottonie, Canonicis in Ecclesia nostra Exoni-
 ensi, salutem, etc.—Ad cognoscendum et procedendum in negocio Pre-
 sentacionis de Vincencio dicto de Barnastapolia, clero, ad Ecclesiam
 Parochialem de Stoke in hamme, nostre Diocesis, per dilectos filios, Nobiles
 viros, Thomam et Edwardum de Monte Hermery, Milites, velut vacantem,
 nobis facte, ipsumque negocium fine debito terminandum, una cum potes-
 tate dictum Vincencium ad dictam Ecclesiam admittendi, ipsumque
 instituendi Canonice in eadem, ac in corporalem possessionem ejusdem
 inducendi, per vos vel alium seu alios, et defendendi inductum; amoto ab
 eadem, cum debita cause cognitione, quolibet illicito detentore, si Inquisicio,
 quam super vacacione ipsius Ecclesie et aliis consuetis articulis fieri feci-
 mus et recepimus, vobisque sub sigillo nostro inclusam transmittimus, pro
 Presentibus et Presentato faciat antedictis, vel alias sufficienter liquere
 poterit de jure suo; idemque Presentatus in literatura inventus fuerit
 convenienter ydoneus, nichilque aliud obsistat ei Canonicum; necnon,
 omnia alia et singula excercendi et exequendi que in premissis et ea con-
 tingentibus necessaria fuerint seu oportuna; vobis, de quorum fidelitate et
 circumspectionis industria in Domino confidimus, et cuilibet vestrum,
 communiter et divisim, et insolidum, ita quod alter, alterius absencia non
 excusata vel presencia expectata, in hujusmodi negocio procedat; vices
 nostras, cum cohercione Canonica, et quod in hac parte decreveritis exe-
 quendi potestate, committimus per Presentes. In cuius rei testimonium,
 etc.—Data apud Clyste, vicesimo octavo die Maii.

[fol. 190b.] Against irreverence in the Administration of the Viaticum;
*Mandatum pro delacione Corporis et Sanguinis Christi in tota
 Diocesi,*—

Johannes, etc., dilecto filio, Archidiacono Cornubie, vel ejus Officiali, salutem,

A.D. etc.—Cum pro honore Dei et Ecclesie Sue Sancte vigilare oporteat
 1335. Ecclesiarum Prelatos, de quorum manibus exquiret Dominus, sicut Ipse
 Vol. II. ait, sanguinem subditorum, adversus eos precipue quibus cura committitur
 animarum et professio in suis dampnatis operibus non desinit adversari, ut
 quicquid Legi Divine, corruptis moribus, contraire cognoverint doctrina
 Salutis interimant, et Ecclesiastice sarculo discipline, velud providi cultores,
 extirpent; quodque eorum mores ita reformat ut honestatis debite limites
 non excedant; dolore concutimur cordis et amaritudine replemur horroris
 quod, sicut accepimus et fide didicimus oculata, plerique Rectores Ecclesiarum,
 Perpetui Vicarii, et Parochiales Presbiteri, per nostram Diocesim consti-
 tuti, Corporis Christi et Sanguinis dulcissimo Sacramento reverenciam debi-
 tam non exhibit, nec id cum decencia qua convenit in extremis languentibus
 subministrant, et, quod cotidianis scandalis experimur, ad infirmos idem
 deferentes venerabile Sacramentum, superpellicium et stolam induere, lumen
 et tintinabulum ante se, prout convenient, facere deportari, negligenter omit-
 tunt; ac alias circa idem nimis irreverenter se exhibit ultra modum, quod
 Salutis Amator, Qui infinito amore Se dedit in Viaticum Ecclesie, pro tante
 irreverencie injurya merito offendatur; Constituciones Provinciales et eciam
 Sinodales in hac parte editas dampnabiliter transgrediendo, in animarum
 suarum periculum et scandalum plurimorum. Nequeuntes, igitur, premissa
 sub dissimulacionis connivencia ulterius pertransire, timentes quod, si talibus
 occurrere negligimus, indignacionis Divine periculum incurramus; vobis
 districte preciendo mandamus quatinus omnes et singulos Ecclesiarum
 Rectores, Perpetuos Vicarios, et Presbiteros Parochiales Archidiaconatus
 predicti, in Capitulis et Congregacionibus vestris, auctoritate nostra, in
 virtute Obediencie moneatis quod, cum eorum aliquem Viaticum deferre
 contigerit ad egrotos, superpellicio et stola se induant reverenter; quod si
 aeris intemperies vel loci distancia hoc fieri forsan minime paciatur, super-
 pellicium, ut illo, antequam realiter infirmos visitent, nisi periculum sit in
 mora, se induant, et lucernam ardentem ante se deferri faciant, in honorem
 precelsi et magnifici ac super omnia preciosi Corporis et Sanguinis Domini
 Sacramenti; precedente, quoque, tintinnabulo, ex cuius sonitu excitentur
 Christi Fideles ad devocationem debitam, gratam Redempcionis sue recen-
 sendo memoriam, ac virtutum et graciarum proficiant incrementum. Dis-
 triccius, nichilominus, injungentes eisdem quatinus premissa monita salu-
 Pene apposi. taria et mandata diligenter observent, sub pena unius dimidie marce
 cio in sterlingorum, Fabrice Ecclesie nostre Exoniensis applicande; in qua eos et
 contra eorum quemlibet teneri volumus efficaciter et astringi, si, et quociens, in
 rium premissis extunc reperti fuerint negligentes quomodolibet vel remissi.
 facien tes. Diem, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis, infra
 mensem a tempore date Presencium, nobis intimetis Literis vestris patentibus,
 habentibus hunc tenorem.—Datum apud Cliste, ultimo die Maii.

Et memorandum quod, eodem die, emanavit consimilis Litera cuilibet Archidiacoно in Ecclesia Exoniensi.

[fol. 37.] Barnstaple Priory; Brother Ymbert de Daumanchiis, Prior,—
 “Licencia visitandi majus Monasterium suum Beate Marie de Campis Par-
 isius, ita quod redeat ad Prioratum suum Barnastapolie citra Festum Beate
 Marie Magdalene [22 July], sub debito Obediencie prestite et pena Ex-
 communicacionis Majoris” (Clyst, 22 June).

[fol. 37.] Bishopsteignton; Master William Caignes, R.—
 Licence of non-residence till All Saints Day (1 Nov.), “causa visitandi
 Curiam Romanam, pro suis et Ecclesie sue negotiis inibi procurandis; ita
 quod citra dictum Festum redeat, sub debito Obediencie et pena Excom-
 municacionis Majoris (Clyst, 1 July).

fol. 191. Dartmouth; *Litera concessa Fratribus Augustinensibus de Derle-*
muthe,—

A.D. Johannes, etc., Religiosis Viris, Priori et Fratribus Ordinis Heremitarum 1335. Sancti Augustini in Villa de Dertinuthe, nostre Diocesis, cominorantibus, Vol. II. salutem, etc.—Licet bone memorie Magister Henricus Bloyou, quondam nostre Exoniensis Ecclesie Canonicus, ac noster ad inquirendum de excessibus subditorum nostrorum quorumcumque et Canonice puniendum Commissarius, ex nostro contra vos mero, ut dicitur, procedens Officio, Oratorium quoddam vestrum, seu Capellam, in dicta Villa noviter per vos constructum, seu constructam, suspenderit et interdixerit, ac omnibus subditis nostris sub penis gravibus inhibuerit ne ad dictum Oratorium seu hujusmodi Capellam accederent, vel Divina ibidem audirent Officia, aut hujusmodi Locum ut Capellam vel Oratorium agnoscerent, ac alias contra vos ex Officio nostro mero nimis rigide processerit, ut refertur; nos, tamen, nolentes privilegio exempcionis quod vobis a Sede Apostolica est indultum in aliquo derogare, nec Cultum Divinum, quantum ad nos attinet, diminuere vel extirpare, set pocius affectantes vos in omni bono proposito, sine prejudicio juris alieni, debite confovere; hujusmodi Suspensionem, Interdictum, et Inhibicionem, ac cetera omnia et singula hujusmodi gravamina, per dictum nostrum Commissarium, dum vixit, contra vos attemptata, ex nostra gracia speciali relaxamus; vobis, eciam, tenore Presencium, quatenus in nobis est et nostrum merum concernit Officium, ut singulis privilegiis, prout, et si, in forma debita conceduntur, libere utamini et non abutamini, Licenciam impartimur.—Data apud Cliste, viij die Julii.

[fol. 191b.] Plymouth; *Contra illos qui vulnerarunt Johannem Haywarde in Ecclesia de Suttone,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Officiali Archidiaconi Tottonie, et Magistro Waltero Pollard, Rectori Ecclesie de Northbovy, nostre Diocesis, salutem, etc.—Non absque dolore cordis et gravi turbacione recenter audivimus quod nonnulli, furore diabolico accensi, quorum nomina ad presens ignorantur et persone, quemdam Johannem, alias dictum Haywarde, ballivum Religiosorum Virorum, Prioris et Conventus Plymptonie, in districtu et territorio de Suttone, nostre Diocesis, metu iniquorum hujusmodi ipsum hostili incursu insequencium, ad Ecclesiam Baptismalem dicti Loci, causa inmunitatis Ecclesiastice et tuicionis habende, confugientem et eandem Ecclesiam ingressum, fractis ejusdem Ecclesie foribus et avulsis, invadere, ab eadem violenter abstrahere, quineciam, quod dicere pudet, prochdolor, non miserentes humane et communi nature, nedum eiusibus vulnerare et fustibus cedere, quiunimo tibias et crura cedendo frangere, notorie noviter presupserunt; Majoris Excommunicacionis Sentenciam in violatores Ecclesiastice inmunitatis hujusmodi, et eos qui, modo premisso, mortem sicuti aliorum, ex premissis dampnabiliter incurriendo. Nos, vero, in scrutinio consideracionis debite reducentes quis locus inmunicationis poterit esse tutus, quis securitate gaudebit, si Sacrosancta Ecclesia, Mater nostra, in sua libertate subicitur, vel ejus filii in suo sinu periculis exponuntur; quem Ecclesie filium, quem Fidei Ortodoxe zelatorem, contumelia tanta non tangeret, et temeritas tam aspera non moveret; porro, si filius est, dolebit; si fidelis, Matre Fidei et sua lesa, ledetur; ne, igitur, excessus temeritas tam nephandi sub silencio pallietur, set deinceps ab hujusmodi sacrilegis ausibus cohibeantur manus temerarie formidine ulcionis, quas Dei reverencia non cohercat; vobis communiter et divisim, districte precipiendo, inan-damus quatinus omnes hujusmodi sacrilegos dictam Excommunicacionis Sentenciam, occasione premissa, dampnabiliter incurrisse, per omnes Decanatus illius Loci Ecclesias in quo commissum est facinus hujusmodi, singulis Diebus Dominicis et Festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, juxta Missarum Solempnia, dum major in eis intererit Fidelium multitudo; omnique alia solempnitate et rubore adhibitis, publicetis, seu faciatis solempniter publicari; donec, a tam funesti erroris devio ad Sacrosancte Matris Ecclesie gremium humiliter redeuntes, violenciam passo satisfecerint

A.D. 1335. competeuter, et ab eodem Excommunicacionis vinculo debite Absolucionis beneficium meruerint optinere. Inquirentes, nichilominus, de nominibus Vol. II. et cognominibus hujusmodi injuriancium ; et quos reos inde repereritis vel infamia respersos, eos citatis, seu citari faciat peremptorie, quod compareant coram nobis vicesimo die a tempore Citacionis hujusmodi numerando, si feriata non fuerit, alioquin proxima non feriata, ubicumque tunc fuerimus in nostra Civitate vel Diocesi, eciam si in tempus inciderit feriarum ; cum dissimulacio dampnum et mora periculum animabus dictorum sacrilegorum sit verisimiliter allatura ; penam pro demeritis, nisi aliquid proponendum impeditat Canonicum, recepturi. Diem, vero, receptionis Preseucium et Citacionis hujusmodi diem et formam, necnon nomina et cognomina citatorum, et causas expressas Citacionum ipsorum, ac totam seriem rei, etc.—Datum apud Clyste, viij die Julii.

[fol. 37.] Stoke in-Teignhead [Stoke in Tynhide, MS.] ; Master Richard de Wodelonde, R.,—

Licence of non-residence for a year ; “et interim studere, vel cum avunculo suo, Decano Exonie, moram facere, si voluerit ; ut eo melius ab ere alieno, quo, propter graves expensas circa refectionem et construcionem domorum Rectorie ejusdem Ecclesie, per eum impositas, existit oneratus, possit relevari” (Bradninch, 30 July).

[fol. 20.] Duloe ; [Deputacio Curatoris],—

Item, apud Lawytton, ultimo die Julii, emanavit Commissio [Nicholao Makerel], Rectori Ecclesie de Dulo, et Officiali Peculiaris Jurisdictionis in Cornubia, ad deputandum aliquem Beneficiatum Curatorem Vicario predite Ecclesie de Dulo. Et certificandum quantocius.

[fol. 191b.] The Tenth ; *Contra non solventes decimas Domino Regi concessas*,—
Concessum est per Thesaurarium tertio die Maii, Anno ix^o, Johanni, Exoniensi Episcopo, quod de xxx li. iiii s. j.d. ob., quos Regi debet pro decima Temporalium suorum a Clero concessa Anno primo, reddat Regi per annum c.s. ; unam, videlicet, inde medietatem ad Scaccarium Sancti Michaelis, et aliam medietatem ad Scaccarium Pasche, quoque dictum debitum persolvatur ad voluntatem Regis. Et Rogerus de Lameleye et Willelmus de Jonestone, presentes in Curia, hic, tertio die predicto, manuceperunt pro prefato Episcopo quod ipse solvet Domino Regi denarios predictos, ad terminos ei in hac parte concessos.—[In Rotulo de finibus de debitibus attermatis inter fines de termino Pasche, Anno ix^o Regis Edwardi Tercii.]

—Johannes, etc., dilectis filiis, Abbatibus, Prioribus, Capitulis, Conventibus, Collegiis, exemptis et non exemptis, Decanis, Archidiaconis, Ecclesiarum Rectoribus, Prepositis, et aliis universis et singulis Personis Ecclesiasticis nostre Diocesis quas infrascriptum tangit negocium, salutem, graciam, et benedictionem.—Sicut patens veritas in publicam deduxit nocionem, olim, ob intensus desiderium quod inclitissimus Princeps noster Dominus Edwardus, Rex Anglie illustris, se habere dicebat Ecclesias et Personas Ecclesiasticas Regni et Terrarum suorum in suis juribus, privilegiis, et immunitatibus ab injuriis et violencias protegere et tueri, et potissime Scotorum cohibere furentem seviciam et intumescentem superbiam, qui continue sicut mortem nostram ; Venerabiles Patres, Prelati majores, totusque Clerus Cantuariensis Provincie, diligenti meditacione pensantes gravia pericula quibus Ecclesia, Personae, et Regnum predicta subicerentur, si propter defectum expensarum indefense, quod avertat Altissimus, remanerent, ad postulacionem ipsius Principis assiduam, cum ad id laicorum non suppeterent facultates, eidem Regi, per prestacionem Decime omnium nostrorum et illorum proventuum ac reddituum Ecclesiasticorum, a nobis et singulis Personis Ecclesiasticis, exemptis et non exemptis, dicte Provincie, juxta modum solvendi solitum, duobus competentibus terminis, jam

A.D. decursis, exsolvende, absque ulla coaccione subsidium duxerant concorditer
 1335. conferendum; ut idem Rex suum utique Deo gratum circa predicta desi-

Vol. II. derium valeret conodius adimplere; volentes et ordinantes quod per singulos Episcopos, in suis singulis Civitatibus et Diocesibus, a Personis et Locis earundem Civitatum et Diocesum, in duobus certis terminis, jam decursis, quos nobis et eis, ac vobis, ad predictam solvendam Decimam tunc temporis prefixerunt et eciam assignarunt, colligeretur et exigeretur predicta Decima, et per nos de nostris redditibus et proventibus, ut premittitur, persoluta, illi, vel illis, quem, vel quos idem Rex ad eam recipiendam a nobis vel subcollectoribus nostris deputaret, per nos vel eos assignaretur integraliter in terminis supradictis. Concesserunt, nichilominus, dicti exempti et non exempti quod, per nos et subcollectores nostros, in nostris Civitatibus et Diocesibus deputandos; alias, tamen, sine prejudicio exemptionum Personarum et Locorum exemptorum; eos ad solvendum dictam Decimam in dictis terminis cogeremus. Et, licet, omisso penali judicio, zelantes intime salutem vestram, paternis monitis per competencia temporum intervalla et precum curaremus insistere lenitate, ut de Decimis hujusmodi, quatenus singulariter singulos earum prestacio vos contingit, dictis terminis satisfacere debite curaretis; vos, tamen, preces hujusmodi et monita, persuasiones eciam et consilia, elata obstinacione ac obstinata elacione, dicimini despexisse; propter quod non valentes, absque gravi offensa Christi, indignacione dicti Principis, et reipublice evidentibus periculis, premissa amplius tollerare, cogimur, urgente nos conscientia, juste animadvertere in rebelles. Numquid, autem, obduxit oblivio quod maledictus furor censemur, quia pertinax et indignacio prava quos non revocat pudor, racio non cohercit, non ligat obedientia, non urit caritas, non terret auctoritas, justicia non inflectit, quorum mentes dampna non sauciant, non tangunt publica et privata pericula, tocius Regni concussio non fastidit. Nos, igitur, vos universos et singulos, Abbates, Piores, Capitula, Collegia, Decanos, Archidiaconos, Ecclesiarum Rectores, Prepositos, et alios quos dicta prestacio afficit predictos, auctoritate predicta, semel, secundo, et tertio ac peremptorie, exhabundanti, et ad maliciam convincendam, tenore Presencium requirimus et monemus quatinus, infra sex dies, quorum duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos pro tertio ac peremptorio termino et Monitione Canonica, vobis universis et singulis assignamus, de dicta Decima, dilectis filiis, providis viris, videlicet Abbatii Monasterii de Hertilonde, Ordinis Sancti Augustini, dicte nostre Diocesis, si et prout redditus vestri Ecclesiastici et proventus hujusmodi infra Cornubiensis et Barnastapoliensis, et Magistro Rogero de Cherleton, Archidiacoно Tottonie in Ecclesia nostra Exoniensi, Exoniensis et Tottoniensis, in eadem nostra Ecclesia Archidiaconatum limites, consistunt; quos ad ipsam recipiendam Decimam, velud fide et facultatibus idoneos, deputavimus; satisfacere debite studeatis. Alioquin, cum mora vestra longa in exhibenda satisfactione de dicta Decima precesserint et offensa, videlicet singulariter [in] vestrum singulos Monitionibus nostris hujusmodi contumaciter non parentes Majoris Excommunicacionis; Conventus, Collegia, et Capitula, Suspensionis; et ipsorum Conventuum, Collegiorum, et Capituli Ecclesias et Monasteria Interdicti Sentencias promulgamus in hiis Scriptis. Ne, autem, ignoranciam pretendere valeatis, quod ad vestram et aliorum quorum interest veram noticiam Processus nostri hujusmodi non pervenerint, Abbatii de Hertilonde et Archidiacoно Tottonie, subcollectoribus nostris supradictis, absque, tamen, Commissionum prejudicio quas super collectione dictae Decime alias eis direximus, sub Majoris Excommunicacionis pena, quam, premissa Monitione simili, eos incurrire volumus, ipso facto, nisi fecerint quod mandamus, districte precipimus quatinus, infra tanti temporis spaciū, presentem nostrum Processum, ac omnia et singula in eo contenta, illis quorum interest curent, modo debito, intimare. In quorum testimonium et fidem pleniore, etc.—Actum et datum apud Clyste, ultimo die mensis Julii.

fol.
192.

A.D. 1335. *Et memorandum quod facta sunt duo Instrumenta tenoris suprascripti,
unum per David Alyam, et aliud per Nicholaum Aunger, sigillo Domini
Vol. II. signata; unum missum Abbati et aliud Archidiacono, prelibatis.*

[fol. Poughill (Devon),—

[12b.] Universis Sancte Matris Ecclesie filiis, Johannes, etc., salutem, et perpetuam rei geste memoriam.—Admisso nuper per nos ad Ecclesiam Parochiale de Poheulle, nostre Diocesis, et Rectore Canonice instituto in eadem, dilecto filio, Domino Ricardo Gregory, presbitero, peticio¹ Religiosorum virorum, Prioris et Conventus Monasterii Beati Nicholai, Civitatis Exonie, nobis exhibita continebat quod, cum dicta Ecclesia, in qua iidem Prior et Conventus jus obtinebant, et optinent, Patronatus, per bone memorie Dominum Willelmum, quondam Exoniensem Episcopum, Predecessorem nostrum, hujusmodi Priori et Conventui et ipsorum Prioratui, ad honorem Beati Nicholai ac Cultus Divini incrementum et subportacionem, necnon pro sustentacione luminaris pro Divino Servicio in eodem Prioratu ministrando necessarii, Canonice fuisse appropriata; Prior et Conventus dicti Prioratus qui tunc fuerant, propter fructuum et proventuum dictae Ecclesie exilitatem ac oblacionum² in dicto Prioratu, in honorem Beati Nicholai et Reliquiarum in eodem Prioratu existencium per Christi Fideles tunc factarum habundanciam, que ad Divini Cultus supportacionem et hujusmodi luminaris sustentacionem tunc sufficere consueverant, dictam Ecclesiam in usus recipere et tenere proprios omiserunt; cumque creverint postmodum dictae Ecclesie proventus, cessaverintque hiis diebus taliter hujusmodi oblacionum eventus, et ejusdem Prioratus bona et redditus, quod, deductis de facultibus dicti Prioratus Monachorum in dicto Prioratu³ Deo famulancium necessariis expensis, parum aut nichil pro sustentacione dicti luminaris remaneret residuum; ipsi nobis humiliter supplicarunt ut ipsis et eorum Prioratui de proventibus dictae Ecclesie, pro sustentacione luminaris predicti, ad honorem Dei et Sue Gloriose Virginis Matris Marie, necnon gloriosi Confessoris, Beati Nicholai, caritatis intuitu, aliquam assignare de dicta Ecclesia dignaremur congruam pensionem; ut hujusmodi appropriatio aliquam ipsis et eorum Prioratui utilitatem afferat, et ne predicti appropriantis pia intencio defraudeatur. Partibus, igitur, predictis coram nobis, congruo loco et tempore, ob premissa vocatis et comparentibus, recitataque coram nobis et proposita per partem dictorum Prioris et Conventus petitione predicta, in presencia Rectoris antedicti; habitaque super ea deliberacione plenaria; tandem dicte Partes, bonum pacis affectantes ac licium anfractus effugere volentes, se, in premissis, nostris laudo, ordinacioni, dicto, et arbitrio, totaliter submiserunt. Nos, igitur, dictam submissionem in nos suscipimus, ac, matura super premissis nobiscum et cum peritis deliberacione prehabita, ex causis premissis et aliis justis et honestis per nos pensatis, intellectis, de consensu et assensu expressis Capituli nostri Exoniensis et dicti Rectoris, ordinamus et arbitramur quod ipse Rector, tempore suo, ac ipsius successores qui erunt in futuro, annuam pensionem unius marce sterlingorum, de proventibus dictae Ecclesie eisdem Priori et Conventui, pro sustentacione luminaris predicti, in Festo Sancti Nicholai in Decembri [6 Dec.], solvat singulis annis in futuro. Ut hujusmodi nostrum laudum, ordinacio, dictum, et arbitrium perpetuum et realem sorciatur effectum, has Literas nostras, sigillo nostro consignatas, eisdem Priori et Conventui fieri fecimus patentes.—Data in Manerio nostro de Clyste, secundo die Augusti.

[fol. Wilworthy [Wydeworthe, MS.]; Sir Rd. [de Wodeford], R.—
37.] “Licencia dimittendi Ecclesiam suam ad firmam Domino Willelmo Canok-

¹ petitione, MS.

² oblacionem, MS.

Prioratui, MS.

A.D. bury, Rectori Ecclesie de Reynes Parva, Londoniensis Diocesis, usque ad 1335. Festum Sancti Michaelis proximo sequens, et extunc per annum con-
tinuum" (Clyst, 2 Aug.).

fol. 192. The War in the North ; *Mandatum de deprecando pro Rege, continens Breve Regium,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Capitulo Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, etc.
—Gaudere non mediocriter debemus ex fide inclitissimi Principis, Regis nostri, qui, dum ad compescendum furentem serviciam et intumescentem superbiam Scotorum, siciencium assidue destruccionem et mortem nostram, suum jactat in Domino cogitatum, et considerat magis Religionibus quam officiis et laboribus corporum vel sudore nostram rem publicam defendi posse ; prout idem Princeps tam devotissime quam facunde credulitatis sue conceptum declarat per Literas Regias que sequntur,—Edwardus, Dei gratia Rex Anglie, Dominus Hibernie, et Dux Aquitannie, Venerabili in Christo Patri, Johanni, eadem gratia Exoniensi Episcopo, salutem.—Ad publicam credimus noticiam pervenisse qualiter Scotti scelerati, qui contra Progenitores nostros et nos contenciose semper egerunt, nuper prodicion-aliter de guerra contra nos, juxta innatam sibi maliciam, insurgere pre-sumperunt, nedum in terris nostris Scocie set in Anglia mala que poterant hostiliter perpetrantes, et indies ad pejora committenda totis viribus se parantes ; ad quorum elatain maliciam in virga direccions debite compescendam, versus Partes Scocie, pro defensione Sancte Ecclesie, Regni, terrarum, jurium, et subditorum nostrorum, cum exercitu non modico, de deliberato Parlamenti ncstri consilio, jam proficiscimur, ut tenemur. Verum, quia nostrum conspicimus imperfectum, scientes quod omnes eventus successum non sunt ex homine set a Deo, Qui quos vult subicit et quibus vult victoriam impartitur, confidenciam auxilii temporalis postponimus, et causam ac progressum nostrum humiliter Divine gracie commendamus. Sperantes, itaque, Salvatoris nostri clemenciam, Qui plerumque cum iratus fuerit, conversus ad oraciones Fidelium, misericordie recordatur, posse piis devotorum precibus facilius impetrari, Caritatem vestram de-poscimus, toto corde, quatinus nos et dictum nostrum exercitum, jam ad dictas Partes Scocie sic pro re publica properantes, apud Eum sine Quo nichil est validum, nichil sanctum, continuis oracionibus et piis placacionum officiis commendetis, et ad hoc Clerum et populum vestre Diocesis efficaciter inducatis ; Missas crebras celebrari, proponi populo Verbum Dei, et Processiones devotas fieri facientes ; ut, vobis et ipsis more Moysi sedulo pro nobis orantibus, possimus de perfidis nostris hostibus triumphare, sique super nos et nostros, cooperantibus oracionum suffragiis, Divine virtutis largitas exuberet ; ut, favente Domino, Sibi progressus noster sit placidus ; a[g]ressus, Ipso cooperante, felix et graciosus ; et regressus ex superin-fusione gracie gloriosus ; ita quod ad honorem cedat Sui Nominis, decus Ecclesie, nobis ad meritum, et ad subjecti nobis populi pacem perpetuam et quietem. Teste meipso, apud Novum Castrum super Tynam, xxvij die Junii, Anno Regni nostri nono.—Hinc nos evidens evocat racio, ut, dum ad evitandum minora pericula nostra frequens vacat intencio, premissa, que periculosiora sunt, nequaquam absque precum et jejuniorum suffragio ullatenus relinquamus. Quocirca Universitatem vestram obsecramus per viscera misericordie Dei nostri, et per aspersionem Sui Preciosi Sanguinis obtestamur, ut, pensantes attencius quam sit nobis utilis dicti Principis ad Partes Scocie, ut ab hostilibus nos tueatur incuribus, progressus hujusmodi ; quot, quoque, et quantis plenus periculis ipsorum aggressus ; humiles preces fundatis ad Dominum, et apud Eum devotis jejuniis et oracionibus insistatis ; necnon, populum, tam exemptum quam non exemptum, vestris inclusum limitibus, in Missarum Solempniis et propositionibus Verbi Dei, ad similia et alias Processiones devotas solerter inducere studeatis ; ut Ipse Gloriosus Deus et in Majestate mirabilis, Cujus ineffabilis Altudo, Cujus-

A.D. que Potencia nullis est inclusa limitibus, nullis terminis comprehensa, dictos
 1335. hostes, et alios omnes quos ad oppressionem Regni et Plebis Anglicane
 Vol. II. rabies Scotici furoris proveyit superbia sua virtute manifesta deiciat, et
 dicto Principi nostro ac sibi assistentibus Celestis auxili gratiam conferat et
 triumphum. Ut, autem, Christi Fideles ad premissa alliectivis Indul-
 genciarum muneribus propensius excitemus, de Dei Omnipotentis miseri-
 cordia, Beatissime et Gloriosa Virginis Marie, Matris Sue, necnon Beatorum
 Apostolorum Petri et Pauli, Patronorum nostrorum, Omniumque Sanctorum
 meritis et precibus confidentes, omnibus nobis jure Diocesano subjectis, et
 aliis quorum Diocesani hanc nostram Indulgenciam ratam habuerint et
 acceptam, de peccatis suis vere penitentibus et confessis, qui premissa, seu
 aliquod premissorum, cum debita devocatione curaverint observare, xl dies de
 injuncta sibi Penitencia, Auctore Domino, misericorditer relaxamus. Ratifi-
 cantes, nichilominus, omnes alias Indulgencias hujusmodi rei gracia rite
 concessas, et imposterum concedendas. Diem, autem, receptionis Presen-
 cium, et executionis earum formam, nobis, cum premuniti fueritis, intimetis
 Literis vestris patentibus, etc.—Datum apud Cliste, iij^o die Augusti.

—*Istud Mandatum precedens emanavit singulis Archidiaconis.*

The Hospital of St. John of Jerusalem in England ; *Mandatum ad inquirendum de Ecclesiis et Beneficiis que Hospitalarii Sancti Johannis Jerusalem tenuit in proprios usus,*—

Johannes, etc., Archidiacono Cornubie, vel ejus Officiali, salutem, etc.,— *et sic singulis aliis Archidiaconis, vel eorum Officialibus.*—Literas Magestatis Regie receperimus in hec verba,—Edwardus, etc., Venerabili in Christo Patri, Johanni, eadem gratia Episcopo Exoniensi, salutem.—Ob certas causas volentes cerciorari quas Ecclesias et que Beneficia dilecti nobis in Christo, Prior et Fratres Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem, in Anglia, tenent in proprios usus, et que de Advocacione sua existunt, tam de Ecclesiis et aliis Beneficiis que quondam fuerunt Templariorum, quam de Ecclesiis et Beneficiis de Hospitali predicto, in Diocesi vestra, et de valore eorundem ; ac de Porcionibus et Pensionibus ad Hospitale predictum et ipsos Hospitalarios (*sic*), tam ratione terrarum dictorum Templariorum quam alio modo quo cumque pertinentibus, et que et cuiusmodi fuerint ; necnon, quantum de primis fructibus Beneficiarum in Regno nostro, infra quadrennum jam elapsum vacancium, felicis recordacionis Johannes Papa XXII Sedi Apostolice reservavit, et nobis pro medietate concessit, per Collectores fructuum predictorum in dicta Diocesi vestra est levatum, et quantum adhuc inde a retro existit, et per quos illud quod sic a retro est debetur ; vobis mandamus quod vos de premissis, viis et modis quibus melius expeditre videritis, plenius informetis, et nos inde sub sigillo vestro distinete et aperte, citra Festum Nativitatis Beate Marie Virginis proximo futurum [8 Sept.], certificetis. Et hoc nullatenus omittatis. Teste meipso, apud Novum Castrum super Tynam, xvij die Junii, Anno Regni nostri nono.—Auctoritate, igitur, dicti Brevis Regii vobis mandamus, in virtute Obedientie districcius injungentes, quatinus de universis et singulis capitulis contentis in ipso Brevi, omissa dumtaxat clausula concernente fructus olim Sedi Apostolice et dicto Domino Regi applicatos, quorum inquisitionem nobis specialiter reservamus, vos curetis, non obstante messium tempore, modo debito informare ; et quod inde repereritis nobis, per Literas vestras clausas, cum tenore Presencium, citra instans Festum Sancti Bartholomei, Apostoli [24 Aug.], distinete intimare et aperte.—Datum apud Cliste, tercio die Augusti.

—*Et certificatum fuerat dictum Breve ut sequitur,*—

Serenissimo Principi et Domino suo, Domino Edwardo, etc., Johannes, etc., salutem in Eo per Quem Reges regnant et Principes dominantur.—Breve vestrum receperimus in hec verba :—Edwardus, etc.—Cujus Brevis virtute, super contentis in eodem diligentes fieri fecimus Inquisiciones ; per quas

A.D. reperimus quod Prior et Fratres Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem, in 1335. Anglia, tenent in usus proprios Ecclesiam Parochialem Sancti Maderni, in Vol. II. Cornubia, noviter dicto Hospitali appropriatam, que valet per annum *xli.*; Ecclesiam Sancti Clari [St. Cleer], que valet per annum *xli.*; et Capellam de Temple, que quondam fuit Templariorum, et valet per annum *xs.* Habent, eciam, Advocacionem Ecclesie de Halghewelle, et Advocacionem Ecclesie Sancti Iwonis [St. Ive], et Advocacionem Ecclesie de Clehangre, que quondam fuit Templariorum; et decem solidos annue Pensionis de Scacario nostre Exoniensis Ecclesie. Nec possumus per aliquam Inquisitionem invenire quod idem Prior et Fratres alia habeant Beneficia Ecclesiastica in Diocesi nostra, nec Ecclesiarum Advocaciones, nisi Hospitalia de Trebighe¹ et Bothemescombe,² pro sustentacione eorundem Fratrum, in laico feodo consistencia; de quorum valore anno precice nobis constare non potest. De primis fructibus supradictis levantur et solvuntur, juxta taxaciones Beneficiorum sic vacancium, Domino Icherio de Concoreto, Nuncio Domini Pape et eorundem fructuum Collectorii, ad summam *cciiijxxxiiijli. xviijs.* Et nichil de eisdem primis fructibus debetur ulterius quod sciatur. Ad regimen Ecclesie et Regni Celsitudinem vestram Regiam conservet Altissimus per tempora feliciter duratura! — Datum in Manorio nostro de Cliste, xxvj die Augusti.

[fol. Axminster; *Sequestrum in fructibus Ecclesie de Axeminstre interpositum,*—

37.] Johannes, etc., dilectis filiis, [Willelmo de Ilstyngtone], Rectori Ecclesie de Cottelegh, et Domino Johanni [de Wiltone], Vicario Ecclesie de Axeminstre, salutem, etc.—Ex certis culpis et defectibus, in novissimis nostre Sequestrationis Literis, tibi Vicario predicto ob id directis, plenius expressatis, quos purgare et reparare de necessitate tenentur dilecti nobis in Christo, Domini J. Giffard et R. de Valoignes, Ecclesie Eboracensis³ Canonicci Prebendati, qui Ecclesiam de Axeminstre predictam pro indiviso unitam esse asserant, fructus et proventus ad Rectoriam dicte Ecclesie obvenientes meminimus sequestrasse. Et, licet postmodum, quorundam importunitate petencium, Sequestrum hujusmodi relaxavimus hactenus sub spe reparacionis defectuum predicatorum; quia, tamen, nec adhuc dicti Prebendarii curarunt purgare culpas et defectus hujusmodi, Sequestrum predictum providimus innovandum, ac fructus et proventus predictos, cogente conscientia, sequestravimus, custodiam Sequestri hujusmodi vobis committendo. Quocirca vobis, communiter et divisim, in virtute Obedience, districte precipiendo, mandamus quatinus dictum Sequestrum, modo premisso innovatum, et dictos fructus et proventus sequestratos in dicta Ecclesia solemniter nuncietis, et ipsos sub arto Sequestro custodiatis, sicut de eisdem vestro volueritis periculo respondere; diem receptionis Presencium et executionis earum formam, nobis, citra instans Festum Beati Bartholomei, Apostoli [24 Aug.], plenius intimando.— Datum apud Cliste, v die Augusti.

fol. Exeter Cathedral, the vacant Deanery; *Sequestrum in fructibus 193. et obvencionibus ad Decanum Exonie ratione Prebende sue dum vixerit spectantibus interpositum,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Magistro Johanni de Nassingtone, Archidiacono Barnastopolie, et Domino Johanni de Eysi, in Ecclesia nostra Exoniensi Canonicis, salutem, graciam, [et] benedictionem.—Sicut certa relatione

¹ In the Parish of St. Ive, near Liskeard.

² “Bajula de Bothemescombe in Com. Devonie, et Cove membrum ibidem”

(*Report to the Grand Master*, A.D.

1338).—“Isabella de Bodetone ele-

mosinavit terram de Bodetone, in

Manorio de Hurbertone, Hospitali de

Bothemescoumbe; que feoffata fuit de eodem Manorio per concessionem Rogeri de Valle torta, capitalis Domini illius Manerii, et valet per annum *cs.*”

(*Rot. Hundred. [Colrig]*),—4 Edw. I. No. 2, m. 29).

³ Saresbiriensis, MS.; a clerical error.

A.D. audivimus, Magister Ricardus de Coletone, olim Decanus Ecclesie nostre
 1335. predicte, ad graciam nostram optinendam de Romana Curia humiliter
 Vol. II. revertendo, viam universe carnis noviter est ingressus; ideoque fructus,
 obvenciones, ac alia bona, ad dictum Decanum, ratione persone sue et
 Prebende quan tenuit in eadem nostra Exoniensi Ecclesia, seu earum
 occasione, in Civitate nostra Exoniensi vel extra, spectancia de jure et con-
 suetudine, providimus sequestrari, et tenore Presencium sequestramus.
 Quocirca vos, de quorum circumspectionis industria et fidei fervore et de-
 vocationis plenam in Domino fiduciam obtinemus, in fructibus, proventibus,
 et aliis bonis hujusmodi, communiter et divisim yconomos deputamus,
 districcius injungentes quatinus de dictis fructibus, obvencionibus, et aliis
 bonis hujusmodi, debitam curam geratis et ea fideliter custodiatis, seu
 faciatis vestro periculo custodiri; exceptis necessariis expensis funerariis
 pro sepultura dicti Decani, quas volumus de bonis suis omnibus recipi et
 deduci. Proviso quod bona hujusmodi, tam in spem, quam eorum vera
 estimacione, necnon debitorum Decani ejusdem nomina et cognomina, per
 Literas vestro clausas sigillo, ac totam rei seriem in premissis per vos geste,
 nobis, cum premuniti fueritis, curetis distincte et debite intimare.—Datum
 apud Cliste, decimo die Augusti.

—*Sequestrum in fructibus Ecclesiarum de Brauntone et Tautone [Epi-
 scopi] interpositum,—*

Item, eodem die, Dominus sequestravit fructus, obvenciones, et alia bona ad
 dictum Decanum, ratione persone sue et Ecclesiarum de Brauntone et
 Tautone qualitercumque spectancia, quatenus in illis Partibus mortis dicti
 Decani tempore consistebant, et adhuc dicti Decanatus vacacione durante,
 ad dictas Ecclesias, vel alias, modo premisso qualitercumque contigerit
 obvenire. Et commissa fuit Custodia Sequestri Magistro Benedicto de
 Pastone et Vicariis de Brauntone et Tautone.

Item, consimile Mandatum emanavit Domino Johanni de Hille, Vicario
 Ecclesie Cathedralis Exonie, pro Sequestro fructuum, obvencionum, et
 aliorum bonorum ad dictum Decanum, ratione persone sue et de Coletone¹
 ac Sancti Theobaldi Capellarum, seu earum occasione qualitercumque
 spectancium.

Item, emanavit consimile Mandatum Domino Priori Monasterii Plymptonie,
 et commissa Custodia eidem Priori pro bonis ibidem depositis per Decanum
 dum viveret, eo quod Dominus noluit, favore Religionis, dictos Sequestri
 custodes facultates dicti Monasterii perserutari.

—*Commissio ad excercendum Jurisdiccionem omnimodam Decanatus, ipso
 vacante,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Ricardo Wideslade, Thesaurario in
 Ecclesia nostra Exoniensi, salutem, etc.—De fervore devocationis et fidei quas
 ad honorem nostrum et nostre Exoniensis Ecclesie multa experientia per-
 cepimus vos habere, ad regimen Jurisdiccionis ad Decanatum Ecclesie nostre
 prelibate, ad presens vacantem, quomodolibet spectantis, vos, cum potestate
 inquirendi et corrigendi dicti Decanatus excessus subditorum quorum-
 cumque et cuiuslibet coercionis Canonice, dicta vacacione durante,
 nostrum deputamus Commissarium Generalem.—Data apud Cliste, xiiiij
 die Augusti.

—*Licencia concessa per Dominum eligendi Decanum,—*

Johannes, etc., dilectis filiis, Capitulo Ecclesie nostre Cathedralis Exonie,
 salutem, etc.—Patentibus Literis nobis per Dominum Willelmum de
 Westone et Magistrum Willelmum de Nassington, dicte Ecclesie Canonicos,
 vestrosque in hac parte specialiter Nuncios, nobis exhibitis, cum instancia

¹ Colaton-Raleigh, which was appropriated to the Dean of Exeter. Of the Chapels here mentioned the first was within the Rectorial Manor;

and “the *Liber Regis* mentions a Chapel of St. Theobald in this parish, which had been demolished.” —Lysons’ *Devon*, page 135.

A.D. supplicasti ut, compacientes Ecclesie nostre predictie desolacioni, solacio
 1335. destitute Decani per mortem Magistri Ricardi de Coletone, dum viveret
 Vol. II. ejusdem Ecclesie Decani, eligendi Decanum liberam vobis, prout moris est,
 dignemur concedere facultatem. Vestris, igitur, supplicacionibus hujus-
 modi favorabiliter annuentes, facultatem vobis concedimus, sic, ut pre-
 mittitur, postulatam.—Data apud Cliste, xiiij die Augusti.

—*Litere, vero, Capituli Petitionis eligendi Decanum, de quibus in Litera
 proxima fit mencio, sequuntur in hec verba.*—

Reverendo in Christo Patri ac Domino suo, Domino Johanni, Dei gracia
 Exoniensi Episcopo, Capitulum Ecclesie vestre Exoniensis obedienciam et
 reverenciam, tam debitas quam devotas.—Quia Ecclesia nostra predicta,
 immo verius vestra, per mortem bone memorie Magistri Ricardi de Cole-
 tone, dum viveret Decani nostri, existit solacio destituta, vestre Paternitati
 reverende dilectos nobis in Christo, Dominum Willelmum de Westone et
 Willelmum de Nassyngton, Concanonicos nostros, per Literas quas sigillo
 nostro communi fecimus communiri, ob id Nuncios nichilominus destinantes,
 humiliter supplicamus quatinus, ejusdem Ecclesie desolacioni hujusmodi
 paterno compacientes affectu, liberam nobis, prout moris est, per Literas
 vestras dictis Nunciis, si libeat, exhibendas eligendi Decanum dignemini
 concedere facultatem. Valeat Paternitas vestra reverenda diu in Domino
 et Virgine Gloriosa!—Data in Capitulo nostro Exoniensi, xiiij die mensis
 Augusti, Anno Domini M°. CCC^{mo} tricesimo quinto.

[fol.] *Dimissorie,—*

37.] Sir John de Langetone, R. of Ashcombe, accolite, "ad omnes Sacros Ordines"
 (Clyst, 18 Aug.).

[fol.] Blisland [Blistone, MS.]; Sir Robert de Bokyngham, R.—

37.] Licence of non-residence for a year, "causa insistendi obsequiis providi viri,
 Domini Johannis Inge, Domini Regis Justiciarii" (Clist, 24 Aug.).

fol. Exeter Cathedral, the vacant Deanery; *Commissio ad excercendum
 193. Pecculiarem Jurisdictionem de Braunton*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Ricardo Bysshopleghe, Rectori Ecclesie
 de la Wyttone [Lawhitton], nostrorum Patronatus et Diocesis, salutem,
 etc.—De vestra fidelitate et circumspetionis industria notam experientiam
 obtinentes, ad regimen Peccularis Jurisdictionis ad Decanatum Ecclesie
 nostre Exoniensis, ad presens vacantem, ratione Ecclesie Parochialis de
 Braunton, nostre Diocesis, quomodolibet spectantis, una cum potestate
 fol. inquirendi et corrigendi quorumcumque dicte Jurisdictionis excessus sub-
 193b. ditorum, et cuiuslibet coercionis Canonice, dicta vacacione durante, te
 deputamus Commissarium nostrum speciale. In cuius rei, etc.—Data
 apud Cliste, xxv die Augusti.

[fol.] Southleigh; Sir Philip de Norwico, R.,—

37.] Licence of non-residence for a year from Michaelmas, "causa insistendi
 obsequiis Domini Regis in Seaccario suo" (Clyst, 27 Aug.).

[fol.] Poughill (Devon) [Poghehulle, MS.]; Sir Richard Gregori, R.,—

37.] Licence of non-residence for a year from Michaelmas (Clyst, 2 Sept.).

[fol.] St. Ruan-Lanyhorne [Larihorne, MS.]; Master William Botriaux,
 37b.] subdeacon, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study (Clyst, 7 Sept.).

[fol.] Camborne [Cambron, MS.]; Master Stephen Penpel, accolite,
 37b.] R.,—

Licence to study for a year, at Oxford, etc. He was to take Subdeacon's
 Orders within the first year of his Incumbency (same date).

A.D. Exeter Cathedral, Election of Dean ; *Acta super exhibicione Decreti*
 1335. *Eleccionis de Domino R. Brayleghe in Decanum Exoniensis*
 Vol. II. *Ecclesie facte, et super Peticione Confirmacionis ejusdem,—*
 fol. 193b. *Memorandum quod, nono die mensis Septembris, Anno Domini supradicto,*
coram Venerabili Patre, Domino Johanne, Dei gratia Exoniensi Episcopo,
in deambulatorio Manerii sui de Cliste, sue Exoniensis Diccessis, pro tribunali
sedente, discretis viris Magistro Adam Murymouthe, juniore, et Domino
Johanne de Eysi, Exoniensis Ecclesie Canonicis, Precentoris et Capituli
eiusdem Ecclesie Procuratoribus literatorie constitutis (quorum Procuratorii
tenor inferius continetur), ad petendum Confirmacionem Eleccionis de Domi-
no Ricardo de Brayleghe, dicte Exoniensis Ecclesie Subdecano, in Decanum
eiusdem facte ; necnon, Magistro Rogero de Cherleton, Archidiacoно
Tottonie, et Domino Willelmo de Westone, dicte Ecclesie Canonicis, Elec-
tionis predicte Instructoribus ab eisdem Precentore et Capitulo literatorie
similiter constitutis (quorum potestas inferius describitur), comparentibus
et Decretum Eleccionis predicte exhibentibus ; dictisque Procuratoribus
Confirmacionem dicto Electo, premissis que de jure in hac parte requirun-
tur, impendi potentibus ; idem Pater, recepto et intellecto hujusmodi
Eleccionis Decreto, sigillo dicti Capituli consignato, et subscriptionibus
Magistrorum Ricardi de Bysshoppleghe et Johannis de Piltone, Publicorum
Apostolica Auctoritate Notariorum, roborato, predictum Electum ad oscu-
lum pacis ibidem admisit, asserens se paratum facere omnia que sibi incum-
bunt, premissis juris solempnibus juxta juris exigenciam, et ut est in talibus
fieri consuetum. Unde prefatis Instructoribus, necnon Dominis Willelmo
atte Vise et Waltero de Ildesleghe, Ecclesiarum Beate Marie Majoris Exonie
et de Monekokamptone, dicte Exoniensis Diccessis, Rectoribus, ad docendum
de viribus Eleccionis hujusmodi testibus, per dictum Patrem in forma juris
admissis et juratis, ut est moris ; predictus Pater statim, ibidem, Magistrum
Rogerum de Cherleton, Instructorem predictum, examinavit de forma et
viribus Eleccionis prelibate ; et alios, sicut premittitur, admissos et juratos,
die Lune proximo tunc sequente super eodem, ibidem, examinandos fore
decrevit ; decimum octavum diem ejusdem mensis ad Confirmacionem
hujusmodi petitam obtinendam, si liqueat de jure fieri posse, prefixit et
assignavit ; necnon Proclamacionem iuferius contentam in dicta Exoniensi
Ecclesia interim fieri fecit, ut juris est et moris, publicam et solempnem.
Predicti, vero, Instructores et testes deponunt, prout in eorum attestacionibus,
super premissis confectis, noscitur contineri. Presentibus Magistris
W. de Nassington, Benedicto de Pastone, Galfrido Ectone, et W. Doune.
—Venerabili in Christo Patri et Domino, Domino Johanni, Dei gratia Ex-
oniensi Episcopo, Precentor et Capitulum nostre Exoniensis Ecclesie
obediencia, reverenciam, et honorem. Vestre Paternitati reverendo,
tenore Presencium, intimamus quod dilectos nobis in Christo, Magistrum
Adam Mirimouthe, juniores, et Dominum Johannem de Eysi, nostros
Concanonicos, et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior
condicio occupantis, set quod unus eorum incepit alter prosequi poterit et
finire, nostros constituimus Procuratores et Nuncios speciales, ad repre-
sentandum se, nomine nostro et eorum, vestro conspectui, et petendum a
vestra Paternitate, vel a quibuscumque aliis Judicibus seu Auditoribus
deputandis a vobis, Confirmacionem Eleccionis celebrate a nobis de Domino
Ricardo de Brayleghe, Subdecano Ecclesie vestre Exoniensis prelibate, in
Decanum ibidem. Dantes eisdem Procuratoribus, et eorum cuiilibet, super
predictis plenam, generalem, et liberam potestatem agendi, defendendi,
item contestandi, juramentum de calumpnia et de veritate dicenda, ac
cujuslibet alterius generis licitum sacramentum in animas nostras pre-
standi ; appellandi, si necesse fuerit, et Appellaciones prosequendi ; et
omnia alia et singula faciendi que in premissis, vel circa ea, necessaria
fuerint seu eciam oportuna. Ratum habituri et gratum quicquid dicti
Procuratores, vel eorum alter, in premissis vel ea contingentibus duxerit

A.D. quomodolibet faciendum. In quorum testimonium presentes Procuratorias
 1335. Literas nostri appensione sigilli fecimus communiri.—Datum in Capitulo
 Vol. II. nostro Exoniensi, viij die Septembris, Anno, etc., tricesimo quinto.

—Venerabili in Christo Patri, etc., sui humiles et devoti Precentor, etc. (*ut supra*).—Vestre Paternitati reverende, tenore Presencium, intimamus quod dilectos nobis in Christo, Magistrum Rogerum de Churlestone, Archidiaconum Tottonie, et Dominum Willelmum de Westone, nostros Concanonicos, et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, nostros constituimus Procuratores et Nuncios speciales, ad comparendum coram vobis, Reverende Pater antedictie, ad instruendum vos super Eleccione in dicta vestra Exoniensi Ecclesia celebrata de Domino Ricardo de Brayleghe, Subdecano ejusdem Ecclesie, in Decanum ibidem, et ad alia omnia et singula facieundum que in premissis, vel circa ea, necessaria fuerint seu eciam oportuna. Ratum et firmum perpetuo habituri quicquid per eos factum fuerit seu dictum in premissis et quolibet premissorum. In quorum testimonium presentes Instructorias Literas nostri appensione sigilli fecimus communiri.—Data in Capitulo nostro Exoniensi, viij die Septembris, Anno quo supra.

—Venerabili in Christo Patri, etc., sui humiles filii et devoti, Adam Mirymouth, Precentor, et Capitulum Ecclesie vestre Exoniensis, obedienciam, reverenciam, et honorem.—Cum propter vacacionem diutinam Dignitates in Ecclesiis Cathedralibus, Prelatorum ac Presidencium earundem solaciis destitute, gravia in spiritualibus et temporalibus dispendia paciantur; defuncto, igitur, die Veneris proxima post Festum Beati Petri ad Vincula

fol 194. proximo preteritum [4 Aug.], bone memorie Magistro Ricardo de Coletone, dicte Ecclesie vestre Decano, et ipsius morte in Exoniensi Ecclesia publicata; petita primitus vestre Paternitatis eligendi Licencia pariter et obtenta; ne ipsius Ecclesie Decanatus diutine vacacionis incommoda pateretur, fuit a presentibus in Capitulo dies Mercurii proximo ante Festum Nativitatis Beate Marie Virginis [6 Sept.], sub Anno Domini M^o. CCC^{mo} tricesimo quinto, cum continuacione et prorogacione dierum sequencium concorditer assignatus ad Eleccionem futuri Decani Ecclesie Exoniensis celebrandam. Cittatis, autem, interim absentibus, et convenientibus in termino supradicto in Ecclesia Exoniensi, primo ad Missam Sancti Spiritus celebrandam, et postmodum, mane, Hora Capitulari, in Capitulo omnibus qui debuerunt, voluntur, et potuerunt commode interesse; proposito, primo, Verbo Dei, et ympno *Veni, Creator Spiritus* solemniter decantato; lectaque Constitucione Generalis Concilii *Quia propter*; habitoque tractatu per quam viam seu formam esset in dicta Eleccionis negocio procedendum; tandem, deliberacione habita diligenter, placuit nobis, omnibus et singulis, per viam compromissi de futuro Decano eidem Ecclesie providere. Unde dedimus unanimiter, nullo penitus discordante, Magistro Ade Murymouth, Precentori, Domino Waltero Meriethe, Cancellario, Magistro Ricardo de Wideslade, Thesaurario, Magistro Roger de Churlestone, Archidiacono Tottonie, Domino Ricardo de Brayleghe, Penitenciario, Domino Willelmo de Westone, et Magistro Willelmo de Nassingtone, nostris Concanonicis in Ecclesia predicta, plenam, generalem, et liberam potestatem, usque ad horam nonam ejusdem d[i]ei¹ in dicta Ecclesia pulsatam tantummodo duraturam, eligendi Decanum Ecclesie Exoniensis, de se vel de aliis, prout ipsis omnibus, vel quinque ex eis, expediens videretur, ac ipsi Ecclesie providendi. Ita, tamen, quod postmodum de Persona concordes extiterint eligenda, unus ipsorum, de aliorum sociorum suorum consensu, vice sua et ipsorum, ac tocius Capituli, Personam illam solemniter eligeret in communi, et provideret dicto Decanatu de eadem. Compromissarii, autem, ipsi, potestatem per nos sibi traditam acceptantes, et in dicto Capitulo per se sedentes, aliis trahentibus se ad partes; tandem, post tractatus inter se habitos plurium Personarum,

¹ See page 800, note 1.

A.D. 1335. prout ipsi nobis postmodum retulerunt infra dictum tempus per nos statutum eisdem, dicti sex Compromissarii unanimiter in septimum, videlicet in Vol. II. Dominum Ricardum de Brayleghe, Canonicum et Penitenciarium ipsius Exoniensis Ecclesie, concordarunt; virum, utique, providum et discretum; literarum sciencia, vita, et moribus merito commendandum, in Sacerdotio et estate legitima constitutum, ac de legitimo matrimonio procreatrum, in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectum; quem dictus Precentor, de consensu dictorum Collegarum suorum, et de Mandato nostro, nobisque presentibus, elegit solemniter in hunc modum,—**IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI.**—Cum, vacante Decanatu Ecclesie Exoniensis, placuisset nobis omnibus et singulis per formam Compromissi de Decano eidem Ecclesie providere, ac michi eciam, Precentori, et Domino Waltero de Meriethe, Cancellario, Magistro Ricardo de Wideslade, Thesaurario, Domino Ricardo de Brayleghe, Penitencario, Magistro Rogero de Churlestone, Archidiacono Tottonie, Domino Willelmo de Westone, et Magistro Willelmo de Nassyngtone, Canonice Ecclesie supradicte, meis in hac parte Collegis, potestatem plenam et liberam dederint eligendi et de Decano ipsi Ecclesie providendi; nos, post diversos tractatus multiplicium personarum, Divina favente gracia, in Dominum Ricardum de Brayleghe, Canonicum et Penitenciarium ipsius Ecclesie, ipso Domino Ricardo dumtaxat excepto, direximus concorditer vota nostra; virum utique providum . . . circumspectum (*ut supra*). Unde ego, Precentor predictus, vice mea et dictorum Collegarum meorum, et de Mandato ipsorum, vice eciam tocius Capituli, predictum Dominum Ricardum eligo in Decanum Ecclesie Exoniensis, et eidem Ecclesie provideo de eodem. Dictam, vero, Eleccionem, sic solemniter celebratam, omnes et singuli approbavimus gratiamque habuimus pariter et acceptam. Ac deinde, *Te Deum laudamus* solemniter decantantes, dictum Electum nostrum ad gradus Magni Altaris dicte Exoniensis Ecclesie portavimus juxta morem, et confestim Eleccionem ipsam Clero et populo per dictum Precentorem fecimus publicari. Qui, quidem, Precentor ipsam Eleccionem Clero in Lingua Latina, et populo in Lingua Materna, publicare curavit. Postmodum, vero, Eleccione hujusmodi dicto Electo per Precentorem, Thesaurarium, Archidiaconum Tottonie antedictos, ad ipsum propterea per totum Capitulum specialiter destinatos exhabundanti, in crastino dicti diei, in ipsius Electi hospicio, Exonie, presentata, et petitio ab eo ut suum eidem preberet assensum; ipse, tandem, post multas excusaciones et varias, nostra devictus instancia, nolens Divine resistere Voluntati, infra tempus a jure statutum, videlicet dicta die crastina post Eleccionem predictam, annuit votis nostris, Eleccioni consciens de se facte. Ea propter vestre Paternitati reverende tam devote quam humiliter et unanimiter supplicamus quatinus Eleccionem eandem, sic solemniter, sic Canonice celebratam, dignemini confirmare, et cetera peragere que vestro in hac parte Officio incumbere dinoscuntur; ut, Deo Auctore, nobis, et toti dicte Ecclesie et ipsius Ministris, sub vobis preesse valeat utiliter et prodesse, nosque et alii dicte Ecclesie Ministri sub ipsius regimine possimus Deo salubriter militare. Ceterum, ut Paternitas vestra cognoscat evidencius vota omnium nostrum in predictis omnibus et singulis concordasse, ac nos in Petitione hujusmodi existere unanimes et concordes, presens Eleccionis nostre Decretum Reverencie vestre transmittimus, nostris, juxta Statuta Canonica, subscriptionibus roboratum. Quod, eciam, ad majorem cautelam, per Ricardum de Byssheopleghe infrascriptum, Tabellionem sive Notarium Publicum, in formam publicam redigi et sigillo nostro communi fecimus communiri.—Acta sunt hec Anno, diebus, et locis predictis, Indicione tercia, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris ac Domini, Domini Benedicti, Divina Providentia Pape XII Anno primo; presentibus Magistro Johanne de Piltone, clero, Publico Auctoritate Apostolica Notario, Dominis Willelmo de Vyses, et Waltero de Hildesleghe, Ecclesiarum Beate Marie Majoris, Exonie, et Monkeokampton, Exoniensis Diocesis, Rectoribus,

A.D. testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.—*Et est interlineare supra
1335. in xvij linea, in diccionibus* in dicta Ecclesie pulsatis, *inter verba die (sic)*

Vol. II. *et tantummodo; et in diccione Ecclesie inter verba Decanum et Exoniensis, in dicta linea inserendis; quas dicciones, in scribendo per me Notarium negligenter omissas, ante consignacionem Presencium inscripsi.*—

Et venerabiles et discreti viri, Magistri Adam Mirymouth, Precentor, Ricardus de Wydeslade, Thesaurarius, *Rogerus de Churleton, Archidiaconus Tottonie,*² Dominus Willelmus de Westone, Magistri Willelmus de Nassington, Johannes de Nassington, Willelmus de Exonia, Adam Mirymouth, junior, Willelmus de Penerighe, et Johannes de Eysi, dicte Ecclesie Canonici, eidem Eleccioni consentes, propriis manibus se subscrivserunt. Et Magistri Rogerus de Churleton, Archidiaconus Tottonie, per Magistrum Adam Mirymouth, juniores, Ricardus Clare per Magistrum Ricardum Bissheoplegh, et Thomas de Stapeldone per Willelmum de Pencriche predictum, ejusdem Ecclesie Canonici, scribere manu propria minime valentes, eidem Eleccioni consentes, fecerunt se subscribi.—Et ego, Ricardus de Byssheoplegh, clericus, Exoniensis Diocesis, Publica Auctoritate Apostolica Notarius, premissis Actibus omnibus et singulis, dum per dictos Capitulum, Compromissarios, et Electum, diebus, locis, Anno, Indicione, Pontificatu prenotatis, agerentur, prout superius per me scribuntur, una cum Notario et Testibus prescriptis, presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, et in hanc publicam formam redegii, signoque meo consueto signavi rogatus, in fidem et testimonium premissorum.—Et ego, Johannes de Piltone, clericus, etc. (*ut supra*), et ea sic fieri vidi et audivi, et presenti Decreto, in fidem et testimonium premissorum, me subscrivi, et signum meum et nomen consueta apposui rogatus.

Johannes, etc., dilecto filio, Domino Waltero de Meriethe, Cancellario in Ecclesia nostra Exoniensi, salutem, etc.—Pridem Decanatu Ecclesie nostre prelibate per mortem Magistri Ricardi de Coletone, dum viveret Decani ejusdem, ut dicitur, incipiente vacare, post petitam instanter per Capitulum Ecclesie nostre predice, et denum a nobis obtentam Licenciam aliam Personam idoneam eligendi in Decanum; congregatisque in Domo Capitulari dicte Ecclesie, die ad Eleccionem hujusmodi celebrandam assignata, omnibus et singulis qui Eleccioni hujusmodi interesse debuerant, voluerant, et poterant, et per quam formam esset in hujusmodi Eleccionis procedendum tractantibus diligenter; tandem Precentor et singulares Canonici, per se vel per Procuratores tunc presentes, singillatim requisiti, plenam et liberam eligendi eis de se, vel certis Compromissariis per eos ad hoc electis, in Compromissarios predictos unanimiter, nullo penitus discordante, compromiserunt sub certa forma. Et dicti Compromissarii, dictum Compromissum acceptantes, tandem, post tractatus plures inter se habitos, de personis pluribus unanimiter in eorum unum, videlicet Dominum Ricardum de Brayleghe, Canonicum et Penitenciarium ejusdem [con]cordarunt, velut virum providum et discretum, literarum sciencia, vita, et moribus merito commendandum, in Sacerdocio et etate legitima constitutum, ac de legitimo matrimonio procreatuum, spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectum; quem dictus Precentor, de consensu dictorum collegarum suorum, et de mandato eorundem, eisque presentibus, dicitur servata solemnitate debita in Decanum elegisse. Dictus, insuper, Electus concessisse pretenditur Eleccioni hujusmodi de se facte. Quia, vero, pro parte dictorum eligendum ac tocius Capituli nobis est, transmisso Eleccionis predice Decreto, cum instancia supplicatum ut Eleccionem ipsam confirmare, et cetera peragere que nostro incumbunt Officio, Pontificali auctoritate dignaremur; ne per repen-

¹ These interlineations were in the original Document of course, not in this copy; in which, it should be observed, *pulsatis* is a clerical error

for *pulsatam*, and the substitution of “dei” for “diei” is repeated.

² These words are underlined, and marked “va - - - cat,” in the MS.

A.D. tinam Confirmacionem contra doctrinam Apostoli Electo manus apponere
1335. videamus, vobis sub debito Obedientie, districte precipiendo, mandamus
Vol. II. quatinus in dicta nostra Exoniensi Ecclesia, hac instanti die Dominica [10 Sept.], et successiva sequenti Festiva, intra Missarum Solempnia fieri faciatis Proclamacionem publicam et solempnem ut, si qui sint qui se velint opponere contra Eleccionem hujusmodi seu personam electi, peremptorie et sufficienter compareant coram nobis, in Manerio nostro de Clyste, die Lune proxima post Festum Exaltacionis Sancte Crucis [18 Sept.], oppositiones suas hujusmodi in forma juris proposituri et eas effectualiter prosequituri; ulteriusque facturi et recepturi, cum continuacione et prorogacione dierum sequencium, quod dictabit ordo juris. Denunciantes eisdem quod sive fuerint sive non, ad finalem expeditiōnē in dicto Eleccionis negocio procedemus, quatenus de jure fuerit procedendum. De die, vero, receptionis Presencium, et quid in premissis feceritis, ac modo et forma executionis hujusmodi, nos, dictis die et loco, distincte et aperte certificetis Literis vestris patentibus, habentibus hunc tenorem.—Datum in Manerio nostro de Clyste, nono die Septembri, Anno, etc. xxx^{mo} vto.

[fol. 196b.] **A** contumacious priest; *Contra Walterum de Westecote, capellanum,*—

- (i) Universis ad quos presentes Litere pervenerint, quorumque interest vel poterit interesse, salutem in sinceris amplexibus Salvatoris.—Ne, per suppressionis veritatis haustuciam¹ et lesam conscientiam, Dominus Walterus dictus de Westecote, olim presbiter annivellarius in Ecclesia nostra Exoniensi, ex Provisione Sedis Apostolice Beneficium Ecclesiasticum recipere valeat, vel eciam retiueret; maxime cum annexum existat regimen animarum; Universitati vestre tenore Presencium cogimur indicare quod idem Walterus a die ultima mensis Aprilis, Anno Domini M^o. CCC^{mo} xxxij^{do}, usque ad penultimam diem mensis Junii, Anno Domini infrascripto, inclusive, habuit et tenuit in dicta nostra Exoniensi Ecclesia, titulo Collacionis Canonice, Cantariam Perpetuam, seu Officium, ad celebrandum assidue pro anima bone memorie Thome [de Bytton], Exoniensis Episcopi, Predecessoris nostri, nisi corporis infirmitate gravaretur; stipendium annum quinque marcarum, sex solidorum, et viij denariorum libere percipiens ex eadem. In quorum testimonium et probacionem pleniore presentes Literas fieri fecimus, ad rogatum Domini Petri de Cotes, presbiteri, et nostri appensione sigilli communiri.—Data in Manerio nostro de Clyste, duodecimo die mensis Septembri, Anno Domini M^o. CCC^{mo} tricesimo quinto.
- (ii) Universis, etc., *ut supra*, Johannes, salutem in sinceris amplexibus Salvatoris.—Cum lites, seu licium negotia, judiciali Sentencia sopiuntur, decet et congruit ut quod ad eas sopiaendas, temporaliter vel perpetuo, provida deliberacione statuitur sui judicis scripture testimonio roboretur. Ideoque Universitati vestre, tenore Presencium, intimamus quod dudum, videlicet die Veneris proximo post Festum Sancti Andree, Apostoli [3 Dec.], sub Anno Domini M^o. CCC^{mo} tricesimo tercio, Dominum Walterum dictum de Westecote, presbiterum, et tunc Anuvellarium in Ecclesia nostra Exoniensi, propter suam manifestam contumaciam coram nobis, procedentibus ex Officio contra ipsum super certis articulis anime sue correccionem et forum Ecclesiasticum tangentibus, contractam, per dilectum filium, Magistrum Thomam de Nassington, Archidiaconum Exonie in ipsa nostra Ecclesia, nostrum in ea parte Commissarium, Majoris Excommunicacionis Sentencia fecimus innodari, ipsumque postmodum sic fuisse excommunicatum, palam, publice, et solempniter publicari. In quorum omnium testimonium, etc.—Data die, loco, et Anno Domini supradictis.

[fol. 196b.] **The Tenth;** *Certificatorium missum Archiepiscopo Cantuariensi super receptione Processus de reservacione Decimarum,*—

¹ Austutia pro astutia.—D'Arnis.

A.D. Reverendissimo in Christo Patri et Domino, Domino Johanni [de Stratforde], 1335. Dei gracia Cantuariensi Archiepiscopo, Tocius Anglie Primati, suus humilis Vol. II. et devotus Johannes, miseracione Ejusdem Exouensis Episcopus, obedientiam et reverenciam tam debitas quam devotas.—Ut vestris ac eciam Apostolicis in hac parte plene pareamus jussibus et decretis, reverende Paternitati vestre, tenore Presencium, intimamus quod, secundo die presentis mensis Septembris, certum Processum, seu Publicum Instrumentum, subscripione Magistri Ricardi, nati Philippi de Lovekoc, de Tuvertone, clerici, nostre Exoniensis Diocesis, Publici Auctoritate Apostolica Notarii, vestre Paternitatis sigilli appensione communitum, recepimus, per discretum virum, Magistrum Adam Mirymouth, Curie vestre Cantuariensis Officialem, ex parte vestra nobis exhibitum, tenorem Apostolicarum plurium Literarum causa Passagii in Terram Sanctam concessarum continentem.—Datum apud Clyste, xij die mensis Septembris.

fol. 195. Kingsteignton—Yealmpton : *Mandatum contra intrusores in Ecclesiis de Teingtone Regis et Yalamptone,*—

Johannes, etc , dilectis filiis, universis et singulis Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis, Officialibus, Decanis, Ecclesiarum Rectoribus, et Perpetuis Vicariis, nobis Diocesano jure subjectis, salutem, etc.—Succensa velud ignis impietas contra Ecclesias et Ecclesiasticas Personas tanto validius inflammatur quanto rariores qui eas eripiant invenit objectores. Quare nos, ex injuncto nobis Officio, ibi forcius insistere cogimur ubi persecutorum inmanitas periculosius insolescit, et repugnancia debilior reperitur. Cum, igitur, sicut ex infausti rumoris assercione recenter accepimus, nonnulli, tam clerici quam laici, quasi omni Divino humanoque timore privati, quorum nomina ad presens ignoramus et personas, in subversionem et violacionem spirantes tocius Ecclesiastici Ordinis ad Ecclesiastice libertatis, congregatis armatorum cuneis in multitudine numerosa, ad Ecclesias de Teyngtöne Regis et Yalamp-tone, nostre Diocesis, que esse dicuntur in Ecclesia Saresbiriensi Prebendales, personaliter se conferentes, ut quod jure non poterant saltem conquisite multitudinis suffragio sortirentur, jura nostre Exoniensis Ecclesie et nostra Episcopalia, Inducionis videlicet, quin verius intrusionis, in dictas Ecclesias et edificia spectancia ad eas, fractis ipsorum edificiorum hostiis et fenestris, ausu presumpserunt sacrilego usurpare, dictasque Ecclesias et edificia detinere, prout et adhuc detinent continuata et aucta insania occupata ; necnon decimas ibidem, non absque consumpcione nimia, suis et alienis usibus applicare pro libito voluntatis ; que sunt tributa egencium animarum : ex quibus Deus offenditur, Prebendarius ad dictas Ecclesias per nos admissus leditur, inclitissimi Principis Regis nostri et Regni pax turbatur, animarum saluti non modicum detrahitur, et Universali Ecclesie Pontificalique prerogative injuria irrogatur. Nos, itaque, in premissis presencium scandala et varia posterorum pericula, si memoria tam nephanorum excessuum in succedencia temporum curricula sine correccione differatur debita, attendentes, et ne dicti sacrilegi in sui erroris devium, ad quod sua tota ferri videbatur et videtur intencio, plures trahat ; vobis communiter et divisim, sub debito Obediencie et Majoris Excommunicacionis Sententie pena districte precipiendo, mandamus quatinus dictos sacrilegos, tam occasione violacionis pacis quam Ecclesie libertatis hujusmodi, Majoris Excommunicacionis Sentencias, contra tales presumptores temerarios provide latas, ipso facto dampnabiliter incurrisse et eis esse ligatos, diebus feriatis et non feriatis, pulsatis campanis, candelis accensis et extinctis, omnique rubore adhibito, solempniter et absque cessacione, per aliqua intervalla dierum publicare curetis ; subjungentes apercius, prout et nos in hiis Scriptis subjungimus, quod dicti sacrilegi Omnipotentis Dei iram, et Beate Marie, semper Virginis, Ejus Genetricis, ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, Patronorum nostrorum, quorum Ecclesiam presupserunt modo premisso, quatenus in eis est violare, nisi resipiscant, in hac vita

A.D. 1335. furorem contra se sentiant et futura. Ut, autem, Processus noster hujusmodi ad illorum quos contingit noticiam deducatur, omnia et singula con-Vol. II. tenta in eo, in Monasteriis, Ecclesiis, et Capellis, quatenus vobis subsunt, sonoro preconio et patulo indicio publicetis; ut ipsi nullam possint excusacionem pretendere, quod ad eos non pervenit, vel quod ignorarunt eundem, cum non sit verisimile apud eos remanere incognitum quod tam patenter omnibus publicatur. Et, ne simus hac sola denunciacione contenti, set, crescente forsitan rebellione, penam graviorem rebellibus imponamus, vobis, de Teington et Yalampstone Ecclesiarum predictarum Vicariis, modo premisso injungimus quatinus dictos detentores sacrilegos, et alias inde vel de dictarum decimarum distraccione seu consumpcione reos, aut infamia respertos, quos infra ambitum vestrarum Parochiarum apprehendere poteritis, citare curetis, personaliter, quod compareant coram nobis, certo peremptorio competenti termino per vos eis assignando, penam pro demeritis recepturi; diem Citacionis hujusmodi et formam, ac nomina et cognomina citatorum, nobis quantocius transmittendo per Literas autenticas et patenties, vel per Publicum Instrumentum; proviso quod, et si semel vel pluries nobis de premissis relacionem feceritis literalem vel verbalem, non eo minus, tamen, propter hoc contra alias, si qui forsitan postmodum sint rebelles, ad Citacionem et relacionem hujusmodi procedatis. Quis, vero, vestrum presens Mandatum nostrum primo receperit, retenta inde sibi copia, id portatori ejusdem protinus retradat alteri assignandum.—Datum apud Cliste, xv die Septembri.

^{fol.} Exeter Cathedral; Election of Dean (*continued*),—

^{195b.} Die xvii^a mensis Septembri, comparentibus coram Venerabili Patre, Domino Johanne, Dei gratia Exoniensi Episcopo, in deambulatorio suo extra Capellam Manerii sui de Cliste, Electo et Procuratoribus antedictis; exhibitoque Certificatorio Domini Walteri Merieth, Cancellarii Ecclesie Exoniensis, per quod apparuit Proclamacionem publicam, juxta juris exigenciam et in forma consueta, fuisse factam et solemptnem; apertisque valvis porte Manerii de Cliste antedicti, et vocatis ac publice preconizatis in genere omnibus et singulis volentibus quicquam opponere Canonicum contra personam Electi vel formam Eleccionis hujusmodi, nullo, vero, comparere curante; idem Pater omnibus viam ulterius proponendi tam contra personam Electi quam formam Eleccionis preclusit per decretum; factaque postea, ad petitionem Procuratorum predictorum, publicacione attestacionum Instructorum et Testium in negocio ejusdem Eleccionis productorum, et decreta eidem Electo et Procuratoribus copia earundem; idem Pater diem Veneris proximo tunc sequentem [22 Sept.] eisdem, ad faciendum et recipiendum quod jus dictabit, prefixit et assignavit; presentibus Magistris J. de Northwode, W. de Nassingtone, R. Bonde, David Alyam, R. de Bysshopleghe, W. de Doune, W. de Brauntone, et aliis.

Quo die, videlicet xxij Septembri, loco quo supra, comparentibus coram dicto Patre Electo et Procuratoribus supradictis, et exhibito quodam Instrumento Publico Processum dicte Eleccionis continente, sigillo Capituli Exoniensis consignato, et subscripcionibus Magistrorum Ricardi de Bysshopleghe et Johannis de Piltone, Publicorum Apostolica Auctoritate Notariorum, roborato; habitaque postmodum super attestacionibus predictis coram eodem Patre altercacione aliquali; idem Pater eisdem Electo et Procuratoribus proximum diem Juridicum post Festum Sancti Ieronimi [30 Sept.], ad faciendum in toto negocio Eleccionis hujusmodi quod jus dictabit, prefixit et assignavit; presentibus W. de Nassingtone, R. Bysshopleghe, David Alyam, W. Doune, W. Brauntone.

Quo die, videlicet secundo Octobris, loco quo supra, coram dicto Patre Electo et Procuratoribus predictis comparentibus, habitaque aliquali altercacione super viribus Eleccionis hujusmodi et meritis Electi coram ipso, iidem Electus et Procuratores graciā et favore dicti Patris humiliter peti-

A.D. verunt ; unde, premisso sermone per eundem Patrem, idem Eleccionem
 1335. hujusmodi confirmavit in hunc modum,—**IN DEI NOMINE, AMEN.**—Visis,
 Vol. II. intellectis, et ad plenum discussis Processibus factis et habitis in negocio
 Eleccionis celebrate pridem, in Ecclesia nostra Exoniensi, de dilecto filio,
 Domino Ricardo de Braileghe, Canonico et Subdecano, in Decanum Ecclesie
 nostre prelative, et persone ipsius Electi meritis ; quia invenimus Elec-
 cionem hujusmodi de dicto Domino Ricardo utope de viro provido et
 discreto, literarum scencia, vita, et moribus merito commendando, in
 Sacerdotio et etate legitima constituto, ac de legitimo matrimonio pro-
 creato, in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspecto, esse
 Canonicę celebratam ; premissis et concurrentibus omnibus que requiruntur
 de jure, Christo Nomine invocato, Eleccionem ipsam auctoritate Pontificali
 in hiis Scriptis confirmamus ; regimen animarum in dicta Ecclesia eidem,
 juxta morem hactenus observatum, in Domino committendo ; ipsumque de
 dicto Decanatu, juribus et pertinenciis ejusdem, per tradicionem Libri et
 Clavium presencialiter investimus. Postea, decantato *Te Deum laudamus*,
 idem Electus et Confirmatus Canonicam Obedientiam dicto Patri et suis
 Successoribus juravit, corporaliter per ipsum Libro tacto ; presentibus
 Magistris W. de Nassingtone, J. de Sidemuthe, R. Bonde, R. Byssliopleghe,
 et aliis.

—*Litera Confirmacionis Decani Ecclesie Exoniensis*,—Universis, etc., Johannes,
 etc., salutem, et vite presentis graciam et eterne.—Pridem Decanatu nostre
 Exoniensis Ecclesie per mortem Magistri Ricardi de Coletone, dum viveret
 ejusdem Ecclesie Decani, destituto Decano ; petita a nobis pro parte di-
 lectorum filiorum, Capituli ejusdem Ecclesie, et obtenta alium sibi eligendi
 in Decanum Licencia ; vocatisque absentibus, et convenientibus in termino
 ad Eleccionem futuri Decani celebrandam a presentibus Canonicis con-
 corditer assignato omnibus qui debuerunt, voluerunt, et potuerunt Elec-
 cioni hujusmodi comode interesse ; habitoque tractatu inter eos adinvicem
 diligenter per quam formam esset in dicta Eleccionis negocio procedendum ;
 tandem placuit omnibus et singulis in tractatu Eleccionis hujusmodi pre-
 sentibus ad Eleccionem Decani per viam procedere compromissi. Et
 subsequenter sex ex certis Canonicis ipsius Ecclesie, in quos eligendi sibi
 Decanum Precentor et Capitulum ejusdem Ecclesie, absente Archidiacono
 Exonie, contulerunt unanimiter potestatem, dilectum filium, Dominum
 Ricardum de Brayleghe, Canonicum et tunc Subdecanum dicte Ecclesie, in
 eorum Decanum, juxta datam sibi formam, elegerunt ; et postmodum
 eleccionem hujusmodi nobis, per Procuratores suos in hac parte, presentarunt,
 ipsam petentes humiliter per nos, velud Canonicam, confirmari. Nos, vero,
 ne per repentinam confirmacionem, contra doctrinam Apostoli, nimis cito
 manus Electo apponere, vel alias hujusmodi Eleccionis indiscusso negocio
 procedere videremur ; premissa, ut est moris, omnium quorum interest,
 qui se contra Eleccionem hujusmodi vel Electi personam opponere vellent,
 Proclamacione publica et solemnpi, examinatoque dicta Eleccionis Processu,
 et persona Electi ; quia ipsam Eleccionem invenimus de persona idonea,
 tam literarum scienza quam honeste conversacionis exemplo, Canonicę
 celebratam, eam, invocata Spiritus Sancti gracia, de juris peritorum (cum qui-
 bus super hujusmodi Eleccionis negocio collocucionem habuimus diligenter)
 consilio, curavimus confirmare per hunc modum,—**IN DEI NOMINE, AMEN,**
 etc., *ut supra*. In quorum testimonium et fidem plenorem, presentem
 Processum, seu presens Publicum Instrumentum, per Nicholaum Aunger,
 Publicum Auctoritate Apostolica Notarium, et in dicta Eleccionis [negocio]
 Scribam nostrum, scribi et publicari mandavimus, nostrique sigilli appen-
 sione fecimus communiri.—Data secundo die Octobris supradicto.

fol.
 196. —*Mandatum ad inducendum Decanum Ecclesie Exoniensis*,—Johannes, etc.,
 dilecto filio, Magistro Ricardo de Wydeslade, Thesaurario Ecclesie nostre
 Exoniensis, salutem, etc.—Vacante nuper Decanatu Ecclesie nostre Exoni-
 ensis per mortem Magistri R. de Coletone, dum viveret Decani ejusdem,

A.D. 1335. vacacioneque hujusmodi ad communem noticiam deducta; post petitam instanter et demum a nobis obtentam Licenciam alium idoneum eligendi eidem Ecclesie nostre in Decanum, extitit a presentibus Canonicis, in Capitulo ejusdem Ecclesie nostre, dies certus competens et peremptorius concorditer assignatus ad Eleccionem futuri Decani solemnitate debita celebraudam ; citatis quoque interim absentibus. Et convenientibus, loco et termino antedictis, omnibus qui debuerunt, voluerunt, et potuerunt, interesse, et de forma Eleccionis hujusmodi faciende diligenter tractantibus, tandem Precentor et ceteri Canonici omnes et singuli dicte Ecclesie, nullo penitus discordante, singillatim et in communi, plenam et libera in eligendi personam idoneam eis et dicte Ecclesie in Decanum in certos eorum Canonicos nominatim expressos sub certa forma contulerunt potestatem ; promittentes expresse quod illum recipieren in Decanum quem dicti Compromissarii ducerent, ut premittitur, eligendum. Dicti, vero, Compromissarii, compromissum hujusmodi acceptantes, et ne ulterius dictus Decanatus vacacionis incomoda pateretur sollicite cogitantes, post deliberacionem providam quam inter se habuerant plurium personarum, demum unanimiter in eorum septimum, videlicet Dominum Ricardum de Brayleghe, tunc Canonicum et Subdecanum ejusdem Ecclesie nostre, concordarunt, utpote virum providum et discretum, literarum sciencia, vita, et moribus merito commendandum, in Sacerdocio et etate legitima constitutum, ac de legitimo matrimonio procreatuum, necnon in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectum ; quem dictus Precentor, unus ex Compromissariis hujusmodi, de aliorum collegarum suorum consensu, vice sua et ipsorum actionis Capituli, elegit solemniter in communi, et providit dicto Decanatu de eodem. Dictusque Electus, dictorum eligencium devictus precibus et instancia, Eleccioni consensit de se facte. Presentato, autem, nobis dicte Eleccionis Processu, et decreto, et petito instanter tam pro parte dictorum eligencium quam Electi ut Eleccionem hujusmodi confirmare, servata solemnitate debita, curaremus ; nos Eleccionem utpote de persona que tanto conveniret atque congrueret regimini et honori Canonice celebratam ; facta primitus Proclamacione publica, ut est moris, diebus et locis ad id convenientibus, servatoque super hiis Processu legitimo ; Diocesana auctoritate item duximus confirmandam, curam animarum et regimen ibidem, juxta morem hactenus laudabiliter observatum, eidem in Domino committendo ; firma concepta fiducia quod ejus conversacio in dicta Ecclesia quieta erit, insipientibus placida, et Deo grata. Quocirca vobis mandamus quatinus, assignatis dicto Decano Stallo in Choro et Loco in Capitulo solitis et debitis, sibi pareatis et pareri ab aliis faciat qui sibi subesse noscuntur, ut vero vestro et eorum Decano ; ipsumque, vel Procuratorem suum ejus nomine, in possessionem edificii ad dictum Decanatum spectantis, juriu et pertinenciarum ejusdem, per vos vel alium, auctoritate nostra inducentes. Et quid in premissis feceritis, etc.—Datum apud Cliste, ij^{do} die Octobris supradicto. [A blank space, to the extent of nineteen lines, remains unoccupied, here. It was, doubtless, intended for the record of the Dean's Induction].

[fol. 20.] East Down : *Deputacio Curatoris de Este Doune,—*
 xxij die mensis Septembris, Anno Domini, etc., quinto, Dominus deputavit Dominum Willelmum Londay, Rectorem Ecclesie de Bokelondfyllegh, Curatorem, seu Coadjutorem, Domino Johanni [Berigge], Rectori Ecclesie de Este Doune, morbo paralasis percusso, etc. ; in forma communi.

[fol. 197.] Cornwall, the Peculiar Jurisdiction ; *Commissio Officialis Peccularis Jurisdiccionis Cornubie IV. Carslake,—*
 Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Willelmo de Carslake, clero, salutem, etc.—De tua fidelitate et circumspeditionis industria plurimum confidentes, ad audiendum et decidendum quascumque Causas inter quascumque Partes Archidiaconatus Cornubiensis, quarum altera de nostra Jurisdicione Peccu-

A.D. liari existat, ac terminandum universas et singulas Causas in quibus extitit
 1335. coram dilectis filiis, Magistris Benedicto de Pastone et J. Byncleghe,
 Vol. II. clericis immediatis nostre Peccularis Jurisdiccionis Officialis, ad Parcium
 quarumlibet instantiam, quomodolibet processum, adhuc pendentes inde-
 cisas, dummodo reus in Causis hujusmodi de Archidiaconatu Cornubiensi
 oriundus existat, domicilium habeat, delictum contraxerit, vel inibi initus
 sit contractus; neonon, inquirendum, corrigendum, et puniendum quorum-
 cumque dicti Archidiaconatus criminis et excessus subditorum, Religiosis et
 Collegiatarum Ecclesiarum Canonicis dumtaxat exceptis; tibi vices nostras
 committimus, cum cuiuslibet coercionis Canonice potestate. Te, quoque,
 de uberiori fiducia Sequestratorem nostrum in eodem Archidiaconatu
 deputamus, tenore Presencium, Generalem. In cuius rei, etc.—Data apud
 Cliste, xxvj die Septembris.

[fol. 37b.] Sutcombe [Sottecombe, MS.]; Sir Nicholas called Horloke, priest,
 R.—

Licence of non-residence for a year from the Feast of St. Andrew [30 Nov.],
 "ex certis causis et legitimis; et interim insistendi obsequiis Domini
 Ricardi de Mertone, Militis" (Chudleigh, 11 Oct.).

[fol. 37b.] St. Mabyn [Sancte Mabene, MS.]; Sir William Gluvyone, R.—
 Licence of non-residence for a year, "pro eo quod racione expensarum appo-
 sitarum per eum circa reparacionem domorum Rectorie sue et prosecuzione
 litis super Ecclesia eadem in Consistorio sibi mote, in tantum extitit ere
 alieno oneratus quod comode in dicta Ecclesia non poterat personaliter resi-
 dere" (same date).

fol. 197. **Mutatio Anni Consecrationis Domini
 Johannis, Exoniensis Episcopi.**

Anno Domini Millesimo CC^{mo} XXV^{to}, et Consecra-
 cionis Domini Johannis, Dei gratia Exoniensis Episcopi,
 nono incipiente.

[fol. 37b.] West Putford [Westputteforde, MS.]; Master Paul Brey, deacon,
 R.—

Dispensation: non-residence for a year, to study (Chudleigh, 20 Oct.).

[fol. 37b.] Highbray [Hautbrey, MS.]; Sir Adam Cruwes, priest, R.—
Dispensation: non-residence till the Feast of St. Peter ad Vincula (1 Aug.),
 to study (Chudleigh, 24 Oct.).

[fol. 37b.] Bishopsteignton; Master William Kaignes, priest, R.—
 Licence of non-residence for a year, to study, "ita quod tempore Quadra-
 gesimali ad eandem Ecclesiam suam redeat, nisi eodem tempore versus
 Curiam Romanam, pro suis negotiis ibidem expediendis anime sue salutem
 contingentibus, iter arripiat; ad quod hujusmodi Licencia extenditur"
 (Chudleigh, 31 Oct.).

fol. 197. Exeter Cathedral; *Mandatum pro Statutis penalibus, contra
 absentes Vicarios in Ecclesia Exoniensi editis, observandis*,—
 Johannes, etc., dilecto filio, Decano Ecclesie nostre Exoniensis, salutem,
 graciā, et benedictionem.—Ut Vicarii, et alii qui in Ecclesia nostra Exoni-
 ensi predicta Divinis sunt mancipati Officiis, vel mancipabuntur impos-
 terum, se studeant in execucionis Divini Ministerii, tam nocturni quam
 diurni, plus solito sollicitos exhibere; vobis, districte precipiendo mandamus,

A.D. et per aspersionem Preciosi Sanguinis Jhesu Christi obtestamur, quatinus,
 1335. Vol. II. pensantes attente quid vobis imminet per assumptionem partis solicitudinis
 nostre et regiminis dicte Ecclesie, faciatis Statuta penalia contra absentes
 Vicarios hujusmodi et ceteros Ministros qui Ministeriis predictis interesse
 tenentur, de consuetudine vel de jure ab olim rationabiliter edita, plene et
 inviolabiliter observari. Et, ut plenius pateat de absentibus, premissis
 adicioendo statuimus quod Vicarii predicti, prout ebdomodatim extiterint
 ad delacionem caparum et Chori regimen assumpti, absentes predictos curent
 Horis singulis, et maxime in Matutinis, omni private affectionis et passionis
 inordinacione deposita, perscrutari diligenter et notare, vobisque, vel
 alteri in vestra absencia dicti Capituli Presidenti, in fine suarum ebdomodo-
 darum, absentes hujusmodi in Capitulo predicto debite et privatim denun-
 ciare; ut extunc, juxta modum culparum, possitis exequendo dicta Statuta
 modum provisum penarum absentibus adhibere.—Datum apud Chudde-
 leghe, xix^o die mensis Decembbris, Anno supradicto.

A.D. Truro [Truru—margin Treureu, MS.]; Sir Reginald Pridaux,
 1335. 6. subdeacon, R.,—

[fol.] Non-residence for a year, to study (Chudleigh, 9 Jan.).

197b.] fol. The Consistory Court; *Mandatum ad publicandum Articulos in-*
 197. *frascriptos in Consistorio Exoniensi*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Curie nostre Exoniensis Presidentibus et Reges-
 trariis, neconon universis et singulis in ea Advocatis et Procuratoribus,
 salutem, etc.—Discurrente fama, quin verius gravi infamia, displicenter
 nimis audivimus quod proprii et privati comodi cecitas, vel pocius rapaci-
 tas tocius equitatis emula, quorundam Judicum seu Ministrorum et Tabel-
 lionum in Generali et aliis nostris Ecclesiasticis Curiis, quos, cum ad omnia
 possibilitas nobis data non sufficit, in subportacionis injuncte nobis solicitu-
 dinis suffragium curavimus evocare, animos in tantum indesinenter occupat
 quod eciam aliqui qui judicandi non habent officium, subditos nostros
 capientes in predam, non ad ipsorum emendacionem vel juris aut Juris-
 dictionis nostre defensionem vel conservacionem, set totaliter ad questum
 pecunie, eorum dumtaxat usibus applicande, per suas quandoque autenticas
 et multociens peregrinas epistolae ac nuncios continue discurrentes, coram
 se Exonie, sub correccionis colore, non ad Consistorium vel Ecclesiam, sicut
 est Canonicum et honestum, set ad suas cameras et alia loca secreta et
 prophana, absque delectu etatis, condicione, vel sexus, trahere non verentur,
 eciam super criminibus de quibus nulla infamia notorie est exorta, ut iidem
 subditi, laboribus fatigati, vexaciones suas hujusmodi apud eos redimere
 compellantur. Quia, vero, diligenter indagantes de premissis adhuc obtainere
 non potuimus plenam fidem, ad inquirendum de excessibus nostrorum
 omnium Ministrorum certos Commissarios nostros hoc instanti Consistorio
 providimus destinando. Quocirca Universitatem vestram monemus et
 hortamur attente quatinus, in consideracionem debitam reducentes quod
 leticia communis omittitur si plebis dispendium occultatur, referetis distincte
 dictis Commissariis sicut nobis plenum vestre sciencie et credulitatis in
 premissis et aliis a vobis requirendis conceptum, omnia per species, quatenus
 noveritis, a suo genere derivando, ut remedium ut cupimus imponamus.
 Ut, autem, presentes Litere, ac omnia et singula contenta in eis, ac eciam
 Articuli inferius contenti, sonoro preconio et patulo indicio ad omnium
 quorum interest noticiam deducantur, jubemus eas singulis diebus instantis
 Consistorii per vos Presidentes recitari publice et exponi.—Datum apud
 Chuddeleghe, tercio die Februarii, Anno supradicto.

Articuli,—

i.—In primis, ad relevamen subditorum et quietem, ordinamus et volumus
 quod Officialis noster, si presens fuerit, propter excellenciam sui Officii et
 persone, dumtaxat in majoribus criminum et correpcionum negotiis curam

- A.D. habeat, nisi forsan utile decreverit se minoribus inmiscere. In ejus absencia
 1335-6. Commissarius cum Regestrario idem exequatur.
- Vol. ij.—Item, quod nec iidem, Officialis nec Commissarius officium in se assumat
 II. corrigentis, Regestrario ejusdem Curie absente et non vocato; neque extra
 fol. Ecclesiam, in qua solet communiter judicari, nec alias interim dum tractan-
 197b. tur vel tractari debent ibidem Cause, nisi Regestrarius absens fuerit; et
 tunc idem fiat in presencia alicujus Notarii et testium ad arbitrium Presi-
 dentis ad hoc evocandorum.
- ijj.—Item, quod dictae Curie Presidens et Regestrarius de extractis dictae Curie
 exemplar, facta fidei collacione hinc inde, sibi retineant et habeant Rotu-
 lorum, nobis fideliter exhibendum.
- iiij.—Item, quod Officiales nostre Peculiaris Jurisdiccionis tantum corrigant
 subditos sibi Peculiariter subjectos, nisi forsan necessitas major sub sit;
 quod si fecerint Presidenti predicto et Regestrario fideliter intiment in
 proximo Consistorio extunc sequenti, ne bis quis puniatur in id ipsum.
- v.—Item, quod iidem Officiales a loco insigni ad minus insignem, vel alias in
 distancia per decem miliaria coram se in correccionibus neminem evocent
 quoquo modo. In Causis, vero, ad instanciam Parcium tantummodo motis
 neminem evocent extra Peculiarem Jurisdiccionem constitutum, ubi libelli
 oblacio, vel peticio loco libelli, in majoribus Causis requiritur.
- vj.—Item, eisdem Officialibus injungimus quod, si de aliquibus gravioribus
 ortam audierint infamiam, eam Presidenti vel Regestrario Consistorii nostri
 mox denuncient, ibidem debite corrigendam.
- vij.—Item, volumus quod dicti Judices universi pro criminibus delinquentibus
 penam imponant tantummodo corporalem; ni forsan delinquentes eam
 meruerint in pecuniariam, multa instancia, commutari; et hoc idem volumus
 per Officiales Archidiaconorum observari.
- viii.—Item, quod ex suspicione sola vel denunciacione aliqua a viris emulis,
 seu levis opinionis, exorta, ad citacionem cuiusquam utpote pro criminis non
 procedant; et hoc idem volumus per Officiales Archidiaconorum firmiter
 observari; quia non nostra set Sacrorum sunt Canonum Instituta.
- ix.—Item, quod singulis Consistoriis dicti Judices et Regestrarius suos com-
 municent consilia et Processus.
- x.—Item, quod, si in Causis aliis a Peculiaribus vel correpcionum negociis ad
 citaciones per plures dictorum Judicium sit processum, majori in hac parte
 per inferiorem, ut convenit, deferatur.
- xj.—Item, volumus quod dictus Regestrarius, in exaccione salarii pro copiis
 attestacionum, et alias in suo Officio, non sit nimis onerosus; set quod in
 talibus procedat taxacio Presidentis.
- xij.—Item, denunciari volumus omnibus quorum interest, vel intererit, quod,
 contra assumptos ad Decanatus Officia pro culpis subrogatorum suorum in
 Officio, debet tam a nobis quam ab aliis recursus haberi, et pro contemptibus
 per subrogatos hujusmodi contractis principales Decani ad proximum Con-
 sistorium personaliter evocentur.
- xiiij.—Item, denuncietur, modo premisso, quod gravati subditi per quem-
 cumque dictorum Ministrorum, sub colore Officii vel alias, deponant de
 gravamine, per se vel alium, oretenus vel per epistolam, nobis querelam;
 et sperent inde remedium confidenter.
- xvij.—Item, quod nominatim et publice excommunicati auctoritate nostra,
 vel aliorum Judicium Ecclesiasticorum, ad ingressum Ecclesie seu Ecclesi-
 astica Sacra menta nullatenus admittantur, nisi de ipsorum Absolucione
 publica prius constiterit per Literas excommunicantis; et hoc per singulos
 Officiales Archidiaconorum, in eorum Capitulis, Clero et populo publice
 exponatur.
- Concludendo adicimus quod, de multis usque nunc de toto tempore nostro
 impositis, amodo sine Mandato nostro expresso, et sub sigillo nostro signato,
 nichil penitus levetur, set omnes nobis Rotuli transmittantur.
- Omnia ista, Deo preordinante et disponente, observari districcius solito pre-

A.D. 1335-6. cipimus et singulariter custodiri; nichil novi per hoc, prout nemini venit indubitum, inducentes, set ea que que dudum a Sanctis Patribus sunt sancita Vol. II. cupientes inviolabiliter observari.

—*Commissio ad inquirendum de excessibus Advocatorum et Procuratorum Consistorii Exoniensis et Ministrorum Domini quorumcumque,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Magistris T. de Nassingtone, Archidiacono Exonie, Ricardo de Wideslade, Thesaurario, W. de Nassingtone, et R. de Thormertone, in Ecclesia nostra Exoniensi Canonicis, salutem, etc.—Officii nostri debitum remedii invigilat subjectorum, quia, dum eorum excutimus onera, duni violencias removenus, nos in ipsorum quiete quiescimus et fove-mur in pace. Hac, igitur, consideracione inducti, ad inquirendum, hoc instanti Consistorio, de excessibus Advocatorum et Procuratorum, et aliorum in eodem, ac alias ejusdemque Jurisdiccionis nostre spiritualis Ministrorum omnium; vobis, de quorum discrecionis industria et fidei puritate confidimus vices nostras committimus, cum ejuslibet cohercionis Canonice potestate. Proviso quod, expedita Inquisitione hujusmodi, nobis fideliter referatis que correccionalis et reformacionis officio repereritis indigere; ut extunc faciamus quod secundum Deum viderimus expedire. Quod si non omnes hiis exequendis intereritis, duo vestrum ea nichilominus exequantur.—Data apud Chuddeleghe, iiij^o die Februarii.

^{fol.} 198. Holne; *Dispensacio cum Vicario Ecclesie de Holne super eo quod solempnizavit matrimonium inter personas infrascriptas, bannis ex parte mulieris non premissis,*—

Pateat universis per Presentes quod, cum Johannes de Blatherwike, Vicarius Ecclesie de Holne, nostre Diocesis, fuisse super solempnizacione matrimonii, bannis non editis, inter dilectum filium, Johannem de Bampfelde, domicellum, dicte nostre Diocesis, et Johannam de Mohant, mulierem, de Partibus Scocie oriundam, publice diffamatus, et ea occasione coram nobis, Johanne, miseracione Divina Exoniensi Episcopo, ad certos diem et locum ad judicium evocatus; idem Vicarius, die et loco hujusmodi personaliter comparens coram nobis super premissis, ex nostro Officio per nos judicialiter impetratus, justificando proposuit ante solempnizacionem hujusmodi per ipsum in Ecclesia Parochiali de Toustoke publice factam, ex parte Johannis predicti in multis Ecclesiis, quibus fuerat magis oportunum, per competencia temporum intervalla, banna in facie Ecclesie solempniter fuisse premissa; ex parte, vero, mulieris predicte, cum ipsa sit de Regno Scocie, ut premititur, oriunda, propter bellum antiquum et adhuc continuatum inter Regna Anglie et Scocie, et ex hoc inimicicias capitales, tutum ad Regnum Scocie hujusmodi non patuisse ingressum ad edicionem hujusmodi faciendam asseruit; adiciens quod eadem mulier, per multos annos decursos honeste et laudabiliter conversata, se gessit et habuit pro soluta, ac talis est ab omnibus reputata; super quo testes coram nobis legitimos ministравit. Unde nos testes hujusmodi jurare et super proposicione hujusmodi examinari fecimus diligenter. Et demum, quia, attestacionibus eorum publicatis, comperimus proposta per dictum Vicarium sufficienter esse probata, eundem Vicarium ab Officio nostro dimisimus in premissis; culpam in hac parte, si quam contraxit, injuncta sibi pro ea ad cautelam Penitencia salutari, remittentes. Et, nichilominus, pensatis circumstanciis in hac parte intervenientibus universis, ipso primitus per nos exhabundanti a Divinorum celebracione ad tempus suspenso, super execucione sui officii extunc auctoritate Pontificali dispensavimus ad cautelam.—Data apud Chuddeleghe, x^o die Februarii.

Uffculme; *Approbacio Institucionis et Inductionis Ricardi de Carleton, Rectoris Ecclesie de Ufcolum,*—

Johannes, etc., dilecto filio, Domino Ricardo de Carleton, Rectori Ecclesie de Ufcolum, nostre Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem.—Cum nuper,

A.D. in negocio Permutacionis faciente inter te, tunc Precentorem Ecclesie 1335-6. Cathedralis Wellensis¹, et Dominum Willelmum de Littleton, tunc Ecclesie Vol. II. de Ufcolm Rectorem, de Precentoria dictae Wellensis Ecclesie cum Ecclesia de Ufcolm predicta, ad audiendum et approbadum causas Permutacionis hujusmodi; dictique Domini Willelmi Resignacionem de predicta Ecclesia de Ufcolm, ex causa Permutacionis hujusmodi acceptandum; teque ad eandem dictae Permutacionis obtentu admittendum, et Rectorem instituendum Canonice in eadem; ac omnia et singula faciendum et expedientum in premissis, et circa ea, que ad nostrum noscuntur Officium de jure vel consuetudine pertinere; juramento Canonice Obedience nobis specialiter reservato, Venerabili in Christo Patri, Domino Radulpho [de Salopia], Dei gratia Bathoniensi et Wellensi Episcopo, plenarie comisnerimus vices nostras; idem Pater, nostram Commissionem in ea parte amplectens ac rite et legitime procedens, auditis, discussis, et approbatis causis Permutacionis predicte, ac acceptata primitus Resignacione dicti Domini Willelmi de Ecclesia de Ufcolm predicta, te ad dictam Ecclesiam vice nostra admisit et Rectorem Canonice instituit in eadem, teque induci fecit, ut moris est, in possessionem ipsius Ecclesie corporalem. Unde nos omnia et singula per predictum Patrem, ut prefertur, gesta tenore Presencium approbamus, et te Canonice institutum et inductum in dicta Ecclesia de Ufcolm decernimus per Presentes.—Data apud Chuddeleghe, iiiij^{to} Idus Februarii [10 Feb.].—At the same time he obtained Letters Dimissory "ad Ordinem Presbiteratus," and Licence of non-residence for a year, "causa insistendi obsequiis Domini Landavensis."

Exeter Cathedral; *Commenda Penitenciarie Ecclesie Exoniensis J. de Astone,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Domino Johanni de Astone, Rectori Ecclesie de Aspringtone, nostre Diocesis, presbitero, salutem, graciam, et benedictionem. —Attendentes quod Penitenciarie et Subdecanatus Officium in Ecclesia nostra Exoniensi per prefectionem dilecti filii, Domini Ricardi de Brayleghe, dudum Penitenciarii et Subdecani in eadem, in Decanum ejusdem Ecclesie, aliquamdiu vacavit; ipsum Penitenciarie et Subdecanatus Officium, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis universis, (de quo, dante Domino, ad honorem Ipsius et laudem infra breve intendimus, ipsius utilitate pensata, ac alias ne, durante vacacione ejusdem, in spiritualibus et temporalibus paciatur aliqualiter lesionem), tibi, de cuius discrecione et conscientie puritate confidimus, juxta formam Constitutionis generalis in hac parte edite, premissa cause cognitione debita, tenore Presencium commendamus usque ad tempus in eadem Constitutione prefinitum, hujusmodi Commende nomine possidendam.—Data in Manerio nostro de Chuddeleghe, terciodecimo die Februarii, Anno supradicto.

Exeter, St. John's Hospital; *Commissio Custodie Hospitalis Sancti Johannis Exonie,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro R. de Wideslade, Thesaurario Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, etc.—De fervore devocationis et fidei, quas ad loca pia et ipsorum personas vos gerere percepimus, non mediocriter confidentes, vos Custodeni Hospitalis Sancti Johannis Exonie, tenore Presencium, deputamus; Commissiones personis aliis in hac parte per nos factas ex certa sciencia revocantes; supponentes indubie quod idem Hospitale vestro regimine circumspecto optatis proficiet successibus et preservabitur laudabiliter ab adversis. Ceterum injungimus omnibus dicti Hospitalis, cuius statum indefessa sollicitudine prosequimur, Fratribus et Ministris, quod vobis, velud ipsorum et dicti Hospitalis vero Custodi, pareant in Canonicis et licitis et intendant.—Data apud Chuddeleghe, xxij die Marcii

¹ Le Neve takes no notice of this Exchange, and omits R. de Carleton

from his List of Precentors.

Mutacio [Anni] Incarnationis.

^{fol.}
198b. Anno Domini M^o. CCC^{mo} xxxvj^o, et Consecrationis Domini
Johannis, Exoniensis Episcopi, nono.

A.D. St. Ludgvan [Ludevon, MS.] ; Master Robert Luke, R.,—

1336. Licence of non-residence for a year, to study, "ita quod redeat ad Ecclesiam suam tempore Quadragesime" (Chudleigh, 4 April).

Rackenford [Rakcerneforde, MS.] ; Sir John de Coletone, sub-deacon, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study (Chudleigh, 7 April).

Marriage-Licence ; *Licencia solemnizandi matrimonium in Oratorio Elie de Wilhurde*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Petro de Grymestone, Perpetuo Vicario Ecclesie de Clistone [*Broadlyst*], salutem, etc.—Intenta providis operibus, onerosa solicitudo Officii Pastoralis quod negat juris severitas nonnunquam de gracia benignitatis indulget, cum id secundum Deum prospicit expedire. Ut, igitur, matrimonium inter dilectos filios, Elyam de Churchulle et Emmam atte Willehurde, mulierem, ut dicitur contractum, debita inde bannorum edicione premissa, in Oratorio Mansi dicti Elie de la Willehurde, dicte nostre Diocesis, per te vel alium Capellanum idoneum licite solemnizare valeas et impune ; dum, tamen, contra contractum matrimonialem hujusmodi non appareat probabilis conjectura ; ex certis causis, nobis pro parte dictorum Elie et Emme expositis, verisque et Canoniciis, habita cause cognitione summaria in hac parte, per nos reputatis, quatenus nobis a jure permittitur in hoc casu, tenore Presencium, Licenciam impartimur.—Data apud Chuddeleghe, xvij die Aprilis.

The Tenth ; *Certificatorium Decani et Capituli Exonie super receptione Decime Sexennialis*,—

Reverendo in Christo Patri et Domino, Domino Johanni, etc., vestri humiles et devoti, Decanus, Thesaurarius, et Capitulum Ecclesie vestre Exoniensis, obedienciam filialem, et commissa vobis Apostolorum Limina feliciter gubernare. Et rationis vinculo, quo naturaliter et civiliter pio Patri conjugimur, vestris cogimur auribus inculcare scienciam actuum conjunctorum. Ideoque quod, de Decima ad presens currente, cxxxixli. iiijs. viijd. pro primo solucionis termino jam recepimus, preter id quod consistit in nominibus quorundam debitorum, qui in solucione ipsius Decime adhuc cessarunt, vestre Paternitati reverende intimamus ; ex hoc opinantes indubie per paterne provisionis hastuciam adhiberi circa collectam pecuniam securiorem custodiam et cautelam. In prosperitate corporea diu floreat vobis vita !—Datum xxj^o die Aprilis.

Exeter, St. James's ; *Commenda Ecclesie Sancti Jacobi Exonie*,—

Item, vj die Maii, ibidem, Dominus commendavit Ecclesiam Saneti Jacobi Exonie, vacantem, et ad suam Collacionem spectantem, Domino Willielmo dicto Bakere, presbitero, et Annivellario in Ecclesia Exoniensi, ipsius Ecclesie utilitate pensata, et concurrentibus hiis que requirebantur de jure in hac parte.

Ilsington [Ilstyngtone, MS.] ; Master Richard de Langacre, priest, R.,—

Licence of non-residence for a year, "causa insistendi obsequiis Nobilis Viri, Domini Comitis Warennie ; ita, tamen, quod redeat ad Ecclesiam suam in Adventu Domini et Quadragesima" (Chudleigh, 12 May).

A.D. Ermington ; *Mandatum ad inquirendum de furia cuiusdam qui 1336. seipsum interfecit*,—

Vol. II. [fol. 199b.] Johannes etc., dilectis filiis de Modbury et Ermington Ecclesia (*sic*), nostre Diocesis, Perpetuis Vicariis, salutem, etc.—Sacris est Canonibus institutum ut quibus communicari non licet vivis non communicetur defunctis, et ut careant Ecclesiastica sepultura qui se occiderint, vel decesserint infideles. Unde, si defunctus ille parochianus Ecclesie de Ermington qui, furore accensus, seipsum dicitur occidisse, non desolacionis infidelitatis nec tediis ductus errore, set alias, diebus proximis ante conceptam furiam armis spiritualibus premunitus, furia ipsa percussus fuit; percunctatis, eciam, circumstanciis universis que circa id fuerint percunctande; si premissa non inveneritis forsitan sibi merita suffragari, prout inde vestras conscientias oneramus, sepulturam Ecclesiasticam interdicatis eidem. Quod si forsan discernere super premissis, propter eorum dubium, nequeatis, ea que inde repereritis et censeritis nobis referre, omni innovacione cessante, quantocius studeatis; ut, nostra deliberacione previa, fiat super hoc quod cum Deo fuerit faciendum.—Datum apud Chuddeleghe, xij die Maii.

fol. 198b. Dedication ; Stoke-in-Teignhead,—

Item, xiiij die Maii, Dominus dedicavit Majus Altare Ecclesie de Stoke in Tinhide.

[fol. 200.] Nymet St. George ; *Commissio super recepcione probacionis etatis Presentati ad Ecclesiam de Nymet Georgii*,—

Johannes, etc., Preposito Ecclesie Collegiate Beati Thome, Martiris, Glasneye, salutem, etc.—Presentato nobis pridem ad Parochialem Ecclesiam de Nymet Beati Georgii, dicte nostre Diocesis, dilecto filio, Stephano de Trenewithe, clero, per Dominum Johannem Leredekne, utpote ejusdem Ecclesie verum Patronum, mandavimus et fecimus de jure Presentantis et meritis Presentati, ac aliis consuetis articulis inquiri, ut est moris. Et demum, quia eidem Presentato, transmissas nobis dicte Inquisitionis Literas exhibenti, et cum instancia supplicant se per nos ad eandem, virtute Presentacionis hujusmodi, admitti Ecclesiam, et Rectorem institui in eadem, insufficiencia etatis prima facie videtur obsistere, per aspectum corporeum judicando; nos, propter hoc de premissis merito hesitantes, de vestre circumspectionis industria et conscientie puritate firmam gerentes in Domino fiduciam, vobis committimus et mandamus quatinus, receptis testibus, quos ad premissa probanda pro parte dicti Presentati coram vobis produci contigerit, et juratis ac examinatis, secreto et singillatim; si repereritis de sue etatis sufficiencia ad plenum liquere aliasque eidem merita suffragari, prout inde vestram oneramus in Domino conscientiam, aperta Inquisitione predicta, quam vobis mittimus sub nostro clausam sigillo, eundem Presentatum ad dictam Ecclesiam admittere^l curetis, et Rectorem Perpetuum instituere Canonice in eadem; inducentes, per vos vel alium, eum, vel Procuratorem suum ejus nomine (Obediencie debite et solite ejusdem receptione nobis ex certa scientia specialiter reservata), in corporalem possessionem ejusdem Ecclesie; Processus vestri seriem a principio usque ad finem, inserto tenore Presencium, nobis quantocius transmissuri.—Data apud Peyngtone, xvij die Maii.

fol. 198b. Morthoe [Morteho, MS.] ; Master Henry de la Mare, subdeacon, R.,—

Dispensation : non-residence for a year, to study, at Oxford or elsewhere, etc.

¹ His Institution is not recorded; but it, evidently, took place at this time. For he was Rector of this Parish in 1343, on the 20th of Oct. in which

year he exchanged it for Lamorran with Sir John de Croudecote (vol. iii, fol. 50).

A.D. “apud Peyngtöne, ubi dictus Venerabilis Pater tunc, cum sua Curia, residi-
1336. bat,”—22 May).

*Vol. II. Priory of St. Michael's Mount; Certificatorium Visitatoris
Prioratus Montis Beati Michaelis,—*

Venerabili in Christo Patri ac Domino, Domino Johanni, etc., suus filius humilis et devotus, Ricardus de Wydeslade, Thesaurarius in Ecclesia Exoniensi, omnem obedienciam et reverenciam tanto Patri tam debitas quam devotas, cum honore.—Mandatum vestrum reverendum recepi sub eo qui sequitur tenore verborum,—Johannes, etc.—Sicut displicenter nimis audi-
vimus, fama publica referente, quod per regimen dilecti filii, Prioris¹ Prioratus de Monte Sancti Michaelis, nostre Diocesis, ejusdem Prioratus improvidum et incautum, bona ejusdem Prioratus in tantum dissipantur quod de ipsis Prioratus depressione irreparabili verisimiliter timetur, nisi periculo hujusmodi celerius occurratur; volentes, igitur, ex Officii nostri debito, indemnitati dicti Prioratus providere salubriter, ut tenemur; ad inquirendum de statu Prioratus sepedicti, et ipsum visitandum tam in capite quam in membris, vobis, de cuius circumspec-
cione et conscientie puritate in Domino confidimus, cum Canonice coher-
cionis potestate committimus vices nostras. Proviso quod, hujusmodi Visitacionis officio expedito, omnia que repereritis correccionis seu reforma-
cionis officio quomodolibet indigere nobis fideliter et plenarie referatis; ut, vestra informacione recepta, circa statum predicti Prioratus et personarum ejusdem, quem indefessa sollicitudine prosequimur, quod racionis fuerit et Canonicis conveniens Institutis faciamus.—Datum in Manorio nostro de Chuddeleghe, xx die Aprilis, Anno Domini M°. CCC^m trigesimo sexto, et
fol. 199. Consecrationis nostre nono.—Cujus auctoritate Mandati ad dictum Prioratum personaliter accessi, ac de statu ejusdem diligencia qua potui inqui-
sivi; eundem tam in capite quam in membris, ut mandatur, visitando. Reperta, vero, in Visitacione hujusmodi, que in cedula Presentibus annexa continentur, sub sigillo meo vestre Paternitati reverende transmitto inclusa. Valeat Paternitatis vestra reverenda per tempora prospere successura!—
Datum Exonie, xxij die Maii, Anno Domini supradicto.

—*Tenor Cedula predicta: detecta in Visitacione Prioratus Montis Beati Michaelis,—*

Visitacio Prioratus de Monte Sancti Michaelis, facta ibidem auctoritate Venerabilis Patris ac Domini, Domini Johannis, Dei gratia Exoniensis Episcopi, vij die mensis Maii, Anno Domini, etc., predicto. In qua detectum fuit quod redditus predicti Prioratus extendunt se, annuatim, ad c li., preter oblationes. Item, quod Domus est onerata diversis creditoribus in c s. Item, quod dictus Prior tradidit terram dicti Prioratus ad firmam diversis personis pro vili precio, in grave dispendium Domus sue; ac blada et alia bona mutuavit et liberavit certis personis, a quibus non audet repetere, ad summam videlicet xvij marcarum. Item, quod quidam consanguineus dicti Prioris, cuius nomen nec Prior nec Monachi voluerunt exprimere, bona dicti Prioratus dilapidat et consumit. Item, quod dictus Prior stetit solus in Prioratu suo per mensem et amplius, contra observancias Regulares. Item, dictus Prior nichil exhibuit super assecucione Ecclesiarum quas asserit Prioratui suo fore approriatas.² Super quibus, omnibus et singulis, dictus Prior habet diem ad comparendum coram dicto Patre—proximo die Juridico post Festum Sancte Trinitatis [26 May], ubicumque, etc., ad respondendum et faciendum quod justicia suadet.

The Consistory Court; *Revocacio Commissionum quarumcumque, auctoritate Domini ordinaria concessarum, Commissionibus infra- scriptis dumtaxat exceptis,—*

Peter de Cara Villa, Prior, 1316—² St. Hilary and Moresk (i.e., St. 1342. Clement's, near Truro).

A.D. Johannes, etc., dilecto filio, Presidenti Consistorii nostri Exoniensis cuicunque, salutem, etc.—Quia a tempore quo, quamvis inmeriti, ad Officium, Vol. II. disponente Domino, assumpti fuimus Pastorale, quandoque propter absenciam nostram a Diocesi nostra, quandoque propter occupaciones assiduas et arduas circa alia, Commissiones varias nonnullis diversis personis, prout tunc conveniens credebamus, fecimus, ut est notum. Ac, quia in nostra Diocesi continue residemus, ex certis causis, Commissiones hujusmodi omnes et singulas, cujuscumque continencie vel tenoris, quibusvis personis, cujuscumque condicionis, status, vel dignitatis extiterint, auctoritate ordinaria hactenus per nos factas (Commissionibus dilectorum filiorum, Officialium et Commissariorum Generalium et nostre Peculiaris Jurisdiccionis Devonie et Cornubie Officialium dumtaxat exceptis), expresse et ex certa scientia, tenore Presencium, revocamus; vobis districcius injungentes quatinus, revocationem hujusmodi in instanti Consistorio nostro, ac locis aliis nostre Diocesis ubi magis fuerit oportunum, solemniter publicantes, ipsam ad omnium quorum interest noticiam deducatis. Diem receptionis Presencium, et quid in premissis feceritis, nobis infra x dies curetis intimeare Literis vestris patentibus, habentibus hunc tenorem.—Datum apud Peyngtone, xxv die Maii.

[fol. 199b.] Illegitimacy; *Dispensacio J. de Moeles super defectu natalium*,—
Vicesimo sexto die Maii, apud Peyngtone, Johannes de Moeles, scolaris, optimus secum dispensari, juxta formam Literarum Domini Gaucelini, Dei gratia Albanensis Episcopi, Domini Pape Penitenciarii, super defectu natalium quem paciebatur de soluto genitus et soluta, in tertio consanguinitatis gradu ex utroque latere se attingentibus; quod, hujusmodi defectu non obstante, possit ad omnes Minores Ordines promoveri et Beneficium Ecclesiasticum cui cura non imminet animarum obtinere.

[fol. 199.] Plymouth; *Mandatum contra volentes intrudere, vi armata, quendam R. de Trevylius in Vicarium de Suttone*,—

Johanues, etc., dilectis filiis, Archidiacono Tottonie, vel ejus Officiali, et Magistris Wilhelmo de Nassyngtone, Canonico Ecclesie nostre Exoniensis nostroque Cancellario, ac Waltero Pollard, de Northebovy, et David Alyam, de Jacobystowe [in Cornubia], nostre Diocesis, Ecclesiarum Rectoribus, salutem, graciam, et benedictionem.—Quia pacem Ecclesie et Regni impedientes, nedum auctoritate Constitutionum Sanctorum Patrum, verum eciam de Statuto alias de auctoritate et consensu Prelatorum Anglie edito, sunt eo ipso Majoris Excommunicacionis Sentencia involuti; ac ex iufausti rumoris assercione audivimus quod, licet in Ecclesiam et Sanctuarium Dei ingressus esse debeat per hostium et aliunde nequaquam, nonnulli, tamen, Ecclesie Parochialis de Suttone, dicte nostre Diocesis, parochiani, et alii nobis Dioecesano jure subjecti, in turbacionem pacis Ecclesie et Regni spirantes, ac eciam subversionem tocius Ecclesiastice libertatis, quendam Rogerum dictum Trevylius, qui pro clero nostre Diocesis se gerit, in corporalem possessionem, vel quasi, Vicarie ejusdem Ecclesie, non vacantis, set de dilecto filio, Fratre Nicholao de Weylunde, ipsius Vicarie ex Institucione Canonica vero Vicario et legitimo possessore, tam de jure quam de facto plene et consulte, absque juris ordine quocumque qui requiritur in hac parte, quinimmo vi et armata potencia, temere inducere, set verius intrudere, moliuntur; dicto Fratri Nicholao, Vicario, in jure et possessione dicte Vicarie justo titulo et Canonico existenti, insidias parantes cotidie capitales; volentes, igitur, paterne sollicitudinis studio premissis occurrere, ut tenemur, vobis, communiter et divisim, mandamus, districcius injungentes, quatinus moneatis primo, secundo, tertio et peremptorie, dictum Rogerum nominatim, ac generaliter omnes suos in hac parte fautores, complices, et fotores, sub Excommunicacionis pena; quos nos, eciam, tenore Presencium simili modo monemus sub simili Majoris Excommunicacionis Sentencie pena, quam in personas rebellium in hac parte, videlicet singulariter singulas,

A.D. 1336. premissa Monitione Canonica, ferimus in hiis Scriptis, nisi fecerint quod mandamus et Monitionibus nostris hujusmodi paruerint cum effectu,
Vol. II. quatinus a premissis illicitis et reprobis se retrahant penitus et refrenent, nec premissa attemptent, faciant, aut fieri procurent quoquo modo. Si, autem, dictus Rogerus jus aliquod in prescripta Vicaria se habere contendat vel ad eam, cum dicto Vicario ordine judicario studeat experiri. Ceterum, ad compescendum Canonice omnes et singulos vestris Monitionibus hujusmodi non parentes, vobis, et vestrum cuilibet, vices nostras committimus, cum coercionis Canonice potestate. Vobis, insuper, injungimus et mandamus quatinus contenta in hiis Literis curetis ad omnium quorum interest noticiam deducere sine mora. Diem, vero, recepcionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nobis quantocius intimetis Literis vestris patentibus, signo autentico consignatis, vel per Publicum Instrumentum.— Datum apud Peyngtone, xxvij die Maii.

fol. 199b. Illegitimacy ; Dispensations,—

John Noblet, of Trevyehen, and John de Beaupre, clerks,—“super defectu natalium quem paciebatur uterque de soluto genitus et soluta, et super eo quod sine Dispensacione se fecerunt, alias tamen rite per omnia, clericali caractere insigniri; quod, hujusmodi non obstante defectu, ipso caractere uti possint, et ad omnes Ordines promoveri, et quilibet Ecclesiasticum Beneficium, etiam si curam habeat animarum, obtinere.” (Paington, 29 May).

Wells Cathedrál ; Commissio pro Prepositura Ecclesie Wellensis,—

Johannes, etc., Sequestrator unicus in fructibus Prepositure Ecclesie [Wellensis] a Sede Apostolica specialiter deputatus, dilectis filiis, Magistris Ricardo de Wideslade, Thesaurario, et Willelmo de Nassington, Canonico Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, graciam, et benedictionem, ac Mandatis Apostolicis firmiter obedire.—De uestre circumspeccionis industria et fidelitate notam experienciam habentes, ad audiendum et decidendum ea omnia que instanti die Juridico proximo post Festum Sanctissimi Corporis et Sanguinis Christi [30 May], et sequenti, pro levacione commodi provenientis de dictis fructibus, vel circa eos, coram nobis occurrerint facienda, vobis vices nostras committimus, cum cuiuslibet coercionis Canonice potestate, donec eas ad nos duxerimus revocandas.—Data apud Peyngtone, xxix die Maii.

Testamentary ; Decretum super donacione bonorum Domini Petri de Ouvedale, Miltitis, defuncti, inter vivos facta,—

Universis quorum interest, presentes Literas inspecturis, Johannes, etc., salutem, et rem judicatam justo libramine ponderare.—Cum negotia Judiciali Sentencia sopiuntur, decet ut quod ad ea sopiaenda provida diffinizione statuitur scripture testimonio roboretur; ne, alicujus procurante malicia, sopia dubitacionis materia reviviscat. Sane, dilecti filii, olim Nobilis Viri, Domini Petri de Ouvedale, Militis et Baronis,¹ nostre Diocesis,² morte certa et molesta nimis insinuacione audita, mandavimus et fecimus omnia bona mobilia in nostra Jurisdiccione inclusa, ad eundem defunctum tempore mortis sue spectancia, anctoritate ordinaria sequestrari, et tamdiu sub proteccione Ecclesiastica fideliter custodiri donec coram nobis esset legitime comprobatum ad quem, vel ad quos, dictorum bonorum administracio,

¹ Peter de Uvedale was summoned to Parliament from 27 Jan., 6 Edw. III., 1332, to 22 Jan., 9 Edw. III., 1336. Dugdale gives no account of this Baron in his Baronage; but Banks, in his “Stemmata Anglicana,” p. 267, states that he died *sine prole*; in which case the Barony became extinct.—Nicolas’ *Historic Peerage*, p. 484.

² The heiress of Sir Richard Hydon, Lord of the Manor of Hemyock, was married to Joce Dynham, and afterwards to Sir Peter Uvedale. The Manor descended to the posterity of Dynham. Sir Peter founded a Chantry in the Parish Church, the endowment of which was valued in £10 in 1547.—Lysons’ *Devon*, pp. 267, 268.

A.D. disposicio, seu dominium pertineret. Demum, quoque, dilecti in Christo, 1326. Domini Johannes de Ralegh, Miles, ejusdem nostre, et Robertus Pyl, ^{Vol. II.} Rector Ecclesie de Croukorne,¹ Bathoniensis et Wellensis Diocesis, propentes coram nobis dicta bona ad se, donacione simplici facta per dictum Dominum Petrum inter vivos jure dominii, vel quasi, pertinere, petierunt dictam donacionem censeri validam et suum debere de jure sortiri effectum, ac nostri Sequestri hujusmodi vinculum relaxari, ad probandum premissa ab eis proposita testes, Literas, et Instrumenta producendo. Receptis, itaque, in forma juris dictis testibus et diligenter examinatis; quia auditor super hoc a nobis specialiter deputatus invenit dictam donacionem de rebus licitis, nullo cogente, adeo liberaliter factam ut donator nullo casu res recuperaret easdem, idem auditor, de Mandato nostro, censuit, prout hec erant per dictos donatarios ut premittitur petita, dictam donacionem validam et suum debere de jure sortiri effectum; predictum, nichilominus, Sequestrum relaxando, prout premissa omnia et singula in Actis Curie nostre specialis inde habitis seriosius continentur. Ut, igitur, Processus noster hujusmodi clarior vobis pateat per exemplum, presentes inde Literas fieri fecimus et nostri appensione sigilli communiri.—Datum apud Peyngton, primo die Junii.

—*Sequestrum in bonis Domini Petri Ouvedale, Militis Nobilis, defuncti, interpositum,—*

Johannes, etc., dilectis filiis, de Hemyoke, Hidone, Wodeleghe, Avetone Giffard, Cardinai,² Luvenestone [*Lymystone*], et Yuddeforde [*Ideford*], nostre Diocesis, Ecclesiarum Rectoribus, ac Perpetuo Vicario Ecclesie de Buddeleghe, et Decano de Hertilande, salutem, etc.—Sicut dolenti certa insinuacione audivimus, dilectus filius, Dominus Petrus de Ouvedale, Miles, Nobilis strenuitate persone, diviciis, et honore, ab hac vita media noviter est sublatus. Ne, igitur, aliqui quibus non liceat presumant bona dicti defuncti, que sub proteccione Ecclesiastica consistere dinoscuntur, distrahere, vel alias, spreta nostra auctoritate, eorum administracioni se temere immiscere; ea, exceptis expensis funerariis, duximus sequestranda; vobis divisim, quatenus in vestris et vobis vicinis Parochiis consistunt, custodiam bonorum hujusmodi committendo. Ideoque mandamus, districcius injungentes, quatinus Sequestrum nostrum hujusmodi locis predictis et personis quibus expediens videritis, celeriter et debite publicare studeatis, et curare solerter fol. 200. et fideliter de Sequestro, donec alind vobis dederimus in mandatis. Proviso quod ille vestrum qui presentes nostras Literas receperit, retenta inde copia, mox eas alteri transmittat non habenti. Diem receptionis Presencium et execucionis earum formam nobis renunciaturi, infra quindecim dies a tempore receptionis earum, per Literas vestras patentes, distincte et aperte. —Datum apud Chuddeleghe, secundo die Maii.

Dimissorie,—

Roger de Toritone, accolite, “ad omnes Sacros Ordines”—directed to Simon [Montacute], Bishop of Worcester (Paignton, 1 June),

Inwardleigh; *Commissio ad admittendum Johannem Gyffard, clericum, ad Ecclesiam de Inwarleghe,—*

Item, emanavit Commissio Magistro Thome de Nassington, Archidiacono Exonie, ad admittendum Johannem Gyffard, clericum, ad Ecclesiam de Inwarleghe, ad quam Dominum per Johannem le Deneys, de Gydecote, velud vacantem extitit presentatus, et Rectorem instituendum Canouice in eadem³; ac induci faciendum in ipsam, si et quatenus Inquisicio super

¹ Robert Pyl was instituted to Crewkerne (1st Portion) in 1328.—Weaver's *Somerset Incumbents*, p. 341.

² In Cornwall. All the other places are in Devon.

³ The Institution must have taken place;

but it is not recorded. Gyffard was still R. in 1358, on the 26th of Sept. in which year he exchanged with Thomas Reyner for the Vicarage of Okehampton (vol. iii, fol. 116).

A.D. vacacione dicte Ecclesie et aliis consuetis articulis, auctoritate Domini 1336. capta, et dicto Commissario clausa missa, pro Presentato et Presentante Vol. II. operetur antedictis, et idem Presentatus repertus fuerit competentis literaturae et etatis legitime, nichilque aliud sibi obsistat de Canonicis Institutis.
—Data apud Peyngtone, viij die Junii.

Dedications,—

Item, xijij die Junii, Dominus dedicavit Majus Altare Ecclesie Parochialis de Morleghe.

Item, xijij die Junii, Dominus dedicavit Majus Altare Ecclesie Parochialis de Dupeforde [*Diptford*].

Item, xv die Junii, Dominus dedicavit Ecclesiam Parochiale de Hywiche [*North Huish*] et Majus Altare.

Item, xvij die Junii, Dominus dedicavit Ecclesiam de Holbetone¹ et Majus Altare, et Altare Beati Thome.

Item, xix die ejusdem mensis, Dominus dedicavit Ecclesiam, et Majus Altare et duo alia, de Cornwode.

^{fol.} Plymouth ; *Processus contra Villam de Suttona, continens Sentencias Excommunicacionis et Interdicti*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Fratri Johanni [de Courtenay], Abbatii Monasterii de Tavystoke, nostre Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem.—Innovatur quasi jugiter Ecclesie Sancte dolor, nec ei conceditur ad tempus modicum respirare continuis suspiriis et lamentis ; cum pridem Mauricius Sprygge, Johannes Bernard, Johannes Baygge, Adam Foleforde, Ricardus Bolde, Walterus Appleby, et Elyas Paye, parochiani Ecclesie Parochialis de Suttone, dicte nostre Diocesis, omni Divino humanoque timore privati, quendam Bartholomeum Glyse, ad dictam Ecclesiam metu mortis confugientem, et ejusdem Ecclesie Cimiterium ac porticum valvarum ingressum, ensibus et armis aliis vulnerare crudeliter, in violacionem inmunitatis Ecclesie, ausu sacrilego notorie presumpserunt, Majoris Excommunicacionis Sentenciam hoc ipso dampnabiliter incurrendo ; qua, licet longa expectati pacienza si a sua obstinacia resilirent, semper in amplius, sicut dolentes dicimus, insordescunt. Et ecce, siquidem, cum adhuc non exterserat ipsa Mater Ecclesia genas suas, set manserant ejus lacrime in maxillis, quidam Thomas Baygge, ballivus, Johannes Scriptor, et Johannes Treda in dilectum filium, Dominum Nicholaum de Weylond, presbiterum, Regulam Beati Augustini professum, Vicarie dicte Ecclesie de Suttone Perpetuum Vicarium, ac Patrem et Pastorem animarum suarum, irruentes spiritu furibundo, ipsum, cessante causa rationabili, utpote Christum crucifigentes iterum in Suo membro, hostiliter invaserunt, et eum, velud reum de capitali crimine condemnandum, ad Monasterium de Bokelond, ejusdem nostre Diocesis, adduxerunt et ibidem detinuerunt, carcerali custodie mancipatum ; fulti patrocinio, favore, et presidio Fratris Thome, dicti Monasterii Abbatis, impiorum baculi, sicut fere tota gens clamat Occidua ; quiue inmemorem se exhibet uberum utique que sibi specialius, attenta condicione sui gradus, Mater porrexit et continue porrigit Ecclesia ; de quoque contra insurgentes ex adverso subsidium erat pocius expectandum. Non, enim, Mater id speraverat a filio, non Tutrix a pupillo, qui tanto ab ea, videlicet nostra Exoniensi Ecclesia, et nobis, est favore provectus, tanta benignitate collectus, ut in quorundam invidiam beneficam erga Monasterium suum predictum exhibuit, et erga ipsum. O quam pestilenti colono ager Regis hujusmodi commissus extitit, qui nunquam eum coluit, set semper de ipso collegit ; non adauxit cultura congrua fructus ejus, set verius corrositate consumpsit, cum infidelibus et facinoris jugum ducens. Et, quia qui in sordibus sunt, dum sordes tergere negligunt, aliis sordibus se involvunt, quidam ex

¹ An early instance of the modern form of this name, which had been hitherto

written “Holboghetone.”

A.D. dictis sacrilegis, et Rogerus ac Walterus Trevyliaus, Robertus Soper¹, Hugo
 1336. Ferers, Johannes Bole, Thomas Bole, Johannes Styleman¹, Henricus Brix-
 Vol. II. stone¹, Salomon le Hopere, Walterus Tamertone¹, Willelmus Mol¹, Willelmus
 Sherere¹, Simon Bogherewe¹, Johannes Skynnere¹, Ricardus Mone, Willelmus
 Kentebury, Walterus Venour, et Johannes Dubbere de Northeover, hiis
 non contenti, in subversionem Legis Divine et humane adhuc spirantes
 edificium spectans ad Vicariam dicte Ecclesie et ejus Sanctuarium, conqui-
 site multitudinis suffragio, preter et contra voluntatem dicti Vicarii, sunt
 ingressi, eundemque Vicarium peccunia numerata usque ad summam xx li.
 sterlingorum, ciphis pluribus et coclearibus pluribus argenteis, vasis aliis,
 providencia,² et superlectilibus³ omnibus, prout summaria probacione et
 facti notorietate percepimus, spoliarunt, et spoliatum detinent, et eandem
 Vicariam dampnabiliter occupatam, ut sic Sancte Ecclesie honorem deprimant
 et ipsius conculcent penitus libertatem. Rursus, quia terroris sonitus
 semper intonat auribus impiorum, et semper insidias suspicantur, eo quod
 turbata conscientia semper seva presumit, dicti sacrilegi, suspicantes dilec-
 tum filium, Dominum Walterum de Kynelond, presbiterum commensalem
 nostrum, tunc tonsuram et habitum presbiterales, palam, publice, et notorie
 deferentem, quem, pro certis negotiis execucionem nostri Pastoralis Officii
 tangentibus, ad Villam de Suttone nostrum duximus pridem nuncium des-
 tinandum, detulisse a nobis alias penales Literas, eorum sevicie repressi-
 vas, eundem presbiterum, ea occasione, eciam hostiliter manus iniciendo in
 eum temere violentas, palam, publice, et notorie invaserunt; commoventes
 ad hoc populum et turbantes, [in] Sacrosancte Ecclesie predice et incli-
 tissimi Principis, Regis nostri Anglie, prejudicium et discrimen. Ipsumque
 dictam Villam exire compulerunt terrore qui cadere potuit in constantem,
 se ex premissis Majorum Excommunicacionum Sententiis multipliciter
 involvendo et tradendo Satane, prout eciam inviti tradere duximus ipsos
 Satane, in interitum carnis sue, dummodo spiritus salvi fiant. Sint, quoque,
 eis omnia elementa contraria, et omnium Sanctorum quiescencium illos
 confundant merita, et super eos, nisi resipiscant, vindictam ostendant in
 hac vita! Nec negare possunt, cessantibus eciam aliis documentis, legitime
 se convictos, quos ita dampnabiliter accusat et prodit notorietas patrato-
 rum, ut judicialis auctoritas, per quam culpe auctores produntur, superflua
 videatur; quia hec, etsi rei negaverint, ipsa se produnt, et, si Judex non
 dampnet, ipsa suo genere se dampnata demonstrant. Non, ergo, videntur
 hee culpe in quibus culpa non sit relaxare vindictam; quia eorum impunitas
 in generaciones futuras presumtuosam audaciam similium prorogaret. Non
 sunt hee carnes de corpore fidelium non secande, ex quibus serpit letale
 contagium in membra sciucera. Ad hec, ecce, quod dicere pudet, proch-
 dolor, quia habitatores et ballivi temporales Suttone, cum ipsi sint, respectu
 multitudinis, numero plures et potentiores, omni Divino humanoque timore
 abjecto, et non absque occulte societatis scrupulo, necglexerunt et negligunt
 dictis sacrilegis et eorum manifesto facinori obviare, set silere dicuntur
 iudubie conniventibus oculis in passionibus talium Christum pati; nos, qui
 tenemur et volumus injuriam prosequi Crucifixi, super omnibus istis, et
 aliis, contingentibus Ecclesiasticam libertatem, sic debitum Officii nostri
 decrevimus prosequi quod in hoc geramus utiliter negotiis salutis eorum
 atque nostre; cum deferre hominibus contra Deum, presertim in talibus,
 fol. 201. sit nocere, et parcere sit sevire. Habet, enim, vera dileccio plagas suas, que
 dulciores sunt cum amarius inferuntur. Ideoque dictam Ecclesiam de
 Suttone et ejus Parochiam eciam quasi inviti Ecclesiastico supposuimus,
 per nostram Sentenciam, Interdicto. Et, nichilominus, Umfredum, Pres-

¹ A cross was placed over each of these names, contemporaneously.

² "Provisiones annonariæ, vel eciam aliae ad victimum; provisions." —D'Arnis.

³ "Stragulum; quod lecto insternitur, vel eciam id omne quo lectus instrui-
 tur." —Ibid.

A.D. biterum Parochialem ejusdem Ecclesie, Thomam atte ȝete, et Johannem
1336. Dubber, de Northeovere, in eadem Ecclesia Annivelarios, de favore dictorum
Vol. II. impiorum plurimum suspectos, propter eorum manifestas contumacias et
offensas, coram nobis tunc pro tribunali sedentibus contractas, et alios
eorum inobedientie ac rebellionis excessus certos, notorios, et utique exe-
crandos, excommunicavimus, servata gravitate judiciaria, organo proprie-
tatis nostre. Quia, vero, Processum nostrum hujusmodi per vos cupimus
innotescere dictis sacrilegis, eorum complicibus, fotoribus, et fautoribus, et
aliis quorum interest seu poterit interesse, vobis mandamus, sub debito
Obedientie ac Majoris Excommunicacionis Sentencie pena, quam, si manda-
tis nostris hujusmodi parere contumaciter neglexeritis, premissa Monitione
Canonica, vos incurrire volumus eo ipso, districcius injungeutes, quatinus,
ad dictam Ecclesiam de Sutton personaliter accedentes, si ad eam accessus
pateat vobis tutus, predictum nostrum Processum ac omnia et singula in eo
contenta—eis, nichilominus, intelligibiliter expositis—in ipsa Ecclesia, alio-
quin viciniori, Die Dominica vel Festiva solemniter publicare curetis;
facientes super publicatione hujusmodi et ejus forma confici Publicum
Instrumentum, tenorem presentis Processus continens; illud nobis quant-
ocius fideliter transmissuri.—Datum in Manorio nostro de Cotynbeke,
xxvj die Junii, Anno Domini M°, etc., xxxvij^{to}.

Dedications,—

Primo die Julii, Dominus dedicavit Ecclesiam Sancte Vepe, in Cornubia, in
honore Sanctorum Cirici et Juliette de novo constructam, et Majus Altare
ibidem.

Item, tertio die Julii, Dominus dedicavit Ecclesiam de Fawy [Fowey] in
honore Beati Nicholai, Episcopi et Confessoris, de novo constructam, et
Majus Altare ac duo alia Altaria ibidem.

Item, x^o die Julii, Dominus dedicavit Majus Altare Ecclesie de Lanestly
[St. Gulval].

Item, xj die Julii, Dominus dedicavit Majus Altare Ecclesie Sancti Pauli
[hodie "Paul"] in Cornubia.

[fol.] Talland; *Confirmacio dotacionis Capelle de Porthbighan*¹, —

200.] Universis presentes Literas inspecturis, Johannes, etc., salutem in sinceris
amplexibus Salvatoris.—Quia presentis vite condicio statum habet instab-
ilem, et ea que visibilem habent essenciam tendunt invisibiliter ad non
esse, dilectus filius, Dominus Johannes Dauney, Miles, premissa precogitans,
et provide cupiens diem sue peregrinacionis extremum salubri dispositione
prevenire, Capellam Beati Nicholai de Porthbighan, nostre Diocesis, a suis
progenitoribus abolim fundatam, et quidam alii, Deo devoti, Ecclesie de
Tallan, in cuius Parochia dicta Capella esse dinoscitur situata, eandem
Capellam certis competentibus perpetuis prestacionibus dotare curaverunt,
pro stipendio instituendi in ea Sacerdotis; quam, quidem, dotacionem
dictus Miles humiliter petiit per nos, ut robur obtineat, confirmari; nos,
igitur, attendentes illa benigno esse concedenda favore per que, materia
submota gravaminis, Cultus Divinus et devocio Fidelium augeatur, premissa
Pontificali auctoritate eatenus confirmamus ut Sacerdos predictus, per nos
et Successores nostros in dicta Capella instituendus, nisi infirmitate corporis
fuerit impeditus vel alia subsit causa rationabilis, assidue debeat obsequium
suum impendere Capelle memorate, et quanto frequencius poterit, salva
honestate sua et devocatione debita, in ea Missarum Solempnia celebrare. Per
premissa, quoque, non intendimus Parochiali Ecclesie prediche prejudicium
aliquid generari.—Data apud Alwertone [Alverton, Penzance], xj die Julii.

¹ alias Port-Looe, the Manor including the town of West-Looe. It "belonged, in the reign of Henry III., to the Treverbin family. . . . It was after-

wards in the Baronial family of Dawney, from whom it passed by marriage to the Courtenays."—Lysons' Cornwall, page 301.

A.D. St. Buryan ; *Hic patet qualiter Dominus J. de Grandissono, Dei 1336. gracia Exoniensis Episcopus, apud Sanctam Berianam excercuit Vol. II. suam Jurisdictionem Ordinariam et Dyocesanam.*

[fol. 202.] *Memorandum quod, cum Dominus Progressum suum faceret quasi per totam Cornubiam, pro suo Pontificali Officio, et excercendis, eciam, hiis que ad id pertinent, exequendo, xij die mensis Julii, Anno Domini M^o. CCC^{mo} tricesimo sexto, ad Ecclesiam Sancte Beriane personaliter declinavit ; presentibus ibidem cum eo Nobilibus Viris, Dominis Edwardo de Monthermer, Johanne de Alneto,¹ et Radulpho Bloyhou, Militibus, Magistris Thoma de Nassyngtone, Exonie, et Adam de Carleton, Cornubie Archidiaconis, Willemo de Nassyngtone, Cancellario Domini, Cathedralis Exonie, et Ricardo de Gomersale, Collegiate Beati Thome Glasneye, Ecclesiarum Canonicis, et multis aliis, Capellanis de Capella Domini, ceterisque suis familiaribus, et domesticis et exteris, in multitudine populosa. Volensque dictus Dominus, antequam ibidem suum Officium excerceret, scire voluntatem omnium parochianorum dicte Ecclesie qui diu antea contra Deum et Ecclesiam atque ipsum rebellarunt, ab unitate Ecclesie deviantes, si, ad gremium et unitatem Ecclesie redire curantes, suos recognoscerent in hac parte errores, organo vocis proprie a majoribus parochianis ipsius Ecclesie, quorum nomina pro parte inferius continentur, id petivit ; et ab aliis parochianis, qui Lingua dumtaxat neverunt Cornubicam, per Magistrum Henricum Marsely, Rectorem Ecclesie Sancti Justi, quem suum constituit in hac parte interpretem, idem queri fecit. Habitisque inter dictos parochianos per aliquot (*sic*) intervallum super premissis tractatu et deliberacione aliquali, premissa protestacione quod nichil in prejudicium Juris Regii attemptaretur ibidem et per Dominum admissa, ac eciam pro se per eundem Dominum repetita, demum parochiani omnes predicti unanimiter consenserunt et firmiter promiserunt quod ab illa hora in antea dicto Domino, velud Patri eorum spirituali et Pastori, ejusque Successoribus et Ministris, in omnibus obedirent, et ita plene sibi, sicut ceteri Christicole, ejus subditi, sibi obediunt seu subiciuntur de jure vel consuetudine, subicerenter ipsi pariter et parerent. Ista, autem, promiserunt dicti parochiani majores in Lingua Anglicā et Gallica ; alii, vero, qui Lingua Cornubicam tantummodo neverunt, in Cornubico (*sic*), sicut dictus interpres ibidem tunc retulit dicto Patri. Et, nichilominus, in signum obediencie et possessionis, dicti parochiani, omnes et singuli, nullo penitus reclamante, coram dicto Patre, ibidem, genuflectendo humiliiter ipsius ante pedes, supra tenuerunt manus sursum et elevarunt, premissa juxta modum prescriptum firmissime promittentes ; fatentes se ab unitate Ecclesie diu et temere aberrasse. Unde dictus Pater, zelans salutem animarum suarum, cantato primitus ympno illo *Veni, Creator Spiritus*, cum suis versiculis, dictisque quibusdam oracionibus, dictos parochianos, ad eorum postulacionem instantem, absolvit a certis Sentenciis, quibus fuerant auctoritate ordinaria involuti. Et successive, ibidem, puplice predicavit,*

Thema sumpto themate de Epistola Petri, ibi,—*Eratis sicut oves errantes, conversi ad Pastorem, Episcopum animarum vestrarum.* Prosecutus est thema hujusmodi juxta modum quem Presentibus inserere longum foret. Et, Sermone hujusmodi ipso completo, in Lingua Cornubica parochianis illius Lingue dumtaxat fecit per dictum Interpretē recitari. Et subsequenter, in dicta Ecclesia, multos de ipsa Parochia oriundos ad Primam Tonsuram tonsoravit, seu Clericali caractere insignivit ; quorum nomina pro parte in Registro de Ordinibus² continentur ; puerisque quasi innumerabiles de ipsa Parochia, lata utique et diffusa,³ in fronte crismavit. Juramentum Obedieucie Canon-

¹ Sir John Dauney, mentioned under Talland, above.

² This has, unhappily, been lost.

³ Containing 11,527 acres with its two Parochial Chapelries of St. Levan and St. Sennen (now separate Benefices).

A.D. 1336. ice a presbiteris, in dicta Ecclesia Divina celebrantibus, recepit, et fecit recipi, corporale. Et multos actus alios, tam ad legem Jurisdiccionis quam Vol. II. Diocesanaum spectantes, ibidem excercuit et perfecit; presentibus Personis superius expressis, et Magistris David Alyam, N. Aunger, Notariis Publicis, et Willelmo Doune, clero; testibus, etc.

Nomina, vero, parochianorum de quibus supra fit mencio sunt hec,—

Willelmus Vyvyan.	Willelmus de Solwene.
Joceus Treboer.	Rogerus Boscasewowen.
Herveus de Pengerseke.	Benedictus le Brun.
Ricardus Rosmodereth.	Thomas Trewuthe.
Joceus Penros.	Robertus de Bodnewel.
Rogerus Penros.	Willelmus Boscawal.
Johannes Boscawen.	

Nomina, vero, Capellanorum de quibus supra,—

Domini	Johannes Kayr, Presbiter Parochialis.
	Petrus Vicount.
	Thomas Parys.
	Ambrosius de Sancta Beriana.

Henricus Trevaryan.

fol. 201. Dedications,—

Item, xij die Julii, Dominus dedicavit Majora Altaria Ecclesiarum Sanctorum Justi et Maderni [St. Just-in-Penwith and St. Madron, Penzance].

Item, xij die Julii, Dominius dedicavit Majus Altare Ecclesie de Ludevon [Ludgvan].

Item, xij die Julii, dictus Venerabilis Pater dedicavit Majus Altare Ecclesie Sancti Colani [St. Colan, near St. Columb].

St. Buryan; *Deputacio Yconomy Ecclesie Sancte Beriane,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Henrico Marsely, Rectori Ecclesie Sancti Justi, in Cornubia, nostre Diocesis, salutem, etc.—Ut Johannis dicti de Maunte, pro Decano Ecclesie Sancte Beriane, nostre Diocesis, se gerentis, qui multis Majorum Excommunicacionum Sentenciis, eciam Auctoritate Apostolica in eum latis, scienter mora longa insordescere, et decedere ab unitate Ecclesie, per inobedienciam non erubescit nec expavet, perfidiam pena debita percellamus, vos, de cuius industria et fervore devocationis ac fidei non mediocriter confidimus, vice nostra dicte Ecclesie Yconomum deputamus, cum cuiuslibet cohercionis Canonice potestate.—Data apud Alretone [Alverton, Penzance], xij die Julii.

Glasney; *Declaracio Ordinacionis Sacristie Ecclesie Collegiate Glasneye, quo ad capitula residencie,—*

Johannes, etc., dilectis in Christo universis quorum interest, ad quos perveniret hec scriptura, salutem in scinderis amplexibus Salvatoris, et in omni judicio. Magistrum consulere rationem.—Ne, super hiis que de corporali et continua residencia Sacrifice nostre Collegiate Glasneye Constitutione quam inde edidimus carentur, qualiter intelligi debeant ab aliquibus curiosis, qui de hiis que non expedient sepe disceptant, dubitationis valeat materia suboriri, Constitutionem ipsam intelligendam esse censemus de residencia continua vel interpolata dicti Sacrifice per tres partes anni, annum in quatuor dividendo; presertim cum in ea parte intelligenda est civilis condicio, eciam si minime apponatur. Nolentes, tamen, nostram presentem declaracionem extendi ad quevis Majora Festa Duplicia quin in eis dictus Sacrista residere, juxta dicte Constitutionis tenorem, teneatur, nisi justa et rationabilis corporis necessitas aut evidens Ecclesie utilitas eum abinde excusat. In cuius rei, etc.—Data apud Poutone [in St. Breeke], xxij die Julii.

St. Mawgan-in-Kerrier; An irregular marriage,—

Johannes, etc., dilecto filio, Laurencio de Hulle, presbitero, salutem, etc.—

A.D. Ut nostre benivolencie graciā, consideracione dilecti filii, Domini Radul-
1336. phi Bloyhou, Militis, pro te nobis humiliter supplicantis, tibi sencias fructu-
Vol. II. osam,¹ culpam quam contraxisse diceris in solemnizando inter Johannem
de Beaupre et Margaretam, filiam Domini Johannis de Carmynou, Militis,
defuncti, non in facie Ecclesie, set alias honesta Capella, edicione bannorum
duabus Dominicis et demum alia Die Festiva precedente; tibi, quatenus
nobis a jure permittitur, remittimus de speciali gracia et favore.—Data
apud Poutone, xxij die Julii.

fol. Dedication,—

201b. Item, xxvij die Julii, Dominus dedicavit Majus Altare Ecclesie de Lansanthe
[Lezant], in Cornubia.

Illegitimacy; *Dispensacio super defectu natalium Johannis Cham-*
brane,—

—“de soluto genitus et conjugata; cum quo alias, Auctoritate Sedis Apo-
stolice, dispensatum extitit quod ad Minores Ordines posset promoveri, et
Beneficium sine cura obtinere; quod, dicto defectu non obstante, posset ad
Sacros Ordines promoveri, et Beneficium cum cura obtinere animarum”
(Lawhitton, 31 July).

[fol. St. Crantock; *Commenda Decanatus Ecclesie Sancti Carentoci,*—

201.] Item, secundo die Augusti, Dominus, apud Lawhittone, commendavit Decanatu-
mum Ecclesie Sancti Carentoci, in Cornubia, vacantem, et ad suam Colla-
ctionem spectantem, Domino Willelmo de Londay, Rectori Ecclesie de
Bokelondfilleghe, presbitero, juxta tenorem Constitutionis *Nemo deinceps*;
considerato qualiter per incuriam ultimi Decani ibidem idem Decanatus
passus est lesionem non modicam et discrimen, et quod per ejus industriam
et vigilanciam posset relevari et melius ad statum debitum reduci, et ita
propter evidentem utilitatem Ecclesie prediche.

fol. Illegitimacy; *Dispensacio super defectu natalium J. de Lance-*
201b. *stone,*—

—“de presbitero genitus et soluta; et, super eo quod, tacito de defectu predicto
rite tamen alias, [sine Dispensacione se fecit]² clericali caractere insigniri;
Auctoritate Apostolica sibi commissa, quod, premissis nequaquam obstan-
tibus, possit clericali uti tonsura et ad omnes Ordines promoveri, ac Bene-
ficium Ecclesiasticum obtinere, eciam si curam habeat animarum. Et super
hoc habuit dictus Clericus Literas” (Chudleigh, 5 Aug.).

[Episcopal Manors; *Placita de Juribus et Assisis coram Johanne
de Berewike, Willelmo de Burnetone, Henrico Spigurnel, Jo-*
hanne Randolfe, et Herveo de Staunton, Justiciariis itineranti-
*bus, apud Lancevetone in Comitatu Cornubie [super libertatibus
Maneriorum de Lawittone, Poutone,³ Tregae,⁴ et Penryn, in
Comitatu Cornubie] in Octabis Sancti Michaelis, Anno Regni
Regis Edwardi, filii Regis Henrici, tricesimo.⁵]*—BEREWIKE,—

Thomas, Episcopus Exoniensis, summonitus fuit ad respondendum Domino
Regi de Placito quo Waranto clamat habere Infangenethefe,⁶ emendam
assise panis et cerevisie fracte, et estraurum [et] Weife,⁷ in Manerii

¹ fructuosas, MS.

² See page 815.

³ Poutone (or Poltone), in St. Breoke,
near Wadebridge.

⁴ hodie Tregear, in St. Gerrans.

⁵ 6 Oct., 1302.—It will be observed that
this Document (inserted here, no
doubt, for purposes of reference),
belongs to the time of Bishop Tho-

mas de Byttone. The words with-
in brackets are supplied from the
margin.

⁶ The privilege, or liberty, granted to
the Lord of a Manor of judging a
thief taken within his demesne.

⁷ “Caduca, derelicta: res derelicta et
quæ a nemine repetitur ut sua.”—
D'Arnis.

A.D. 1336. suis de Lawittone, de Sancto Germano, et de Poltoue; et emendam assise panis et cerevisie fracte, et estraumarum in Manerio suo de Tregae; et emendam assise panis et cerevisie fracte in Manerio suo de Penryn, et liberum Burgum et mercatum, et quicquid ad mercatum et feriam pertinet ibidem; et liberam Warennam in omibus dominicis terris suis in Comitatu Cornubie, etc. Et Episcopus per Attornatum suum venit. Et quo ad mercatum, feriam, et liberam Warennam, dicit quod Dominus Henricus Rex, pater Domini Regis nunc, concessit cuidam Willelmo [Briwere], quondam Episcopo Exoniensi, Predecessori suo, libertates illas, habendas sibi et Successoribus suis imperpetuum, per Cartam Regis, quam profert, et que hoc idem testatur. Ideo quo ad hoc predictus Episcopus inde, sine die, salvo, etc. Et quo ad alias libertates dicit quod ipse et omnes Predecessores sui libertates illas habuerunt a tempore quo non extat memoria, et eisdem hucusque usi sunt sine interrupcione; et eo Waranto clamat habere easdem libertates, etc. Et hoc petit, quod inquiratur, etc. Jurati dicunt, super sacramentum suum, quod predictus Episcopus et Predecessores sui, a tempore quo non extat memoria, predictis libertatibus usi sunt, sine interrupcione aliqua, habendi Infangenethafe, emendam assise panis et cerevisie fracte, et estraumarum et Weife, in Maneriis suis de Lawittone, etc., et de Poltoue, etc., et libertates predictas, que dictus Rex ab eo exigit in Manerio suo de Penryn, et liberum Burgum ibidem, et libertates ad Burgum illum pertinentes, sicut predictum est. Et quo ad libertates in Manerio suo de Tregae, dicunt quod predictus Episcopus et omnes Predecessores sui habuerunt predictas libertates assise panis et cerevisie, etc., de quadam decenna de villanis suis, et non de libere tenentibus suis ibidem; et hoc a tempore quo non extat memoria, sine interrupcione. Et jurati, quesiti si predictus Episcopus libertates alias unquam super Dominum Regem occupavit, dicunt quod non. Ideo predictus Episcopus inde, sine die, etc., salvo, etc.]

fol. 202b. Plymouth; *Relaxacio Interdicti in Ecclesia de Suttone,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Priori Monasterii Plymptonie, Ordinis Sancti Augustini, nostre Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem.—Qualiter ad compescendum intumescentem superbiam parochianorum quorundam Parochialis Ecclesie de Suttone, dicte nostre Diocesis, pridem contra Deum et ipsam Ecclesiam furenti sevicia insurgencium, et Magistri Rogeri de Trevylianus, qui dictorum rebellium se ducem constituit et aurigam, Processus fecimus, non est opus exprimere, utpote quia de ejus serie testis esse neverit totus populus subjectus nobis. Quia, vero, dictus Rogerus et quidam alii de dictis rebellibus, salubris penitudinis ducti consilio, prout id incessanter nostra venabatur affeccio, ad pedes nostre pietatis paternae pro-voluti, humiliter petierunt, continuata et aucta instancia, a Majoris Excommunicacionis Sentencia, cui propter premissa dampnabiliter subjacebant, se absvolvi, et Interdictum in dicta Ecclesia et tota ejus Parochia per nos ob eorum culpam interpositum relaxari; nos demum, recepta primitus a dictis rebellibus sufficienti et idonea caucione quod pro commissis excessibus inferende pene parebunt, et, auxiliante Domino Penitenciam peragent injungendam, dictum Rogerum, et alios plures ex eis, id suppliciter postulantes, absolvimus in forma juris. Set, ut major leticia offensas hujusmodi deleret, decrevimus relaxacionem dicti Interdicti ad tempus, prout convenit, differre, majori quo ad hoc adhibita merito gravitate. De vestre, igitur, circumspeditionis industria ac fervore et fidei non mediocriter confidentes, discrecionis vestre committimus et mandamus quatinus, ad dictam Ecclesiam de Suttone, assumptis vobiscum dilectis filiis, Domino Nicholao Weylond, ejusdem Ecclesie Perpetuo Vicario et Canonico possessore, et Magistro Waltero Pollard, clerojuris perito, neconon Ecclesiarum de Stokedaumarle [Stoke-Damarel] et de Mewy [Meavy] Ecclesiarum (sic) Rectoribus, aut aliis honestis personis quas ad hoc videritis assumendas, personaliter accedentes,

A.D. convocatis parochianis predictis, eis solerter exponatis quantum per premissa
 1336. Deum offendebant, Curatum et proximum suum leserant, animarum suarum
 Vol. II. saluti et fame sue detraxerant, ac nostro Pontificali Officio et dicte Ecclesie
 fol. injuriam irrogabant ; suggestentes et suadentes eisdem, sicut nos suggesti-
 203. mus ac sano paternoque consilio suademos, quod, metu Divini et humani
 judicii, illa de cetero prosequi studeant et intimis precordiis commendare
 que devocationem puram et immaculatam apud Deum et Sanctam Ecclesiam
 sapient, animarum suarum salutem pariant, et sibi pacem ac tranquillitatem
 inducant. Deinde Interdictum hujusmodi auctoritate nostra relaxetis ;
 facientes ibidem, ympno *Veni, Creator Spiritus*, decantato, pulsatis campanis,
 set excommunicatis exclusis, per vos vel alium Missam solempniter cele-
 brari.—Datum apud Chuddeleghe, nono die Augusti, Anno supradicto.

[fol. Chulmleigh Prebendal Church,—

201b.] Johanes, etc., dilecto filio, Magistro Willelmo de Nassingtone, Canonico in
 Ecclesia nostra Exoniensi, salutem, etc.—De vestra fidelitate et industria
 non modicum confidentes, ad audiendum et cognoscendum in negocio quod
 ex Officio nostro contra dilectum filium, Magistrum Johannem de Holande,
 dicentem se Prebendarium, seu Porcionarium, Prebende of Brokelonde in
 Ecclesia de Chulmeleghe, nostre Diocesis, super titulo suo, quo mediante
 dictam Prebendam extitit assecutus ; necnon, super quibusdam suis ex-
 cessibus in contemptum Jurisdictionis nostre, contra debitum Obediencie
 sue, commissis, per vos sibi declarandis, et ad debitam anime sue correccio-
 nem obiciendis, mouere intendimus ; dictumque negotium fine debito
 terminandum, excessusque hujusmodi corrigendum et Canonice punien-
 dum ; ac omnia et singula faciendum que in premissis et ea contingentibus
 necessaria fuerint vel etiam oportuna ; vobis, cum cuiuslibet cohercionis
 Canonice potestate, tenore Presencium committimus vices nostras.—Data
 apud Cliste, xiiiij die Augusti.

[fol. St. Buryan ; *Juramentum Decani Ecclesie Sancte Beriane*,—

202b.] Memorandum quod, xvij^o die Augusti, Anno Domini M^o. CCC^{mo} tricesimo
 sexto, Indicione iij^{ta}, Pontificatus Domini Benedicti Pape XII Anno
 secundo, in Camera Venerabilis Patris, Domini Johannis, Dei gratia Exoni-
 ensis Episcopi, Manerii sui de Cliste, Exoniensis Diocesis, discretus vir,
 Magister Johannes de Maunte, Decanus Ecclesie Sancte Beriane in Cor-
 nubia, coram dicto Patre, in presencia Domini Radulphi Bloyou, Militis,
 et Magistri Willelmi de Nassingtone, Canonicus Ecclesie Exoniensis, per-
 sonaliter constitutus, non vi aut metu aliquo, ut apparuit, coactus, set
 voluntate spontanea et conscientia, ut apparuit, ductus, tactis per eum
 Sacrosanctis Dei Evangelii corporale prestigit juramentum, sub hac forma,
 —IN DEI NOMINE, AMEN.—Ego, Johannes de Maunte, Decanus Ecclesie
 Sancte Beriane, Exoniensis Diocesis, ductus conscientia, et ad emendacionem
 anime mee et parochianorum meorum dicte Ecclesie, spondeo, polliceor, et
 promitto vobis, Venerabili Patri et Domino, Domino Johanni, Dei gratia
 Exoniensi Episcopo, vice vestra et Successorum vestrorum stipulanti, quod
 super omnibus et singulis dubiis controversiis et querelis super Jurisdictione
 ordinaria in dicta Ecclesia, et ejus occasione, hactenus qualitercumque
 exortis, et que deinceps poterunt forsitan suboriri, sine difficultate qualibet
 parere volo, et parebo, vestrī persuasionibus, consiliis, et decretis ; dicti
 Decanatus mei jure Regio et corpore michi salvo. Sic Deus me adjuvet, et
 hec Sancta !

N. AUNGER.

Item, eisdem die et loco, idem Magister Johannes de Maunte, Decanus supradictus, prestito per eum ad Sancta Dei Evangelia juramento corporali de
 parendo juri, pro sua offensa quam contraxit in non solvendo Decimam
 Quadriennalem, in bonis et redditibus Ecclesiasticis Regni Anglie per Sedem
 Apostolicam novissime impositam, personam suam contingentem, termino
 ad hoc statuto, a Sentencia Excommunicationis Majoris quam ea occasione
 incurrerat obtinuit se absvolvi in forma juris, et Sequestrum in fructibus et

A.D. 1336. proventibus dicti Decanatus, alias per Dominum ex ea causa rite interpositum, relaxari; et obtinuit Literas sub hac forma,—

Vol. II. *Absolucio Decani Sancte Beriane a Sentencia Excommunicacionis, quam incurrit pro retardacione solucionis Decime Sexennalis (sic),*—

Johannes, etc., Collector Decime Quadriennalis, in bonis et redditibus Ecclesiasticis Regni Anglie novissime per Sedem Apostolicam imposite, a dicta Sede in nostra Civitate et Dioecesi specialiter deputatus, universis quorum interest salutem, graciam, et benedictionem.—Dilectum filium, Magistrum Johannem de Maunte, Decanum Parochialis Ecclesie Sancte Beriane, nostre Dioecesis, a Sentencia Majoris Excommunicacionis qua innodatus extiterat occasione dicte Decime personam suam contingentis, certo ad hoc statuto termino non solute, denunciamus vobis per nos esse in forma juris absolutum. Ne, igitur, dicta Absolucio valeat a quoquam in dubium revocari, presentes inde fieri fecimus Literas, nostro sigillo communitas.—Data apud Cliste, sextodecimo die Augusti.

—*Pro Decano Sancte Beriane,*—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Henrico Marsely, Rectori Ecclesie Sancti Justi in Penwith, nostre Dioecesis, salutem, etc.—Dilectum filium, Magistrum J. de Maunte, Rectorem Ecclesie Sancte Beriane, dicte nostre Dioecesis, a Sentencia Excommunicacionis Majoris, qua innodatus extiterat occasione Decime Quadriennalis, in bonis et redditibus Ecclesiasticis per Sedem Apostolicam novissime imposite, statuto ad hoc termino, pro summa personam suam contingentem nou solute, Auctoritate dicte Sedis absolvimus humiliiter postulantem; et in hiis que ad legem cure animarum et perceptionem proventuum Decanatus dicte Ecclesie, non tamen jurisdictionis ibidem, pertinent, dimisimus penitus absolutum. Ideoque mandamus quatinus eum, vel Procuratorem suum pro eo, dumtaxat permissa hujusmodi exequi et eis uti, absque contradiccionis obstaculo, permittatis.— Datum *ut supra*.

fol. 203. Southleigh; Sir Philip de Norwico, priest, R.,—

Licence of non-residence till Michaelmas, 1337, “causa insistendi obsequiis Domini nostri Regis in Scaccario suo, et interim dimitendi Ecclesiam suam ad firmam, si voluerit, ydoneo” (Clyst, 23 Aug.).

Lapford [Lappeforde, MS.]; Sir Pagan de Avene, priest, R.,—

Licence of non-residence for a year, “ex certis causis” (same date).

An irregular marriage; *Litera testimonialis pro suspensione Ordinum Domini W. Trente, capellani,*—

Johannes, etc., dilectis in Christo, Archidiacono Tantonie, et ejus Officiali, ac universis ejusdem Archidiaconatus Ecclesiarum Curatis, salutem in sinceris amplexibus Salvatoris.—Ne, per veritatis suppressionem et lesam conscientiam, quidam Willelmus dictus Trente,¹ capellanus, ad execucionem suorum Ordinum admittatur, eundem Willelum, occasione solemnipnizacionis matrimonii clandestini inter quosdam Johannem de Northcote, juniorem, et Johannam, relictam Johannis de Wottone, defuncti, nostre Dioecesis mulierem, per ipsum facte, bannorum edicione inde in facie Ecclesie non premissa, ab Ordinum suorum execucione suspensum Universitati vestre, tenore Presencium, intimamus.—Data apud Cliste, xxvij die Augusti, Anno, etc.

Northill [Northehulle, MS.]; Master Hugh de Setone, deacon, R.,—

Dispensation: non-residence for a year, to study “ubicumque viget studium generale, tam in Anglia quam in Partibus transmarinis” (Clyst, 6 Sept.).

¹ William de Trente, chaplain, was instituted to the V. of Cannington, in the Archdeaconry of Taunton, in July, 1314. He seems to have held the Benefice till 1352.—Weaver's *Somerset Incumbents*, page 324.

A.D. Southleigh ; *Licencia ampliandi edificia Rectorie Ecclesie de 1336. Southeleghē,*—

Vol. II. Johannes, etc., dilecto filio, Domino Philippo de Norwico, Rectori Ecclesie de Southeleghē, nostre Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem.—Benigno sunt illa concedenda favore que petenti prodesse poterunt, et Domo Domini non obesse. Cum, igitur, sicut suggestione tua perceperimus, edificium spectans ad Rectoriam tuam dicte Ecclesie, Cimiterio ejusdem contiguum, adeo sit terminacione Vie Regie et alias circumquaque restrictum quod nequeas in solo tuo ibidem domos pro te et tua necessaria familia erigere, neque in jam erectis domibus decenter nec debite collocare; ut edificium tuum predictum, prout alias oportunum videbitur, extendere valeas magis late, quatenus nobis a jure permittitur, plenam et liberam concedimus, tenore Presencium, facultatem. Proviso, tamen, quod competens honor et debitus in dicta Ecclesia et ejus Cimiterio pro facultate loci reservetur.—Data apud Cliste, nono die Septembbris.

Rackenford [Rakerneforde, MS.] ; Master John de Coletone, sub-deacon, R.,—

Dispensation : “super non admissioue Superiorum Ordinum, et a Festa Sancti Michaelis proximo futuro non residencia, causa studendi, per annum.” (Clyst, 11 Sept.).

East Anstey [Estansty, MS.] ; Sir Wm. de Avencl, subdeacon, R.,—
Dispensation : “modo simili” (Clyst, 12 Sept.).

Brendon [Bremdone, MS.] ; Sir Thomas le Eyer, priest, R.,—
Dispensation : non-residence for a year, to study (same date).

Bridestowe ; Master William Beare, priest, R.,—

Dispensation : non-residence for a year, to study, “ita quod in tempore Quadragesime redeat ad Ecclesiam suam” (same date).

Nymet St. George ; *Dimissorie*,—

Stephen de Trenewithe, clerk, “ad omnes Minores Ordines” (Clyst, 16 Sept.).

Grant of dower-lands ; *Commissio pro dote liberanda in Pokeheghe*,—

Universis ad quos presentes Litere pervenerint Johannes, etc., salutem in Domino sempiternam.—Noveritis nos assignasse et loco nostro posuisse Dominum Robertum de Chulmeleghe, Rectorem Ecclesie de Tettebourne, et Johannem Fraunceys, ad dotandum Isabellam, quondam uxorem Roberti de Cantokeshevede, si et quatenus de jure dotari debeat, de omnibus terris, pratis, boscis, et redditibus, cum pertinenciis, de quibus dictus Robertus de Cantokesheved, quondam maritus dicte Isabelle, seisisitus fuit in Pokeheghe, tempore quo dictam Isabellam desponsavit, in dominico suo, ut de feodo ; que postmodum ideni Robertus, ante mortem suam alienavit,¹ nec inde obiit seisisitus. Ratum habituri et gratum quicquid dicti Robertus et Johannes fecerint in premissis. In cuius rei testimonium, etc.—Data apud Clist, xx die Septembbris.

fol. 203b. Clannaborough [Cloveneburghe, MS.] ; Sir John [de Camera, de Broghtone, priest], R.,—

Licence of non-residence for a year “pro eo quod domus Rectorie sue ruine patent, et eadem Ecclesia admodum est exilis ; ita, tamen, quod tempore

¹ Robert de Quantoxhead, in 1322, granted to Bishop Walter de Stapeldon and his successors for ever, certain lands, etc., in Yarcombe, viz., two carucates of land, 40 acres of meadow-land, 40 acres of wood-land, and 7s. 8d.

in rents, with the appurtenances thereof, “in Poukehethé” ; evidently the lands referred to here —See *Bishop Stapeldon's Register*, p. 570, note 4.

A.D. Quadragesime ad Ecclesiam suam redeat, parochianis ibidem instructurus
 1336. in hiis que ad curam animarum pertinent, verbo pariter et exemplo”
 Vol. II. (Clyst, 20 Sept.).

Luppit [Louepitte, MS.]; Master Robert de Grimstone, sub-deacon, R.—

Dispensation: non-residence for a year, to study, “absque hoc—quod interim ad Superiores Ordines promoveri minime teneatur” (Clyst, 23 Sept.).

Ilfracombe [Ilfardecombe, MS.]; Master John de Lestre, priest, R.—

Licence of non-residence for a year, to study, “ita quod interim in Ecclesia sua personaliter residere minime teneatur” (Clyst, 24 Sept.).

Camborne [Cambron, MS.]; Master Stephen de Penpol, deacon, R.—

Dispensation: non-residence for a year, to study at Oxford or elsewhere in England, etc. (Clyst, 27 Sept.).

Bishop's Tawton; *Tradicio piscarie de Tautone*¹ ad firmam,—

Item, penultimo die Septembri, ibidem, Dominus tradidit ad firmam, seu sub annuo censu, totam piscariam Manerii sui de Tautone, per triennium continuum ab illo die, Johanni de Scatford, domicello, pro sexagiinta solidis sterlingorum, solvendis Domino quolibet anno dicti triennii ad iiiijor anni terminos principales, videlicet Natalis Domini, Pasce, Nativitatis Beati Johannis Baptiste, et Beati Michaelis; primo termino solucionis in Festo Natalis Domini proximo incipiente. Et habet Literas super hoc.

Lanreath [Lanreythou—margin Lanrethou, MS.]; Sir John de Resfrauwel, subdeacon, R.—

Dispensation: non-residence for a year, to study (Clyst, 30 Sept.).

Death of John, Earl of Cornwall; *Sequestrum interpositum in bonis Comitis Cornubie*,—

Memorandum quod cum, ex relacione certa plurium fidei dignorum, innotuisset Domino de morte Comitis Cernubie, volens idem Dominus Jurisdictionem suam et Ecclesie conservare, ne quis de bonis suis in sua Civitate et Diocesi consistentibus disposeret ante Probacionem Testamenti dicti Comitis, si quod condiderat, et commissam Administracionem in forma juris, omnia bona sua in dictis Civitate et Diocesi consistencia decrevit sequestranda. Super quo emanarunt Litere, sub hac forma,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Dominis Rogero de Blaconnesleghe, de Stoke [Stoke-Cleisland], et Thome Daumarle, Sancti Martini [St. Martin's-by-Looe], ac Thome [de Sweyneseye], de Lanteglos [Lanteglos-by-Camelford], Ecclesiarum, nostre Diocesis, Rectoribus, salutem, graciam, et benedictionem.—Sicut certa insinuacione moleste nimis accepimus, dilectus filius, Dominus Johannes, illustris Regis Anglie² filius, Comes Cornubie, viam universe carnis noviter est ingressus; quo non mediocriter condolemus. Ne, igitur, aliqui quibus non liceat presumant bona dicti defuncti, que sub proteccione Ecclesiastica consistere dinoscuntur, distrahere, vel alias, spreta nostra auctoritate ordinaria, eorum Administracioni se temere inmiscere, ea omnia tam de jure quam de consuetudine providimus sequestranda, vobis inde custodiam committendo. Ideoque vobis mandamus, in virtute Obedience districcius injungentes, quatinus Sequestrum nostrum hujusmodi solerter et solemniter in toto Archidiaconatu Cornubiensi, sublato more diffugio, publicare curetis, et dicta bona quecumque servare arcias sub

¹ See *Bishop Stapeldon's Register*, page 557, note 77.

second son, John of Eltham, was created Earl of Cornwall in 1328.

² The late King, Edward II., whose

A.D. Sequestro, sicut inde vestro periculo respondere decreveritis, cum requisiti
1336. fueritis in eventum.—Datum apud Cliste, xxx die Septembris.

Vol. Memorandum quod tres Litere emanarunt sub forma prescripta, et tradite
II. fuerunt Officiali Peccularis Jurisdictionis in Cornubia.

Item, emanavit una Litera Archidiacono Cornubie, ad publicandum dictum
Sequestrum in tota Cornubia, et certificandum infra mensem.

Item, emanavit alia Litera Priori Lancestonie et Decanis Majoris Trigge,
Minoris [Trigge], Este, et Weste, ad publicandum.

Item, emanavit tercia Priori de Tywardreith, et Decanis de Pidre, Poudre,
Kerier, et Penwythe, ad publicandum.

St. Crantock ; *Mandatum ne aliqui admittantur in Vicarios Ecclesie Sancti Karentoci nisi presbiteri, in cantu et lectura bene experti,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Domino Willelmo de Lunday, Decano Ecclesie
nostre Collegiate Sancti Karentoci, salutem, etc.—Cum pridem Decanatum
dictae Ecclesie, per incuriam et negligenciam ultimi Decani ejusdem ac pre-
decessoris sui, ad irreparabilem, prochdolor, deductum quodammodo in suis
spiritualibus et temporalibus lesionem, tibi, de cuius vite puritate et
devotionis in Ecclesia Dei fervore non mediocriter confidimus, contuleri-
mus intuitu caritatis ; et potissime nt, per tue vigilancie studium, dis-
crimina quibus dicta subjacet Ecclesia reparentur, et Cultus Divinus
in eadem, quem indefessa sollicitudine prosequimur, recipiat, Auctore
Domino, incrementum ; tibi mandamus, in virtute Obedientie ac sub
pena Excommunicacionis Majoris districcius injungentes, quatinus nullos
fol. 204. nisi competenter literatos et in cantu et lectura bene expertos, necnon
in Ordine Sacerdotali constitutos, in Vicarios Chori dicte Ecclesie
de cetero admittas, vel admitti permittas quoquo modo. Et si
forsan aliqui quibus premissa non suffragantur, vel alias in honesti seu
infames, aut sevis se inimicentes, sint ibidem in Vicarios admissi, illos
statim precipimus a dicta nostra Ecclesia amoveri ; attencius provisuri
quod in dicta Ecclesia, ab hac hora in antea, Divina vigeant Officia et modo
debito peragantur ; quodque Ministri ejusdem Ecclesie honeste ad Divina
obsequia convenient, ab in honestis et vetitis se penitus cohibentes. Alioquin
tam tu quam ipsi Divine ulcionis et nostre poteritis non inmerito acrimoniam
formidare. Et quid in premissis feceritis nobis infra mensem intimare
plenarie studeatis.—Datum apud Clist, viij die Octobris.

Pensio Magistri Ricardi de la Barre,—

Item, viij die Octobris, ibidem, Dominus concessit Pensionem xls., de Camera
sua singulis annis percipiendam, Magistro Ricardo de la Barre, clero, in
Artibus Magistro, consideracione meritorum suorum et bone memorie Ma-
gistris Laurencii de la Barre,¹ defuncti, avunculi sui, dum viveret ; quousque
a Domino, vel ab alio ad sui procuracionem, Beneficium Ecclesiasticum
fuerit assecutus. Et super hoc habuit Literas.

Death of the Earl of Cornwall ; *Protestacio Domini super Seques-
tro in bonis Domini Comitis Cornubie interposito,—*

Johannes, etc., dilectis filiis de Stoke, Sancti Martini, et de Lanteglos, Ecclesiarum
Rectoribus, salutem, graciam, et benedictionem.—Licet pridem morte
felicis memorie Domini Johannis, illustris Regis Anglie filii, quondam
Comitis Cornubie, ad nos certa, molesta tamen nimis, insinuacione perlata,
ex certis causis sufficientibus jus et jurisdictionem nostram Ordinariam con-
cernentibus, omnia bona mobilia ad dictum Comitem dum viveret spectan-
cia, ubicumque in nostra Civitate et Diocesi consistencia, rite fecimus

¹ Laurence de la Barre, Doctor of Laws,
was Canon of Wells. He was institu-
ted to Compton-Martin, Somerset, in

1317, and died Rector in 1336.—
Weaver's *Somerset Incumbents*, p. 261.

A.D. 1336. sequestrari ; intencionis, tamen, nostre non extitit, nec existit, per Sequestrum nostrum hujusmodi juri Regio quomodolibet derogare ; quinimmo, Vol. II. tenore Presencium, concedimus quod dilectus filius, Johannes de Mountvroun, ad utilitatem Domini nostri Regis, in et de bonis hujusmodi, una vobiscum, legitime administrare, prout inde respondere voluerit in even- tum, Sequestri nostri vinculo non obstante.—Data viij die Octobris.

West Putford [Westputteforde, MS.] ; Master Paul Brey, deacon, R.,—

Dispensation : “ Licencia studendi in Theologia vel Jure Canonico, ubicumque, etc., in Regno Anglie ; . . . ita, tamen, quod quo ad alias facultates hujusmodi Dispensacio nullius penitus sit momenti ” (Clyst, 9 Oct.).

Buckland-Filleigh [Bokelaundefylleghe, MS.] ; Master Roger de Trevylians, accolite, R.,—

Dispensation : non-residence for a year, to study at Oxford, etc. ; he was to take Subdeacon's Orders within a year from his Institution (Clyst, 17 Oct.).

Kilkhampton ; *Dacio Coadjutoris Domino Thome de Stapyldone*,—Item, ibidem, eodem die, Dominus deputavit Dominum Thomam Poddynge, Rectorem Ecclesie de Ikesbourne [*Exbourne*], presbiterum, Curatorem seu Coadjutorem Domino Thome de Stapyldone, Rectori Ecclesie de Kylkamp-tone et Canonico Ecclesie Exoniensis, tam in persona quam in rebus, pretextu senectutis notorie impotenti, ad expressam nominacionem ejusdem. Et idem Curator de fideliter administrando, et fideli raciocinio reddendo cum fuerit requisitus, corporale prestitit juramentum.—See page 844.

Mutatio Annī Consecrationis Domini.

Anno Domini M°. CCC^mo xxxvj^{to}, et Consecrationis Domini Johannis, Exoniensis Episcopi, x^{mo} incipiente.

Modbury ; *Inhibicio ne aliqua corpora sepeliantur in parte Boriali Ecclesie de Modbury*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Domino Roberto, Perpetuo Vicario Ecclesie de Modbury, nostre Dioce-is, salutem, graciam, et benedicionem.—Moleste nimis audivimus maliciam quorundam parochianorum dicte Ecclesie, hiis diebus, usque adeo pululare, quod, licet in Cimiterio ejusdem Ecclesie ex parte Australi ipsius Ecclesie situato, quod ad receptionem omnium corporum mortuorum ejusdem Parochie tradendorum Ecclesiastice sepulture satis amplum et competens esse dinoscitur, omnia hujusmodi corpora honestius et competencius valeant tumulari, et, preterquam in necessitatibus articulo, consueverint ab antiquo ; quidam, tamen, dicte Ecclesie parochiani, ex malicie fomite quo contra dilectos filios, Priorem et Monachos Prioratus de Modbury, dicte nostre Dioecesis, eandem Ecclesiam velud eis appropriatam in usus proprios obtinentes, ex inconsulto animi calore stimulantur in parte Boriali ipsius Ecclesie sepelire, et mortuos inferre, extra omnem necessitatibus articulum, per violenciam satagunt ; minus juste, cum per illacionem hujusmodi, preter alia inconveniencia nimia, corrupcio aerea, ex fetore corporum inibi inferendorum proventura, dictis Priori et Monachis ibidem contigue habitantibus evidentissime immineret, sicut ibi pridem personaliter constituti oculo vidimus corporali¹. Ut, igitur, voluntarios

¹ The Priory-buildings have been demolished. They stood a little to the north of the Parish-Church, from which they were separated by

this narrow strip of forbidden ground ; which now, however, forms part of the Parish-Church-yard.

- A.D. dictorum parochianorum conatus per racionis tramitem refrenemus, omnem
 1336. de cetero mortuorum illacionem ad partem Borialem dicte Ecclesie facien-
 Vol. II. dam, ex causis premissis et aliis legitimis quas pocius ponderamus; super
 quibus, eciam, probaciones receperimus in forma juris; tenore Praesencium
 interdicimus penitus et expresse; nisi major necessitas aliud persuaserit
 faciendum, super qua summaria Cause cognicio judicialiter requiratur.
 Ideoque tibi mandamus, in virtute Obedientie injungentes, quatinus pre-
 missa omnia in presentibus nostris Literis contenta ad omnium parochia-
 norum dicte Ecclesie, et aliorum quorum interest, noticiam deducas, sub-
 lato more diffugio cuiuscumque.—Datum apud Cliste, xx die Octobris.
- Lanivet [Lannyveth, MS.]; Master John Gyffard, priest, R.,—
 Licence of non-residence, to study, “usque ad Festum Beati Thome, Martiris,
 in mense Julii”¹ (Clyst, 20 Oct.).
- St. Ewe [Sancte Ewe, MS.]; Master Thomas Bray, priest, R.,—
 Licence of non-residence, to study, till the Feast of St. Peter ad Vincula
 [1 Aug.] (Clyst, 21 Oct.).
- fol. Northam; Sir John, priest, R.,—
 204b. Licence of non-residence for a year, “ita, tamen, quod alternatim redeat ad
 Ecclesiam suam” (Clyst, 24 Oct.).
- Menhenyot [Mehyniethe—margin Mahiniet, MS.]; Sir Roger [de
 Tregodake], priest, R.,—
 Licence of non-residence till Lammas, “ita quod redeat ad Ecclesiam suam a
 Dominica in Passione [6 April, 1337] usque ad Pasca [20 April, 1337]”
 (Clyst, 26 Oct.).
- Inwardleigh; John Gyffard, clerk, accolite, R.,—
Dispensation: non-residence for a year, to study. He was to take Sub-
 deacon's Orders within the year; and Letters Dimissory were granted to
 him on the same day (Clyst, 30 Oct.).
- [fol. St. Madron; *Appropriacio*,—
 12b.] Universis, etc., Johannes, etc.—Quia in futurorum eventibus sic huani
 fallitur disposicio judicij ut quod, conjectura probabili, Pontificalis considere-
 racio nunc utile pollicetur reperi dampnousum quandoque contingit, non
 nunquam quod consulte statuitur ex sanioris inspeccione judicij in melius
 commutatur. Cum, igitur ex cohabitacione dilectorum in Christo Procur-
 atoris Prioris et Fratrum Domus Hospitalis Sancti Johannis Ierosolimitani
 in Anglia, Parochialem Ecclesiam Sancti Maderni, nostre Diocesis, utpote
 sibi et dicto Hospitali appropriatam habencium, insimul cum Perpetuo
 Vicario dicte Ecclesie in dominibus ad Vicariam suam ejusdem Ecclesie spec-
 tantibus, juxta Ordinacionem olim inde habitam², cum periculo animarum
 et corporum solent oriri discordie et exorte nutriri; necnon, decime ma-
 jores ibidem, Celesti provisione concesse, in magna parte perire, sub tecto
 in solo Sanctuarri ejusdem Ecclesie non collecte; prout inde, non sine cordis
 turbacione et dolore receperimus plenam fidem; nos, premissa discrimina et
 incommoda in consideracionem debitam reducentes, ad supplicem et fre-
 quentem dilecti in Christo Fratris, Vincencii de Herdwike, dictorum Prioris
 et Fratrum Procuratoris in hac parte specialiter constituti, et Willelmi
 dicti de Beverlaco, dicte Ecclesie Perpetui Vicarii, se simpliciter super pre-
 missis Ordinacioni nostre et Decreto submittencium, precum instanciam,
 concedimus et assignamus dicto Procuratori, Procuratorio nomine dictorum
 Prioris et Fratrum, aream in angulo Sanctuarii Vicarii et Vicarie predi-
 torum, quod protenditur versus Austrum et Occidentem sexaginta duos
 pedes regales quadratos in longitudine et latitudine, pro horreo et aliis

¹ The Feast of the Translation of St. Thomas of Canterbury, 7 July. ² See *Bishop Stapeldon's Register*, page 336.

A.D. necessariis domibus construendis, cum libero ingressu et egressu ad portam
 1336. suam, ac ducendi temporibus debitiss bigam vel plastrum facultate ; dic-
 Vol. II. tum Perpetuum Vicarium, et successores suos Vicarios, deinceps ab onere
 cohabitacionis seu recepcicuis dictorum Procuratoris et Fratrum in suis
 domibus, de dicti Procuratoris expresso consensu totaliter absolventes.
 Tenor, vero, Procuratorii dicti Procuratoris talis est,—Pateat universis per
 Presentes quod nos, Frater Philippus de Thame, Sancte Domus Hospitalis
 Sancti Johannis Ierosolimitani Prior humilis in Anglia, et ejusdem Domus
 Fratres, in omnibus Causis et negociis ex Officio, vel ad Partis instanciam,
 motis vel movendis, nos seu Domum nostram, Ecclesias seu Capellas
 nostras qualitercumque contingentibus, coram quibuscumque Judicibus
 ordinariis, delegatis, conservatoribus, vel eorum Commissariis, qualemcum-
 queve jurisdictioni seu nocionem¹ habentibus, quibuscumque diebus et
 locis, quoziens nos abesse contigerit vel adesse, dilectum nobis in Christo,
 Fratrem Vincencium de Herdwike, Procuratorem nostrum facimus et
 constituimus per Presentes. Dantes eidem generalem potestatem et
 speciale mandatum, nostro et Domus nostre Ecclesiarum seu Capellarum
 nostrarum nomine, agendi, defendendi, excipiendi, replicandi, ponendi,
 posicionibus respondendi, juramentum tam de calumpnia quam de veritate
 dicenda, et quodlibet aliud licitum in animas nostras prestandi ; crimina et
 defectus obiciendi et ea probandi ; jura et privilegia nostra et exemptiones
 nostras et Domus nostre allegandi, et, si jus exegerit, exhibendi ; status
 nostri et Fratrum nostrorum et Ecclesiarum ac Capellarum nostrarum
 reformacionem et in integrum restitucionem, necnon expensas, dampna, et
 interesse, petendi et recipiendi ; provocandi, appellandi, Provocationum et
 Appellacionum Causas prosequendi ; in Visitacionibus Venerabilium Pat-
 rum, Domini Johannis, Dei gratia Cantuariensis Archiepiscopi, Tocius
 Anglie Primatis, ac Domini Johannis, eadem gratia Exoniensis Episcopi,
 necnon Archidiaconorum, Ordinariorum, et Commissariorum suorum quo-
 rumcumque, cum necesse fuerit, comparendi, interessendi, et personam
 nostram representandi ; aream seu solum competens in solo Sanctuarii
 Ecclesie Sancti Maderni, Exoniensis Diocesis, pro horreo et aliis necessariis
 domibus construendis per Loci Ordinarium nobis assignari petendi et
 faciendi ; necnon, juri habitacionis nobis Domus Hospitalis nostri nomine
 competenti in domibus Vicarie dicte Ecclesie, vel ad eas, ex causa premissa
 renunciandi ; alterum Procuratorem vel Procuratores loco suo substituendi,
 et substitutum vel substitutos hujusmodi revocandi, et officium Procura-
 toris reassumendi, quoziens sibi viderit expedire ; et omnia et singula
 faciendi que per verum et legitimum Procuratorem poterunt expediri,
 eciam si mandatum exigant speciale. Pro eodem, eciam, Procuratore
 nostro, et substituto vel substitutis ab eodem, rem ratam habere et judica-
 tum solvi, sub hypotheca rerum nostrarum, promittimus et exponimus
 cauciones; adimentes eidem Procuratore nostro, et substituendis ab eodem,
 potestatem quicquam in premissis faciendi quod in derogacionem privilegio-
 rum, libertatum, et immunitatum nostrorum cedere valeat quovismodo. In
 quorum omnium testimonium sigillum nostrum Presentibus est appensum.
 —Datum apud Fontem Clericorum [Clerkenwell], primo die Julii, Anno
 Domini M^o. CCC^m tricesimo sexto.—In quorum, etc.—Datum apud Cliste,
 tricesimo die Octobris, Anno Domini supradicto ; Consecrationis, vero,
 nostre decimo.

^{fol.}
^{204b.} Landewednack [Sancti Wynwolai de Landewyneke, MS.] ; Sir
 John [Lovedren], R.,—

Licence of non-residence till Lammas, to study (Clyst, 31 Oct.).

High Bray [Hautbrey MS.] ; Sir Adam Cruwys, priest, R.,—
 “Obtinuit Licenciam similem” (same date).

¹ Nocio, pro noticia.—D' Arnis.

A.D. St. Ruan-Lanyhorne [Larihorne, MS.] ; Master Walter de Botri-aux, deacon, R.,—

Vol. 11. *Dispensation* : non-residence till Christmas, 1337, "ita quod usque ad predictum Festum ad susceptionem Ordinum Superiorum, et extunc usque ad annum ad residenciam in predicta Ecclesia minime teneatur." Letters-Dimissory were granted to him on the same day. (Exeter, 5 Nov.).

Langtree [Langtreu MS.] ; *Dimissorie*,—

Sir Reginald de Donyngtöne, clerk, R., "ad omnes Minores quos nondum est assecutus, et ad omnes Sacros Ordines" (same date).

Dedication,—

Item, sexto die Novembris, Dominus dedicavit Majus Altare Ecclesie Sancte Marie Majoris, Exonie.

Clyst-Hydon ; Sir Simon [de Aisforde, clerk], R.,—

Licence of non-residence for two years from Martinmas, and to put out his Church to farm to Master John de Nassingtone, Archdeacon of Barnstaple (Exeter, 7 Nov.).

Sutcombe [Suttecombe, MS.] ; Sir Nicholas [Horloc], priest, R.,—

Licence of non-residence for a year, "causa insistendi obsequiis Domini Ricardi de Mertone, senioris, Militis" (same date).

Dedication,—

Item, duodecimo die ejusdem mensis, Dominus dedicavit Majus Altare Ecclesie Hospitalis Sancti Johannis, Exonie.

Reconciliation,—

Item, xijij die ejusdem mensis, Dominus reconciliavit Cimiterium Ecclesie de Exminster, sanguinis effusione pollutum.

Wells Cathedral ; *Relaxacio Sequestri in Prepositura Wellensi interpositi* (see page 782),—

Johannes, etc., Sequester unicus Prepositure Ecclesie Wellensis a Sede Apostolica sub certa forma deputatus, dilectis in Christo, Priori Prioratus Tantonie, Bathoniensis et Wellensis Diocesis, et Magistro Waltero Merieth, Cancellario Ecclesie nostre Exoniensis, nostris in hac parte Subsequestris, vestrisque substitutis in officio, salutem in Domino, et Mandatis Apostolicis firmiter obedire.—Onerosam nimis injunctam nobis dudum a Sede Apostolica sollicitudinem, ut Preposituram dicte Wellensis Ecclesie, super qua pro discreto viro, Magistro Alanu de Conesburghe, ipsius Prepositure Preposito, et petitore, contra possessorem tunc temporis ejusdem, una extiterat iu possessorio judicio diffinitiva Sentencia apud Sedem promulgata, eandem sequestremus, diligenter exequentes ; dictam Preposituram apud vos, quos ad hoc reputavimus fide et facultatibus idoneos ; non, tamen, committendo vices nostras insolidum ; per alias nostras certi tenoris Literas meminimus sequestrasse, cum adjectionis clausula ut illud quod de fructibus dicte Prepositure, debitum illius subportatis oneribus, superesse contingeret, illi restitueretur qui finalem in Causa victoriam obtineret. Cum, autem, orta inde controversia ad eum casum jam pervenit, quod dictus Magister Alanus contra possessorem hujusmodi dicte Prepositure obtinuit in possessorio judicio Sentenciam finalem pro se ferri, prout in Instrumentis, Literis Apostolicis, et Processibus executoriis, inde factis, pro parte dicti Magistri Alani nobis exhibitis, seriosius vidimus contineri ; vobis, penes quos integre collecti fructus remanent, de quibus nichil unquam percepimus, ut nostis, auctoritate predicta communiter et divisim, districte precipiendo, manda-mus quatinus, soluto dicti Sequestri vinculo, faciatis eidem Magistro Alanu, vel ejus Procuratori pro eo, de fructibus et proventibus ad dictam Preposituram medio tempore obvenientibus, deductis ejus debitum oneribus, cum integritate qua convenit debite responderi.—Datum in Manorio nostro de

A.D. Chuddelegh, xv^{to} die Novembris, Anno Domini M^o. CCC^{mo} tricesimo
1336. sexto, et Cousecracionis nostre decimo.

Vol. Bishop Stapeldon's Will ; *Acquietancia pro Executoribus Walteri,
fol. quondam Episcopi Exoniensis,—*

205. Universis pateat per Presentes quod nos, Johannes, etc., recepimus et habui-
mus de dilecto filio, Domino Ricardo de Brayleghe, Decano Ecclesie nostre
Exoniensis, Executore suo, et Coexecutorum suorum Testamenti bone
memorie Domini Walteri, quondam Exoniensis Episcopi, Predecessoris
nostri, nomine, numerante ducentas marcas sterlingorum, pro finali con-
cordia inter nos et prefatos Executores, super omnibus exaccionibus et
peticionibus quas contra eosdem, causa seu occasione quacumque Adminis-
tracionem dicti Testamenti concernente, quomodolibet habebamus. In
eujus rei testimonium sigillum nostrum fecimus hiis apponi.—Data apud
Chuddelegh, xix die Novembris.

Nymet-St. George ; Stephen de Trenewith, R.—

Dispensation : “super Licencia studendi” (Chudleigh, 22 Nov.). On the
same day Letters Dimissory were granted to him, “ad Ordinem Subdia-
conatus, cum illa clausula,—dummodo titulus quem in eadem Ecclesia
habere se asserit sufficiens reperiatur.”

**St. Crantock ; Mandatum ad monendum omnes Porcionarios in
Ecclesia Sancti Karentoci ad residendum, sub penis,—**

Johannes, etc., Decano Ecclesie Sancti Karentoci, etc.—Sacrorum Canonum
digesta dictavit auctoritas absenciam Clerici beneficiati cuiuslibet a suo
Beneficio presumpcione probabili dolosam esse, nisi licita probaretur ; sub-
jungens quod Locorum Ordinarii, quibus ratione Officii competit circa
premissa diligenter precavere, sic circa reformacionem premissorum, metu
eterni judicii, vigilanter intendant, et sui Officii debitum exequantur, quod
ipsi absentes metu pene a suis absenciis arceantur. Quia, vero, rigor dicte
Sententie nonnullos qui tunc erant in Ecclesia nostra Collegiata Sancti
Karentoci Porcionarii prebendati, qui eam elata obstinacione et obstinata
elacione despicerunt, non terruit, felicis memorie Walterus, Exoniensis
Episcopus, Predecessor noster, velud Canonum executor providus, eidem
Sententie, concurrentibus omnibus que requiruntur de jure, Pontificali
auctoritate penam adjecit, contentam Literis quas inde vidimus, sui im-
pressione sigilli communis ; quasque, ne illi quorum interest inde valerent
ignoranciam pretendere quod ad eorum scientiam non venerunt, fecit idem
Predecessor noster in dicta Ecclesia, et locis aliis ad id oportunis, solemniter
publicari. Cum, autem, nec adhuc, prochdolor, quod dicere pudet,
Porcionarii prebendati ad presens in dicta Ecclesia current a sua contumacia
hujusmodi, non absque dampnanda exempli pernicie, resilire, unde inter
cetera inconveniencia subscripta sequuntur ; videlicet, quod Divinus Cultus
in dicta Ecclesia negligitur, hospitalitas in suis ibidem Beneficiis aliqua non
servatur, Ecclesiisque prediecte honori et comodo detrahitur, que, carens
defensorum auxilio, in suis juribus multipliciter labitur, ac ruinis patent
edifica que probitas erexerat predecessorum ; nos, igitur, ad examen debite
consideracionis reducentes quod quedem sunt culpe in quibus est culpa
vindictam relaxare, tenore Presencium monemus semel, secundo, et tertio
ac peremptorio, pro Canonica Monitione, et per vos modo simili moneri
volumus et mandamus, publice Monitionis edicto, Diebus Festivis, cum ma-
jor ibidem convenerit multitudo Fidelium ad Divina, proposito et exposito,
omnes et singulos Porcionarios in dicta Ecclesia Collegiata quatinus, infra
xxx dies a tempore Monitionis hujusmodi numerandos, quorum decem pro
primo, decem pro secundo, et reliquos x pro tertio ac peremptorio termino
et Monitione Canonica, eis communiter et divisim assignamus, ad dictam
Ecclesiam redeant, et ibidem personaliter resideant, in congruenti habitu,
virtutum Domino servituri, sub penis contentis in Literis penalibus preli-

A.D. batis. Denunciantes modo simili quod alioquin contra eos procedemus
 1336. prout nobis Altissimus inspirabit. Decurso, vero, dicto tempore xxx dierum,
 Vol. II. de diebus et forma Monitionis ac Denunciacionis hujusmodi, et qui ab
 injuncta residencia se retraxerint, nobis quantocius intimare curetis Literis
 vestris patentibus, habentibus hunc tenorem.—Datum apud Chuddeleghe,
 xxvij die Novembbris.

*Instow ; Commissio ad admittendum Presentatum ad Ecclesiam
 de Yenestowe,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro J. de Nassyngtone, Archidiacono Barna-
 stapolie in Ecclesia nostra Exoniensi, salutem, etc.—De vestre circumspec-
 cionis industria plurimum confidentes, ad admittendum dilectum nobis in
 Christo, Thomam de Middelneye, clericum, ad Ecclesiam de Yenestowe,
 nostre Diocesis, ad quam nobis per Alexandrum de Sancto Johanne, ipsius
 Ecclesie Patronum se dicentem, velud vacantem presentatus existit, ipsum-
 que Rectorem instituendum Canonice in eadem, et in corporalem possessi-
 onem ipsius jurium et pertinenciarum ejusdem faciendum induci, si et
 quatenus Inquisicio¹ super vacacione dicte Ecclesie, jure patronatus ejus-
 dem, ac aliis consuetis articulis, auctoritate nostra capienda, et vobis pro
 parte dicti Presentati exhibenda, pro Presentante et Presentato faciat
 antedictis, idemque Presentatus repertus fuerit competentis literature et
 etatis legitime, nichilque obvet de Canonicis Institutis, prout inde vestram
 conscientiam oneramus ; vobis vices nostras committimus cum cuiuslibet
 coercionis Canonicice potestate ; recepcione Obedience debite et solite in
 eventum Admissionis dicti Clerici ad dictam Ecclesiam, si de jure fieri
 possit, ut prefetur, nobis ex certa scientia specialiter reservata. Proviso
 quod, expedito predicto negocio, Processus vestri seriem a principio usque
 ad finem per Literas vestras clausas, inserto tenore Presencium, celeriter
 rescribat.—Data apud Chuddeleghe, iij die Decembbris.

fol. 205b. Combmartin ; Master Lodowic [de Kemmeys], priest, R.,—
 Licence of non-residence for a year, "causa insistendi obsequiis Domini
 Philippi de Columbariis ; ita, tamen, quod alternis vicibus redeat, etc." (Chudleigh, 12 Dec.).

Talaton [Taletone, MS.] ; Sir John Prodhomme, R.,—
 Licence of non-residence till Michaelmas (same date).

*Testamentary ; Probacio Testamenti Domini Willelmi de Ferrariis,
 Militis,—*

Item, xiiij die Decembbris, ibidem, in Capella coram Domino, probatum fuit
 Testamentum Domini Willelmi de Ferrariis, Militis, nobilis et generosi-
 dum viveret, jam defuneti, et pro eodem pronunciatum. Et communissima fuit
 potestas Domine Matildi, relicte dicti defuncti, et Magistro Willelmo de
 Carslake, clero, ad conficiendum Inventarium de bonis dicti Militis, ac
 Administracio ; prestito ab eis juramento solito. Presentibus Magistro
 Benedicto de Pastone et Willelmo Doune, clero.

fol. 206. Bishopsteignton ; *Commissio ad relaxandum Interdictum in Ecclesie de Teyngtöne Episcopi et ejus Capellis interpositum,—*

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Willelmo Cayngnes, Rectori Ecclesie de
 Teyngtöne Episcopi, salutem, graciam, et benedictionem.—Qualiter ad com-
 pescendam furentem seviciam Henrici de Roccombe, Gilberti Wetepayn, Tho-
 me Payn, et aliorum plurium parochianorum vestrorum, sucrum complicum
 et fautorum, pridem contra Deum et Ecclesiam, et nos, Patrem eorum
 Spiritualem et Dominum temporalem, ferina rabie insurgencium et inva-

¹ His Institution is not recorded ; but
 William de Borwardesleghe was insti-
 tuted, 21 Sept., 1337, the Benefice

being vacant "per Resignacionem
 Thome de Middelneye" (vol. iii, fol.
 38.) See page 838.

A.D. dencium, spiritualiter duximus procedendum, vestra filiatio, ut credimus,
1336. non ignorat. Verum, quia dicti Henricus, Gilbertus, Thomas, et plures
Vol. II. eorum fautores, saniori ducti consilio, ad pedes nostros humiliiter provoluti,
petierunt a Majoris Excommunicacionis Sentencia, quam propter premissa
incurrerant, instancius se absoluvi; nos, attendentes quod pia Mater Ecclesia
nunquam claudit gremium redeunti, dictas personas nominatim expressas,
et quasdam alias, prestito primitus ab eis, et earum qualibet, juramento
quod inferende pene parebunt et Penitenciam sibi provide peragerent,
auxiliante Domino, injungendam, in forma juris absolvimus a Majoris
Excommunicacionis Sentencia prelibata. De vestra, igitur, discretionis
industria et conscientie puritate non mediocriter confidentes, ad relaxandum
in forma juris Interdictum in dicta vestra Ecclesia et ejus Parochia,
cum omnibus suis Capellis, dudum per nos, auctoritate ordinaria, rite et
legitime interpositum; necnon, parochianos vestros dumtaxat in premissis
reos ab Excommunicacionum Sententiis, quibus propter premissa, vel alias
dictis sacrilegis presumptoribus dando consilium, auxilium, vel favorem,
publice vel occulte, seu alias communicando cum eisdem in crimen, seu
alias dampnabiliter involvuntur, juxta formam Ecclesie absolvendum, vobis
vices nostras committimus, cum cohercionis Canonice potestate.—Data
apud Chuddeleghe, xx die Decembbris.

Glasney; *Licencia Stoke—dimittendi firmam suam ad firmam,—*
Apud Chuddeleghe, xxij^{do} die Decembbris, Magister Johannes de Stoke,
Canonicus in Ecclesia Collegiata Glasneye, obtinuit Licenciam dimittendi
firmam suam, quam habet in eadem Ecclesia, ad firmam alicui persone
ydonee, per annum.

Marwood [Merwode, MS]; Sir Baldwin Ayllemer, R.,—
Licence of non-residence for a year, “causa insistendi obsequiis Domini
Philippi de Columbariis, Militis” (Chudleigh, 28 Dec.).

St. Crantock; *Mandatum ad denunciandum David Maynard
excommunicatum,—*

Johannes, etc., Collector unicus Decime Sexennalis, in Passagium Terre Sancte
a Sede Apostolica novissime imposito, ab eadem Sede in nostris Civitate et
Diocesi Exonie deputatus, dilectis filiis, Archidiacono Exonie et ejus
Officiali, salutem, etc., ac Mandatis Apostolicis, etc.—Ex injuncte nobis
olim a dicta Sede sollicitudinis debito, Processus fecimus generales Excom-
municacionis Sentencias in singulares personas, inter cetera, continentes que
in solucione deficerent dicte Decime, terminis ad hoc in Literis Apostolicis
nobis inde directis expressatis. Et, licet Literas Processus continentess
eosdem fecerimus adeo solemnitate publicari quod nullus cuius interest
excusacionem pretendere valeret quod ad eum non pervenerint, vel quod
ignorarit eosdem; tamen, quidam dictus David Maynard, tunc in Ecclesia
Collegiata Sancti Carentoci, nostre Diocesis, Porcionarius, utpote nequam
perdicionis filius, dictam Decimam ipsum pro Porcione sua predicta in dicta
Ecclesia contingentem solvere, spretis dictis Processibus et Sentenciis, pro
primo termino primi anni, contumaciter non curavit; prefatam ob hoc
Majoris Excommunicacionis Sentenciam dampnabiliter incurrendo. Quia,
vero, dictus David se involvit adhuc dicta Sede, ut ejus ob id communionis
periculum a Christi Fidelibus evitetur, auctoritate predicta vobis manda-
mus quatinus eundem David sic fuisse et esse excommunicatum, in Ecclesia
nostra Cathedrali Exonie, in instantibus Circumcisionis et Epiphanie
Domini Festivitatibus solemnitate publicetis. Et quid inde feceritis, etc.,
quantocius, etc.—Datum apud Chuddeleghe, xxvij die Decembbris.

Dedications of Churches, etc.; *Certificatorium quantum debeat
Domino pro Dedicacionibus Ecclesiarum et Reconciliacionibus
Cimiteriorum,—*

Venerabili in Christo Patri ac Domino Johanni, Dei gratia Exoniensi

A.D. Episcopo, suus humilis et devotus, Henricus de Stouforde, Rector Ecclesie
1336. de Lansant, vestre Diocesis, omnem obedienciam, reverenciam, et honorem.—

Vol. II. Mandatum vestrum reverendum recepi, tenorem continens infrascriptum,—
Johannes, etc., Henrico de Stouforde, etc., salutem, etc.—Inter cetera que
dubia resecant et ambiguities elucidant illud novimus fore precipuum, ut
in illis et circa illa que certa Lege, Canone, vel Statuto non deciduntur, ad
introductam moribus et ab antiquo observatam consuetudinem recurratur.
Cum, itaque, Ecclesias nostre Diocesis earumque Cimiteria, actu sacrilego
nonnunquam, sanguinis aut seminis effusione, violari contingat, super pro-
curacione que nobis occasione Reconciliacionis earum debetur, inter
parochianos ipsarum Ecclesiarum, nunc hoc, nunc illud nobis proinde
deberi asserendum, altercaciones diverse plurimum oriuntur; volentes,
igitur, omnem in premissis ambiguitatibus decidi, ne, amplius justo appen-
tentes, turpi lucro perfruamur; ne, etiam, parochianorum hujusmodi
obstinata avaricia adeo choalescat (*sic*) quod, per diuinacionem procuracionis
solite, nostra et Ecclesie nostre jura subtrahantur; vobis in virtute
Obedience firmiter injungendo mandamus quatinus, scripta et raciones
antiquas quibus in Officio, tempore bone memorie Walteri, Predecessoris
nostri, fungebamini plenarie recensentes, quantum idem Predecessor noster,
tam pro Reconciliacione hujusmodi quam pro Altarium et Ecclesiarum
Dedicacione, consuevit percipere, vos dilucide informetis. Et quid per
informacionem hujusmodi repereritis nobis per Literas vestras patentes,
sigillo aliquo autentico consignatas, quantocius rescribatis.—Datum in
Manerio nostro de Chuddelegh, xij die Decembris, Anno Domini M^o.
CCC^{mo} xxx^o sexto, et Consecrationis nostre decimo.—Cujus auctoritate
Mandati reverendi, quia rotulos racionum mearum, de tempore quo in
Officio Domini mei, Domini Walteri, Predecessoris vestri, steti, ad manus
fol. non habeo, modum et quantitatem procuracionum predictarum pro Dedi-
206b. cacionibus et Reconciliacionibus Ecclesiarum et Cimenteriorum earum, ac
De pro-Dedicacionibus Altarium, quatenus possum recolere in presenti, ad
curaci- memoriam revocavi; vobis significans per Presentes quod predictus
onibus pro De-Dominus meus Episcopus Walterus pro procuracione sua debita in Dedi-
cacionibus Ecclesiarum quinque marcas, in Dedicacionibus Altarium quad-
ne vel ragiuta solidos, et in Reconciliacionibus Ecclesiarum et Cimenteriorum
Recon- ciliacio- earum, quandoque quinque marcas, quandoque quadraginta solidos, sicuti
earum, quo tempore percipere consuevit. Et sic Mandatum vestrum reve-
lesia- rendum quatenus potui diligenter sum executus.—Datum apud Chuddelegh,
rum, sub sigillo meo, penultimo die Decembris, Anno Domini supradicto. Et,
ad majorem securitatem, sigillum Officialis Peculiaris Jurisdictionis dicti
Patris in Devonie hiis apponi procuravi.—Datum ut supra proximo datur.

A.D. Calstock [Calixstoke, MS.]; Sir Hugh de Wymbourne, priest, R.—
1336. Licence of non-residence till Michaelmas, to study (Chudleigh, 12 Jan.).

7. Interdicts; *Mandatum contra celebrantes in Locis interdictis*,—

Johannes, etc.—Planctus doloribus cumulamus, et extrema gaudiorum nos-
trorum luctus occupant, dum filii nostri, detestanda eorum perversitate
fungentes, a vetitis abstinere nesciunt, set verius laxatis habenis ad ea
prosiliunt que sibi omni jure noscuntur interdicta, et velud indomiti in
Patris contemptum ruere non verentur. Dudum, Sanctorum Patrum
Romanorum Pontificum Principumque Secularium sanctis sanczionibus
inherentes, publice fecimus inhiberi ne qui subditorum nostrorum intra
Diocesis nostre limites, Licencia nostra speciali super hoc primitus non
obtenta, in Capellis Oratoriisve privatis, quas etiam et que tunc temporis
ex sciencia certa interdiximus, Divina Officia celebrarent, facientve quo-
modolibet in eisdem celebrari. Verum, quia credula multorum relatione
frequenti didicimus quamplures inobedientie filios, non solum, ut aspides
surde, aures suas voluntarie obturantes, hujusmodi Inhibitionis nostre
vocem in effectu non audiisse, quin pocius, ut degenercs et infelices filii,

A.D.
1336-7. paterna monita perperam et inobedienter contempsisse; propter quod tanto
asperius dolore concutimur quanto inobedientiam hujusmodi a Patre
Vol. II. patrum, Qui juste pro peccatis irascitur injustorum, severiori debeat pena
vindicari, ne per longas moras malis invalescentibus sero paretur medicina;
vobis districte precipiendo mandamus quatinus de temerariis hujusmodi
presumptoribus, et presertim de Capellanis qui in Locis predictis Divinis
extunc, ad sui confusionem, se inmiscuerunt, quos irregularitatis notam
proculdubio constat incurrisse, cum exacta diligencia solerter inquiratis.
Et quos in hac parte delinquisse vobis constiterit evidenter, eisdem certum
peremptorium terminum, de quo per Literas vestras primitus nobis constet,
prefigatis, quo se nostro debeant conspectui presentare, penas condignas pro
tantis excessibus subituri; ut quos penalitatem impunitas audaces reddidit
peña docente senciant quantum deliquerint non parendo; Interdicti nostri
prefati Sentenciam, quam sicut tunc rite promulgavimus, ita et nunc eciam
denuo in Capellis et Oratoriis memoratis, ubicumque intra Diocesis nostre
limites constitutis, tenore Presencium promulgamus, hiis que nostra Ponti-
ficali auctoritate fulciuntur dumtaxat exceptis, per vos, nichilominus,
publicantes, et facientes per alios cum debita solemnitate publicari, diebus
et locis ubilibet oportunis. Et quid in premissis feceritis nobis, citra
Dominicam in Septuagesima [16 Feb.], rescribatis per Literas vestras
patentes, habentes hunc tenorem.—Datum apud Chuddelegh, xx^{mo} die
Januarii.

Illegitimacy; *Dispensacio super defectu natalium*,—

Walter de Carswelle, clerk, "de presbitero genitus et soluta" (Chudleigh, 24 Jan.).

[fol. 205b.] Launceston Priory; *Commissio ad inquirendum de statu Domus*
Lancestonie et Excessibus Prioris Loci,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Domino Ricardo de Gomersale, de Didesham, et
Magistro Bartholomeo de Castro, Sancti Ivonis Ecclesiarum, nostre Diocesis,
Rectoribus, salutem, etc.—Discurrente fama, quin verius infamia, audi-
vimus quod Adam [de Knolle], qui Priorem Lancestonie, nostre diocesis
predicte, se pretendit, diversis criminibus irretitus, Regulari penitus
honestate abjecta, virtuteque observancie Regularis calcata, vitam extra
Prioratum predictum cum personis secularibus, ne dicamus suspectis
mulieribus, duxit et dicit adeo enormiter dissolutam quod ipse, effectus
incorrigibilis, bona predicti Prioratus dissipat totaliter et consumit; quin-
inmo, velud umbra inutilis terram occupat, et arbor tam sterilis quam
nociva, eo quod hactenus fructus protulit ad pestem pocius quam ad
pastum, et refectionis nichil aut modicum, set infectionis proculdubio
multum, asseritur obtinere. Propter que et alia que idem Prior committere
dicitur enormia, idem Prioratus adeo in suis spiritualibus et temporalibus
est collapsus quod ad irreparabilem, prochdolor, deducitur lesionem.
Volentes, igitur, ex injuncta nobis Pastoralis Officii solicitudine, premissorum
quantum possumus plenam investigare veritatem, et utrum clamor
qui frequenter ad nos venit opere sit completus; vobis, de quorum con-
sciencie puritate et discretionis industria confidimus, committimus et
mandamus quatinus, ad dictum Prioratum personaliter accidentes, et Deum
solum pre oculis obtinentes, super premissis et alias statu dicti Prioratus,
tam in capite quam in membris, diligencius inquiratis. Et quid feceritis in
premissis nobis quantocius intimetis Literis vestris clausis et patentibus,
habentibus hunc tenorem.—Data in Palacio nostro Exoniensi, x die
Februarii, Anno Domini M^o. CCC^{mo} xxxvj^{to}, et Consecrationis nostre
decimo.

[fol. 206b.] St. Erme [Sancti Ermetis, MS.]; Sir Ralph Kerneke, R.,—
Licence of non-residence for a year (London, 8 March).

Lydford [Lideforde, MS.]; Sir Augustine de Botercombe, R.,—

A.D. Licence of non-residence for a year, "causa insistendi obsequiis Domini 1336-
7. Hugonis de Audele, Patroni sui" (London, 10 March).

vol. Instow [Ynnestowe, MS.]; Sir Thomas de Middelneye, clerk,
II. R.—

Dispensation: non-residence for a year, to study. He was to take Sub-deacon's Orders within a year from his Institution, but was not bound to take higher Orders, or to reside on his Benefice, during the year (same date).

St. Mawgan-in-Kerrier [Sancti Maugani in Kerier, MS.]; Sir John de Shrouesbury, R.—

Licence of non-residence till Michaelmas, 1338, to study (London, 11 March).

St. Breoke,—

The following *Memorandum* is roughly written on the bottom margin:—"xij die Marcii Dominus contulit W. . . Ecclesiam de Nanscent, salvo jure cujuscumque." The name is obliterated; but I find that William West was collated on that day (vol. iii, fol. 36).

Loddiswell [Lodeswelle, MS.]; Master John la Zouche, R.—

Licence of non-residence for a year (London, 13 March).

Uffculme [Ufcolmp, MS.]; Sir Richard de Carleton, R.—

Licence of non-residence for a year, to study (London, 14 March).

Dimissorie,—

xijij die Marcii R. de Penroke obtinuit Dimissorias (*Memorandum* on the bottom margin).

[fol. 205b.] *Litera testimonialis super Processu habito in Causa Matrimonii inter Joceum le Britoun et Margaretam Giffard*,—

Universis presentes Literas inspecturis Johannes, etc., salutem in Domino sempiternam.—Dudum Sanctissimus in Christo Pater et Dominus, Dominus Johannes, Divina Providencia Papa XXII^{us}, Causam Matrimonii que (*sic*) inter Joceum le Britoun, laicum, Nanatensis Diocesis [Nantes], et Margaretam Giffard, mulierem, Saresbiriensis Diocesis, per verba contracti, ut dicebatur, legitime de presenti, carnali inter eos copula subsecuta, nobis, per suas Apostolicas certi tenoris Literas, audiendam commisit et decidendum; presentatis, quoque, Literis nobis Apostolicis prelibatis; tunc Magistro Reginaldo de Campo Arnulphi, Ecclesie nostre Exoniensis Canonico, quo ad premissa subdelegasse meminimus vices nostras sub certa forma. Idem, vero, subdelegatus in dicto procedens negocio, ad instanciam dicti Jocei pro matrimonio hujusmodi, ingressumque dicte Margarete in Monasterium Monialium de Shaftone, Ordinis Sancti Benedicti, dicte Saresbiriensis Diocesis, ac Professionem quam ibidem facere presumpsit Monachalem, nullas fuisse, et eam compellendam fore dicto Joceo, utpote conjugi suo legitimo, adherere, per suam diffinitivam Sentenciam declarasse (*sic*), prout in Literis Apostolicis et Instrumento Sentencie predictis dicitur plenius contineri. Et subsequenter dictus Sanctissimus Pater et Dominus noster dicte Cause denuo ad examen suum et Sedis Apostolice devolute, servata gravitate judiciaria, fecit per quandam aliam diffinitivam Sentenciam finem dari, nobisque et quibusdam aliis, nostris in execucione collegis, communiter et divisim, aliis suis Apostolicis dedit Literis in mandatis ut dictam Margaretam Auctoritate Apostolica cogeremus quod permetteret se traduci, et eidem Joceo, tanquam legitimo conjugi, cohabitaret, et eum affectione tractaret conjugali. Et demum, receptis cum reverencia devota dictis Literis, curavimus premissa et alia omnia contenta in eis execucioni debite demandare. Ne, igitur, premissa in dubium forsitan revocentur, ea vobis decrevimus intimanda sub nostrarum Presencium testimonio Literarum.—Data Londoniis, xv die Marcii.

A.D. Duloc [Dulo, MS.] ; Nicholas Makerel, R.,—

¹³³⁶⁻ 7. Licence of non-residence for a year from Easter [20 April] ; (London, 17
Vol. March).

II. Morthoe [Morteho, MS.] ; Master Henry de la Mare, subdeacon,
^{fol.} 206b R.,—

Dispensation : non-residence for a year, to study. He was not to be required
to reside on his Benefice or to take higher Orders (Kingston[-on-Thames],
18 March).

[fol. 27.] *Pensio Radulphi de Claybroke*,—

Johannes, etc., dilecto nobis in Christo, Radulpho de Claybroke, clero, salutem, graciam, et benedictionem.—Probitatis tue merita, super quibus apud nos a Nobili Viro, Domino Henrico, Comite Lancastrie, cuius obsequio insistere dinosceris, multipliciter commendaris, nos excitant et inducunt ut tibi simus ad graciam liberales. Volentes, igitur, premissorum tuorum obtentu meritorum, ac dicti Nobilis Viri contemplacione, graciam tibi facere specialem, quandam pensionem annuam xls. sterlingorum, annis singulis, in Festo Invencionis Sancte Crucis [3 May] de Camera nostra percipiendam, donec tibi de competenti Beneficio Ecclesiastico providerimus, tibi concedimus et constituimus per Presentes. In cujus rei, etc.—Data apud Farendone, xxij die Marchi, Anno Domini M°. CCC^{mo} tricesimo sexto, et Consecrationis nostre decimo.

[Here follows, without note or comment or any reference to it in the context, a copy of the Charter of King Edward II, confirming to Bishop Stapeldon and his Successors the Grant of the Tithe of Royal Fish made by King Henry II. to his Predecessor in the See, Bishop Robert Chichester. *See Bishop Bronescombe's Register*, page 287, note 2. I, there, followed Dr. Oliver's statement, in his *Monasticon* of the Diocese, that this Confirmation was granted by King Edward I., "12 March, 1280." This was a mistake, as there is abundant internal evidence to prove. *See the footnotes.*]

Carta Regis pro decima Craspesiorum,—

Edwardus, Dei gracia Rex Anglie, Dominus Hibernie, et Dux Aquitannie, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Prepositis, Ministris, et omnibus Ballivis et fidelibus suis, saltem.—Inspximus Cartam quam Dominus Henricus, quondam Rex Anglie, Progenitor noster, fecit Roberto, Episcopo Exoniensi, in hec verba,—Henricus, Rex Anglie, et Dux Normannie et Aquitannie, et Comes Andegavie, Justiciariis et Vicecomitibus, et omnibus Ministris suis Devonie et Cornubie, salutem.—Concedo quod Robertus, Episcopus Exoniensis, habeat decimam omnium craspesiorum qui venerint in aliquam partem Episcopatus sui, ita plenarie et integre sicut unquam aliquis Antecessorum ejus plenius habuit tempore Regis Henrici, avi mei. Teste Comite Reginaldo, apud Westmonasterium.—Nos, autem, Concessionem predictam ratam habentes et gratam, eam pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, Venerabili Patri Waltero¹, nunc Episcopo Loci predicti, et Successoribus suis, concedimus et confirmamus, sicut Carta predicta rationabiliter testatur. Hiis Testibus,—Venerabilibus Patribus, W.² Archiepiscopo Cantuariensi, Tocius Anglie Primate, J.³ Norwicensi, et J.⁴ Cicesterensi, Episcopis; Adamaro de Valencia, Comite Penbrochie⁵, Umfrido, Comite Herefordie et Essexie,⁶ Guidone de Bello Campo, Comite Warwikie⁷, Rogero de Mortuo mari, de Wigemore⁸, Hugone de Courtenay⁹, et Johanne de Crombuelle, Senescallo Hospicii nostri, et

¹ Walter de Stapeldon (A.D. 1308-1326).

⁵ A.D. 1296—1323.

² Walter Reynolds (A.D. 1313-14—
1327).

⁶ A.D. 1297—1320-1.

³ John Salmon (A.D. 1299—1325).

⁷ A.D. 1298—1315.

⁴ John de Langton (A.D. 1305—1337).

⁸ A.D. 1306—1330.

⁹ A.D. 1299—1340.

A.D. aliis.—Data per manum nostram apud Westmonasterium, xij die Marcii, 1336-7. Anno Regni nostri octavo [1314-15].

Vol. II. The Duchy of Cornwall; *De diversis Petpcionibus in Gallico Domino Regi porrectis per Johannem Episcopum*,¹—

[fol. 38.] A nostre Seignur le Roy et a son Consoil monstre son Chapelayn, levesque Dexcestre, que come nostre dit Seignur par sa Chartre avoit nadguires grauntee a Edward, Counte de Cestre, le Countee jadys appellee de Cornwall, a tenir desore en avant come Duschee, et puis outre de novel donee al dit Ducs touz les autres feez dedeinz la Duschee que touz jours avant furent tenuz en chef de la Corone; sur quoi nostre dit Seignur lui ad mande Breve Pateute destre entendaunt al dit Ducs des temporauteez de leveschee que sount dedeinz la dite Duschee ou Countee, come parcelle de sa dite Eveschee Dexcestre; quiele chose lui semble dure, et encoultre la Corone nostre Seignur le Roi et sa dignite, et desheritaunce de sa Eglise Dexcestre, par les resons souchescrites,—

A de primes, que la substance de la nature de la Corone est principaument en la personne le Roi come teste, et en les Piers de la Terre come membres qui tenent de lui par certeyn homage, et nomeement des Prelatz, quiele chose est si annexe a la dite Corone qele ne poet pas estre sevree sans division du Roiaume; quar une mesme lei est de la parcelle come de lentier, quiele parcelle la meyte de la dite Eveschée.

Item, semble al dit Evesque que la ou lui et ses Predecessours oint tenuz les temporautees de la dite Eveschee de nostre Seignur le Roi et ses Progenitours Roys enoyntz, par ordinaunce et assent de la Court de Rome, de tut temps par un homage, si ore devereit tourner a nul autre, si serreit il chargees de tenir en chef de deux Seignurs, que serreit greve charge et novel servage de lui et desheritaunce de sa Eglise.

Item, la ou en temps de vacacion le Deen et le Chapitre Dexcestre deyvent avoir congee de nostre Seignur le Roi de faire Eleccion, si ceo turnast al Ducs il serreit ore charge devers nostre Seignur le Roi, et devers le Ducs, que serreit a desheritaunce et novel servage de seglise.

Item, la ou qui que fuist Eslit Dexcestre, apres qil fuist resceu a ses temporautees avereit recoverir devers le Gardelyn, si tort ou damage fuist fait en temps de vacacioun, par Breve de la Chauncelerie, come comune lei voet, si ceo turnast il serreit sans recoverir, quiele chose serreit desheritisoun de sa Eglise.

Item, la ou les Ministres Monsire Johan, jadys Counte de Cornwall, qui Dieux assoille, leverent une Court et la firent appeller la Court des feez, et firent venir touz ceux de sa Seignurie a chescuny pleynte, si ceo turnast ore al Duke il serreit destreynt de venir a cele Court a chescuny pleynte, et ceo serreit deshonur et despit a touz les Prelatz, Piers de la Terre, et defesaunce et parte des franchises granteez a la dite Eglise et ses Predecessours Evesques.

Item, le dit Evesqe est tenu, par sa professioun et serment, de meintenir la dite Eveschee auxi fraunchement, et en auxi bon estat et deschargee, come il la trova, et sil saturnast ore ou assentast dattourner a autre, il escherreit en perjurie, en dampnacion de salme, et prejudice de seglise, si ceo ne fuist par congee le Pape, par qui primerement, ove lassent Seint Edward le Confessour, leglise Dexcestre fuist dowee et vuee en temporauteez et espirituauteez par auctorite de la Court de Rome, sicom piert par les Chartres Seint Edward et ses Successours Roys.

¹ See fol. 20^b.—This Document is not dated. It must have been written soon after the 17th of March, 1336-7, when Edward, Earl of Chester, eldest son of King Edward III., was invested, by Charter, with the Duchy of Corn-

wall,—“ habendum et tenendum eidem Duci, et ipsius et heredum suorum Regum Anglie filiis primogenitis, et dicti Loci Ducibus in Regno Anglie hereditarie successuris.”

A.D. Item, il semble maisque nostre Seignur le Roi de son Roial poer puisse de
 1336. novel faire Ducs et Countes, et ordiner Ducheez et Counteez, et les departir
 7. a sa volente quieles puissent estre forfaitz et returner a lui et a ses heirs,
 Vol. II. ceo nest pas ensi de temporauteez de Evescheez qe sount foundeez et
 doueez en pure et perpetuelle almoigne, et estableez et ordineez par lassent
 de la Court de Rome, quieles sicome ils ne poaint estre tut defait ne for-
 fait, par mesme la resoun, ne departeez, ne severeez, ne chaungees, sanz
 lassent le Pape, nomeement pur le serment de la professiou levesque, et le
 serment le Roi en son coronement.

Sur qui prie le dit Evesque au dit nostre Seignur le Roi qil savise par son bon
 conseil qil ne soit autrement demeynee que ses Freres, Evesques, qil sount
 Piers de la Terre, ne s . . . ¹, et que ceste chose soit mys en respit tantque en
 pleyn Parlement. Et len poet meutz cestes choses entendre qil que regarde
 les Chartres et les Munitementz de Seint Edward et des autres Roys, que
 sount en la Tresorie Dexcestre.

Item, autres resouns plus sortilles et secretes sount, quieles si mestier soit
 serrount assigneez autrefoitz.

* * * * *

[Mutacio Annī Encarnacionis Domini.

Anno Domini Millesimo CCC^{mo} tricesimo septimo, et
 Consecrationis Domini Johannis, Exoniensis Episcopi,
 decimo.]²

A.D.
1337.

* * * * *

fol.
208. . . . [candelis] accensis et extinctis, sepeditum Thomam [Lercedekne] excommunicatum esse multipliciter, ut prefertur, et a liminibus Ecclesie ac communione Fidelium segregatum, publice et solemniter nuncietis. Inhibentes expresse Christi Fidelibus universis, prout tenore Presencium inhibemus, sub pena Excommunicationis Majoris, quam in contravenientes, Canonica Monicione premissa, ferimus in hiis Scriptis, ne quis eorum eidem excommunicato communicare illicite vel favere presumat directe vel indirecte, publice vel occulte. Diem, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nobis, citra instans Festum Beati Johannis Baptiste [24 June], distincte intimare curetis Literis vestris Patentibus, habentibus hunc tenorem.—Datum apud Chuddeleghe, sexto die Junii, Anno Domini supradicto.

—Absolucionis Domini Thome Lercedekne,—

Memorandum quod, Die Dominica proxima post Festum Apostolorum Petri et Pauli, videlicet sexto die Julii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} tricesimo septimo, Indicacione quinta, Pontificatus Domini Benedicti Pape XII Anno tercio, in Ecclesia Cathedrali Exonie, statim lecto Evangelio ad Summam Missam, Dominus Thomas Lercedekne, Miles, penitencia ductus, gratis comparuit coram Domino, ante Majus Altare ejusdem Ecclesie, nudus pedes et caput, camisia et tunica tantum induitus, zona deposita, virgam

¹ Obliterated : apparently “sunt.”

² I grieve to say that fol. 207 has been cut out of the Register, the stump of the abstracted leaf still remaining to tell the tale ! All the Entries are lost except one, which occurs among the rough marginal *Memoranda* men-

tioned above,—“vj die Aprilis, Rector de Littleham optinuit Licenciam studendi usque Festum Michaelis, et Dimissorias optinuit ad M[inores].” This refers to John le Wolfe, clerk, who had been instituted in the previous week (31 March).

A.D. deferens in manibus, et petiit a Sentencia supradicta humiliiter se absolvii.
 1337. Dominus, enim, videns contritionem, misericordia motus, prestito per dictum
 Vol. II. Thomam, sub forma subscripta, ad Sancta Dei Evangelia juramento, Beneficium Absolucionis sibi impendidit (*sic*) gracie.—Forma juramenti de quo supra fit mencio talis est,—Jeo, Thomas Leredekne, promet loiaument, et jure a ces Seintes Eugeles qe jeo tienke entre mayns, qe jeo esterrai a reward de Seinte Eglise, et de vous, Sire Johan, par la grace de Dieu Evesque Dexcestre, mon Piere Espirital, sur les contumacies et desobeissances, et de touz autres trespasses contre Seinte Eglise qe jay fait, en ceo qe jeo ne vyns a certain jour, qant jeo estoи garni par voz Ministres, a resoundre sur certeyns Articles expresses, tuchantz lamendment de malme. Sur quieux jeo me met, haut et bas, en vostre grace et vostre ordinance et volunte; et la Penance quiele vous me voudriez enjungdre, quiele qele soit, frai sanz nulle excusacion, et les amendes qe vous ordinerez,—primes a Dieu; puis, Sire, a Seinte Eglise, et a vous, et a voz Ministres, voz tenantz, et autres genz de Seinte Eglise, et nomeement a Sire William de Londay, Dean de leglise de Saint Carentoke, Sire Richard de Gomersale, Chanoyn de Glasneye, Johan Billoun, de Trethuwel, et Maistre William de Carslake, vers quieux jay trespassse pleynement fray, si avant come mon corps et mes biens purront suffire. Et jure auxint, sur meismes les Evangiles, que desore en avant me porteraи devers Dieu et Seinte Eglise, vous, et voz Ministres, voz tenantz, et autres gentz de Seinte Eglise, bien et covenablement, sur peyne de cent livres, a paier al oeuvre de leglise de Saint Piere Dexcestre, deinz un moys apres qe jeo soie en nul poynt trove contraire, et qe jeo ne vendroi deinz Leveschée Dexcestre ces trois anz sanz congee de vous. Et a totes cestes choses faire et accomplir jeo troeve plegges Monsire Rauf Bloyou et Monsire Johan de Cheverestone, Chevalers.—Presentibus Venerabilibus et discretis viris, Dominis Ricardo de Brayleghe, Decano, R. de Kirkeby, Subdecano, Magistris Waltero Meriet, Cancellario, Ricardo de Wydeslade, Thesaurario; Thoma de Nassingtone, Exonie, J. de Nassingtone, Barnastapolie, Adam de Carleton, Cornubie, R. de Cheorleton, Tottonie, Archidiaconis; W. de Nassingtone, J. de Eysi, W. de Cloptone, Canonicis in Ecclesia Exoniensi; Dominis Johanne de Ralegh, Radulpho Bloyou, Johanne de Cheverestone, Johanne Lutterel, Olyvero de Dyneham, Roberto de Neuburgh, Gilberto de Dumfreville, J. Pavely, Militibus; Magistris Willelmo de Crouthorne, Ricardo Giffard, Benedicto de Pastone, R. Peik, R. Bysshopleghe, David Alyam, Notariis Publicis; et aliis pluribus.

[fol. 13.] Northmolton; *Appropriacio Ecclesie de Northmoltone Monasterio de Lilleshulle*¹,—

Universis, etc.—Onerosa nimis sollicitudo Officii Pastoralis, laudabiles acciones attenta consideracione discuciens, illos non inmerito prosequitur gracia suffragii pocioris in quibus uberioris devocationis studia contemplatur. Exhibita, siquidem, nobis pro parte dilectorum in Christo, Religiosorum Virom Abbatis et Conventus Monasterii de Lilleshulle, Ordinis Sancti Augustini, Conventensis et Lichefeldensis Diocesis, Peticio continebat quod idem Monasterium, propter distanciam circumquaque villarum, hospitalitate tam divitum quam pauperum ultra vires possessionum suarum, que notorie sunt tenues et exiles, adeo graviter oneratur quod ea que pro cotidiano victu Conventus parata existunt oportebit quampluries hospitibus ad Monasterium ipsum subito advenientibus ministrari; unde et debitus numerus Canoncorum abolim ibidem ordinatus non potest, propter hujusmodi ac alias oppressiones multiplices, absque penuria sustentari; potissime cum Ecclesia Anglicana novis preter hec cotidie tribulacionibus plus solito pregravetur. Quare pro parte dictorum Abbatis et Conventus nobis extitit

¹ Added by a later hand,—“Pro Ordinacione istius Vicarie vide Registrum

Johannis de Grandissono de Institutionibus, Anno x^o.

A.D. cum instancia supplicatum ut, eis super hiis pio compacientes affectu, ne in
 1337. eodem Monasterio Cultus Divinus quo ad dictum Canonicorum numerum
Vol. II. aut hospitalitas minuatur, seu, excrescente nimium propter premissa ipsorum inopia, idem Monasterium ruinis subiciatur, Parochialem Ecclesiam de Northmoltone, nostre Diocesis, in qua dicti Abbas et Conventus jus obtinent, ut asserunt, Patronatus, eis in usus proprios, in subportacionem predictorum onerum, concedere et unire imperpetuum dignaremur. Quia, igitur; opinamur indubie Domino placida impendere obsequia, dum predictis Religiosis, sic oppressis, modis caritativis et decentibus subvenimus; considerantes, eciam, quod eximie ac facunde discretionis vir, Dominus Willelmus de Sharshulle, Miles, inclitissimi Principis et Domini nostri, Domini Regis, Consiliarius et Executor sue justicie generalis, ob intensem quem ad premissorum complecionem, ex speciali ad idem Monasterium devocatione, se gerere dicit affectum, ipsisque apud nos et Capitulum nostrum ferventissimam instanciam, exhibebit se eo libencius sollicitum et intentum ad nostros et Ecclesie nostre prediche honores et commoda prosequenda; dilectos filios, Decanum et Capitulum Ecclesie nostre prediche, ad tractandum communiter super Appropriacione dicte Ecclesie et ejus causis hujusmodi, cum de illis non liqueret ad plenum, fecimus per intervalla consueta temporum ad Capitulum peremptorie evocari; habitoque super predictis sepius diligenti tractatu et solemptni; quia exposita nobis in hac parte a fide dignis veritate asserabantur fulciri, de concordi collaudacione et consensu ac assensu eorundem Decani et Capituli nostri, concurrentibus omnibus et singulis que reqniruntur de jure, dictam Ecclesiam de Northmoltone, cum omniibus juribus et pertinenciis suis, dicto Monasterio de Lilleshulle, ac Abbatii et Canonicis ibidem ad presens Domino servientibus et servituiris, in subportacionem dictorum onerum, Pontificali auctoritate concedimus, appropriamus, et unimus; juribus et dignitate nostre Exoniensis Ecclesie prelibate, et Loci Archidiaconi, in omnibus semper salvis. Ita quod auctoritate Appropriacionis et Unionis hujusmodi, cedente vel decedente ad presens ejusdem Ecclesie Rectore, factaque nobis inde plena fide, prefati Abbas et Conventus, per se vel alium seu alios, ejusdem Ecclesie, ut premittitur vacantis, possessionem libere apprehendere, fructusque ejusdem in usus proprios convertere valeant et tenere. Reservata, tamen, de ipsis Ecclesie Parochialis proventibus Perpetuo Vicario instituendo in ea, assignanda per nos vel Successores nostros, Porcione congrua ac debita; ex qua idem Vicarius comode sustentari possit, et Episcopalia jura persolvere, aliaque sibi incumbencia onera subportare. Reservataque nobis et Successoribus nostris, Exoniensibus Episcopis, dictam Vicariam, quociens vacaverit, jure ordinario conferendi, neconon premissa interpretandi et declarandi pariter potestate. Rursus, ut dispendium quod per premissa eidem nostre Exoniensi Ecclesie poterit in futurum contingere compensetur, statuimus et, de predictorum Abbatis et Conventus expresso consensu, ordinamus quod iidem Abbas et Conventus, quia potissime in Diocesi consistunt aliena, in signum subjeccionis et recordacionis beneficij hujusmodi, annis singulis quinque marcas sterlingorum in Seccario nostre Exoniensis Ecclesie predice, in Festis Sancti Michaelis et Pasche, postquam dictam Ecclesiam de Northmoltone effectualiter sint adepti, imperpetuum solvere teneantur; duodecim Clericis de Secunda Forma abolim in eadem nostra Exoniensi Ecclesia adeo exiliter institutis quod hucusque congrue sustentari nequiererat, pro porcionibus equalibus assignandas. In quorum omnium testimonium et fidem pleniorum, sigillum nostrum, una cum sigillis tam Decani et Capituli quam Abbatis et Conventus predictorum Presentibus est appensum.—Data et Acta in Capitulo nostre Exoniensis Ecclesie prelibate, septimo die Julii, Anno Domini M^o. CCC^{mo} xxxvij^o, et Consecrationis nostre decimo.—Et nos, Decanus et Capitulum Ecclesie Exoniensis prelibate, habito super premissis omnibus et singulis cum dicto Venerabili Patre, Domino Exoniensi Episcopo, tractatu communī, diligenti,

A.D. et solemni, dicte Appropriacioni et ceteris omnibus suprascriptis, per
 1337. ipsum ordinatis et statutis, consensum nostrum prebentes unanimiter
 Vol. 11. pariter et assensum, sigillum nostrum commune fecimus hiis apponi. Data
 die, loco, et Anno Domini supradictis.—Nos, vero, Henricus, Dei pacientia
 Abbas, et Conventus dicti Monasterii de Lilleshulle, dicte Ordinacioni et
 Statuto, quatenus ad nos attinet, consensum nostrum concorditer imperti-
 mur. Data quo ad nos in Capitulo nostri Conventus de Lilleshulle, sub
 sigillo nostro communi, xv die Septembris, Anno Domini supradicto.

fol. 203. Exbourne ; *Mandatum ad denunciandum Thomam de Molestone
 excommunicatum,—*

Johannes, etc., dilectis filiis, Decano Christianitatis Exonie, et Dominis Mau-
 ricio Pees ac Roberto de Mammesfelde, Ecclesiarum Sanctorum Laurencii
 et Martini, Exonie [Rectoribus], salutem, graciā, et benedictionem.—Au-
 ditum est crebrius apud nos, prochdolor, et celeri sermone vulgatum, quam
 horrendum facinus Thomas de Molestone, quem titulo clericali non describi
 ejus demerita mernerunt, in personam dilecti filii, Domini Thome Poddynge,
 Rectoris Ecclesie de Ekesbourne, nostre Diocesis, et presbiteri, com-
 mittere presumpsit ausu nimium furibundo. Idem, enim, Thomas de
 Molestone, in reprobum sensum datus et insidiator scelestus, sicut id mani-
 feste probat, immo et convincit, eventus ; prout, eciā, notorietas facti
 probat ; dictum Dominum Thomam Poddynge, in aula hospicī dilecti filii,
 Domini Thome de Stapeldone, nostre Exoniensis Ecclesie Canonici, Exonie,
 in cena sedentem, improvise adveniens, nequiter invasit, et, evaginato
 cultello, ipsum in ea corporis sui parte adeo atrociter et enormiter vulneravit
 ut exinde recipi valeat et debeat conjectura probabilis quod iniquitatem
 conceperat et animum ad occidendum eundem. Hec quippe et similia, per
 eundem sacrilegum sepius perpetrata, adeo sunt notoria ac testimonio quasi
 omnium utriusque predictorum, Rectoris et sacrilegi, noticiam habencium,
 hoc asserencium viva voce ; necnon, per deposiciones testium pro parte
 dicti Rectoris coram nobis productorum, quos super hiis examinari fecimus
 ad cautelam ; quod non poterunt tergiversacione aliqua occultari. Nos, ergo,
 considerantes attencius quod in premissis mora periculum et dissimulacio
 dampnum non mediocriter comminantur, cum jam dictum sacrilegum per
 longa tempora expectavimus, si a tanta insania resiliret ; qui, tamen, in sua
 obstinacia continue fervencius inardescit ; vobis, communiter et divisim,
 [mandamus], in virtute Obedience ac Majoris Excommunicacionis Sentencie
 pena districcius injungentes, quatinus dictum Thomam de Molestone in
 Sentenciam Excommunicacionis Majoris, a Canone *Si quis, suadente diabolo,*
 latam, occasione excessus et violencie predictorum incidisse, et ea dampna-
 biliter involutum esse, in omnibus Ecclesiis Civitatis Exonie et ejus sub-
 urbii, pulsatis campanis, candelis accensis et extinctis, Cruceque erecta,
 publice et solemniter nuncietis, et per alios Locorum hujusmodi Curatos
 faciatis, auctoritate nostra, modo simili nunciari, tamdiu ipsum Thomam
 de Molestone, sacrilegum predictum, excommunicatum, et a liminibus
 Ecclesie ac communione Fidelium separatum, omnibus Diebus Dominicis et
 Festivis, publice, ut premittitur, nunciantes et nunciari facientes, quoisque
 a nobis aliud habueritis in mandatis. Diem recepcionis Presencium et
 execucionis earum formam, etc.—Datum, etc., xij die Julii.

Exeter Cathedral ; *Commissio pro Permutacione Precentorie Eccle-
 sie Exoniensis et Ecclesie de Wyrardesbury,—*

Venerabili in Christo Patri ac Domino, Domino Henrico, Dei gracia Lincoln-
 ensi Episcopo, Johannes, etc., salutem et fraterne dilectionis continuum
 incrementum¹.—Cum dilecti nobis in Christo, Magistri Adam Murymouth,
 Precentor in Ecclesia nostra Cathedrali Exonie, et Johannes de Shareshulle,
 Rector Ecclesie de Wyrardesbury, cum Capella de Langeleghe ab eadem

¹ salutem in sinceris amplexibus Salvatoris.

A.D. 1337. Ecclesia dependente, vestre Diocesis, sua hujusmodi Beneficia, ex certis causis necessariis, licitis, et legitimis, libere, ac sine pravitate et fraude qua-
 Vol. II. cumque, proponunt, ut asserunt, Canonice permutare; dum, tamen, au-
 toritas et consensus illorum quorum interest interveniant in hac parte; variisque et arduis ad presens prepediti negociis ipsius Permutacionis
 expedicioni intendere nequeamus; ad audiendum, examinandum, discucien-
 dum, et, cum de jure fuerit, approbadum causas Permutacionis hujus-
 modi; necnon, titulos utriusque ipsorum permutare volencium quos habere
 se asserunt in Beneficiis suis hujusmodi; et, si causas Permutacionis hujus-
 modi licitas repereritis et honestas, ac titulos hujusmodi Canonicos, idque
 expeditat Ecclesie nostre Exoniensi prelibate¹, ad acceptandum Resigna-
 cionem predicti Magistri Ade de Precentoria sua in Ecclesia nostra predicta
 ex causa Permutacionis faciendam, ipsamque² Precentoriam, cum suis juri-
 bus et pertinenciis, dicto Magistro Johanni, ex causa Permutacionis pre-
 dicte, conferendum; necnon, omnia et singula faciendum que usque ad
 finalem expedicionem Permutacionis hujusmodi requiruntur, Paternitati
 vestre³ reverende, de qua plenam gerimus in Domino fiduciam, quatenus
 ad nos attinet, vices nostras committimus per Presentes; Induzione dicti
 Magistri Johannis in corporalem possessionem predice Precentorie, jurium
 et pertinenciarum ipsius, ac Canonice Obediencie, necnon corporalis resi-
 dencie Dignitati Precentorie hujusmodi debite et annexe, juramenti pre-
 stacione, nobis specialiter reservatis. Paternitatem vestram obnixius
 depositentes⁴ quatinus de Processu vestro in hac parte habendo velitis nos,
 expedito hujusmodi Permutacionis negocio, per Literas vestras patentes,
 harum et ejusdem Processus seriem continentis, efficere, si libeat, cerciores.
 —Data apud Cliste, xxv die Julii⁵, Anno, etc. xxxvij^{to}. [Margin.—“postea
 transivit sub forma subscripta.”—The variations are not very important.
 I have given them in footnotes, except such as are merely verbal and
 trivial].

[fol. 209.] St. Ladock [Sancte Ladoce, MS.]; Sir Ralph de Goveley, R.—
 209. Licence of non-residence for a year (Clyst, 29 July).

fol. 208b. Testamentary—Luppit; *Commissio ad audiendum calculum Executorum Testamenti Rectoris quondam Ecclesie de Louepitte*,—
 Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Thome de Nassingtone, Archidiacono
 Exonie, salutem, graciam, et benedictionem.—De vestra fidelitate et industria
 plurimum confidentes, ad audiendum calculum seu raciocinium dilec-
 torum nobis in Christo, Executorum Testamenti quondam dilecti filii,
 Magistri Johannis de Whyteby, Rectoris Ecclesie de Louepitte, nostre
 Diocesis, defuncti, super Administracione eorum in bonis ejusdem defuncti
 facta; et, si Executores hujusmodi repereritis in bonis hujusmodi fideliter
 administrasse ac Administracionem legitime complevisse, eosdem Execu-
 tores, et eorum quemlibet, ab onere ulterius calculandi ac execucione ulteriori
 dicti Testamenti absolvendum, quatenus ad nos attinet; necnon, Seques-
 trum quodcumque in bonis dicti defuncti per nos, seu auctoritate nostra,
 ex quacumque causa interpositum debite relaxandum; vobis vices nostras
 committimus, cum cohercionis Canonice potestate.—Data apud Cliste,
 quarto die Augusti.

Torbrian; *Commenda Ecclesie de Torrebryan*,—

¹ necnon in eventum quo causas hujus-
 modi approbaveritis; the words “ti-
 tulos . . . prelibate” being omit-
 ted.

² et successive eandem Precentoriam.

³ vobis vices nostras, etc.; adding “cum
 cohercionis Canonice potestate.”

⁴ This sentence was recast, thus,—
 “Rogantes attente quatinus Com-
 missionem hujusmodi dignemini abs-
 que cordis offendiculo acceptare, no-
 bisque, oportunis loco et tempore,
 intimare per Literas vestras, etc.”
⁵ Data x^o die Augusti.

A.D. Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Domino Roberto Pyl,¹ presbitero; 1337. salutem, graciam, et benedictionem.—Considerata evidenti utilitate Par-
Vol. II. ochialis Ecclesie de Torrebrryan, nostre Diocesis, premissa inde cause cogni-
cione debita, tibi, de cuius conscientie puritate et discrecionis industria
non mediocriter confidimus, de consensu dilecti filii, Domini Guidonis de
Bryan, Militis, ejusdem Ecclesie veri Patroni, expresso, ac concurrentibus
omnibus juris solempniis in hac parte requisitis, ipsam Ecclesiam in forma
juris, tenore Presencium, commendamus, usque ad tempus a jure prefinitum
hujusmodi Commende nomine possidendam; firma concepta fiducia
quod eadem Ecclesia a lapsibus, quibus ad presens ex certis defectibus
subjacet, per tue vigilancie studium relevabitur, dante Deo. Proviso quod
eidem Ecclesie in Divinis Officiis et cure exercicio animarum, durante
hujusmodi Commenda, facias fideliter deserviri, sicut super hoc coram
districto Judice decreveris respondere. In cuius rei, etc.—Data apud
Cliste, ix die Augsti.

fol. 209. Calstock [Callistoke, MS.] ; Sir Hugh de Wymbourne, priest, R.—
Licence of non-residence for a year from Michaelmas next, (Clyst, 12 Aug.).

St. Ewe [Sancte Ewe, MS.] ; Master Thomas Bray, priest, R.—
Licence of non-residence till Easter [12 April, 1338], (Clyst, 1 Sept.).

Nymet-St. George ; Stephen de Trenewith, subdeacon, R.—
Licence of non-residence for a year, to study (Clyst, 6 Sept.).

Bosham ; *Provocacio pro Libera Capella de Boseham*,—

Memorandum quod, cum Dominus audivisset de morte² Domini Cicestrensis,
et quod Dominus Archiepiscopus Cantuariensis, ratione Custodie Spiritualitatis
ibidem Sede vacante, Liberam Capellam de Boseham intendebat
visitare, provocavit sub hac forma,—IN DEI NOMINE, AMEN.—Cum Ecclesia
Collegiata de Boseham, que Libera Capella Domini nostri, Regis Anglie,
esse dinoscitur, cum Capellis ab eadem dependentibus, sit, et fuerit a
tempore cuius contrarii memoria non existit, ab omni Jurisdiccionem ordi-
aria Episcopi Cicestrensis, et eujuscumque alterius Jurisdiccionem hujusmodi
Cicestrensi Ecclesia vacante, in Diocesi Cicestrensi de jure vel de consuetu-
dine excercensis, et precipue quantum ad Chorum, Prebendas, personas
Prebendariorum et Ministrorum ipsius Capelle, ac bona Prebendarum
hujusmodi, immunitis penitus et exempta ; nosque Johannes, miseracione
Divina Exoniensis Episcopus, toto tempore nostro, et Predecessores nostri,
Exonienses Episcopi, a tempore cuius contrarii memoria non existit, fuerimus,
et fuerint, in possessione vel quasi juris Prebendas in eadem Capella con-
ferendi et Canonicos instituendi, juramentum Canonice Obedience recip-
iendi, Canonicos destituendi et amovendi, de excessibus Canoniconum et
Ministrorum ibidem inquirendi, corrigendi, et puniendi, ac Canonicos et
Ministros hujusmodi pro suis culpis, contumaciis, offensis, et excessibus
suspendendi et excommunicandi, ac Capellam ipsam interdicendi, bonaque
Prebendariorum et Ministrorum ibidem sequestrandi, ac Jurisdiccionem
omnem Ecclesiasticam, solum et in solidum, in eadem Capella, personis et
rebus Canoniconum et Ministrorum ejusdem notorie excercendi, adeo quod
Episcopus Cicestrensis qui pro tempore fuerit, ipsiusve Officiales seu
Ministri, ipsius vice, auctoritate, vel mandato, seu quisvis alias Jurisdic-
cionem hujusmodi, Cicestrensi Ecclesia viduata Pastore, de jure vel de
consuetudine excercens, quicquam excercere valeat de premissis, prout hec
in Curia Regia alias legitime terminata fuerant ; sint, eciam, omnia et

¹ He was instituted to this Benefice, 23 Jan., 1337-8 (vol. iii, fol. 39).

² John de Langton died on the 17th of June, 1337. At any rate
“his Anniversary was kept on that

day as appears in an antient Calen-
dar ; but in MS. Ashm: 1146 he is
stated to have died 19th July (*Le
Neve*, i, 242).

A.D. singula premissa adeo notoria atque vera quod nulla poterunt tergiversatione celari ; auditio, tamen, quod Venerabilis Pater et Dominus, Dominus
 1337. Vol. II. Johannes, Dei gracia Cantuariensis Archiepiscopus, premissorum non ignarus, intendit in dicta Capella, ratione Custodie Spiritualitatis Episcopatus Cicestrensis, Sede ejusdem ad presens ibidem vacante, Visitacionis Officium excercere, nosque pregravare, molestare, inquietare, et perturbare in jure et possessione nostra predictis, in juris Regii prejudicium et ejus diminucionem honoris; idcirco, metuentes ex hiis et aliis verisimilibus et probabilibus conjecturis nobis circa premissa grave prejudicium generari posse in futurum, ne dictus Reverendus Pater, vel quivis alius ipsius vice, auctoritate, vel mandato, seu quicumque alii, circa premissa aliquid attemptet, vel attemptent, faciat seu faciant aliqualiter attemptari, citando, monendo, visitando, inquirendo, corrigendo, puniendo, suspendendo, excommunicando, interdicendo, sequestrando, seu quamecumque Jurisdictionem in eadem Capella, et precipue in Choro, Prebendis, personis Prebendariorum et Ministrorum ipsius Capelle, aut bonis Prebendarum hujusmodi quomodo libet excercendo, Sacrosanctam Sedem Apostolicam provocamus et appellamus, pro nobis et nobis adherentibus, in hiis Scriptis ; protestantes nos in eventum futuri gravaminis appellare velle et Apostolos petere cum effectu, ac presentem Provocationem immutare, corriger, et emendare, diminuere, et sibi addere cum nobis videbitur expedire, eamque notificare dicto Venerabili Patri et omnibus quorum interest, tempore oportuno.—Interposita fuit ista Provocacio in Scriptis per Dominum Johannem, Exoniensem Episcopum predictum, in Camera sua Manerii sui de Cliste, Exoniensis Diocesis, die vij^a mensis Septembris, Anno Domini M^o. CCC^{mo} xxxvij, Indicione quinta, Pontificatus Domini Benedicti Pape XII Anno tertio ; presentibus Magistris David Alyam, Notario Publico, Willelmo de Doune, clero, Willelmo de Braybroke, domicello, et Thoma Pictere, de Wodestoke, ac me Nicholao Aunger, Publico Auctoritate Apostolica Notario.

—*Procuratorium ad provocandum et appellandum,*—

Eisdem die et loco, Anno, Indicione, Pontificatu predictis, Venerabilis Pater, Dominus Johannes, Dei gracia Exoniensis Episcopus, Capellanus Regius ratione Libere Capelle de Boseham, sue Peculiaris Jurisdictionis, ab omni Jurisdictione Episcopali Cicestrensi, Loci Archidiaconali, et, Sede vacante, Archiepiscopali et Episcopali, ut asseruit, exempta, personaliter constitutus, dilectos sibi in Christo, Magistros Willelnum de Fysshbourne, Canonicum dicte Capelle, subditum suum, Benedictum de Pastone, Ecclesie Sancti Probi, Exoniensis Diocesis, Canonicum, Galfridum de Ledes et Willelum de Braybroke, suos veros et legitimos fecit et constituit Procuratores, negotiorum Gestores, et Nuncios speciales, et quemlibet eorum insolidum ; ita quod non sit melior condicio occupantis, etc. ; ad provocandum, appellandum, Provocationes et Appellaciones omnibus quorum interest vel intererit notificandum, et insinuandum et intimandum, et earum Causas prosequendum, juramentum de calumpnia et veritate dicenda et quodlibet aliud licitum in animam suam prestandum, protestandum, unum vel plures loco sui et eorum cuiuslibet substituendum et revocandum, ac omnia et singula faciendum que in premissa (*sic*) et circa ea necessaria fuerint seu oportuna, eciam si Mandatum exigant ; cuicunque Appellationi interponende, cum interposita fuerit, renunciandi, eis et eorum cuilibet potestate penitus interdicta. Pro eisdem, vero, Procuratoribus, etc.,—presentibus testibus supradictis—sub manu publica Magistri David Alyam.

—*Inhibicio Boseham,*—

Johannes, etc., ratione Libere Capelle Regie de Boseham, nostre Peculiaris Jurisdictionis, Regius Capellanus, dilecto filio, Magistro Willelmo de Fysshbourne, Canonico prebendato Capelle Regie prelibate, salutem, graciam, et benedictionem.—Quosdam, prout pridie accepimus, peregrinos Judices illius reprobis presumptionis arcet aculeus, ut, nescientes abstinere a vetitis, ad visitandam predictam Liberam Capellam Regiam, cum Capellis dependenti-

A.D. bus ab eadem, ab omni Jurisdicione Venerabilium Patrum, Dominorum
 1337. Archiepiscopi Cantuariensis, Episcopi et Archidiaconi Cicestrensis, notorie
 Vol. II. liberam et exemptam ; in quaque nos, utpote Capellanus Regius, in Colla-
 cione Prebendarum ejusdem Ecclesie et quibusdam aliis notorie presidemus,
 sicut Venerabiles Patres, Exonienses Episcopi, Predecessores nostri, qui
 fuerunt pro tempore, a longe retroactis temporibus prefuerunt; frena relaxare
 intendunt, in Regii diminucionem honoris, nostrumque et Capelle Regie
 predice prejudicium evidens et gravamen. Quoniam, igitur, sustinere non
 debemus ut quesita libertas hujusmodi astucia qualibet violetur ; vobis,
 tenore Presencium, inhibemus, et per vos ceteris omnibus et singulis Con-
 canoniciis vestris ejusdem Capelle, ac aliis quibus de jure fuerit faciendum,
 inhiberi volumus et mandamus ne quicquam in prejudicium Juris Regii
 nostreve Jurisdiccionis in Libera Capella predicta, coram quibuscumque
 Visitacionis vel alterius Ecclesiastice Jurisdiccionis colore fungentibus com-
 parendo, vel alias parendo eisdem, presumatis vel presumant quomodolibet
 attemptare ; set pocius, pro libertate et exemptione hujusmodi dicte Capelle,
 vestraque communi quiete, dictorum adversancium conatibus sic studeatis
 per vos et vestros Concanonicos predictos adversari, quod illius propositi
 cesseret intencio, et ipsa Capella Regia sue letetur plenitudine libertatis.
 Diem, vero, recepcionis Presencium et Inhibicionum vestrarum hujusmodi
 formam, necnon quid feceritis in premissis, una cum nominibus et cogno-
 minibus eorum quibus inhibueritis, et qui Monitionibus vestris paruerint,
 et qui non si qui tales fuerint, nobis infra mensem intimetis per Literas
 vestras patentes, harum et Processus vestri seriem continentis.—Datum
 apud Clist, vijmo die Septembris Anno Domini supradicto.—Quod, quidem,
 Mandatum per dictum Magistrum Willelmum sic fuit certificatum. (See
 below).

[fol. 209.] Camborne [Cambrone, MS.]; Master Stephen Pempel, deacon, R.,—
 Dispensation : non-residence for a year, to study (Clyst, 8 Sept.).

St. Ruan-Lanyhorne [Larihorne, MS.]; Master Walter de Botriaux,
 priest, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study at Oxford, etc. (Clyst, 9 Sept.).

East Anstey [Esteansti, MS.]; William Avenel, subdeacon, R.,—
 Dispensation : non-residence for a year, to study (Clyst, 10 Sept.).

fol. 209b. Bosham ; *Certificatorium super Inhibicione predicta*,—

Venerabili in Christo Patri ac Domino suo, Domino Johanni, Dei gracia
 Exoniensi Episcopo, suus humilis et devotus Willelmus de Fysshbourne,
 Canonicus Libere Capelle Regie de Boseham, obedienciam et reverenciam
 tanto Patri debitas, cum honore.—Mandatum vestrum iij Idus Septembris
 [11 Sept.] reeipi, sub eo qui sequitur tenore,—Johannes, etc., *ut supra*.
 Cui, quidem, Inhibicione vestre in omnibus parui et parebo, prout teneor,
 reverenter. Ceteris, eciam, omnibus et singulis Concanonicis meis ejusdem
 Capelle, videlicet Magistro Johanni de Tyngewik, Prebendario de Chideham,
 Domino Willelmo de Hardeshulle, Sacriste Loci predicti, in dicta Capella
 de Boseham personaliter apprehensis, et Domino Thome de Stapeldone,
 licet absenti, in persona Thome de Walitone, Procuratoris sui, ac aliis
 quibus de jure fuerat faciendum, auctoritate dicti Mandati vestri, inhibui
 ne quicquam in prejudicium juris Regii vestreve Jurisdiccionis in Libera
 Capella predicta, coram quibuscumque Visitacionis vel alterius Ecclesiastice
 Jurisdiccionis colore fungentibus comparendo, vel alias parendo eisdem,
 presumerent quomodolibet attemptare ; qui omnes et singuli hujusmodi
 Inhibicione humiliiter paruerunt cum effectu. Et sic Mandatum vestrum,
 quatenus potui, reverenter sum executus.—Datum apud Boseham, xvij
 Kalendas Octobris [16 Sept.], Anno Domini supradicto.

—Exhibitum fuit dictum Certificatorium et Domino traditum apud Clist, xxv
 die Septembris, sub quodam sigillo, in quo sculpta fuerat in medio ymago

A.D. Beate Marie Virginis, tenens Filium inter brachia, et subter ymago cuiusdam Clerici, erigentis manus ad dictam ymaginem. Et in circumferencia
1337. Vol. II. scriptum erat,—SIGILLUM WILLELMI DE VENELLA, CLERICI.

[fol. 210b.] St. Mawnan [Sancti Maunani, MS.]; Sir Robert [Flamanke], priest,
R,—

Licence of non-residence for a year, “ita quod redeat in Quadragesima, aliquo tempore, ad Ecclesiam suam” (Clyst, 20 Sept.).

fol. 210. Bosham ; *Procuratorum ad appellandum pro Boseham,*—

Pateat universis per Presentes quod nos, Johannes (*etc., ut supra*), dilectos nobis in Christo, Magistros Thomam de Nassingtone, Archidiaconum Exonie, Willelmum de Nassingtone, in Ecclesia nostra Exoniensi Canonicis, et Magistrum Benedictum de Pastone, Canonicum in Ecclesia Sancti Probi, in Cornubia, nostre Diocesis, et quemlibet eorum insolidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, nostros veros facimus et constituimus Procuratores, ad appellandum a quibuscumque gravaminibus, nobis seu dicte Capelle Libere illatis, circa exemptionem vel libertatem ejusdem, seu alias qualitercumque per quoscumque Visitacionis vel alterius Ecclesiastice Jurisdiccionis colore fungentes, Appellacionesque hujusmodi intimandum et innovandum, et earum causas prosequendum, et generaliter omnia et singula faciendum que in premissis, vel circa ea, necessaria fuerint vel oportuna, eciam si Mandatum exigant speciale. Pro eisdem, vero, Procuratoribus nostris, et eorum quolibet, rem ratam haberet et judicatum solvi, sub obligacione omnium rerum nostrarum promittimus et exponimus cauciones. In ejus rei, etc.—Datum apud Cliste, xxij die Septembbris, Anno Domini supradicto.

—*Appellacio Boseham,*—

Memorandum quod, xxij die Septembbris, Anno, etc. xxxvij, Indicione vja, Pontificatus Domini Benedicti Pape XII Anno tertio, in Aula Manerii Episcopalis de Clist, Exoniensis Diocesis, in presencia Domini Roberti de Chulmelegh, Rectoris Ecclesie de Tettebourne, Radulphi de Gatepathe, et Galfredi de Ectone, Magister Willelmus de Nassingtone, Canonicus Ecclesie Exoniensis, Procurator supradictus personaliter constitutus quandam Appellationem in Scriptis redactam publice legit et interposuit, sub hac forma,—*In DEI NOMINE, AMEN.*—Licet Libera Capella Regia de Boseham, Cicestrensis Diocesis, in qua Venerabilis Pater et Dominus, Dominus Johannes, Dei gratia Exoniensis Episcopus, Dominus meus, utpote Capellanus Regius, in Collacione Prebendarum ejusdem Capelle et quibusdam aliis notorie presidet, sicut Venerabiles Patres, Exonienses Episcopi, Precessores et Predecessores sui, qui fuerunt pro tempore, a longe retroactis temporibus preuerunt, sit et fuerit, cum Capellis dependentibus ab eadem, ab omni Jurisdiccione Jurisdiccionisque exercicio Venerabilium Patrum, Dominorum Archiepiscopi Cantuariensis, Episcopi et Archidiaconi Cicestrensis, notorie libera et exempta ; fuisseque ex parte dicti Venerabilis Patris et Domini mei, Domini Exoniensis Episcopi, in pacifica possessione libertatis et exemptionis hujusmodi dicte Capelle existentis, ac metuentis, ex quibusdam causis probabilibus et verisimilibus conjecturis, honori Regio, sibique et Capelle Regie prelibate per nonnullos nitentes in vetitum circa premissa prejudicium posse generari in futurum ; ne quis quicquam in ipsorum Dominorum Regis, Episcopi, aut Capelle prejudicium qualitercumque attemptaret, ad Sacrosanctam Sedem Apostolicam palam, publice, ac legitime provocatum ; quidam, tamen, Magister Johannes de Whitchurche, et quidam alii, sui in hac parte college, quos Provocatio hujusmodi verisimiliter non latuit, illa non obstante, post et contra eam, Canonicos prebendatos et alios ministrantes Clericos in eadem Capella, sub colore Visitacionis Venerabilis Patris et Domini, Domini Dei gratia Cantuariensis Archiepiscopi, Tocius Anglie Primatis, Ecclesiarum, Cleri, et populi Civitatis et Diocesis Cicestrie, Ecclesia Cicestrensi vacante, ad subeundum, eciam in dicta Capella Regia, sue Visita-

A.D. cionis hujusmodi Officium mandaverunt, et fecerunt coram eis peremptorie ad
 1337. judicium evocari ; et, injuriam injuriis accumulantes, eos non terruit etiam in
 Vol II. Choro dicte Capelle Visitacionis sue hujusmodi Officium excercere, in Regii
 diminucionem honoris, nostrumque et Capelle Regie predice prejudicium
 evidens et gravamen. Unde ego, Willelmus de Nassington, Procurator
 dicti Venerabilis Patris, Domini Exoniensis Episcopi, sciens honorem
 Regium per premissa minui, et senscens eundem Dominum meum,
 Dominum Episcopum, et me ejus nomine, ex premissis et eorum quolibet
 indebite pregravari, ad Sacrosanctam Sedem Apostolicam predictam et
 Dominum nostrum, Dominum Benedictum, Divina Providencia Papam
 XII, in hiis Scriptis appello, et Apostolos instanter et instantissime peto.

West Putford [Westputteforde, MS.] ; Master Paul Brey, deacon,
 R.,—

Dispensation : non-residence for a year, to study : he was not bound to take
 Priest's Orders or to reside on his Benefice meanwhile (Clyst, 24 Sept.).

Buckland-Filleigh [Bokelonde Filleghe, MS.] ; Master Roger de
 Trevyliaux, deacon, R.,—

Dispensation : non-residence for a year, to study (etc., *ut supra*,—same date).

Sutcombe [Sotecombe, MS.] ; Sir Nicholas Horloke, R.,—

Licence of non-residence for a year, "causa insistendi obsequiis Domini
 Ricardi de Mertone, Patroni sui" (same date).

Thurlestone [Thorlestone, MS.] ; Sir Robert Pynho, R.,—

Licence of non-residence for a year (same date).

fol. 210b. Bridestowe [Bridestouwe, MS.] ; Master William de Beare, R.,—
 Licence of non-residence for a year, to study (same date).

Instow [Yenestouwe, MS.] ; William de Borwardesleghe, clerk, R.,—
 Licence of non-residence for a year, to study : he was to take Minor and Sub-
 deacon's Orders within a year from his Institution (Clyst, 26 Sept.).

Alwington ; *Dimissorie*,—

Master John de Holande, R., deacon, "ad Ordinem Presbiteratus" (same
 date).

Brendon ; Thomas le Eyr, R.,—

Licence of non-residence for a year (Clyst, 30 Sept.).

Rackenford [Rakerneforde, MS.] ; Master John de Coletone, sub-
 deacon, R.,—

Dispensation : non-residence for a year, to study ; he was not bound to take
 higher Orders, etc. (Clyst, 1 Oct.).

Inwardleigh ; John Giffard, subdeacon, R.,—

Dispensation : non-residence for a year, to study, etc., *ut supra* (Clyst, 3 Oct.).

Exbourne ; *Commissio ad absolvendum T. de Molatone* (see p. 844),—

Item, viij die Octobris, emanavit Commissio Domino Bathoniensi, vel ejus
 Commissario, ad absolvendum in forma juris Thomam de Molatone, cleri-
 cum, a Sentencia Excommunicacionis Majoris, quam iucurrerat occasione
 violente et temerarie manuum injecconis in Dominum Thomam Poddyngh,
 Rectorem Ecclesie de Ikesbourne, presbiterum, gravis et enormis ; quatenus
 Domino de jure permittitur.

Luppit [Louepitte, MS.] ; Master Robert de Grimestone, subde-
 con, R.,—

Dispensation : non-residence for a year, to study (Clyst, 8 Oct.). Letters Dim-
 issory were granted to him, on the same day, "ad Ordinem Diaconatus."

Littleham [Littleham, MS.] ; John Wolfe, accolite, R.,—

A.D. Licence of non-residence for a year, to study: he was to take Subdeacon's 1337. Orders within a year from his Institution (Clyst, 10 Oct.).

Vol. II. [Apparently, with a view to utilizing the rest of the page, several Entries belonging to the Bishop's 11th year are entered under the 10th; viz., four made in October, one in November, two in December, one in March, and one in July. These have, of course, been transferred to their proper places.]

Mutatio Anni Consecrationis Domini.

[fol. 211.] Anno Domini Millesimo CCCmo xxxvij^{mo}, et Consecrationis Domini Johannis, Dei gratia Exoniensis Episcopi, undecimo incipiente.

[fol. 210b.] St. Just-in-Roseland [Sancti Justi *in Kerier*¹, MS.]; Sir Richard de Brankescombe, R.—

Licence of non-residence for a year (Clyst, 18 Oct.).

[fol. 210b.] Lanivet [Lannyvet, MS.]; Master John Giffard, priest, R.—

Licence of non-residence for a year, to study (Clyst, 19 Oct.).

[fol. 210b.] St. Ludgvan [Ludevon, MS.]; Master Robert Luke, priest, R.—

Licence of non-residence for a year, to study (Clyst, 20 Oct.).

[fol. 210b.] Stockleigh-Pomeroy [Stokkeleghe Pomerey, MS.]; Sir Laurence [de Bokapitte], priest, R.—

Licence of non-residence for a year, to study (Clyst, 21 Oct.).

[fol. 211.] Exeter Cathedral; *Contra W. Meriet, Cancellarium Exonie*,—
Johannes, etc., Decano, Thesaurario, et Archidiacono Exonie in Ecclesia nostra Exoniensi, salutem, graciā, et benedictionem.—Quia, juxta gemibundam Prophete vocem dicentis *semper tacui, semper silui, tandem ut parturiens loquar*, et nos, eciam, de Waltero Meriet, qui se gerit pro Cancellario Ecclesie nostre Exoniensis, idem dicere possumus, non inconvenienter, cum per decēm annos ejus notorios defectus et excessus tacite et sub silencio, semper obsecrando, arguendo, et increpando,² juxta Apostolum, sub spe correcciónis toleraverimus; ipse, tamen, spiritu elacionis inflatus, omnem humanam verecundiam et Canonicam abiciens disciplinam, in tantum—ut de aliis minus notoriis taceamus—residenciam Cancellarie debitam non facit ut Cancellarius, nec vix ut simplex Canonicus, set clandestinam, januis clausis et exclusis communicandis, de Ecclesia nostra et Diocesi emulgendo et suggendo quicquid potest, nichilque fructus rependendo; quinimmo edificia apud Gabrielstoke, que alii Cancellarii magnis sumptibus erexerunt, et, ad eadem sepius declinando, Gregem ibi, necnon apud Sanctam Neulinam³ in Cornubia, sibi commissum spiritualiter et corporaliter refecerunt et foverunt (a quibus, eciam, ipse pro reparacione eorundem, licet indebita, multa recepit), ad terram solotenus jam prosterni et pauperes parochianos fame perire permisit, ipsasque Ecclesias et earum ornamenta reficere toto suo tempore pretermisit. Unde, ne nostrā nos taciturnitas apud Summum Judicem finaliter addicat, vobis injungimus et mandamus, communiter et divisim, quatinus eum primo, secundo, et tertio ac peremptorie, moneas, sub pena juris, quod exnunc residenciam debitam et consuetan̄, saltem per duas anni partes integras, dividendo annum in tres, ut satis nostis, palam

¹ A clerical error. This Parish is not in the Deanery of Kerier, but in that of Powder.

² See page 283, No. 238.

³ Sanctum Neulinum, MS. A clerical error.

A.D. non clandestine in eadem Ecclesia nostra Exoniensi facere studeat, ut
 1337. tenetur. De ceteris, autem, predictis defectibus eum contingentibus curabi-
 Vol. II. mus alibi et aliter, Deo volente, remedium apponere oportunum. Ad hec,
 ex causa vobis, in virtute Obediencie nobis prestite, firmiter injungimus et
 mandamus quod, recensitis diligenter Rotulis Scaccarii vestri, quot diebus
 a Festo Sancti Mathei [21 Sept.] usque ad idem Festum, anno revoluto,
 resederit fideliter computantes, nos inde, necnon de die receptionis Pre-
 sencium et Monicionis hujusmodi forma, citra Octabas Sancti Martini [18
 Nov.] proximo futuras, certificetis per Literas vestras patentes, harum
 seriem continentes.—Datum in Manorio nostro de Cliste, ultimo die
 Octobris.

—*Quod, quidem, Mandatum sic fuit certificatum,*—Veneribili, etc.—Cujus au-
 toritate Mandati, primo die Novembribus recepti, prefatum Dominum Wal-
 terum Meriet, Cancellarium predictum, primo, secundo, et tertio ac per-
 emptorie, sub pena juris ut mandatur, monuimus quod extunc a tempore
 Monicionis nostre residenciam debitam et consuetam, per duas anni partes
 integras, dividendo annum in tres partes, in dicta Ecclesia Exoniensi, juxta
 dicti Mandati exigenciam, facheret indilatae. Rotulis, insuper, Scaccarii Beati
 Petri per nos examinatis, comperimus et computavimus quod idem Can-
 cellarius a Festo Sancti Mathei, anno preterito, usque ad idem Festum,
 anno revoluto, per dies in Cedula Presentibus annexa contentas in dicta
 Ecclesia Exoniensi resedit. Numerus, vero, dierum in Cedula Presentibus
 annexa continetur.—Datum Exonie, xv die Novembribus, Anno Domini
 supradicto.

Tenor, vero, Cedule de qua supra fit mencio talis est,—Terminus Sancti Michaelis, Anno, etc. xxxvj, incepit in Vigilia Sancti Mathei. Quo termino Cancellarius resedit per lv dies. Item, in Termino Natalis Domini per xlvi dies. Item, in Termino Pasche per xlvj dies. Item, in Termino Sancti Johannis per xlvj dies.

[fol. 210b.] South Tawton [Southtautone, MS.] ; Master Nicholas Walewyn,
 R., —

Licence of non-residence for a year (Clyst, 19 Nov.).

[fol. 13b.] Haccombe ; *Ordinacio Archipresbiteratus de Haccombe,*—

Universis, etc., Johannes, etc., salutem in sinceris amplexibus Salvatoris. Cum
 multa nobis sint de studio devocationis olim dilecti filii, Domini Stephani de
 Haccombe, Militis, ad Deum et Divini Cultus augmentum in Parochiali
 Ecclesia de Haccombe, nostre Diocesis, in qua ipse, dum viveret, jus obtinuit
 Patronatus, et in qua corpora ejus et suorum progenitorum traduntur
 Ecclesiastice sepulture, placida insinuatione suggesta, ita cordi nostro est
 ejus intentio devota, ut ea que rationabiliter erant sibi concedenda vivo,
 eciam concedamus defuncto ; et eo libencius, quo dilectus filius, Dominus
 Johannes Leredekne, Miles, qui, sicut eidem Domino Stephano in tempor-
 alibus heres substituitur, ita devocationem ipsius, cuius velud fidecommissarius¹
 fidelis curam suscepit, imitatur, explanando sepe nobis suum et dicti Domini
 Stephani circa premissa amplectendo desiderium, et petendo sepius in decla-
 racionem devocationis dicti Stephani et sue fidei, ad Divini Cultus augmentum
 in dicta Ecclesia perpetuum, Archipresbiteratus Officium et infrascriptum
 Presbiterorum numerum, premissa solemnitate debita, statuere sub modis
 et porcionibus subdistinctis. Considerantes, igitur, quod illa benigno sunt
 concedenda favore per que Divinus Cultus augeri valeat et pia defunctorum
 vota salubriter adimpleri, dilectos filios, Decanum et Capitulum Ecclesie
 nostre Exoniensis, ad tractandum una nobiscum super premissis et eorum
 causis, ad certos diem et locum peremptorie fecimus evocari ; habitoque
 cum eis super hiis tractatu diligent et solemptni die dicta, de predictorum
 Decani et Capituli ac prefati Militis, et omnium aliorum quorum interest,

¹ Testamenti executor.—D'Arnis.

A.D. collaudacione et consensu, concurrentibusque omnibus et singulis que re-
 1337. quiruntur de jure super petitis hujusmodi, et circa ea ; in hiis Scriptis
 Vol. II. ordinamus, providemus, et statuimus sub hac forma ; ut, videlicet, dilecto
 filio, nunc Rectore dicte Ecclesie de Haccombe¹ cedente vel decedente, per-
 sona idonea sciencia et moribus ac in Sacerdocio constituta, que non solum
 clericorum ponendorum in ea, et amovendi eosdem cum expedire videbitur,
 verum etiam Presbiterorum predictorum et parochianorum quorumcumque
 ejusdem Ecclesie sollicitudinem et curam gerat debitam animarum, queque
 per verum Patronum dicte Ecclesie, infra tempus indultum a jure, velud
 Archipresbiter, et sub Archipresbiteri vocabulo, nobis et Successoribus nostris,
 Exoniensibus Episcopis, instituendus presentetur, et instituatur Archipresbiter
 in eadem ; qui, etiam, mox in Institucione sua prestet, juxta formam
 Constitutionis bone memorie Dominorum Otonis et Ottoboni, olim Sedis
 Apostolice Legatorum in Anglia de Vicariis editae, faciente ibidem residencie
 corporalis et continue, excepta defensione necessaria seu saltem utilitate
 communi dicte Ecclesie, juramentum ; alioquin dicti Archipresbiteri Insti-
 tucio nullius penitus sit momenti. Item, quod idem Archipresbiter quinque
 Presbiteros suos socios idoneos, nobis et Successoribus nostris hujusmodi, per
 eundem Patronum, postquam dictus Archipresbiter corporalem possessionem
 dicte Ecclesie de Haccombe et possessionem corporalem Ecclesie Sancti Hugo-
 nis de Quedyke² infrascripte, cum majoribus fructibus ad eas, preter porcio-
 nem Vicarie in eadem Ecclesia Sancti Hugonis per nos vel Successores nostros
 taxande et ordinande, spectantibus, auctoritate presentis Ordinacionis fuerit
 adeptus, ac postmodum eis vel eorum subrogatis, sive simul sive separativim
 cedentibus seu decedentibus, infra mensem abinde continuum nominandos,
 nostrarum aut Successorum nostrorum hujusmodi auctoritate Literarum,
 etiam omissa solempnitate Inquisitionis et Inductionis in aliis servari solita,
 recipiat et secum habeat ; quos, cessante causa rationabili, nolumus a quo-
 quam amoveri ; per quos omnes Divinum Officium in predicta Ecclesia de
 Haccombe devote et solempniter celebretur ; ut, videlicet, preter Horas
 Canonicas quas dicent cum nota quolibet die, Missam convenientem diei et
 aliam de Beata Virgine, Dei Genitrice, cum nota, necnon terciam de mortuis
 cum pleno Officio mortuorum ordine servari solito, cessante impedimento
 legitimo, cotidie sine nota, preterquam in Anniversariis, psallere et dicere
 teneantur. In quibus Missis et aliis oracionum suarum suffragiis pro
 salubri statu nostro et Nobilis Viri, Domini Hugonis de Courtenay, Comitis
 Devonie, dictique Domini Johannis Lercedekne et Domine Cecilie, uxoris
 sue, suorumque liberorum ; necnon, Domine Margerie, quondam uxoris³
 Domini Stephani de Haccombe, Militis, et Domini Roberti le Pyl, clericis,
 dum vixerimus et vixerint, ac pro animabus ipsorum et nostra cum ab hac
 luce migraverimus et migraverint ; et specialiter pro animabus Domini
 Stephani predicti Fundatoris, et Domini Thome Lercedekne, Militis, patris
 dicti Domini Johannis, ac Domine Matillidis, matris ejusdem ; necnon,
 Jordani de Haccombe et Isabelle uxoris sue, omniumque Fidelium in
 Christo quiescentium, orare specialiter teneantur. Proviso quod unus de
 Presbiteris hujusmodi cotidie pro statu nostro ac predictorum omnium, et
 animabus nostris ac predictorum nominatim expressorum, et omnium
 Fidelium defunctorum, celebrare cotidie teneatur ; quodque vicissim
 ebdomodarios se constituant ; dictique Presbiteri prefatum Archipresbiterum,
 cum oporteat, juvent in cure exercicio animarum, ejusque judicio et
 ordinacioni in hiis que de[c]cencie sunt et honestatis se subiciant, cum omni
 reverentia et timore. Statuimus, insuper, et ordinamus quod idem Archi-
 presbiter, ratione sui regiminis animarum et supportacionis sue aliorumque
 onerum ejusdem Ecclesie, adinstar aliorum Beneficiatorum nostre Diocesis
 curam animarum habencium, disponendi de bonis ejusdem Ecclesie plenam

¹ Sir John Dreyne, inst. 14 May, 1315. ³ uxore, MS.

² Quethiock, in Cornwall.

A.D. et liberam habeat facultatem. Proviso, tamen, quod tam ipse quam alii
 1337. Presbiteri predicti, quos per eum volumus sibi Socios appellari, sub eodem
Vol. II. tecto simul se reficiant et cohabitent in communione; quodque, nichilominus,
 idem Archipresbiter, de bonis ad dictam Ecclesiam spectantibus, singulis
 predictis Presbiteris pro stipendiis et vestibus, preter et ultra victualia
 statui eorum competencia que subministrabit eisdem, duas marcas
 sterlingorum ad Festa Sancti Michaelis et Pasche, per equales porciones,
 singulis annis solvere teneatur. Et sibi caveant tam idem Archipresbiter
 fol. 14. quam Presbiteri quod, sicut in refectione et cohabitacione, ita pares sint,
 si comode poterunt, in vestis colore et honestate; et, ut eorum unicuique
 provideri valeat promcius de dicta, non queratur quod preciosum est vel
 subtile sed quod utile valeat inveniri. Sint, eciam, vestes eorum super-
 tunice clause per cinctum, et non scisse; ut autem singuli in execuzione
 Divini Officii superpelliceis et nigris almiciis omnibus diebus, velud Vicarii
 in nostra Ecclesia Cathedrali. Habeant, eciam, duos clericali carrectere
 insignitos in arte legendi et cantandi sufficienter instructos, decem solidos
 sterlingorum pro vestibus et suis necessariis, ultra victualia annua, juxta
 gradum et condicione eorum a dicto Archipresbitero percepturos, qui
 cum eis cantent et Divinum Ministerium in suis ordinibus exequantur, et
 alias in eorum omnibus domesticis negotiis sint juxta jussum dicti Archi-
 presbiteri et mandatum, si et quando expediet, occupati. Si, vero, contigerit
 dictorum Presbiterorum aliquem coram suo competenti judice de peccato
 carnis legitime convinci, ita quod sit quodammodo incorrigibilis, vel extra
 dictam Ecclesiam celebrare, nisi causa racionabilis suberit a predicto
 Archipresbitero approbata, a predicta Societate amoveatur protinus suim-
 Marie et de plano, ac sine judiciorum strepitu et figura; et aliis loco amoti
 idoneus modo premisso subrogetur. Quia, vero, dicta Ecclesia de Hac-
 combe ad compleendum hujusmodi salubre propositum non sufficit, Parochiale
 Ecclesiam Sancti Hugonis de Quedyke, dicte nostre Diocesis; in qua
 dicti videlicet Domini Stephanus, dum viveret, optimuit, Johannesque
 suus heres jus ad presens obtinet Patronatus; de collaudacione et consensu
 unanimi Decani et Capituli nostri predictorum, necnon omnium et singu-
 lorum aliorum quorum interest, predictaque multa instancia dicti Militis et
 heredis, cum omnibus juribus et pertinenciis suis, dicte Ecclesie de Hac-
 combe et Officio Archipresbiteratus predicti, ac Presbiteris in dicta Ecclesia
 Domino, ut premittitur, servituri, in subportacionem dictorum onerum
 Pontificali auctoritate concedimus, appropriamus, et unimus; juribus et
 dignitate nostre Exoniensis Ecclesie, et Archidiaconorum Locorum, in
 omnibus semper salvis. Ita quod auctoritate Appropriacionis et Unionis
 hujusmodi, cedente vel decadente dilecto filio ad presens ejusdem Ecclesie
 Rectore, factaque inde nobis vel Successoribus nostris fide, prefatus Archi-
 presbiter, suo dicteque Ecclesie de Haccombe, ac Presbiterorum predicto-
 rum nomine, per se vel alium seu alios, ejusdem Ecclesie Sancti Hugonis
 possessionem libere apprehendere et tenere, fructusque ejusdem in usus
 predictos convertere valeat, nostra vel alterius cuiuscumque Licencia
 miuime requisita; reservata, tamen, de ejusdem Ecclesie fructibus et pro-
 ventibus, Perpetuo Vicario Canonice instituendo in ea, assignanda per nos
 Porcione congrua, ex qua idem Vicarius comode sustentari possit, et
 Episcopalia jura solvere, aliaque sibi incumbencia onera supportare; quam
 Collacioni nostre ordinarie et Successorum nostrorum, de consensu dicti
 Militis, specialiter reservamus. Russus (*sic*) premissis adicimus, pro nobis
 et Successoribus nostris, Exoniensibus Episcopis, quod in vacacionibus
 singulis predicti Archipresbiteratus illa percepcione proventuum ratione
 custodie, durante vacacione hujusmodi, contentari volumus et debemus
 quam idem Archipresbiter, si viveret, esset pro porcione sua discreta libere
 percepturus. Ut, autem, contra dispendium quod parari posset forsitan
 eidem Ecclesie nostre per premissa deliberacione debita consulatur, statui-
 mus et ordinamus quod dictus Archipresbiter, in signum recordacionis

A.D. 1337. beneficii hujusmodi, annis singulis, mox postquam dictarum Ecclesiarum de Haccombe et Sancti Hugonis de Quedyke possessionem, auctoritate Vol. II. presentis Ordinacionis, apprehenderit, quinque marcas sterlingorum, in subsidium Fabrice prefate Ecclesie nostre convertendas, in Scaccario dicte Ecclesie nostre, in Festis predictis, equalibus porcionibus, et unam marcam pro Obitu Domine Matillidis Lercedekne, matris dicti Domini Johannis Lercedekne, et ejusdem Johannis, cum ab hac luce migraverint, secundo die post Festum Sancti Bartholomei, Apostoli [24 Aug.], in eadem Ecclesia Exoniensi tenendo, inter Canonicos et alios Ministros dicte Ecclesie tunc presentes per Clericum Scaccarii dividendam dicto die, in Scaccario predicto solvere per juramenti vinculum arceatur (*sic*). Reservata nobis, et Successoribus nostris, premissis addendi et ea mutandi, corrigendi, et interpretandi ac muniendi potestate¹. [In quorum omnium testimonium et fidem pleniorum sigillum nostrum fecimus hiis apponi.—Data in Manerio nostro de Clist, quartodecimo die Novembris, Anno Domini Millesimo trecentesimo tricesimo septimo et Consecrationis nostre undecimo.—Et nos, Decanus et Capitulum Ecclesie Exoniensis predice, premissis Ordinacioni, Concessioni, Appropriacioni, Unioni, et Statuto, ac aliis omnibus et singulis per Venerabilem Patrem et Dominum, Dominum Dei gratia Exoniensem Episcopum supradictum, ut premittitur habitus et factis, nostrum expressum prebentes assensum, sigillum nostrum commune fecimus apponi, in fidem pleniorum premissorum. Data quo ad nos, in Domo Capitulari Ecclesie Exoniensis predice, octavo die Decembris, Anno Domini supradicto.—Et ego, Johannes Lercedekne, Miles predictus, premissis omnibus et singulis, quatenus ad me attinet, expresse consciens, sigillum meum hiis apposui, in fidem et testimonium premissorum].²

[Vol. I. Exeter Cathedral; Visitacio Ecclesie Cathedralis Exonie, facta per Venerabilem Patrem, Dominum Johannem, Dei gratia Exoniensem Episcopum, die Mercurii proxima post Festum Sancte Katerine, videlicet xxvij^o die mensis Novembris, Anno Domini M^o. CCC^{mo} xxxvij^o, et Consecrationis ipsius Patris undecimo,—

I. fol. 98.]

Proposito, in primis, in Domo Capitulari ejusdem Ecclesie per dictum Patrem solempniter Verbo Dei, exhibitum fuit per Decanum ipsius Ecclesie quodam Certificatorium, ipsius Decani sigillo consignatum, cum quadam Cedula eidem annexa; quorum tenores sequuntur sub hac forma,—Venerabili in Christo Patri ac Domino suo, Domino Johanni, Dei gratia Exoniensi Episcopo, suus humilis et devotus, Decanus Ecclesie sue Cathedralis Exonie, obedienciam et reverenciam, cum honore debito tanto Patri.—

¹ The Entry in the Register ends here, with the addition only of “In cuius rei, etc.”; and the dates were apparently lost. Happily, however, the sealed Original and a Duplicate Copy, also sealed, are preserved in the Archives of the Dean and Chapter,—MSS. Nos. 1007 and 1008. The words within brackets have been supplied from these.

² *Inquis. ad quod dampnum*, 9 Edw. III., No. 2.—Johannes Lercedekne dedit sex Capellanis in Ecclesia Sancti Blasii de Haccombe Advocacionem Ecclesie predice, Divina singulis diebus celebrantibus, etc. The Writ was tested at Cowick, 18 May, 1335. Inquisition taken at Lydford on the Thursday

next after the Feast of St. James the Apostle (27 July). The Church was worth 5 marks yearly, and was held by the service of a third part of a Knight's Fee of Hugh de Courtenay, Earl of Devon, who was the intermediate Lord between the King and John Lercedekne of the said Advowson. Another Inquisition was taken at Lostwithiel on the Monday next before the Feast of St. Peter [*ad Vincula*], 31 July, for the same purpose, and to convey the Advowson of the Church of Quethiok; which Church was worth £20 yearly, and was held of the Prior of St. German's in socage and the service of 4s. yearly. [F.J.B.]

A.D. Mandatum vestrum infrascriptum Die Dominica proxima ante Festum 1337. Sancti Martini [9 Nov.] recepi, sub eo qui sequitur tenore verborum,—
 [Vol. I.] Johannes, etc., dilecto filio, Decano, etc., salutem, graciam, et benedictionem.—Quia nos, Divina favente clemencia, die Mercurii proxima post instans Festum Sancte Katerine, in prefata Ecclesia nostra Exoniensi debite Visitacionis Officium, ad honorem Dei et animarum salutem, proponimus actualiter exercere, et tam ea que in ipsa Ecclesia nostra Exoniensi quam Ministris ejusdem, cuiuscumque status aut condicionis existant, correcconis et reformatiōnis Officio invenerimus indigere, paterna affectione corrigere, et in statum debitum pro viribus reformare; vobis, tenore Presencium, committimus et firmiter injungendo mandamus quatinus citetis, seu citari facias, peremptorie, juxta ipsius Ecclesie consuetudinem, omnes et singulos predicte nostre Exoniensis Ecclesie Canonicos, Vicarios, Annivelarios, et ceteros quoscumque Ministros ejusdem, quod compareant coram nobis vel vices nostras gerentibus in hac parte, dicto die, in Capitulo ipsius Ecclesie, hora prima vel circiter more solito congregati, hujusmodi Visitacionis nostre Officium Canonice subituri; exhibituri, facturi, et recepturi, communiter et divisim, quod hujusmodi Visitacionis Officium exigit et requirit; et precipue in Dignitate constituti, titulos Dignitatum suarum et Ecclesiarum eisdem annexarum, ac Literas Ordinum suorum exhibituri, tunc, ibidem. Vos, eciam, Domine Decane, ad predictos diem et locum, tenore Presencium, peremptorie citamus, quatenus ad vos attinet, ad omnia et singula supradicta. Quem terminum peremptorium et hujusmodi comparacionem, animalium periculis, natura negotiis, pietatum causis, et aliis per nos pensatis, taliter duximus moderandum. De die, vero, receptionis Presencium, et quid super hiis feceritis et duxeritis faciendum, nos, aut vices nostras gerentes hujusmodi, dictis die et loco et hora certificetis per vestras patentes Literas, harum seriem et citatorum nomina, juxta gradum et statum eorundem, seriosius continentest.—Datum in Manerio nostro de Cliste, iijto die Novemboris, Anno Domini M°. CCC^{mo} xxxvij^o, et Consecrationis nostre undecimo.—Hujus, igitur, auctoritate Mandati, omnes et singulos predicte nostre Exoniensis Ecclesie Canonicos, Vicarios, Annivelarios, et ceteros quoscumque Ministros ejusdem, juxta ipsius Ecclesie consuetudinem citavi, juxta formam, vim, et effectum Mandati vestri reverendi; et precipue in Dignitate constitutos, titulos Dignitatum suarum et Ecclesiarum eisdem annexarum, ac Literas Ordinum suorum exhibituros. Nomina, vero, citatorum in Cedula Presentibus annexa continentur. Ego, vero, quatenus ad me attinet, in omnibus et singulis supradictis, cum omni reverencia, pareo et parebo. Et sic Mandatum vestrum reverenter sum executus.—Datum Exonie, die Lune proxima post Festum Sancti Clementis, Pape et Martiris [24 Nov.], Anno Domini supradicto.

Tenor Cedula, contineat nomina citatorum :—
Nomina Canonicorum¹,—

¹ There have always been, from the beginning (and still are), only twenty-four Prebends in our Cathedral, one of which was held by the Dean (who was elected by the Chapter, and was *simplex Canonicus* and *primus inter pares* till quite recently, when the Crown claimed, and subsequently seized, the right of Patronage, and appointed an outsider, as to a separate Benefice and Dignity). It will be observed, however, that there are twenty-five names in this List. Occasionally, when there was no real

vacancy, a clerk was admitted as a Canon, "sub expectacione Prebende;" and in due course, when a Prebend was voided by death or otherwise, he was inducted thereto and became "Canonicus Prebendatus"—a full Canon. In the interval he was a sort of "Honorary Canon." Shareshulle, the Precentor, succeeded Adam Mury-mouth, 25 July, 1337 (vol. iii, fol. 37^b). He is here numbered among the Canons; but he was not collated to a Prebend till 19 June in the following year (*ibid.*, fol. 39^b).

A.D. Dominus Ricardus de Brayleghe, *Decanus.*

1337. Dominus Johannes de Shareshulle, *Precentor.*

[Vol. Dominus Walterus Meriet, *Cancellarius.*

I.] Magister Ricardus de Wideslade, *Thesaurarius.*

Magister Thomas de Nassingtone, *Archidiaconus Exonie.*

Magister Ricardus de Chorleton, *Archidiaconus Tottonie.*

Dominus Adam de Carleton, *Archidiaconus Cornubie.*

Magister Johannes de Nassingtone, *Archidiaconus Barnastapolie.*

Dominus Ricardus de Kirkeby, *Penitenciarius.*

Magister Johannes de Brutone.

Magister Adam Murymouth, senior.

Dominus Thomas de Stapeldone.

Magister Ricardus de Clare.

Magister Robertus Hereward.

Dominus Willelmus de Westone.

Magister Adam Murymouth, junior.

Magister Thomas de Asteleghe.

Magister Willelmus de Nassingtone.

Dominus Walterus de Cloptone.

Dominus Willelmus de Pentrithe.

Magister Johannes de Northwode.

Magister Willelmus de Exonia.

Dominus Johannes de Eysi.

Magister Ricardus de Thormertone.

Magister Walterus de Botriaux.

Nomina Vicariorum,—

Stephanus Bourynge.	Thomas Vye.
---------------------	-------------

Willelmus de Divises.	Walterus le Yeonge.
-----------------------	---------------------

Martinus Compaignoun.	Adam de Kent.
-----------------------	---------------

Willelmus de Trente.	Robertus de Berwe.
----------------------	--------------------

Willelmus Vealde.	Laurencius Godriche.
-------------------	----------------------

Willelmus de Pethertone.	Ricardus Dirhulle.
--------------------------	--------------------

Johannes de Welyngtone.	Johannes Parker.
-------------------------	------------------

Willelmus de Brigge.	Johannes atte Fenne.
----------------------	----------------------

Ricardus Martyn.

Willelmus Scot.

Mauricius Pees.

Ricardus Kynge.

Johannes Hulle.

Thomas de Canynges.

Henricus Pentrithe.

Rogerus Londay.

Nomina Annivelariorum,—

Johannes Knolle.	Laurencius Spenser.
------------------	---------------------

Johannes Welle.	Walterus Layvy.
-----------------	-----------------

Rogerus Rypynough.	Walterus de Ildesleghe.
--------------------	-------------------------

Warinus.	Johannes Colbroke.
----------	--------------------

Rogerus Rypoun.	Johannes Bernehous.
-----------------	---------------------

Reginaldus de Wynstone.	Walterus de Haselholt.
-------------------------	------------------------

Ricardus Founteyn.	Johannes Triket.
--------------------	------------------

Willelmus de Liskired.

Ricardus de Carswelle.

Willelmus Bakere.

Adam Praywelle.

Johannes atte Pitte.

Ricardus de Bodeweye.

Johannes de Hontelonde.

Nomina Secundariorum,—

Reginaldus de Wynstone.	Johannes Baroun.
-------------------------	------------------

Willelmus de Liskerid.	Nicholaus Bleues.
------------------------	-------------------

Rogerus Rypoun.	Johannes de Wynstone.
-----------------	-----------------------

Johannes de Hontelonde.	H. Dirhulle.
-------------------------	--------------

Walterus de Whytes-

W. Vealde. [leghe.

Henricus de Lappeflore.

Johannes Frere.

Nomina Custorum :—

Johannes Bernehous.	Reginaldus de Wynstone.	Nicholaus Manshipe.
---------------------	-------------------------	---------------------

	Johannes de Wyntone.
--	----------------------

[fol. Post quorum omnium comparacionem, aut personalem aut per Procuratores
98b.] eorum sufficientem exhibentes potestatem; tribus Personis dunitaxat exceptis, videlicet Domino Johanne de Shareshulle, Precentore, Magistro Willelmo de Nassingtone, Magistro Willelmo de Exonia, Canonici antedictis; quos idem Pater ad ulteriores dies de gracia duxit expectandos; petita fuit exhibicio Literarum et Instrumentorum Ordinum; jus, eciam, et possessiones, Dignitates, Officia, Canonicatus, et Prebendas eorum concernencium, quibus

A.D. mediantibus suprascripte Personae eas et ea juste adeptos esse et licite
 1337. detinere posse pretendebant. Quibus exhibitis, idem Pater personaliter, et
 [Vol. I.] per alios certos suos Commissarios, processit ad examinacionem singularium
 Personarum super singulis articulis infrascriptis, quos de Statutis Reverendorum
 Patrum, Ecclesie Exoniensis Episcoporum, suorum Predecessorum,
 extrahi fecit; que in Scriptis per ipsius Ecclesie Decanum dicto Patri
 exhibita fuerunt et ostensa.

—Sequitur tenor articulorum,—

- In primis, si Decanus, et alii in Dignitatibus constituti, debito et consueto modo resideant; et quis sit ille modus consuetus, et quot diebus fieri debeat per annum de consuetudine.
- Item, si Decanus corrigat delinquentes et eis Penitenciam debitam imponat, omni favore et odio pretermissis.
- Item, si pecuniam recipiat pro correccionibus hujusmodi faciendis, et potissimum pro delictis notoriis.
- Item, si Decanus culpm Canonicorum ficte residencium non puniverit, juxta Statuta bone memorie Walteri [Primi]; videlicet, quod pro prima transgressione amittat Canonicus distribuciones suas per unum, pro secunda per duos, et pro tercia per tres dies.
- Item, si Presidens Capitulo, quolibet die Sabbati, in ipso Capitulo personaliter intersit, ordinaturus cum aliis de Serviciis sequentis ebdomade, et correcturus defectus ebdomade precedentis.
- Item, si singuli Canonici, certis saltem ebdomadis, Sacerdotale Officium personaliter agnoscant.
- Item, si Canonici distribuciones cotidianas sibi vendicantes intersint personaliter Matutinis et Majori Misce, aut Hore Prime aut Vesperis, nisi Canonicum impedimento aut causa racionabili excusentur; aut nisi eos ab itinere venientes Civitatem introire contigerit, aut eandem ex causa honesta seu necessaria exire.
- Item, si Canonici nunc firmas habentes, tempore quo primo residebant erant sacerdotes habiles ad firmas.
- Item, si iudicem Canonici, sine fraude, sicut honores ipsius Ecclesie ita onera ejusdem sustineant.
- Item, si singuli Canonici, vere, ut predictitur, residentes, singulis profestis diebus, singulos duodecim denarios; in Festis, autem, seu diebus quibus Chorus regitur aut Sequencia canitur, singulos quindecim denarios; in Festis Duplicibus et Majoribus xvijd. usualis monete, una cum panibus consuetis, nomine cotidianarum distribucionum, integre percipient; et si non, per quem stat vel quos.
- Item, si id quod superest in Seccario ultra cotidianas distribuciones, in fine cujuslibet termini, inter Canonicos residentes per Senescallos Scaccarii, fideliter et sine fraude, aut saltim infra viij dies post lapsum ejusdem termini, fuerit distributum; et si non, qua pena Senescalli fuerant hactenus puniti.
- Item, si cotidiane distribuciones fiant singulis diebus inter Canonicos residentes; et si non, an Decanus culpm Senescallorum Scaccarii per quos stat punierit, juxta Statuta predicti [Walteri] Primi.
- Item, si Canonici residentes amplius quam semel in ebdomada Civitatem, extra eam pernoctaturi, exeant; nisi forte ex urgenti necessitate, ostensa per prius Superiori de Capitulo tunc presenti.
- Item, si quis Canonicus vinum quod ratione Sequencie debetur percipiat, nisi Majori Misce diei intersit.
- Item, si sint aliqui Canonici vendicantes sibi distribuciones cotidianas velud residentes, sive eo quod vere, ut predictitur, resideant, et in majoris mense refectione, tempore solito, in domibus suis comedant, in hoc cum aliis onera residence parciendo.
- Item, si aliquis Canonicus aliquem Vicarium, per obsequium suum familiare, impedit quominus Officium suum in Ecclesia exequatur.

A.D. Item, si Firmarii, terminis statutis, totam pecuniam pro firmis debitam super 1337. Scaccarium plenarie persolvant; et qui sunt termini statuti et consueti.
 [Vol. Item, si servi firmarum per Firmarios sint oppressi; et si sic, per quem vel I.] quos.

Item, si Firmarii in firmis suis aliquam hospitalitatem tenuerint; Ecclesias et domos firmarum hujusmodi fecerint et reparaverint; et jura earum illesa conservaverint.

Item, si firme per duos Canonicos, per Capitulum eligendos de Commissione Episcopali, visitentur, et omnia in eis correccione digna per eosdem reformentur.

Item, si Senescalli Scaccarii debite computent et fideliter solvenda residentibus persolvant; nichil de bonis communibus cum detimento communi singularibus Personis mutuando.

Item, si xxiiij^{or} sint Vicarii, singuli singulis Canonicis attitulati, in ipsa Ecclesia devote in suis ordinibus ministrantes.

Item, si omnes Vicarii hujusmodi singulis Horis diurnis et nocturnis, ut de Canonicis dictum est, personaliter intersint; nisi, causa racionabili aut impedimento, de Licencia seu connivencia sui Superioris excusentur.

Item, si iidem Vicarii in ipsa Ecclesia continue resideant, honeste vivendo, et ad exemplum aliorum laudabiliter conversando.

Item, si Vicarii, aut ceteri Ministri Ecclesie, aliquisve de familiaribus, concubinas teneant, publice vel occulte, infra Clausum vel extra.

Item, si quis Vicarius Ecclesie Ecclesiam vel Capellam Civitatis, ejusve Suburbii, in propria persona deserviendam suscepit.

Item, si quicunque de Ministris Ecclesie tabernas, spectacula, aut alias insolencias ex more frequentent.

Item, si Vicarii qui panem percipiunt ad celebrandum pro animabus defunctorum, onera eis ea occasione incumbencia subeant et agnoscant.

Item, si quis Vicarius, vel Clericus inferioris gradus, prosequendo domino suo, vel alias Chorum exeundo, per ipsum Chorum discurrat.

Item, si quis Canonicus, Vicarius, seu aliis attitulatus, in habitu seculari ambitum Chori ingrediatur, vel per eum transeat, aut moretur in eo, a pulsacione ad Missam Beate Virginis et deinceps.

Item, si aliquis Vicarius, aut quivis alius inferior Minister vel Clericus, aut puer, non habens modulandi instrumentum et cantus scienciam congruentem, in ipsa Ecclesia sit admissus; et qui sunt tales admissi.

[fol. 99.] Item, si Annivelarii, et alii presbiteri non Vicarii, certis Officiis attitulati, sequantur Chorum ad Horas Canonicas, sicut Vicarii.

Item, si Annivelarii Ecclesie, secundum antiquam ipsius consuetudinem, in omnibus Commendacionibus, Placebo, et Dirige, in Choro dicendis, personaliter intersint. Idem circa frequentacionem queratur contra Clericos de secunda forma.

Item, si numerus Capellanorum celebrancium in Ecclesia pro defunctis sit completus qui solebat haberri; et si omnes percipient integre prout percipere consueverunt.

Item, si punctuentur Vicarii et ceteri Ecclesie Ministri absentes; et si, sine fraude vel collusione, puniantur absentes, maxime a Matutinis.

Item, si sint xij Clerici de ij^{da} forma in Ordine Diaconatus, Subdiaconatus, et Accolitatus, ita quod numerus eorum compleatur sine admixtione alicujus Sacerdotis, vel Officii Duplicitis.

Item, si Obitus in ipsa Ecclesia instituti, sine subtraccione alicujus porcionis ad hujusmodi Obitus assignate, plenarie celebrentur.

Item, si numerus Custorum et ceterorum Ministrorum antiquus observetur; et si ipsi Custodes per Thesaurarium Decano et Capitulo presententur; et si admissi de conservandis bonis Ecclesie corporale prestiterint juramentum.

Item, si Custodes Ecclesie circa pulsacionem, et alia ministeria eis incumbencia, officium suum debite exequantur.

Item, si plures quam xiiij in ipsa Ecclesia sint Choriste; et si sic, cujus aut

A.D. quorum contemplacione, aut qua de causa, qualiter, et quales admittuntur ;
 1337. videlicet, an aliqui insufficientes, aut Primam Tonsuram non habentes.

[Vol. Item, si pueri, aut alii quicunque habitum in ipsa Ecclesia portantes, in ipso
 I.] habitu extra Clausum per Civitatem discurrant.

Item, si aliqui in ipsa Ecclesia sint detractores, discordiam inter fratres
 seminantes.

Item, si aliquo tempore fuerit defectus panis vel vini aut luminis ad celebran-
 dum Missas in ipsa Ecclesia.

Item, si Clausum bene custodiatur de nocte ; et an aliqui exeant, muros
 transcendendo.

Item, si aliisque facte sint alienaciones de rebus spectantibus ad Ecclesiam, sine
 consensu Episcopi.

Item, si aliisque expense fiant de bonis communibus, preter assensum Capituli.

Item, si Ordinale et Consuetudinarium sint perfecti (*sic*), ut erat per Domi-
 num et Predecessores suos sub pena injunctum.

Item, quot sunt Antiphonaria vel Gradalia aut Troparia, hinc inde ; et si
 numerus sufficiat et sint competentes, adinvicem concordantes.

Item, si Ornamenta et Vestimenta, ac Libri, et Luminaria debite custodiantur
 et reparentur ; et si non, per cuius culpam vel negligenciam hoc contingit.

Item, si que fiant confabulaciones vel cachinnaciones, aut alie dissoluciones, in
 Choro, et potissime cum personis extraneis.

Item, si aliqui, vel Canonici vel Vicarii, ex causis aliquibus, indigeant curatore.

Facta, itaque, examinacione debita et diligenti omnium et singulorum in
 Dignitatibus et Officiis in eadem Ecclesia constitutorum ; necnon, Canonici-
 corum, Vicariorum, Annivelariorum, Clericorum de secunda forma, ac cete-
 rorum omnium dictae Ecclesie Ministrorum, super articulis predictis et aliis
 eiusdem tunc expositis, Officium Visitacionis ordinarie concernentibus ; quia
 evidenter compertum extitit quod, licet dudum bone memorie Walterus
 Primus, quendam Exoniensis Episcopus, inter alia que in ipsa Exoniensi
 Ecclesia ad honorem Dei decrevit observanda, statuisset quod ille tantum-
 modo Canonicus pro residente haberetur in percepcione cotidiane distribu-
 tionis, qui Matutinis et Majori Misse, vel Hore Prime, aut Vesperis person-
 aliter interesset, nisi Canonicus impedimento seu alia causa rationabili
 excusaretur, aut nisi eum venientem ab itinere introire Civitatem, vel
 eandem ex honesta causa vel necessaria exire contingeret, a tempta omni
 occasione inutiliter discurrendi ; salva unius noctis quiete Canonicis per
 ebdomadam residentibus, et Senescallorum consuetudine consimili : item,
 quod omnes Firmarii totam pecuniam pro firmis suis [Confratribus]¹ debi-
 tam, statutis et consuetis terminis, sine omni retencione aut compensacione
 debiti vel debendi [cujuscunque]¹, super Scaccarium plenarie persolverent
 [quod sibi debetur]¹, per manus Senescallorum ibidem ; et quod sibi debe-
 retur suo tempore, ut alii Canonici firmas non habentes, pro residencia
 recepturi ; alioquin Firmarii ipsi firmis suis hujusmodi privati existent ;
 ipso jure alias nichilominus suo et successorum suorum arbitrio puniendo,—
 quidam, tamen, penas dicti Statuti propter defectum executionis ejusdem
 non timentes, pecuniarum summas pro firmis suis communitati debitas
 terminis in Scaccario statutis et limitatis solvere non curarunt, quin pocius
 per mensem et menses post, in grave dispendium Canonicorum residencium
 firmas non habencium, qui propriis stipendiis per hoc Deo militare cogeban-
 tur, solvere distulerunt. Item, quamvis alia quamplura per predictum
 Statutum in felicis memorie Walterum, et alios quondam Exonienses Episcopos, jam
 hoc, et defunctos, ad honorem Dei augmentumque Cultus Divini, et comodum
 eiam in ipsa Ecclesia ministrancium, statuta fuissent salubriter et decreta, per
 in predictorum, tamen, Examinatorum depositiōnēm evidenter compertum extitit
 cedenti et decretum quod nullus omnino quasi de dictae Ecclesie Canonicis aut
 capitulū et decretū.

¹ These omitted words are taken from the parallel passages in the Bishop's

Decree (*infra*).

A.D. Ministris ea, nisi rarius, curaverat observare; volens, igitur, dictus Reverendus Pater, ex Officii sui debito, insolencium audacias refrenare, ne tam [Vol. I.] salubriter sancita et statuta per abusum quorundam viderentur aboliri; lo, dam-quinimmo, reassumptis viribus, perpetua gandeant firmitate; ad honorem pnavit Dei et Cultus Divini augmentum, necnon pro comodo et utilitate omnium ducentes in ipsius Ecclesie Ministrorum, ut cum Altari serviunt de Altari vite necessaria contem-*eis* ministrentur; ne alii de eorum stipendiis indebito inpinguari valeant et ptum. ditari, quoddam Statutum perpetuis temporibus in dicta Ecclesia observandum edidit, sub hac forma,—

Decreta Visitacionis,—

[fol. 99b.] Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Decano et Capitulo Ecclesie nostre Cathedralis Exonie, salutem, graciam, et benedictionem.—Rex et Legifer, Dominusque noster, Ihesus Christus, per Quem Reges regnant et conditores legum justa discernunt; Qui non venit Legem solvere set adimplere; in assumpta Natura nostra subesse voluit Legi Divinitus prius date, eandem formam relinquens ceteris Suis membris, et specialiter Vicario Suo in terris, qui, licet pre ceteris libertatem ex excellencia dignitatis acceperit, se, tamen, cum ceteris in Officii debito Legi subesse humiliter recognoscit. Principes, eciam, terreni se alligari Statutis et Legibus profitentur. Adversus, igitur, inferiores tales quos virtutum premia ad observanciam Legum vel Consuetudinum, aut rationabilium Statutorum per majores editorum, non inducunt, Presidentem ex Officii sui cura vigilem esse convenit et intentum, ut aliquo, saltem, coaccionis stimulo ad hoc arcus compellantur, ne cavillosis ac tortuosis adinvencionibus, quas Sanctorum Patrum Institutionibus oculatis ac providis anteponunt, execate eorum imprudencie innitentes, salutifera hujusmodi vincula impune valeant declinare. Hec, sane, felicis memorie Primus Walterus, quondam Exoniensis Episcopus, Predecessor noster, olim considerans, ad augmentum Cultus Divini in dicta nostra Exoniensi Ecclesia, necnon et comodum Deo debite ministrancium in eadem, pie intencionis ductus proposito, antiquorum Patrum ejusdem Ecclesie gesta, mores, et Statuta salubria ac juri consona, super nonnullis Consuetudinibus ipsius Ecclesie, legitime approbatis, observandis; que, per crassam et supinam quorundam negligenciam, vidi tendere in abusum; cum sedulo et pervigili studio, in certam recentem tunc et innovatam memoriam, de consensu et approbacione felicis recordacionis Domini Octoboni, quondam Tituli Sancti Adriani Diaconi Cardinalis, et Apostolice Sedis in Anglia eodem tempore Legati, laudabiliter recollectus. Inter cetera pie statuens et decernens quod ille tantummodo Canonicus consuetudine consimili (*ut supra*). Item, quod omnes Firmarii successorum suorum arbitrio puniendi (*ut supra*). Verum, cum nos, ex Officio Pastoralis debito, nuper, Firmar-videlicet sexto Kalendas Decembris [26 Nov.], hoc Anno Domini Millesimo iorum. CCCmo xxxvijº, et Consecrationis nostre xjº, ad vos declinaverimus Visitationis Officium personaliter impendentes, hec predicta Statuta—ut de aliis pluribus taceamus, que, premissis cognitione, discuzione, et consilio plenioribus, reformanda et corrigenda imposterum reservamus—per Inquisitionem Canonicam invenerimus non observata, quin pocius—ut verum fateamur—per quedam infirma Ecclesie membra, ad vetitum semper procliva, pretermissa; spreta, eciam, dampnabiliter et contempta; dum quidam, vanam et deceptoriam libertatem insolenter appetentes, que sua sunt querentes non que Christi, indebito resident, set magis indebito, tanquam vere residentes, bona Ecclesiastica capiunt, immo rapiunt impudenter; alii debita Ecclesie et Fratribus suis debite non solvunt, set aliena sibi nequiter usurpare non desinunt; duplarem iniquitatis notam, hinc videlicet commissionis et inde omissionis, dampnabiliter incurendo; quininmo proculdubio coram Deo furtum et sacrilegium committendo; ex quorum culpa, preter alia inconveniencia quasi innumerabilia, hec sequuntur,—Statutum, videlicet, Canonicum Superioris improvide contempnit; onus spirituale leve, sicut ait Dominus, recusatur; et amplec-

A.D. titur compendium temporale ; Cultus Divinus, quem desideramus augeri, 1337. diminuitur ; dum Ministris victus necessarius et alimenta necessaria suo [Vol. I.] tempore denegantur, Canonicique residentes, Vicarii, et alii Ministri Ecclesie, Nota debita sibi distribucione diuciū vacui remauent et frustrati. Quid plura ? de in- Nonnulli, habentes animum residendi, hac occasione a suo hujusmodi ienti- laudabili proposito sepissime retrahuntur ; sicque eidem Ecclesie nostre bus. non modicum detrahitur de honore, et, quod plurimum egre ferimus— juramentum Obedience ad Patres Fidelitatisque ad Fratres, et de Con- suetudinibus ipsius Ecclesie, antiquitus observatis et scripture autentice testimonio roboratis, plenarie observandis, in eorum primaria Admissione prestitum,—sub quo predictorum Statutorum observanciam includi non ambigimus, sicut id tenore Presencium Canonice declaramus,—perperam violatur. Item, quia dictus prudens et providus Predecessor noster, inter cetera, Canonice ordinavit quod quilibet dictae nostre Exoniensis Ecclesie Vicarius et Sacerdos, pro certo obsequio attitulatus, Matutinis, singulis Horis Canonicas, Vesperis, Completo, et Majori Misse, ac aliis suo ordine in dicta Ecclesia celebrandis, devote serviturus precise interesset ; et, si quis alicui premissorum interesse contempneret, post tertium defectum, pro quorum quolibet diurno eo ipso carere comodo voluit et decrevit, cotidianis [fol. 100.] distribucionibus illius ebdomade, et omnibus ex ea sibi accessuris, in qua suam aliqua Hora subtraheret presenciam, nisi impedimentum Canonicum aut Superioris Licencia suam purgaret innocenciam, penitus privaretur ; si, vero, ex consuetudine aliquis hoc haberet, mensurnis¹ stipendiis in Fabricam Ecclesie convertendis ac demum Vicaria sua et obsequio spoliaretur omnino,—quod, quidem, Statutum in subtractionem Cultus Divini et contemptum hujusmodi animarum grave periculum contempni accepimus a nonnullis,—nos, igitur, tot malis tantisque discriminibus occurrere de cetero, quantum possumus, cupientes, ne tam salubriter instituta et diuciū ab Obedience filiis observata, per abusum reproborum, nostris—quod absit—aboleri videantur temporibus, quin pocius, reassumptis viribus, perpetua consistant impostorum firmitate, dicta Statuta et ipsorum quodlibet velud Canonica, Auctoritate Pontificali, approbamus, confirmamus, et, premissa solemnitate debita, tenore Presencium, innovamus ; ipsaque perpetuis futuris temporibus, in omni suo effectu, impedimento cessante legitimo,—cujus, si contingit, approbacionem seu reprobacionem nobis et Successoribus nostris specialiter reservamus,—iuviabiliter decernimus ob- servanda. Precipimus, insuper, et mandamus quod Rectores Chori, omni ebdomada, Vicarios contra dictum Statutum se habentes punctuent et notent (prout, eciā, nostro tempore fieri consuevit) et secrecius Presidenti Capituli, vel Clericis Scaccarii, proximo Sabbato, insinuent, secundum ipsius Statuti exigenciam puniendos. Ad hec, quia in dicta Visitacione nostra, recepta in forma juris probacione debita et plena, comperimus quod obtinentes Dignitates in ipsa nostra Exoniensi Ecclesia, quarum tres specialiter bone memorie Petrus, Predecessor noster, propterea augmentavit, notorie tenentur et effectualiter obligantur per duas partes anni, ipsum annum in tres dividendo, prout in Ecclesiis Cathedralibus Provincie majoribus est consuetum, in eadem Ecclesia continue vel interpolatim, ex antiqua, approbata, et legitime prescripta Consuetudine, personaliter residere ; ne Consuetudo hujusmodi velud non scripta forte contempnatur, aut alias superstitionis aliquibus adinvencionibus in dubium revocetur ; Consuetudinem hujusmodi presentis Scripti testimonio roboramus ; ac nichilominus statuimus, volumus, et ordinamus, ac per Presentes primo, secundo, et tertio ac peremptorie, monemus quod constituti in Dignitatibus hujusmodi residere teneantur, et resideant, juxta effectum Consuetudinis antedictae. Nec, tamen, intendimus per hoc Statutis seu Ordinacionibus Predecessorum nostrorum quorumcumque, super appropriatis vel annexis Ecclesiis predictis

¹ Mensurnus,—unius mensis.—D'Arnis.

A.D. Dignitatibus editis, eos vel ipsorum aliquem ad majorem residenciam
 1337. tantibus, in aliquo derogare. Ceterum, quia Jura vel Statuta fuisse edita
 [Vol. I.] nil prodesset, nisi essent qui ea execucioni debite demandarent, vobis,
 Domine Decane, mandamus, in virtute Obedientie firmiter injungentes,
 quatinus infra quindecim dies, a lapsu cuiuslibet termini continue numer-
 andos, nos de nominibus ficte residencium, et proventus ac comoda vere
 residentibus debita vendicancium, necnon de nominibus Firmariorum non
 solvencium prestaciones pro firmis suis debitas in terminis ordinatis, efficiatis
 vestris Literis Patentibus cerciores, ut, sicut in votis habemus precipue,
 dicta Statuta faciamus debite observari. Ut, autem, omnia et singula pre-
 missa ad omnium quos concernunt plenam noticiam deducantur, vobis,
 Domine Decane, iterato mandamus, in virtute Obedientie firmiter injungen-
 tes, quatinus ea singulis mensibus, saltem semel, solemnitate, per vos vel
 alium, in Capitulo publicetis; et presencium omnium Statutorum copiam
 omnibus quorum interest eam petentibus, suis tamen sumptibus, fieri
 faciatis. In quorum omnium testimonium et fidem pleniore presentes
 nostras Literas, sigilli nostri appensione roboratas, vobis tradi fecimus
 patentes.—Datum in Manerio nostro de Chuddeleghe, iiiij die Januarii,
 anno supradicto.

Vol. Combmartin ; Master Lodowick [de Kemmeys], R.,—
 II. Licence of non-residence for a year, “causa insistendi obsequiis Domini
 [fol. 210b.] Philippi de Columbariis” (Chudleigh, 12 Dec.).

fol. 211. A Case of assault ; *Litera testimonialis super Excommunicacione*
J. Filz Richard,—

Universis, etc., Johannes, etc., salutem in sinceris amplexibus Salvatoris.—
 Universitati vestre, tenore Presencium, intimamus quod quidam Johannes,
 le filz Richard, molendinarii, Sentencia Majoris Excommunicacionis lata a
 Canone *Si quis, suadente diabolo*, occasione violente manuum iniectionis
 in dilectum filium, Magistrum Johanuem Perour, clericum, dampnabiliter
 innodatus, et talis auctoritate nostra ordinaria legitime pronunciatus et
 declaratus, in eadem Sentencia per xl dies et amplius animo perseveravit,
 contemptis Ecclesie clavibus, indurato; ne, igitur, idem sacrilegus excom-
 municatus Gregem Dominicum contaminet labe sua, ipsum, velud ex-
 communicatum et Ecclesiasticarum Clavium contemptorem, in judicialibus
 et extrajudicialibus arcus evitetus. In cuius rei testimonium, etc.—Data
 apud Chuddeleghe, xij die Decembbris.

[fol. 210b.] Marwood [Merwode, MS.] ; Sir Baldwin Ayllemer, R.,—
 Licence of non-residence for a year (Chudleigh, 26 Dec.).

A.D. High Bray [Hautebrey, MS.] ; Sir Adam Crues, priest, R.,—
 1337. 8. Licence of non-residence, to study, “usque Festum Sancti Petri ad Vincula
 fol. [1 Aug.]” (3 Jan.).

211. Torbrian [Torrebryan, MS.] ; William le Pyl, accolite, R.,—
Dispensation: non-resideuce for a year, to study at Oxford, etc.; he was to
 take Subdeacon's Orders within the year (London, 8 Feb.).

fol. 211b. *Mandatum Domini continens Processus Cardinalium super leva*
cione procuracionum eorum,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Exoniæ, Cornubie, Totonie, et Barnastapolie in
 Ecclesia nostra Exoniensi Archidiaconis, salutem, etc.—Literas executorias
 Reverendorum Patrum, Dominorum Petri, Tituli Sancte Praxedis Presibi-
 teri, et Bertrandi, Sancte Marie in Aquiro Diaconi, Cardinalium, Apostolice
 Sedis Nunciorum, transumptum quarundam aliarum Apostolicarum con-
 tinentes Literarum, recepimus, formam que sequitur continentis —Mise-
 ratione Divina Petrus, Tituli Sancte Praxedis Presbyter, et Bertrandus,
 Sancte Marie in Aquiro Diaconus, Cardinales, Apostolice Sedis Nuncii,

A.D. Venerabili in Christo Patri, Domino Johanni, Dei gracia Exoniensi Episcopo,
1337-8. vel ejus Generali Vicario seu Officiali, aut locum tenenti vel vices gerenti
 Vol. II. Episcopi, uni vel pluribus, et cuivis eorum, qui sunt, vel erunt, pro tempore
 Administratores ejusdem Episcopatus, ad quem, vel ad quos, presentes
 Litere pervenerint, salutem in Domino.—Literas Sanctissimi Patris et
 Domini nostri, Domini Benedicti, Divina Providencia Pape XII, nos ad
 Regnum Anglie pro magnis et arduis negotiis destinantis, more Romane
 Curie bullatas, patentes, et omni suspicione carentes, recepimus, sub hac
 forma,—Benedictus Episcopus, Servus servorum Dei, dilectis filiis, Petro,
 . . . et Bertrando, etc., salutem et Apostolicam benedictionem.—Cum vos
 ad Regnum Anglie pro magnis et arduis negotiis destinemus, nos, ut incum-
 bencia vobis expensarum onera possitis facilius subportare, volentes vobis
 de oportune subvencionis auxilio providere, vobis ambobus recipiendi,
 hujusmodi negotiorum vestra prosecuzione durante, tam in presencia
 quam in absencia vestra similes procuraciones quas unus de Cardinalibus
 Sancte Romane Ecclesie, Apostolice Sedis Legatus vel Nuncius in dicto
 Regno Anglie, pro suis procuracionibus recipere consuevit (que, videlicet,
 ad majorem summam ascendere dinoscuntur), a Venerabilibus Fratribus
 nostris, Archiepiscopis et Episcopis, et dilectis filiis, Electis, Abbatibus,
 Prioribus, Decanis, Prepositis, Archidiaconis, Archipresbiteris, et aliis Eccle-
 siarum Prelatis et Rectoribus, ac Ecclesiasticis Personis, Religiosis et
 Secularibus, eorumque Capitulis et Conventibus, exemptis et non exemptis,
 Cisterciensis, Cluniacensis, Cartusiensis, Premonstratensis, Sanctorum Bene-
 dicti et Augustini, Camaldulensis, Sancti Guillielmi, et aliorum Ordinum;
 necnon, Magistris, Prioribus, Preceptoribus, et Fratribus Sancti Johannis
 Ierosolimitani, et aliorum quorumcumque Hospitalium seu Domorum Regni
 predicti; necnon, contradictores per Censuram Ecclesiasticam, Appellatione
 postposita, compescendi*, non obstante illa quam felicis recordacionis
 Gregorius Papa X^{us}, Predecessor noster, edidit in Consilio Lugdunensi, ac
 pie memorie Bonifacii Pape VIII, Predecessoris nostri, et qualibet alia,
 predicte Sedis Constitutionibus, seu quibuslibet Privilegiis, Indulgenciis, et
 Literis Apostolicis, quibusvis Personis, Locis, vel Ordinibus, sub quacumque
 forma verborum ab eadem Sede concessis; de quibus quorumque totis ten-
 oribus plenam et expressam fieri oporteat in nostris Literis mencionem, et
 per que hujusmodi nostre Concessionis effectus impediri possit quomodo-
 libet vel differri; liberam vobis, et unicuique vestrum, auctoritate Pre-
 sencium, concedimus facultatem.—Data Avinione, viij (sic) Kalendas Julii,
 Pontificatus nostri Anno tercio [23 June, 1337].—Item, Benedictus Epi-
 scopus, Servus servorum Dei, dilectis filiis Petro . . . et Bertrando (*ut*
supra), salutem et Apostolicam benedictionem.—[This Letter was written
 on the same day as the above, and corresponds with it as far as the asterisk,
 concluding as follows]—plenam vobis et unicuique vestrum concessimus,
 per alias nostras Literas, facultatem. Verum, intendentis ut hujusmodi
 Concessio suum plenius sorciatur effectum, quoslibet Prelatos, cuiuscumque
 preeminencie vel dignitatis extiterint; necnon, Rectors ac Regulares Cister-
 ciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, et aliorum Ordinum; Magistros,
 quoque, Piores, Preceptores, et Frates Sancti Johannis Ierosolimitani, et
 aliorum quorumcumque Hospitalium seu Domorum, et alias Personas
 Ecclesiasticas Cathedralium et aliarum Ecclesiarum et Monasteriorum,
 exemptorum et non exemptorum, Regni predicti, eadem vestra dictorum
 negotiorum prosecuzione durante, per Censuram Ecclesiasticam, Appellatione
 postposita, compellendi ad contribuendum in procuracionibus vobis debitibus;
 non obstantibus quibuscumque Privilegiis, Indulgenciis, et Literis Apostolicis,
 per que in hac parte possent quomodolibet se tueri, et de quibus,
 quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum deberet fieri in nostris
 Literis mencio specialis; plenam vobis, et cilibet vestrum, concedimus,
 tenore Presencium, facultatem.—Data Avinione, viij (sic) Kalendas Julii,
 Pontificatus nostri Anno tercio.—Cum, itaque, graudia onera expensarum

A.D.
 1337-8. in prosecuzione negotiorum predictorum cui insistimus oportuerit, et oporteat, nos subire, ne propter carenciam expensarum prosecucionem hujusmodi impediri aut retardari contingat, procuraciones que pro primo presenti anno, qui die xxij Julii proximo preteriti inchoavit, nobis debentur, juxta dictarum Literarum Apostolicarum tenores, decrevimus petendas, levandas, et exigendas, ac recipiendas fore. Ideoque, Auctoritate Apostolica nobis in hac parte concessa, discrecioni vestre, de qua confidimus, petendi et levandi, exigendi et recipiendi, pro nobis ambobus et nomine nostro, tam in absencia quam in presencia nostra, predictorum negotiorum prosecuzione durante, per vos vel alium seu alios, in ipso Episcopatu, ab omnibus et singulis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Prepositis, Archidiaconis, Archipresbiteris, et aliis Ecclesiarum Prelatis et Rectoribus, ac Ecclesiasticis Personis, Religiosis et Secularibus, eorumque Capitulis, exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Cartusiensis (*etc., ut supra*), et a Magistris, Prioribus (*etc.*), Hospitalium seu Domorum, ceterisque Administratoribus ipsorum Ordinum et Locorum vestre Civitatis et Diocesis Regni predicti, pro nostris procuracionibus primi presentis anni, ut predicitur, inchoati, similes procuraciones illis quas unus de Cardinalibus Sancte Romane Ecclesie, Legatus vel Nuncius Apostolice Sedis in dicto Regno Anglie, pro suis procuracionibus recipere consuevit; que, videlicet, ad majorem summam ascendere dinoscuntur; necnon, per vos vel alium seu alios, Appellacione postposita, per Censuram Ecclesiasticam eosdem Abbates, Piores, Decanos, et ceteros supradesignatos, ad contribuendum in hujusmodi procuracionibus nobis debitibus compellendi; sive ipsarum contributionum soluciones ad majorem summam de consuetis in ipso Episcopatu, pro hujusmodi procuracionibus unius integri anni solvi, prout est nobis concessum, ascendunt; ac libros seu scripturas distribucionum, taxacionum, impositionum, seu inducionum, etolucionum antiquarum et modernarum, super similibus procuracionibus habitarum, vobis exhiberi et per copiam tradi faciendi; insuper contradictores quoslibet compescendi; tenore Presencium committimus potestatem, et in premissis et ea tangentibus plenarie vices nostras, donec eas ad nos expresse duxerimus revocandas. Ipsos, quoque, Abbates, Piores, Decanos, et alios superius designatos, et eorum singulos, exemptos et non exemptos, auctoritate predicta, primo, secundo, ac tertio peremptorie, requirimus et monemus, ipsisque et eorum singulis, nichilominus, in virtute Sancte Obedientie, et sub penis infrascriptis injungimus et, districte precipiendo, mandamus quatinus, infra unius mensis spacium a noticia presentis Processus nostri seu contentorum in eo, et requisitionis super hiis ipsis facte, computandum,—quod spacium eis omnibus et singulis pro Monitione Canonica et termino peremptorio, cum necessitas urgeat, et ad nos pro singulis Monitionibus faciendis et Sententiis proferendis de facilis, sine magnis sumptibus et laboribus, non possit quociens opus erit haberi recursus, tenore Presencium assignamus,—solvant vobis, vel deputando seu deputandis, vestro periculo, ad hoc a vobis, absque omni difficultate, pro nostris procuracionibus et ratione procuracionum primi presentis anni; quilibet, videlicet, partem suam de tanta quantitate quanta alias in ipso Episcopatu pro hujusmodi procuracionibus unius integri anni soluta fuerit, et ad majorem summam ascendet. Vos, eciam, Dominum Episcopum, et quemlibet vestrum, requirimus et monemus, modo et forma premissis; vobisque, nichilominus, et vestrum cuilibet injungimus auctoritate predicta, et, districte precipiendo mandamus quatinus a die receptionis presencium Literarum, infra xv dies, quos vobis, et cuilibet vestrum, ex causis predictis, pro Monitione Canonica et termino peremptorio assignamus, presentem nostrum Processum, seu contenta in eo, ad noticiam omnium et singulorum ipsarum Civitatum et Diocesium quos presens negocium tangit, rite deducere, ipsisque per ea congrue requirere, per vos, vel alium seu alios diligenter et sollicite procuretis; certificaturi nos seu infranominatum Procuratorem nostrum, aut substitutum vel

A.D. substitutos ab eo, vel aliquem eorum, per Literas vestras de tempore vestre
 1337-8. recepcionis Presencium, et de intencione vestra super agendis in commissis
 Vol. II. et circa ea. Diligenciam, quoque, debitam in colligendo et exigendo pecuniam
 procuracionum predictarum adhibeatis, et collectores seu subcollectores, quos
 ad id deputaveritis, eam habere curetis. Insuper, totam pecuniam majoris
 summe ad quam in ipso Episcopatu predicte nostre procuraciones anni
 presentis ascendunt, quam per vos, vel alium seu alios, collegeritis seu
 receperitis, una cum parte, ratione fructuum, reddituum, et proventuum et
 obvencionum, ad vos seu ad mensam Episcopalem spectante, vos pro
 nostris procuracionibus hujusmodi primi presentis anni contingente, a die
 noticie presentis nostri Processus infra duos menses proximo sequentes,
 quos vobis pro peremptorio termino et Monitione Canonica assignamus, ad
 Civitatem Londoniarum fideliter, vestris sumptibus et periculo, transmittatis ; ipsamque pecuniam infra eundem terminum, ibidem, discreto viro,
 Gerardo Boninsegne, de Societate Bardorum de Florencia, Procuratori
 nostro, quem ad hoc constituimus, aut substituto vel substitutis ab ipso,
 solvere et assignare curetis ; tunc, eciā, per vestras patentes Literas, seu
 per Publicum Instrumentum, nos, vel dictum Procuratorem nostrum, aut
 substitutos ab eo, certificari de die receptionis presencium Literarum, et de
 hiis que super premissis, et aliis que vobis committimus, duxeritis facienda ;
 et specialiter de modo et quantitatibus distributionem et solutionem, et
 nominibus solvencium et Beneficiorum suorum, et de contumaciis et
 excusacionibus, et nominibus non solvencium et suorum Beneficiorum, per
 rotulos seu quaternos, sub Episcopali aut Curie Episcopalis sive vestris
 sigillis inclusos. Alioquin, si vos, aut Abbates, Priors, Decani, et alii
 superius designati, aut eorum aliqui, in premissis vel aliquo premissorum
 contradictores, inobedientes, seu culpabiles fueritis aut fuerint, vel rebelles,
 aut si vos, vel collectores seu subcollectores predicti, scienter et dolose,
 quod absit, ultra quantitates debitas pro supradictis procuracionibus
 receperitis seu exegeritis, receperint seu exegerint, pretextu hujusmodi
 Commissionis nostre,—salvis, tamen, moderatis expensis, per vos vel vestrum
 alterum, aut deputandos a vobis occasione hujusmodi faciendis ; quas,
 nichilominus, a vobis vel illis fore racionabiliter allocandas et tribuendas
 intendimus ; vobis, Domino Episcopo, cui in hac parte deferimus, ob reveren-
 ciam Pontificalis Dignitatis,—spacio sex dierum ad purgandum moram seu
 culpam, in singulis vobis supra et infra injunctis, indulto, et pro Canonica
 Monitione premissa,—si, nichilominus, perstiteritis in culpa seu mora,
 ingressum Ecclesie interdicimus in hiis Scriptis. Et, si per sex dies
 immediate sequentes, quos vobis pro Monitione Canonica assignamus,
 Interdictum hujusmodi sustinueritis, vos in hiis Scriptis suspendimus a
 Divinis. Et, si per alios sex dies extunc proximo subsequentes, quos
 similiter vobis pro Monitione Canonica assignamus, Suspensionem hujus-
 modi contempseritis, quod absit, animo indurato, vos, in hiis Scriptis,
 Excommunicacionis Sentencia iunodamus. In Capitula, vero, et Collegia et
 Conventus, que fuerint culpabiles in premissis vel aliquo premissorum,
 Suspensionis a Divinis ; in Abbates, vero, Priors, Decanos, et ceteras
 singulares Personas superius designatas, que inobedientes fuerint seu
 rebelles in predictis seu aliquo predictorum ; necnon, in contradictores
 quoslibet et rebelles, ac impedientes, seu prestantes auxilium, consilium, vel
 favorem, quominus omnia et singula supra et infra per nos injuncta
 effectum debitum consequantur, cujuscumque dignitatis, condicionis, aut
 status existant, Excommunicacionis, in hiis Scriptis, spacio sex dierum ad
 purgandum moram seu culpam in singulis eis indulto, pro Monitione
 Canonica premissa si, nichilominus, in culpa vel mora perstiterint,
 Sentencias promulgamus. Mandantes vobis, nichilominus, auctoritate
 predicta, sub penis predictis, quatinus omnes et singulos qui prefatas
 nostras Sentencias, vel earum aliquam, incurrerint quoquo modo, in vestris
 Civitate et Diocesi, et locis aliis de quibus vobis videbitur [expedire], per

fol.
212b,

A.D. vos vel alium seu alios, tamdiu denuncietis, vel denunciari faciatis, dictas
 1337-8. nostras Sentencias incurrisse, et a Fidelibus evitari, curetis, ac aggravetis
Vol. II. Censuram Ecclesiasticam contra eos, donec plene satisfecerint, et beneficium
 Absolucionis a Sentenciis per nos latis,—quain nobis, vel Superiori nostro,
 tantummodo reservamus,—a nobis meruerint obtinere. Porro, si aliqui se
 per exactores seu collectores predictarum procuracionum nostrarum indebite
 gravari nobis ostenderint, proponimus eis facere justicie complementum.
 Nostre, quoque, voluntatis et dispositionis existit quod Reverendi Patres,
 Domini Cardinales Sancte Romane Ecclesie, de Beneficiis suis que in
 predicto Regno obtinent, quantitatem aliquam, ratione procuracionum
 hujusmodi, solvere nullatenus teneantur, neque predictis Sentenciis astrin-
 gantur; set quod quantitas que pro hujusmodi nostris Procuracionibus ab
 ipsis Dominis Cardinalibus in ipso Episcopatu debetur, de summa nobis
 debita deducatur. Literas, autem, originales Apostolicas suprascriptas,
 quas alias solemptner in multorum Prelatorum et aliorum presencia
 fecimus Londoniis publicari, vobis, et aliis quorum interfuerit, si ipsas
 videre volueritis, cum fuerimus super hoc requisiti, plene faciemus ostendi
 et exhiberi. Vos, eciam, requirimus et hortamur, auctoritate predicta, sub
 penis suprascriptis, quatinus sic diligenter, fideliter, et sollicite vos geratis,
 et eos quos ad collectionem, receptionem, et transmissionem predictas de-
 putaveritis, gerere faciatis, quod nec inferiores conquerendi, nec nos contra
 vos, seu ipsos, super hiis inquirendi et procedendi materiam habeamus;
 quodque possitis de diligencia et obediencia merito commendari. In quorum
 testimonium presentes Literas, Processum nostrum hujusmodi continentem,
 de quarum presentacione et notificacione latori earum, nuncio nostro jurato,
 plenam fidem adhibuimus, fieri et registrari fecimus et sigillorum nostro-
 rum appensione muniri.—Datum et actum Londoniis, die ix mensis Januarii,
 sub Anno a Nativitate Domini M°. CCC^{mo} xxxvij^o,¹ Indicione vj^{ta}, Ponti-
 ficatus Domini Benedicti Pape XII Anno quarto.—Injunctam, igitur, nobis
 sollicitudinem hujusmodi cupientes efficaciter adimpleri, ad exigendum,
 levandum, et recipiendum, pro procuracionibus primi presentis anni, pre-
 fatis Venerabilibus Patribus, Dominis Cardinalibus ambobus, sicut pre-
 mittitur, debitissimis procuraciones quas unus de Cardinalibus, Sancte
 Romane Ecclesie Legatus seu Nuncius Sedis Apostolice, in dicto Regno
 Anglie, pro suis procuracionibus recipere consuevit,—que, videlicet, ad
 majorem summam ascenderedinosuntur,—ab omnibus etsi singulis Abbatibus,
 Prioribus, Decanis, et ceteris superiori expressatis, nostre Civitatis et Diocesis,
 quatenus, videlicet, ipsorum bona et Beneficia Ecclesiastica infra limites ves-
 trorum Archidiaconatum sunt inclusa; necnon ad contribuendum in hujus-
 modi procuracionibus, dictis Cardinalibus ambobus debitissimis, per Censuram
 Ecclesiasticam compellendum, librosque seu scripturas distribucionum, tax-
 acionum, impositionum, seu inductionum, et solutionum, antiquarum et
 modernarum, super similibus procuracionibus habitarum, vobis exhiberi et
 per copiam tradi faciendum; insuper, contradictores quoslibet compescen-
 dum; necnon, omnes et singulos qui prefatas Sentencias, vel earum
 aliquam, incurrerint, eas incurrisse denunciandum, et aggravandum Cen-
 suram Ecclesiasticam contra eos, ac alia omnia et singula faciendum que
 nobis, auctoritate predicta, sunt commissa; vobis, quos in colligendo
 dictam pecuniam reputamus sollicitos, et custodiendo collecta discretos, ac
 distribuendo ipsam fideles, modo premisso vices nostras committimus,
 donec eas ad nos duxerimus revocandas. Ideoque, auctoritate predicta,
 communiter et divisim vos monemus; vobis, nichilominus, sub penis
 suprascriptis districciis injungentes, quatinus totam pecuniam majoris
 summe prefate per vos collectam, una cum porcione vos contingente, ad
 nos, citra Festum Sancti Gregorii Pape [12 March], transmittere, ipsamque
 nobis integraliter reddere curetis. De die, vero, receptionis Presencium, ac

¹ A.D. 1337 according to the computation of the Church of England.

A.D. modo et quantitatibus distribucionum et solucionum, ac nominibus solven-
 1337-8. cium et suorum Beneficiorum, et de contumaciis et excusacionibus non
 Vol. II. solvencium, ac suorum Beneficiorum; neconon, quid feceritis in premissis,
 nos, citra dictum Festum, reddatis divisim cerciores Literis vestris patent-
 ibus, habentibus hunc tenorem. Quis, vero, vestrum presentes Literas
 primo receperit, retenta inde sibi copia, etc.—Datum Londoniis, viij die
 Februarii, Anno [Domini M^o. CCC^{mo}] xxxvij^o.

fol. —*Acquietancia Domini de solucione procuracionis ipsum contingentis,*—
 213. Noverint universi quod nos, Dinus Forsetti et Petrus Bini, ac Nicholaus
 Marini, et quidam alii Socii nostri, Mercatores de Societate Bardorum de
 Florencia, substituti Gerardi Bonenseigne, Mercatoris de Societate predicta,
 Procuratoris Reverendorum Patrum, Dominorum Dei gracia Petri . . . et
 Bertrandi (*etc., ut supra*), ad petendum, exigendum, et recipiendum a
 quibuscumque Archiepiscopis, Episcopis, et aliis Ecclesiarum Prelatis ac
 Personis Ecclesiasticis Regni Anglie, totam procuracionem eis pro presenti
 anno debitam, ac eciam faciendum eorum nomine Acquietancias et Literas
 de soluto, specialiter deputati, recepimus a Reverendo Patre, Domino
 Johanne, Dei gracia Exoniensi Episcopo, duodecim libras, decem solidos,
 undecim denarios et obolum, sterlingorum; videlicet, quatuor denarios de
 Nota demarca, juxta taxacionem decime nunc currentis, de omnibus bonis et
 iiiij.^{d.} de Beneficiis suis, spiritualibus et temporalibus, ad mensam suam Episco-
 marca. palem spectantibus, in sua Civitate et Diocesi Exoniensi consistentibus; com-
 putatis et inclusis, sub solucione procuracionis hujusmodi, bonis temporali-
 bus et spiritualibus Manerii et Ecclesie de Otery Sancte Marie, Exoniensis
 Diocesis, que idem Episcopus, de Licencia Sedis Apostolice noviter, ut
 dicitur, adquisivit; pro procuracionibus dictorum Dominorum Cardinalium,
 eis, ut premittitur, debitibus pro presenti anno; de qua, quidem, pecunia nos,
 Dinus Forsetti et Petrus Bini, ac Nicholaus Marini, et ceteri Socii nostri
 Mercatores, et substituti predicti, fatemur nobis fore, Procuratoris nomine
 dictorum Dominorum Cardinalium, satisfactum; et ipsum Dominum Epi-
 scopum de pecunia predicta, tenore Presencium, quietamus. Et, ego,
 Nicholaus Marini predictus, pro me et ceteris Sociis meis de Societate
 predicta, sigillum meum Presentibus apposui, in testimonium omnium
 premissorum.—Data Londoniis, nono die mensis Marcii, Anno Domini ab
 Incarnatione Ejusdem, secundum cursum et computacionem Ecclesie
 Anglicane, Millesimo CCC^{mo} tricesimo septimo.

—*Certificatorium super colleccione procuracionum Dominorum Cardi-
 nalium,—*

Reverendissimis in Christo Patribus ac Dominis, Dominis Petro, Dei gracia
 Tituli Sancte Praxedis (*etc., ut supra*), Johannes, etc., omnem obedienciam,
 reverenciam, et honorem tantis Patribus tam debitas quam devotas. Re-
 ceptam sexto die Februarii injunctam nobis sollicitudinem colleccionis et
 levacionis procuracionis vobis debite de Personis Ecclesiasticis, Secularibus
 et Regularibus, Capitulisque et Conventibus, exemptis et non exemptis,
 quibuscumque, nostre Civitatis et Diocesis; cum tunc essemus Londoniis, et
 propter locorum distanciam et celeritatem exactam circa prosecucionem
 ejusdem negoti vacare personaliter nequiremus; dilectis filiis, Exonie,
 Cornubie, Tottonie, et Barnastapolie in Ecclesia nostra Exoniensi Archi-
 diaconis, super premissis sub certa forma subdelegare curavimus vices
 nostras. Cum, itaque, dicti Archidiaconi circa injuncta hujusmodi curiosa
 diligencia intenti, prout rei exitus comprobavit, per suos nuncios et Literas
 de levacione dicte pecunie et Processus sui serie, quatenus divisim eis
 commissum extitit, nobis, hac die, itinerantibus versus Partes nostras
 occidas, relacionem facere curaverint; ne, propter moram circa confeccio-
 nem Literarum nostre relacionis diffuse, contingaret solucionem collecte
 pecunie cum dispendio aut viarum discriminine retardari, dictos nuncios,
 Literas, et Processus super premissis nobis exhibitos, neconon pecuniam
 levatam Paternitati vestre reverende ad presens duximus destinandos;

A.D. Paternitatis vestre clemencie humiliter supplicantes quatinus de omissa
1337-8. solemnitate relacionis quo ad alia nobis injuncte nos habere dignemini
Vol. II. favorabiliter excusat. Nomina, vero, et Beneficia non solvencium sub-
scripta verborum serie designamus, et alias patent in Processibus dictorum
subcollectorum, per dictos nuncios vestre Reverencie, si libeat, exhibendis.—
Datum apud Farnham, xij die Marcii, Anno Domini M°. CCC^{mo} xxxvij, et
Consecrationis nostre undecimo.

—Arreragia,—

- De Priore Barnastapolie, pro Pensione iijs., quam percipit in Ecclesia de Clist Secheville¹, jd.
- De Waltero, Rectore Capelle Castri de Toritone, pro Pensione annua viijs., quan percipit in Ecclesia de Honesham [*Huntsham*], ijd. *quadr.*
- De Priore Golclive [*Goldcliff, in Monmouthshire*], pro temporalitate sua de Membury, que taxatur ad vjli. iijs.
- De Johanne [de Boddenho], Rectore Ecclesie de Teyngtone Droconis [*Drewsteignton*], pro Ecclesia sua, que taxatur ad ixli. xijs. iiijd.,—iijs. *xd.*
- De Henrico [de la Mare], Rectore Ecclesie de Morteho, pro Ecclesia sua, que taxatur ad vjli. xijs. iiijd.,—iijs. iiijd.
- De Dompno Michaeli, Abbe de Clyve [*Cleeve Abbey, in Somerset*], pro temporalitate sua apud Brauntone et Poghewelle³, que taxatur ad xjli. iiijs. *xd.*, —vs. xjd. ob.
- Item, de eodem, pro temporalitate sua apud Treglast² et Poghewelle³, vs. xjd. *quadr.*
- De Magistro et Fratribus Sancti Johannis Ierosolimitani, Ecclesiam Sancti Clari [*St. Cleer, in Cornwall*], que taxatur ad x marcas, in proprios usus obtinentibus, iijs. vd.
- De eisdem, pro Ecclesia Sancti Maderni [*St. Madron, in Cornwall*], que taxatur ad cvjs. viijd.,—ijs. viijd.
- De eisdem, pro Capella de Temple,⁴ que taxatur ad xs., ijd.
- De Johanne Gros, Prebendario in Ecclesia Sancte Tethe, cuius Prebenda taxatur ad iiijl/i. ijs.,—ijs. ob. *quadr.*
- De Magistro et Fratribus Sancti Johannis Ierosolimitani, pro quadam Pensione annua vjli. xijs. iiijd., quam percipiunt in Ecclesia Sancti Maderni, iijs. iiijd.
- De Abbatissa de Wiltone, pro temporalitate sua apud Nynna in Weste, que taxatur ad xlvijs. vd., et pro redditu xxs., quem percipit apud Tregaver, in Minori Trigge, xxd. *quad.*
- De Priore de Sancto Carroco⁵, pro redditu xls., quem percipit in Weste et Majori Trigge, xijd.

fol. —Acquietancia super solucione procuracionis Cardinalium,—
213^b. Noverint universi per Presentes quod nos, Dinus Forsetti (etc.,—ut supra, as far as “specialiter deputati”), recepimus de Reverendo Patre, Domino Johanne, Dei gratia Exoniensi Episcopo, centum et quinque libras et septem

¹ “Capella de Clyst Sachevyle,” in Sowton.—See the Taxation of Pope Nicholas IV. (*Bronescombe*, p. 456).

² In Davidstow and Alternon, Cornwall.—This Manor “was parcel of the estate of Richard Lucy, Chief Justice of England, whose daughter, Rohais or Roesia, gave a moiety of it to William Briwere, a powerful Baron in the reign of King John. The widow of this William brought it, in marriage, to Hubert de Burgh, Earl of Kent, by whom it was given,

in 1234, to the Abbot and Convent of Clive, in Somersetshire.”—Lyson’s *Cornwall*, page 13.

³ Poughill, near Stratton. “This Manor also was given by Hubert de Burgh, Earl of Kent, to the Abbey of Clive.”—*Ibid.*, page 268.

⁴ Near Bodmin. “The Manor and Church belonged to the Knights Hospitallers.”—*Ibid.* page 303.

⁵ See *Bp. Bronescombe’s Register*, page 245.

A.D. solidos sterlingorum ; videlicet, quatuor denarios de marca, juxta taxacio-
 1337-8. nem decime nunc currentis, pro hujusmodi procuracione presentis anni
 Vol. II. eisdem Dominis Cardinalibus a Beneficiis spiritualibus et temporalibus
 Nota in Civitate et Diocesi Exonie constitutis, ut premittitur, debita ; per manus
 iiiij. de Dominorum Archidiaconi Exonie triginta et duas libras, Archidiaconi Cor-
 marca.
 nubie viginti sex libras et duos solidos, Archidiaconi Tottonie tringinta
 libras, et Archidiaconi Barnastapolie septendecim libras et quinque solidos
 nobis solvencium. De qua, quidem, pecunia nos, substituti predicti,
 fateamur nobis fore, Procuratorio nomine predicto, satisfactum. Et ego,
 Nicholaus Marini predictus, pro me et ceteris sociis meis de predicta
 Societate, sigillum meum Presentibus apposui in testimonium omnium
 premissorum.—Data Londoniis, xij^o die mensis Marcii, Anno Domini ab
 Incarnatione M^o. CCC^{mo} xxxvij^o.

[fol. 210b.] Morthoe [Morteho, MS.] ; Master Henry de la Mare, R.,—
 Licence of non-residence for a year (Clyst, 18 March).

Mutatio Annī Encarnacionis Domini.

Anno Domini Millesimo CCC^{mo} tricesimo octavo incipiente.

A.D. Testamentary ; *Probacio Testimenti Magistri R. Clare*,—
 1338. Item, quarto die Aprilis, in Manerio Episcopali apud Cliste, probatum fuit
 fol. 213b. Testamentum Magistri Ricardi Clare, Canonici, dum viveret, in Ecclesia
 Cathedrali Exonie, et Decani Ecclesie Collegiate de Wymbourne, Sares-
 biriensis, ac Porcionarii in Ecclesia de Croukerne, Bathoniensis et Wellensis
 Diocesium ; et pro eodem per Dominum pronunciatum. Et potestas
 conficiendi Inventarium de bonis ejusdem commissa Dominis David Anse-
 line et Roberto de Chestertone, capellano, ac Waltero Tril, Executoribus in
 eodem Testamento nominatis ; necnon, Domino Johanni Carent. Et suc-
 cessive exhibito Inventario hujusmodi coram Domino vij^o die dicti mensis,
 et recusantibus Dominis David Anseline et Johanne de Wymbourne,
 Executoribus predictis, onus subire Administracionis bonorum dictum
 concernencium Testamentum, Dominus commisit Administracionem eorum-
 dem dictis Domino Roberto et Waltero, juxta visum, deliberacionem,
 consilium, et assensum dicti Domini David ; prestito ab eis juramento de
 fideliter administrando bona hujusmodi et fidele raciocinium inde reddendo
 infra xvnam anno decurso ; presentibus Magistris W. de Nassington, R.
 Bysshopleghe, W. Doune, Domino J. Carent, Petro de Clifford, et Willelmo
 de Upavene.

Tywardreath Priory ; *Licencia Tywardreith—moram trahendi in
 aliqua Ecclesia vel Capella eorum Monasterio appropriata*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Priori et Conventui Monasterii de Tywardreith,
 nostre Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem ; necnon, constanciam
 in adversis.—Cum, sicut nobis exponere curavistis, et alias id patens veritas
 manifestet, propter hostiles piratarum insidias et incursum vobis hiis diebus
 plus solito inminentes, nequeatis in Monasterio vestro predicto, super litus
 maris situato et periculis tam alienigerarum hostium, quam eciam indigenarum
 vos asserencium suspectos eo quod estis de regione alia oriundi, multiplicitate
 exposito, absque gravi periculo animarum et corporum residere ; nos,
 devotionis vestre precibus inclinati, ut cum et quociens pericula hujusmodi
 eveniant, ad Ecclesiam aliquam vel Capellam vestro Monasterio appropri-
 tam, in nostra Diocesi, a mari remociorem et contra insultus hujusmodi
 tuciorem, personaliter accedere valeatis et ibidem moram trahere, Licenciam
 et auctoritatem, tenore Presencium, impertimur. Ita, tamen, quod in loco

A.D. hujusmodi, ad quem vos declinare contigerit, a mundanis spectaculis et
 1338. lasciviis separati, omni evagandi et discurrendi occasione sublata, in Divinis
 Vol. II. Officiis, tam diurnis quam nocturnis, insistatis assidue, devote, debite, et
 honeste, ac omnia observetis et faciat que, si in Monasterio vestro personaliter essetis, observare et facere teneremini, juxta Regularis observanciam discipline. Curetis, eciā, ut scandalum evitetis, corda et corpora vestra in omni castitate et sanctimonia, tam domi quam loco hujusmodi, custodire. Proviso quod in fraudem more claustralium, quesito figmento aliquo, nichil fiat; quodque presenti nostra Licencia cum urgeat necessitas duntaxat utamini, quoisque votiva pacis serenitas arriserit, cooperante Rege pacifico et excelso.—Data apud Cliste, octavodecimo die mensis Aprilis, Anno Domini supradicto.

[fol. 27.] Peter's Pence; *Acquietancia de Denariis Beati Petri de Anno Domini M°., etc., viij°,—*

Nos, Bernardus Sistre, Canonicus Ecclesie Beati Illarii Pictavensis, Domini nostri Pape et Apostolice Sedis in Anglia Nuncius, profitemur et in veritate recognoscimus habuisse et recepisse a Venerabili in Christo Patre, Domino Johanne, Dei gratia Episcopo Exoniensi, per manus Magistri W. de Nas-syngtone, pro Denariis Beati Petri per eum Ecclesie Romane debitum de Anno Domini M°. CCC^{mo} xxxvij^o, novem libras et quinque solidos sterling-orum; de quibus ixli. vs., per nos habitis et receptis, prefatum Dominum Episcopum, tenore Presencium, perpetuo quietamus.—Data Londoniis, sub sigillo Officii nostri, die xxij mensis Aprilis, Anno Domini M°. CCC^{mo} xxxvij^o. [He, also, acknowledged the receipt of the like sum, "per manus Magistri Ade de Lichefeldia," on the 21st of January, 1338-9; and again on the 1st of February, 1339-40.]

[fol. 213b.] Archdeaconry of Totnes; *Commissio Coadjutorum Archidiaconi Tottonie,—*

Johannes, etc., dilectis filiis, Domino Willemo de Vise, Rectori Ecclesie Sancte Marie Majoris Exonie, Magistro Johanni de Piltone, Rectori Ecclesie de Warkelegh, nostrarum Civitatis et Diocesis, necnon Petro Tryvet, salutem, graciam, et benedictionem.—Ad regimen aliarum ille sunt admittende persone que suspicione carent, discrecio preminent, et alias commendantur testimonio bone fame. Cum, itaque, dilectus filius, Magister Rogerus de Churleton, Archidiaconus Tottonie in Ecclesia nostra Exoniensi, sit in tantum senio ac valitudine corporea confractus et gravatus, necnon sensuum suorum discrecio adeo destitutus, quod se vel sua de cetero debite regere non poterit neque sciet, sicut, premissa super hoc cause cognicie debita, comperimus; nos, defectui suo hujusmodi et impotencie compacientes, et volentes sibi paterno presidio, ex Officii nostri debito, providere, vos, quos discretos ac fide et facultatibus idoneos, necnon ejusdem Archidiaconi honoris et comodi zelatores fervidos reputamus; prestito per vestrum quemlibet juramento quod, secundum posse vestrum et scire, bona dicti Archidiaconi fideliter, prudenter, ac utiliter colligetis, conservabitis, et sibi de eisdem honeste ministrabitis, remota ab eo prorsus omni inutili familia, juxta status decenciam omnia necessaria congruenter; necnon, nobis inde fideliter calculabis, cum fueritis requisiti; eidem Curatorem seu Coadjutorem (*sic*), tenore Presencium, deputamus. Proviso quod de bonis omnibus dicti Archidiaconi ad presens extantibus, et deinceps ad ipsum quomodolibet obventuris, necnon et de expensis suis imposterum faciendis, fidele Inventarium curetis conficere, et illud infra instans Festum Pentecostes [31 May] nostro conspectui exhibere. Ut, autem, hujusmodi Curacionis officium liberius exequi valeatis, predicto Archidiacono, in virtute Obedientie et sub Censuris Canonicis, injungimus et mandamus quod vobis, in execuzione vestri officii hujusmodi, reverenter pareat et intendat, ac statum suum, necnon et negotia, juxta vestrum con-

A.D. silium et assensum dirigat et disponat.—Data apud Cliste, xxiiij [die 1338. mensis] Aprilis.

Vol. tti. North Tawton [Chipyngtautone, MS.] ; Master Thomas Caignes, fol. R,—

214. Licence of non-residence for a year (Clyst, 30 April).

Gidleigh [Gyddeleghe, MS.] ; Sir Walter Bot, R.,—

Licence of non-residence for a year, "causa insistendi obsequiis Domini Johannis de Welyngtöne, Militis" (Clyst, 14 May).

Dimissorie,—

Master Henry de la Mare, subdeacon, R. of Morthoe, "ad omnes Superiores Ordines" (Clyst, 15 May).

Plympton Priory ; *Appropriacio Ecclesie de Nywetone Ciricii,—*

[Vol. I. Universis Sancte Matris Ecclesie filiis presentes Literas inspecturis Johannes, fol. etc., salutem in Eo Quem Uterus peperit Virginalis.—Intenta piis operibus 206b.] sollicitudo Officii Pastoralis, laudabiles acciones vigili consideracione discrucieus, illos non inmerito gracia prosecuitur suffragii pectoris in quibus uberioris devocionis studia et majora pietatis officia contemplatur. Sane exhibita nobis pro parte dilectorum in Christo filiorum, Prioris et Conventus Monasterii Apostolorum Petri et Pauli, Plymptonie, Ordinis Sancti Augustini, nostrorum Diocesis et Patronatus, Peticio continebat quod nonnulli Domini temporales, et eorum satellites et ballivi, molesti plus solito sunt admodum eidem Monasterio et infesti, durasque persecuciones et atroces injurias assidue inferunt, ut ipsum Monasterium et singulares ejusdem personas sue subciant dicioni. Ipsique adveniencium et commenacium hospitalitate, precipue propter contiguitatem Portus de Plymmwe cotidie excrescentis, adeo graviter et supra vires onerantur quod ea que pro cotidiano victu Canonicorum ibidem Deo servientium quandoque parata existunt oportebit hospitibus ibidem subito advenientibus ministrari, vel indignacionem et aliunde jacturam non modicam sustinere. Unde et debitus numerus Canonicorum abolim ibidem constitutus non potest, sine penuria, sustentari ; nec Cella de Sancto Antonio, in Cornubia [*St. Anthony-in-Roseland*], dicte nostre Diocesis, eidem Monasterio subjecta, per hostiles incursus incendio jam supposita, reparari, quinimmo nec ipsum Monasterium, jam, absque culpa eorundem Prioris et Conventus, per onera varia ac oppressiones, exacciones, et prosecuciones multiplices depresso importabiliter et collapsum, absque presidio subvencionis et provisionis, accommode non poterit respirare. Quare pro parte dictorum Prioris et Conventus nobis extitit cum instancia supplicatum ut, eis super premissis compacientes affectu, Parochialeam Ecclesiam de Nywetone Sancti Ciricii [*Newton-St. Cyres*], dicte nostre Diocesis, in qua jus optinent Patronatus, una cum Capella de Nortone ab eadem dependente, eis in usus proprios, consideracione premissorum, concedere, appropriare, et unire imperpetuum, servata sollempnitate, dignaremur. Nos, igitur, cupientes eisdem Priori et Conventui et eorum Monasterio paterna sollicititudine providere, dilectos filios, Decanum et Capitulum Ecclesie Cathedralis Exonie, ad tractandum una nobiscum communiter super Appropriacione dicte Ecclesie de Nywetone, cum predicta Capella, et ejus causis, ad certum competentem termiuum fecimus peremptorie ad Capitulum evocari ; habitoque super illis cum eisdem Decano et Capitulo tractatu sollempni et diligent, ac deliberacione matura ; quia comperimus exposita nobis predicta, recepta super eis informacione sufficiente et debita, veritate fulciri, Appropriacionem predictam, emergenti necessitate et evidenti utilitate suadentibus, in forma juris decrevimus et pronunciavimus faciendam. Et, de unani dictorum Decani et Capituli, et omnium et singulorum aliorum quorum interest, collaudacione, consilio, et consensu, concurrentibusque omnibus et singulis que in

A.D. 1338. ^[Vol. I.] hac parte requiruntur de jure, dictam Ecclesiam Parochialem de Nywetone Sancti Circii, cum predicta Capella de Nortone et omnibus suis juribus et [fol. 207.] pertinencis, prefato Monasterio de Plymptone, et Priori ac Canonicis ibidem ad presens Domino servientibus et imposterum servitulis, ex causis predictis,—quas veras et legitimas esse comperimus in hac parte et pro eisdem sentencialiter et diffinitive pronunciamus et declaramus in hiis Scriptis,—auctoritate Pontificali et ordinaria, concedimus, appropriamus, anneximus perpetuo et unimus; juribus et dignitate nostris et Ecclesie nostre Exoniensis prelibate, ac Loci Archidiaconi, ac cuiuslibet alterius in omnibus semper salvis. Ita quod auctoritate Appropriacionis et Unionis hujusmodi, cedente vel decedente ad presens ejusdem Ecclesie Rectore, prefati Prior et Canonici, per se vel alium vel alias, ejusdem Ecclesie et dictae Capelle possessionem libere apprehendere et tenere, fructusque earum in usus proprios dicti Monasterii libere convertere valeant; nostra vel alterius cujuscumque Licencia minime requisita. Reservata, tamen, de earum proventibus pro Perpetuo Vicario, Canonice instituendo in ea, ad Presentacionem dictorum Prioris et Conventus, assignanda per nos congrua Porcione, ex qua idem Vicarius commode sustentari possit, et jura Episcopalia persolvere, aliaque sibi incumbencia onera debite supportare. In quorum testimonium sigilla nostrum et dictorum Decani et Capituli Presentibus sunt appensa.—Data in Capitulo nostro Exoniensi, vicesimo-quinto die mensis Maii, Anno Domini Millesimo CCC^m, trigesimo octavo, et Consecrationis nostre undecimo.—Et nos, Decanus et Capitulum Ecclesie Exoniensis prelibate, habito super premissis, omnibus et singulis, cum Venerabili Patre predicto, ut premittitur, tractatu diligenti et sollempni, dictis Appropriacioni, Unioni, et Annexioni, neenon omnibus et singulis predictis, actis, habitis, et gestis, consensum nostrum concordem prebemus, consilium, et assensum; sigillum nostrum commune apponi, cum dicti Venerabilis Patris, Presentibus facientes, in testimonium veritatis.

—Data, die, loco, et Anno Domini supradictis.¹

[Vol. St. Merryn, in Cornwall; *Appropriacio Ecclesie Sancte Marine*²,—I. Universi Christi Sanguine redemptis precioso, presentes Literas inspecturis, 105.] Johannes, etc., salutem, et tanti precii jugem memoriam in presenti, et ejus fructum perhenniter retinere.—Dudum Sedis Apostolice immensa benignitas, personam nostram favore prosequens graciioso, suas nobis direxit et concessit Literas, in hec verba,—Johannes Episcopus, Servus servorum Dei, Venerabili Fratri, Johanni, Episcopo Exoniensi, salutem et Apostolicae benedictionem.—Tue Fraternitatis exigentibus meritis, peticionibus tuis libenter annuimus, illis presertim que Divini Cultus augmentum respicere dinoscuntur. Cum, itaque, sicut exhibita nobis tua Peticio continebat, stipendia Ministrorum Ecclesie tue Exoniensis, que minus sufficiencia fore noscuntur, suplere (*sic*), et quedam pro Divini Cultus augmentatione devocationis officia excercenda statuere, neenon et Anniversarium tui Obitus faciendum perpetuo in eadem Ecclesia ordinare proponas; nos, votis tuis in hac parte volentes annuere, tuis supplicationibus inclinati, Fraternitati tue, ut premissa commodius efficere valeas, uniendi et annexendi Parochialem Ecclesiam Sancte Marine, Exoniensis Diocesis, cum omnibus juribus et pertinenciis suis, eidem Ecclesie Exoniensi et dilectis filiis, Capitulo ipsius Ecclesie, dummodo ad te vel dictos Capitulum Institucio ejusdem Parochialis Ecclesie pertineat, et ad id eorundem Capituli assensus accedat; reservata, tamen, primitus de fructibus, redditibus, et proventibus

¹ This Document is curiously placed, without note or comment, in another Volume, amongst the Entries in the *Registrum Commune* belonging to the year 1360.

² This Document, also, has been en-

tered in Vol. I.; not, however, in the *Registrum Commune*, but along with the Miscellaneous Documents which follow the Collection of *Litere Private*.

A.D. ejusdem Ecclesie pro Perpetuo Vicario, in eadem Parochiali Ecclesia Canonice
 1338. instituendo per illum ad quem ejusdem Parochialis Ecclesie Institucio per-
 [Vol. I.]tinet, congrua Porcione, ex qua idem Vicarius commode sustentari, et jura
 Episcopalia solvere, et alia sibi incumbencia onera valeat supportare. Ita
 quod, post Unionem et Annexionem hujusmodi, cedente vel decedente
 ipsius Ecclesie Parochialis Rectore qui nunc est, idem Capitulum, auctorita-
 tate propria, tua et nullius alterius Licencia requisita, corporalem possessio-
 nem ejusdem Ecclesie Parochialis apprehendere ac tenere, ejusque fructus,
 redditus, et proventus in usus proprios, juxta tuam Ordinacionem, libere
 [fol. 105b.] convertere valeant; non obstantibus si aliqui super Provisionibus sibi faci-
 endis de Ecclesiis vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis in illis Partibus speciales
 vel generales Apostolice Sedis, vel Legatorum ejus, Literas impetrarint,
 eciam si per eas ad Inhibicionem, Reservacionem, et Decretum, vel alias
 quomodolibet sit processum; quas Literas et Processus, earum auctoritate
 habitos, ad Ecclesiam Parochiale predictam, si per te Unionem et Annexi-
 onem hujusmodi fieri contingat, volumus non extendi, set nullum per hoc
 eis quo ad assecucionem Ecclesiarum et Beneficiorum aliorum prejudicium
 generari; aut quibuslibet Privilegiis et Indulgenciis, et Literis Apostolicis
 generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per que,
 Presentibus non expressa vel totaliter non inserta, effectus earum impediri
 valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus
 oporteat in nostris Literis specialem fieri mencionem; contradictores per
 Censuram Ecclesiasticam, Appellacione postposita, compescendo; plenam et
 liberam concedimus, tenore Presencium, facultatem. Nos, enim, si per te
 fieri contigerit hujusmodi Unionem, irritum decernimus et inane si secus
 super hiis, a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit
 attemptari.—Data Avinione, xvij Kalendas Januarii, Pontificatus nostri
 Anno sextodecimo [17 Dec., 1331].—Ut, igitur, gracia facultatis hujusmodi,
 pietatis officio inchoata, debitum sorciatur effectum, predictam Parochiale
 Ecclesiam Sancte Marine, cuius Institucio ad nos pertinet pleno jure, cum
 omnibus juribus et pertinenciis suis, eidem nostre Exoniensi Ecclesie et
 dilectis filiis, Capitulo ipsius Ecclesie,—eorundem Capituli propter hoc ad
 certos diem et locum ad tractandum uua nobiscum super hoc specialiter
 vocatorum, neconon aliorum omnium quorum interest, ad id consensu acce-
 dente expresso; ac premissis et concurrentibus omnibus et singulis que re-
 quiruntur de jure,—in supportacionem Officiorum et onerum subscriptorum
 Auctoritate Apostolica supradicta appropriamus, anneximus, et unimus,
 jure Episcopali et ejuslibet alterius Ordinarii semper salvo; reservata,
 tamen, primitus de fructibus, redditibus, et proventibus ipsius Ecclesie, pro
 Perpetuo Vicario, per nos et Successores nostros in eadem instituendo, Por-
 cione congrua, ex qua idem Vicarius congrue sustentari, et jura Episcopalia
 solvere valeat, ac alia sibi incumbencia onera supportare. Reservata, eciam,
 nobis et Successoribus nostris, Exoniensibus Episcopis, Vicariam hujusmodi,
 quociens vacaverit, conferendi jure ordinario potestate. Ita quod auctoritate
 Unionis et Annexionis hujusmodi, cedente vel decedente dicte Parochialis
 Ecclesie Rectore, iidem Capitulum, per se vel alium seu alios, ejusdem Ec-
 clesie Sancte Marine, nostra et nullius alterius Licencia requisita, corporalem
 possessionem apprehendere et tenere, fructusque ipsius in usus proprios
 convertere libere valeant, juxta Ordinacionem nostram, divisionem, et
 distribucionem, quas taliter declaramus:—In primis, pro Octava die
 Assumptionis Beate Marie Virginis [22 Aug.], sub Festo Majori Duplici,
 cum luminaribus, et ceteris omnibus aliis excepta processione, prout et
 sicut in Festo Nativitatis ejusdem, imperpetuum celebrando, distribuantur
 annuatim quinquaginta solidi inter Canonicos, Vicarios, Secundarios,
 Annivellarios, et pueros Chori, predictarum Octavarum Officio personaliter
 interessentes, partim ad Vespertas, partim ad Matutinas, et partim ad
 Missam, equaliter distribuendi; ita, semper, quod Vicarius quilibet recipiat
 medietatem porcionis unius Canonici, et Secundarius, Annivellarius, ac

A.D. Custos quilibet medietatem porcionis Vicarii, et puer medietatem Secundarii, et executor Officii, qui et Missam dicat, duplum respectu alterius sui
 1338. [Vol. I.] status et gradus. Quod, eciam, in ceteris distribucionibus singulis subsequentibus volumus observari.—Item, pro quindecim cereis ultra numerum consuetum, circa Majus Altare et in corona pendente in Choro, eadem die accendendis, quadraginta denarii.—Item, pro Feste Translacionis Sanctissimi Regis et Confessoris, Edwardi, apud Westmonasterium quiescentis [13 Oct.]; qui Sedem Cathedralem a Criditonie transferens Exonie constituit, sub Feste Medio Duplici, ut in Nativitate Sancti Johannis Baptiste, in dicta Exoniensi Ecclesia iij^o Idus Octobris [13 Oct.] celebrando, viginti solidi.—Item, pro sex cereis ultra consuetum numerum, viginti denarii.—Item, pro Feste Translacionis Beati Thome, Martiris [7 July], sub consimili Officio Duplicis Festi, et Matutinis cum propria historia alterius Festi ipsius, in sero celebrandis, viginti solidi. Et, pro cereis tunc ultra numerum consuetum inveniendis, viginti denarii.—Item, pro duabus candelis ad Matutinas, omni nocte, in Choro, ad duo Antiphonaria, ultra numerum consuetum, imperpetuum sustinendis, duodecim solidi per annum; ut sic sint amodo iiiij^o candele pro Antiphonariis, omni nocte. Item, Vicariis Chori, ad perpetuam pro nobis orandi memoriam, ac specialiter ad pausaciones debitas et punctuaciones in Psalmodia, et alias observancias per nos editas, devote et diligencius observandas, quadraginta solidi annuatim; ita, tamen, quod, si iidem Vicarii premissa, quantum in ipsis est, non observaverint, Decani et Capituli judicio, eosdem denarios amittant; quos tunc Fabrice Ecclesie nostre Exoniensis volumus applicari.—Item, pro salubri statu nostro dum vixerimus, et pro Obitu nostro in crastino dictarum Octavarum cum migraverimus ab hac luce, quinquaginta solidi, annuatim. Et, eodem die, quadringentis pauperibus mendicantibus Scolaribus, ut Psalteria dicant, incarceratis et leprosis, aut aliis magis indigentibus, cuilibet denarius; ut quilibet quinquaginta Oraciones Dominicanas cum Salutacione dicant Angelica, in conscientia Decani, per manus Clericorum Scaccarii, xxxiijs. iiijd. Et eisdem Clericis, ut distributionem illam fideliter faciant, tres solidi.—Item, Fratribus Predicatoribus et Minoribus, eodem die, pro Vigiliis et Missis celebrandis, xijs. iiijd., per porciones equeales dividendi inter eos.—Item, pro Obitu Domini Willelmi de Grandissono, Militis, patris nostri, in crastino Sanctorum Johannis et Pauli [27 June], xxiiij solidi; videlicet, metetas in Vigilia, et alia medietas in Missa. Et, eodem die, Fratribus Predicatoribus et Minoribus Exonie predictis, pro Vigiliis et Missis celebrandis, sex solidi et octo denarii; videlicet, cuilibet Ordini iijs. iiijd.—Item, eodem die, centum pauperibus octo solidi quatuor denarii.—Item, pro obitu Domine Sibille, matris nostre, in Feste Undecim Milium Virginum [21 Oct.], xxiiij. Et, eodem die, Fratribus Predicatoribus et Minoribus, pro Vigiliis et Missis celebrandis, vijs. viijd.—Item, eodem die centum pauperibus octo solidi et quatuor denarii.—Item, pro Obitu Domini Johannis Pape XII^o, Promotoris nostri, iiij^o die Decembris in eadem Ecclesia celebrando, xxvjs. viijd. Et, eodem die, centum pauperibus vijs. iiijd.—Item, pro Obitu Magistri Willelmi de Kylkenny, olim Canonici Exoniensis, xxs.—Item, pro Obitu Magistri Ricardi de Wideslade, Thesaurarii Exonie, cum ab hac luce subtractus fuerit, xijs. iiijd.—Item, pro incenso ad thurificandum ad Missam Beatissime semper Virginis Marie, in Capella ejusdem in dicta nostra Exoniensi Ecclesia, in omnibus suis et aliis Majoribus Duplicibus Festis, per totum annum, ijs. Et pro carbonibus xijs., annuatim. De residuo, autem, de predicta Ecclesia obventuro, deductis necessariis oneribus, disponant Decanus et Capitulum Ecclesie nostre Exoniensis predice, prout eis videbitur expedire. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum fecimus hiis apponi.—Data in Capitulo nostro Exoniensi, xxv die mensis Maii, Anno Domini M^o. CCC^{mo}. xxxviij^o., et Consecrationis nostre Anno xj^o., Indicacione vj^{ta}, Pontificatus Domini Bene-

A.D. dicti Pape XII Anno quarto.—Et nos, Decanus et Capitulum Ecclesie
 1338. Exoniensis predicte, habito super premissis omnibus et singulis cum Venerabili Patre predicto tractatu diligenti et solemptni, prefate Appropriacioni et omnibus et singulis aliis supradictis nostrum consilium prebentes unanimem et assensum, sigillum nostrum commune Presentibus duximus appendum.—Datum die, loco, mense et Anno Domini supradictis. Et ego, Hugo Hugonis, de Tunstalle, dictus de Bysshopestone, clericus, Conventrensis et Lichefeldensis Diocesis, Publicus Apostolica Auctoritate Notarius, premissa omnia et singula, de Mandato Venerabilis Patris et Domini mei, Domini Johannis, Dei gratia Exoniensis Episcopi supradicti, in hanc publicam formam et scripturam, una cum tenore Literarum Apostolicarum predicatorum, quas sub vera, ut apparuit, bulla plumbea et filo canapis more Curie Romane bullatas, non rasas, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua earum parte corruptas vel viciatas, virili, palpavi, inspexi, legi, et de verbo ad verbum, nil addendo vel minuendo, fideliter copiavi; et, facta primitus vera collacione cum eisdem per me, Notarium predictum, ac Nicholaum Anger, Notarium subscriptum, et Willelmum de Doune et Johannem Symine, clericos, et testes ad hoc vocatos et asculantes, scripsi, et in hanc publicam formam redigi, et signum meum solitum Presentibus apposui, sub Anno Domini, Indicione, et Pontificatu superscriptis, in fidem et testimonium premissorum.—Et ego, Nicholaus Anger, clericus, Exoniensis Diocesis, Publicus Auctoritate Apostolica Notarius, prefatas Literas Apostolicas, bullatas, ut premittitur, non rasas, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua earum parte corruptas vel viciatas, vidi, palpavi, inspexi, et legi, ac vere collacioni, per me et Notarium Publicum predictum ac Testes prenominatos facte, cum eisdem, ut pretangitur, presens interfui; et huic Publico Instrumento me subscripsi signumque meum consuetum apposui, de Mandato Venerabilis Patris predicti, ad majorem fidem et testimonium premissorum.¹

fol. 214. *Aliud² Mandatum pro Procuracionibus Dominorum Cardinalium,—*
 Miseracione Divina Petrus, Tituli Sancte Praxedis, Presbiter, et Bertrandus Sancte Marie in Aquiro, Diaconus, Cardinales, Apostolice Sedis Nuncii ad Regna Francie et Anglie, pro magnis et arduis negotiis que prosequimur, destinati, Venerabili in Christo Patri, Domino Johanni, Dei gratia Episcopo Exoniensi, vel ejus Generali Vicario seu Officiali, aut locum tenenti vel vices gerenti, et civis eorum, qui sunt, vel erunt, pro tempore Administratores ejusdem Episcopatus, salutem in Domino.—Licet pro et super procuracionibus nostri presentis anni, die vicesima tercia mensis Julii proximo preteriti inchoati, in Civitate et Diocesi vestris nobis solvendis, et per vos levandis, exigendis, et recipiendis, et nobis, seu Procuratori nostro de Societate Bardorum de Florencia, aut substituto vel substitutis ab eo, Londonias transmittendis, certos Processus, Censuram Ecclesiasticam continentis, dudum duxerimus faciendo, quos indubie scimus ad vestram noticiam pervenisse; tamen, fide digna relacione et informacione, comperimus quod plene non certificastis juxta tenorem dictorum Processuum atque formam, nec ullus pro vobis hic fuit qui cum deputatis a nobis de dictis procuracionibus computaret; quodque de procuracionibus ipsis restant aliqua ad solvendum. Et ideo, quantumcumque per ipsos Processus hec fieri debuissent et essent omissa supleenda (quia plus consueverunt timeri que specialiter sunt expressa) vobis, et singulis ac cuiilibet vestrum insolidum, districte et sub penis in eisdem Processibus promulgatis; quas, prout late sunt, Canonica Monitione premissa, quemlibet vestrum qui huic Mandato

¹ On fol. 97a will be found a copy of the latter part of this Document, occupying the whole page and extending from "Item, Vicariis Chori" to

the end; a puzzling Entry, at first sight, as it contains nothing to identify it with St. Merryn.

² See page 863.

A.D. parere contempsit, incurrere volumus, ipso facto ; tenore Presencium, pre-
1338. cipimus et mandamus quatinus, infra quinquaginta diérum spacium a
Vol. II. presentacione, recepcione, seu insinuacione Presencium vobis facta inmedi-
ate sequencium computandum, quod pro primo, secundo, et tertio ac per-
emptorio termino vobis, et vestrum singulis, assignamus, quicquid de dictis
procuracionibus restat solvi, eciā de Hospitalibus, Domibus, et Locis Eccle-
siasticis quibuscumque, necnon Vicariis, Beneficiis non taxatis, ac incertis
proventibus Archidiaconatum et Decanatuim, ad taxacionem secundum
verum valorem, et omnem pecuniam quam, ultra quantitates que sunt ad
fol. 214b. racionem et compotum quatuor denariorum pro marca qualibet taxacionis
decime, pro eisdem procuracionibus nobis deberi sciveritis (circa quod pro-
testamur jus nobis penitus esse salvum) colligatis, levetis, et exigatis, per
supradictam et alias quascumque Censuras, denunciaciōnem, aggravacionem,
subtraccionem, et distraccionem proventuum oportunam, et levatam ac re-
ceptam nobis, vel dicto Procuratori, vel ejus substituto seu substitutis, sine
diminucionē solvere, et inde Certificatorium plenum mittere, assignare, et
tradere studeatis, Londoniis. Verumptamen, de Vicariis, Beneficiis, Domi-
bus, Hospitalibus, et Locis predictis, quorum singula non excedunt valorem
annuum sex marcarum, dummodo ea obtinentes proventus alios Eccle-
siasticos non obtineant, pro procuracionibus antedictis nil exigi volumus
vel levare. Et, si qui fuerint qui ex premissis, vel eorum aliquo, indebitē
senserint se gravari, gravamen hujusmodi, quamcito nobis vel honorabili
viro, Magistro Bernardo Cistre (*sic*), Archidiacono Cantuariensi, Commissario
nostro de eo constiterit, juste proponimus per nos vel ipsum Commissariorum
revocare. Insuper, ut hii qui in solucionē hujusmodi defecerunt
ad eam, per animarum suarum salutem, facilius innitentur, absolvendi juxta
formam Ecclesie eos qui ex ipsis, infra dicti spaciī terminū, debitam
satisfaccionem pretermiserint, a Sententiis memoratis,—ita, quidem, quod
eadem Absolucionis scientes se plus debere quam solverint nullatenus se
extendat,—plenam vobis, et vestrum singulis, committimus facultatem.
Demum, cum dictas procuraciones integre et absque expensarum deducione
recipere debeamus, habeamus eciā compellendi, per Censuram Eccle-
siasticam, quoscumque Prelatos et Personas Ecclesiasticas, exemptas et non
exemptas, ad providendum, in necessariis, Nunciis quos, pro comissionis nobis
negociis, a nobis transmitti contigerit, per Literas Apostolicas potestatem
discretioni vestre, Auctoritate Apostolica qua fungimur in hac parte, com-
mittimus et mandamus quatinus quantitatē certam pro moderatis
expensis, factis et faciēndis in et pro exaccionē, levacionē, et transmissione
procuracionum ipsarum, et circa eas, inter eos qui easdem procuraciones
debebant et debent, sine excessu aliquo,—super quo, eciā, sub penis
predictis vestras conscientias oneramus,—imponatis et exigatis ; et vos,
eciā, qui ad earum contribucionem tenemini contribuatis in illa, et
exactam, receptam, et contributam in expensis hujusmodi convertatis.
Ceterum, quia nonnulli procuracionem hujusmodi ab eis debitam, ad
racionem dictorum quatuor denariorum, post transmissionem et recep-
cionem Certificatorum vestrorum, hic solverunt, et sub certa forma
Absolucionis beneficium reportarunt, nomina eorundem in fine Presen-
cium duximus inserenda, ad finem quod jam solverunt denuo
non petatur ; videlicet, Prebendarius de Sancto Carentoco, ixd. ; Abbas de
Clive, pro Beneficiis suis, octo solidos, iiiij^o denarios et obolum. In cuius
rei testimonium has Literas fieri fecimus, sigillorum nostrorum mun-
mine roboratas ; de quarum presentacione .. (*sic*), latori ipsarum, adhibere
intendimus plenam fidem.—Sigillatum apud Prioratum de Bermoundeseye,
prope Londonias, per nos, Petrum, et apud Keryngtone, Wintonie, per nos,
Bertrandum, Cardinales predictos, die vicesima sexta mensis Maii, Anno
a Nativitate Domini M^o. CCC^{mo} xxxvij^o, Indicacione vjta, Pontificatus
Sanctissimi Patris et Domini, Domini Benedicti, Divina Providencia Pape
XII, Anno quarto.

- A.D. Newenham Abbey ; *Benedic和平 Electi Abbatis de Nyweham*,—
1338. Memorandum quod ultimo die Maii, Anno supradicto, Dominus benedixit
 Vol. II: Fratrem Walterum [de la Houe], Electum¹ Ecclesie de Nyweham ; qui
 [fol. 215.] profitebatur sub hac forma,—Ego, Walterus, Ecclesie de Nyweham Electus
 Abbas, profiteur Sancte Exoniensi Ecclesie, tibique, Pater Johannes, ejusdem
 Ecclesie Episcope, tuisque Successoribus in ea Canonice substituendis, Can-
 onicam in omnibus Obedientiam et subjeccionem.—Facta fuit hec Professio
 per dictum Abbatem in Capella Manerii Domini apud Cliste, die et anno
 supradictis ; presentibus Dominis Willelmo de Wolveye, Roberto de Flore,
 Willelmo de Londay, Willelmo Russel,—de Shokebroke, Sancte Marine in
 Cornubia, de Parva Toritone, de Washfelde, et Hugone de Grettone de
 Bradeforde, Ecclesiarum Exoniensis Diocesis Rectoribus ; Fratre Johanne
 Fartheyn, Magistris Hugone de Bysshopestone, Auctoritate Apostolica
 Notario Publico, Willelmo de Doune, Willelmo de Brauntoue, et aliis pluri-
 bus.—N. AUNGER.
- [fol. 14b.] Hemyock ; *Confirmacio Fundacionis et Dotacionis Cantarie Capelle
 de Hemyoke*,—
- Universis Sancte Matris Ecclesie filiis presentes Literas inspecturis, Johannes,
 etc., salutem in Domino sempiternam.—Cum pie mentis intencio Pontificali-
 bus semper adjuvanda sit studiis, cura est solicitudinis adhibenda ut ea
 que pro animarum eterna requie devocione sunt destinata Fidelium, nec
 aliqua dissimulacio negligere, nec aliqua valeat presumpcio perturbare.
 Set, sicut hoc quod devocio dedit salubriter destinari obtinuit, ita quod
 destinatum est non debet per hominem violari ; quinimmo convenit illius
 sentencie veritatem attendi qua scribitur quod animus ad bonum deditus,
 Deo judice, coronatur. Quia, igitur, olim dilectus filius, Dominus Petrus
 de Ouvedale, Miles, et Margareta, ejus uxor, Divino amore successi, intensis
 aspirabant desideriis fundare Perpetuum Presbiteratus Officium, regendum
 per Secularem Presbiterum, in Capella Parochialis Ecclesie de Hemyoke,
 nostre Diocesis, in honorem Beate Virginis Katerine, ut dicitur, dedicata,
 eidem Officio curaverunt in jus proprium offerre, illudque devocione
 continuata dotare, omnium quorum interest concurrente auctoritate et
 consensu, certis redditibus, possessionibus, et prediis, que, ut clarius
 pateant, Presentibus duximus declaranda ; videlicet, uno mesuagio pro
 mansione ponendi in eo Presbiteri, quinquaginta acris terre frugifere,
 duodecim acris prati, duodecim acris alneti, viginti septem solidis redditus
 annui, cum suis pertinenciis in villis et territoriis villarum de Hemyoke,
 Combe, et Staunton, dicte nostre Diocesis ; prout premissa omnia et
 singula in Carta Donacionis inde facta vidimus plenus contineri. Et, licet
 dictus Petrus, preventus condicione humane sortis, expleri, communiter
 cum dicta uxore sua vivens, desiderium suum hujusmodi non obtinuit ;
 ipsa, tamen, velud voti utriusque prosecutrix et fidecommissaria fidelis,
 apud nos oportune et importune, plurimum laboravit, ut Fundacionem
 hujusmodi Perpetui Presbiteratus Officii predicti approbare, et Missarum
 celebracionem assiduam Perpetuo Presbitero, in eadem Capella, in qua
 suam dicuntur elegisse sepulturam, servituro, pro animabus dictorum Petri
 et Margarete, patrisque et matris Mulieris ejusdem, cessante corporis sui
 infirmitate, indicere dignaremur. Nos, igitur, in scrutinium consideracionis
 debite reducentes quod illa benigno sunt concedenda favore per que anima-
 bus Fidelium salubrius consultur, nec ab intuitu nostre consideracionis
 excludimus quod ei qui ad dictum Officium admittitur competens susten-
 tatio tribuitur, dictas Fundacionem et Dotacionem, ac onera, Pontificali
 auctoritate confirmamus, et eas presentis Litere patrocinio communimus ;
 hoc moderamine—volentibus, petentibus, et conscientibus dicta Funda-
 trice et aliis quorum interest—adhibito ; ut exnunc et deinceps a quolibet

¹ Elected on the 13th of May.

A.D. vacacionis ejusdem tempore infra mensem continuum, ne animabus predictis diu desint oracionum suffragia, ad dictum Presbyteratus Officium
 1338. Vol. II. Presbiter idoneus per verum ipsius Patronum nobis, et Successoribus nostris, Exoniensibus Episcopis, presentetur, et, remota solemnitate
 [fol. 15.] lqualibet ac difficultate admittatur ad illud; qui Rectori dicte Parochialis Ecclesie debitum honorem deferat, et ejus persuasiōnē, tam in hiis que Dei sunt quam honestatis, pareat cum reverencia et timore. Si, vero, dictus Patronus in mora fuerit per dictum tempus Personam idoneam, sicut premittitur, presentandi, provideat Antistes eidem Officio de Presbitero, prout melius, secundum Deum, viderit ordinandum; et id ipsum, eciam, faciat, si de jure Patronatus inde forsitan questio emergerit inter aliquos, et cui competit infra mensem non fuerit diffinitum; jure nostro et dignitate Episcopali, nichilominus, in aliis semper salvus. Si quis, autem, in futurum, Ecclesiastica Secularisve Persona, hanc Dispositionem laudabilem scienter infringere, vel ei ausu temerario contraire presumpserit, nisi reatum suum congrua satisfacciōne prevenerit, in extremo Examīne Divine subjaceat ulcioni! In quorum testimonium sigillum nostrum fecimus hiis apponi.—Data apud Clyste, xvij^o die Junii, Anno Domini M^o. CCCmo xxxviij^o, et Consecrationis nostre undecimo.—Et ego, Margareta predicta, abbreviacioni et artacioni temporis supradicti ad presentandum, ut premittitur, ad Capellam prelibatam, pro me et heredibus meis consciens, et renuncians expresse omnibus excepcionibus et juris remedii quibuscumque, nobis in hac parte contra premissa qualitercumque competentibus seu competituris, sigillum meum Presentibus apponi feci, die, loco, et Anno Domini supradictis.

fol. 214. Stokenham; Sir Vincent de Barnastaplia, deacon, R.—
 214. Licence of non-residence till Michaelmas, 1339, to study at Oxford, etc.; he was not bound to take Priest's Orders in the interval (Clyst, 23 June).—Letters Dimissory "ad omnes Sacros Ordines quos nondum est assecutus" had been granted to him, at Clyst, on the 30th of May.

Archdeaconry of Totnes; Contra impedientes Magistrum Johannem de Northwode, Archidiaconum Tottonie,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Decano, Thesaurario, et Subdecano Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, graciam, et benedictionem.—Gravem ex parte dilecti filii, Magistri Johannis de Northwode, Archidiaconi Tottonie in Ecclesia nostra prelibata, nobis oblatam querelam receipimus, continentem quod avaricie cecitas et dampnande ambitionis improbitas sic quorundam animos occupat, quod, etsi de jure nequeant neque juris aliquo colore, non verentur, tamen, eum in jure et possessione Officii dicti Archidiaconatus, nedum sue intencionis quin pocius ambitionis negocio indiscreto, set exquisitis fraudibus et cum vanitatis astucia, molestare; quinimmo, quia ipsum cum ratione superare non credunt, conantur contra eum congregare potencie suffragio prevalere, quasi obliti illius sentencie veritatem—quod sine oppositore res deducta in dubium firmari non poterit nec absolvit. Unde nobis extitit humiliter supplicatum ut providere sibi super hoc de oportuno remedio curaremus. Attendentes, igitur, quod error, cum non resistitur, approbatur; eciam nec mirum, quia non caret scrupulo societatis occulte qui manifesto non desinit facinori obviare; vobis, communiter et divisim, districte precipiendo mandamus quatinus citetis, seu citari faciatis, universos et singulos molestatores hujusmodi, si quos inveneritis; alioquin generalis et publice Citacionis edicto, infra Missarum Solempnia in Ecclesia nostra predicta proposito, et, nichilominus, exemplo scripture Presencium foribus ejusdem Ecclesie nostre affixo, ut suo patulo indicio ad omnium quorum interest noticiam deducantur, peremptorie, [quod] compareant coram nobis, vel nostro Commissario, in Capella nostra de Clyste, infra mensem a tempore Citacionis hujusmodi seu noticie nostrarum presencium Literarum continue numerandum; fidem facturi legitime de jure quod ad dicti Archidiaconatus

A.D. Officium, vel in eo, crediderint se habere. Inhibentes eis expresse, prout
 1338. et nos tenore Presencium inhibemus, sub pena Majoris Excommunicacionis
 Vol. II. Sentencie ; quam, si secus egerint, rebelles incurtere volumus ipso facto ;
 ne interim quicquam in prejudicium dicti Archidiaconi circa molestacionem
 seu turbacionem juris possessionis sue hujusmodi presumant quomodolibet
 attemptare. Denunciantes eisdem quod parati sumus, et esse volumus,
 eis, et aliis omnibus id poscentibus, super premissis justicie complementum
 exhibere. Diem, autem, Citacionis hujusmodi et Denunciacionis ac formam,
 necnon nomina et cognomina citatorum, nobis quantocius designantes
 Literis vestris patentibus, habentibus hunc tenorem.—Datum apud Cliste,
 xxiiij die Junii.

fol. Aliud Certificatorium de procuracione Cardinalium,—

214b. Reverendissimis in Christo Patribus ac Dominis, etc., ut in alio Certificatorio
 [See page 868].—Injunctam nobis et receptam, vj^{to} die Februarii, solici-
 tudinem collectionis et levacionis procuracionis vobis debite de Personis
 Ecclesiasticis, Secularibus et Regularibus, Capitulisque et Conventibus
 quibuscumque nostre Civitatis et Diocesis, cum tunc essemus Londoniis, et
 propter Iccorum distanciam et celeritatem exactam, aliasque multipliciter,
 ut vestra novit Paternitas, impediti, circa prosecucionem ejusdem negotii
 vacare personaliter nequiremus ; dilectis filiis, Exonie, Cornubie, Tottonie,
 et Barnastapolie in Ecclesia nostra Exoniensi Archidiaconis, subdelegare
 curavimus vices nostras. Et, cum dicti Archidiaconi, injuncta hujusmodi
 exequentes per suos nuncios et Literas de levacione dicte procuracionis et
 serie sui Processus, quatenus eos divisim concernebat, nobis, xij^o die Marcii,
 de Londoniis versus Partes nostras occiduas itinerantibus, relacionem
 fecerunt dicto die ; ne, propter moram circa confeccionem Literarum nostre
 relacionis diffuse exhibendam ac viarum discrimina, contingenter solucionem
 collecte pecunie cum dispendio et periculo retardari ; dictos nuncios, Literas,
 et Processus super premissis nobis exhibitos, necnon pecuniam predictam
 vestre Paternitati reverende per eosdem nuncios statim duximus desti-
 nandos ; vestre clemencie humiliiter supplicantes quatinus de omissa solemp-
 nitate relacionis quoad alia nobis injuncte in hac parte, nos ex causis pre-
 dictis habere dignaremini favorabiliter excusatos ; nomina, eciam, et
 Beneficia non solvencium, que, nichilominus, patebant in dictis Processibus,
 Paternitati vestre reverende per alias nostras certi tenoris Literas design-
 ando. Cum, autem, dicti subcollectores nostri, et eorum nuncii, nobis
 referre postmodum curaverunt quod iidem nuncii de collecta per eos pro-
 curacione hujusmodi Procuratori nominato in vestris Processibus sufficienter
 satisfecerunt, infra terminum ad id nobis et eis assignatum ; reportantes
 Acquietiarum Literas de solutis ; exhibentes, nichilominus, juxta
 injunctam nobis formam, singillatim, sua Certificatoria de predictis, per
 nuncium nostrum, exhibitorem Presencium, Reverencie vestre adhuc, si
 libeat, exhibenda ; et se offerentes, singillatim et cum effectu, ad reddi-
 cionem calculi, quamquam admissi non essent, super eis, vestras novissimas,
 non minus dolentes quam mirantes, recepimus Literas, inter cetera conti-
 nentes quod nullus pro nobis fuit Londoniis qui cum deputatis a vestra
 Preeminencia de dictis procuracionibus computaret, quodque de procura-
 tionibus ipsis restabant aliqua ad solvendum. Ut, igitur, purgemos
 defectum dictorum Archidiaconorum, nobis utique amarum, si est ita, ad
 solvendum et supendum de pecunia nostra ea que in premissis, vel circa
 ea, per eos sunt omissa, nuncium nostrum predictum ad vestram, vel dicti
 Procuratoris, duximus nunc presenciam destinandum ; reverendam Pater-
 nitatem vestram iterata prece flagitantes quatinus eundem nuncium admit-
 tere ad predicta, et nos habere quoad omissa, si qua sint, cum, teste Deo,
 nulla nostra intervenit culpa, excusatos dignenini graciose.—Datum xxvij^o
 die Junii.

[fol. 210b.] Exeter Cathedral : The Bishop grants twelve oaks, for the work

A.D.
1338. in progress there, from his Park at Chudleigh ; *Au Baillife et Provost de Chuldeleghe,—*

Vol. II. Saluz.—Pur ceo que le Dean et Chapitre Dexcestre nous ouint ore tard requys que nous lour eidassoms de merym a perfourmer loevre de nostre Eglise Dexcestre, vous mandomis que vous facez liverer au gardeyn de meisme loevre xij cheynes covenables pur la dite Eglise, et a meyndre damage de nous, selonc lavisement Sire Thomas de Doultecote, nostre Clerke, et Maistre Thomas le Maceoun. Et les ramailles et les braunches de meismes larbres faites carier a nostre Court, pur nostre demoere en yver.—Done a nostre Manoir de Cliste, le v jour de Juyl, lan de nostre Sacre xj^{me}.

[fol.] 215b. Procurations of the Cardinals ; *iiijd. de marca,—*

Finalis pes compoti procuracionis duorum Cardinalium per eorum auditores ; videlicet, Magistrum Lupum, Domini Cardinalis de Hispania, et Martinum, Domini de Monte Favencio, apud Doveriam, die vija Julii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} tricesimo octavo ; juxta Registrum eorundem Cardinalium,—

—Summa taxacionis tocius Episcopatus Exoniensis - - iiiij mil ix^c lxvi, xvijs.

—Inde procuraciones Cardinalium, videlicet iiijd. de marca - - - - -

cxxvijli. ijs. vjd. quad.

—De quibus soluti fuerunt Sociis de Societate Bardorum - - - - - *cxvijli. xvijs. xjd. ob.*

—Et restant solvendi - - - - - *vli. iiijs. vjd. ob. quad.*

—De quibus soluti fuerunt Camerariis dictorum Cardinalium - - - - - *cxxxv. vd. quad.*

—Item, Societati Bardorum, per Abbatem de Clyve - - - - - *viijs. iiijd. ob.*

—Item, per Prebendarios de Sancto Carentoco - - - - - *ixd.—Et sic nichil restat ad solvendum.*

—*Finalis Acquietancia de solucione procuracionum Dominorum Cardinalium,—*

Divina miseratione nos, Petrus, Tituli Sancte Praxedis, Presbiter, et Bertrandus Sancte Marie in Aquiro, Diaconus, Cardinales, Apostolice Sedis Nuncii ad Regna Francie et Anglie, pro magnis et arduis negociis quorum prosecucione insistimus, destinati, tenore Presencium recognoscimus et fatemur Venerabilem Patrem, Dominum Johannem, Episcopum Exoniensem, solvi fecisse, Londoniis, Dino Forcetti, et nonnullis aliis de Societate Bardorum de Florencia, substitutis Gerardi Boninsegne, Socii Societatis ejusdem, Procuratoris nostri, centum decem septem libras, decem septem solidos, undecim denarios et obolum sterlingorum ; et Camerariis nostris quinque libras, quindecim solidos, quinque denarios et quadrantem, de pecunia nobis debita ratione procuracionum pro nobis collectarum in Civitate et Diocesi Exonie. Et ideo dictum Episcopum de dictis *cxxvijli. xvijs. xjd. et ob., ac vii. xvs. vd. et quad.*, Presencium tenore quitamus. Salva semper pro nobis pecunia, si qua plus restat, in eisdem Civitate et Diocesi, pro dictis procuracionibus ad solvendum. Quam, juxta tenorem et formam Processuum et Commissionum nostrorum super procuracionibus ipsis factorum, colligi et exigi, et dicto Procuratori, vel ejus substitutis, pro nobis Londoniis solvi volumus et mandamus. In cuius rei testimonium has Literas fieri fecimus, sigillorum nostrorum munimine roboratas.—Data Doverie, die vija Julii, Anno Nativitatis Domini M^o. CCC^{mo} xxxvij^o, Indicione vja, Pontificatus Sanctissimi Patris et Domini nostri, Domini Benedicti, Divina Providencia Pape Duodecimi Anno quarto.

fol. 215. Visitations of Churches appropriated to the Dean and Chapter ; *Commissio ad visitandum Ecclesias de Stavertone, Aisshpertone, et Seintemariechurche,—*

Johannes, etc., dilectis filiis, Magistro Thome de Nassingtone, Exonie, et Johanni de Nassingtone, Barnastapolie, Archidiaconis ; necnon, Ade Mury-

A.D. 1388. mouthe, juniori, Canonico in Ecclesia nostra Exoniensi, salutem, etc.—Ad visitandum Ecclesias de Aispertone, Stavertone, et Seinte Mariechurche, Vol. II. Capitulo Ecclesie nostre Exoniensis prelibate, ut dicitur, appropriatas, infra limites Archidiaconatus Tottoniensis in Ecclesia predicta inclusas, Clerumque et populm earundem, criminaque et excessus in Visitacione hujusmodi compertos corrigendum et puniendum; immo, Causas et negotia ibidem exorta audiendum et decidendum; vobis, de quorum fidelitate et industria plurimum confidimus, quosque, ob conceptam integritatem fidei hujusmodi, a prestacione juramenti quoad premissa relevamus, juxta formam Ordinacionis abolim inde edite, vices nostras committimus, cum cohercionis Canonice potestate. Injungentes, tamen, sub obtestacione Divini Judicii, quatinus, remotis amore, odio, et timore, commisse vobis hujusmodi Visitacionis Officium adeo fideliter et prudenter exequi studeatis quod proinde mereri possitis apud Deum. Proviso semper quod Processu Visitationis predicet et correpcionem, ac omnium actorum judicialium ad dictam Visitationem spectancium, habentem hunc tenorem, nobis, vel nostro in hac parte Commissario speciali, infra terminum in dicta Ordinacione expressatum transmittatis, sub sigillis vestris clausum et in pendentri consignatum.—Data apud Cliste, xj die Julii, Anno Domini supradicto.

Archdeaconry of Totnes; *Commissio pro Visitacione Archidiaconatus Tottoniensis*,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Magistro Willelmo de Crouthorne, Officiali nostro, ac Canonico in Ecclesia Cathedrali Sarisbirie, Willelmo de Nassingtone, in Ecclesia nostra Cathedrali Exonie, et Benedicto de Pastone, in Ecclesia Sancti Probi, in Cornubia, Canonicis, Clericis nostris, salutem, gratiam, et benedictionem.—Quia, variis et arduis ad presens prepediti negotiis, ad visitandum Clerum et populm Archidiaconatus Tottoniensis, juxta effectum Mandati nostri super hoc nuper directi, personaliter intendere non valemus; vobis, et duabus vestrum, de quorum fidelitate et industria circumspecta plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad inquirendum, corrigendum, et Canonice puniendum quorūcumque subditorum nostrorum crima et excessus in hujusmodi Visitacione compertos seu detectos, ac cetera dicte Visitationis Officium concernencia excercendum et expedendum, vices nostras committimus, cum cohercionis Canonice potestate; decisionem et pronunciacionem finalem in negotiis arduis in eadem Visitatione emergentibus nobis specialiter reservantes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum hiis duximus apponendum.—Data in Manerio nostro de Cliste, duodecimo die mensis Julii, Anno Domini supradicto.

Tavistock Abbey; *Commissio ad visitandum Monasterium Tavy-stochie*,—

Johannes, etc., dilectis nobis in Christo filiis, Magistris Willelmo de Crouthorne, Officiali nostro, ac Canonico in Ecclesia Saresbirie, Willelmo de Nassingtone, in Ecclesia nostra Exoniensi, et Benedicto de Pastone in Ecclesia Sancti Probi in Cornubia, Canonicis, salutem, gratiam, et benedictionem.—Quoniā, ex fideliorum testimonio, et fama publica acclamante veraciter intelleximus quod Monasterium Tavy-stochie, nostre Diocesis, per Presidencium in eodem incuriam et negligenciam manifestam, Officiarium, eciam, et Custodum bonorum ejusdem Monasterii deputatorum, et precipue laicorum insolenciam multiplicem et malam custodiam, seu pocius infidelitatem eorundem, bona hujusmodi propriis usibus applicando et multipliciter dilapidando, ut refertur, tanto discrimini lapsus et jacture, quod dolenter referimus, jam subicitur, quod quedam ejus edificia ad terram sunt prostrata; quedam, eciam, notorie minantur ruinam; et quamplures defectus notabiles, tam in Ecclesia quam in aliis domib⁹ dicti Monasterii, imminent in presenti, refecione indigentes necessaria; Monachi, insuper, in eodem commorantes, pro Divinis Officiis inibi peragendis, vix nunc obtinent unde poterunt, eciam in victu necessario, ut convenient sustentari; quodque, nisi

A.D. 1338. remedium competens et oportunum super hiis celeriter, mediante Altissimo,
 apponatur, idem Monasterium ad lapsum perpetuum et irrecuperabile dampnum deducetur, prochdolor, et in brevi. Nos, igitur, circa premissa remedium, quale cum Deo possumus, juxta vires apponere pronis affectibus cupientes, ad inquirendum super statu dictae Domus ac aliis excessibus in eodem Monasterio commissis, tam in capite quam in membris, ceterisque omnibus supratactis, necnon et juxta comperta et detecta in Inquisicione et Visitacione hujusmodi (cui ad presens, aliis arduis negotiis prepediti, personaliter interesse non valemus), procedendum, statuendum, corrigendum, ordinandum, et decernendum, prout dictaverint Canonice Sancções et pro utilitate dictae Domus videbitur faciendum ; vobis, et vestrum duobus, vices nostras, cum coercionis Canonice potestate, committimus, usque ad Festum Beati Petri ad Vincula proximo futurum [1 Aug.] tantummodo duraturas. —Data apud Cliste, xij die Julii.—*Transivit sub alia forma sequente* (viz. on fol. 216.—See page 884).

^{fol.} Exeter, St. James's Priory ; *Deputacio Yconomorum in bonis Prioratus Sancti Jacobi,*—

^{215b.} Johannes, etc., dilectis filiis, Magistro Willelmo de Nassingtone et Domino Waltero de Cloptone, Ecclesie nostre Exoniensis Canonicis, salutem, graciā, et benedictionem.—Cum Prioratus Sancti Jacobi, prope Exoniam, nobis pleno jure, tam lege Diocesana quam Jurisdiccionis, subjectus, per fatum et incautum regimen Fratris Willelmi de Bittedene, ab administracione ejusdem in forma juris suspensi, qui, vitam ducens enormiter dissolutam, suo tempore bona ipsius dilapidavit prodigaliter et consumpsit, tam in suis spiritualibus quam temporalibus adeo sit collapsus quod jam deductus est quasi ad irreparabilis desolacionis et paupertatis obprobrium et discrimen, prout id vulgaris fame notorium publicat et ipsa rei evidencia manifestat ; nos, qui, quociens dampna et lesiones ejusdem Prioratus in mente recensemus, amaricamur in intimis et dolemus ; cupientes pro viribus Prioratum predictum a lapsibus hujusmodi, Divina opitulante clemencia, relevare ; vobis, de quorum fide probata et discretionis industria plene confidimus, quos in bonis quibuslibet, mobilibus et immobilibus, ad eundem Prioratum spectantibus Yconomos deputamus, injungimus et mandamus quatinus Sequestrum in bonis hujusmodi dudum per nos interpositum ; quod ex habundanti, tenore Presencium, innovamus ; solemniter, per vos vel alium, publicetis, et dicti Prioratus, neconon bonorum omnium mobilium et immobilium ad eundem spectancium, debitam curam geratis, ac bona hujusmodi quecumque, excepta sustentacione congrua ministrancium ibidem in Cultu Divino et necessarie eorum familie, quam de bonis hujusmodi deduci volumus, sub arto et salvo custodiatis Sequestro, seu faciat, vestro periculo, custodiri. Diem receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nobis, cum requisiti fueritis, intimando Literis vestris patentibus, habentibus hunc tenorem.—Data apud Clist, secundo die Augusti.

^{[fol.} 14.] Plympton St. Mary ; Confirmation of the Foundation of a Chantry in the Chapel of Hemerdon,—

Universis, etc., Johannes, etc., salutem, etc.—Affectu sunt admittende benivolō preces devote petencium, cum sic eis gracia favoris impenditur quod alicujus juri nulla prorsus injuria irrogatur. Sane dilectus filius, Willelmus de Harewille, Deo devotus, salubri cogitatione premeditans quod presentis vite condicio statum habet instabilem, et ea que visibilem habent essenciam tendunt invisibiliter ad non esse ; et, provide cupiens diem sue peregrinationis extremum pietatis et devocationis operibus prevenire, Perpetuum Presbiteratus Officium, regendum per Secularem Presbiterum, in honesta Capella de Henmaredone, infra Parochiam Ecclesie de Plympton, nostre Diocesis, in honore semper Gloriosissime Virginis Marie erecta, fundare, et illud competenter dotare, concurrente omnium quorum interest consensu,

A.D. curavit certis redditibus, possessionibus, prediis, et edificiis ; videlicet, uno
 1338. competenti mesuagio pro manso ponendo in eo Presbiteri, viginti acris terre
 Vol. II. frugifere, et sexaginta solidis sterlingorum anni redditus, necnon tercia
 [f.l. 14b.] parte unius acre terre, cum quodam orto manso predicto contiguo ; prout
 hec (premissa super hiis, auctoritate nostra, Inquisitione debita) sunt com-
 perta et dicuntur in Cartis super hiis confectis plenius contineri. Ut,
 autem, hujusmodi Fundacio, Ordinacio, et Dotacio perpetuum robur obtine-
 ant, idem Willelmus nobis humiliter supplicavit ut ipsas approbare et
 Missarum celebracionem assiduam Perpetuo Presbitero in dicta Capella
 servituro pro salubri statu dicti Willelmi, quoad vixerit, et animabus—sua,
 cum ab hac luce migraverit, ac Johanne, uxoris sue ; necnon, parentum
 utriusque eorum, omniumque Fidelium defunctorum ; cessante corporis
 infirmitate seu alio impedimento necessario, indicere seu injungere dignare-
 mur. Nos, igitur, predicti Willelmi devotis precibus favorabiliter annuen-
 tes, dictas Fundacionem et Dotacionem, habita super premissis omnibus
 plena cause cognitione, Pontificali auctoritate, salvo jure cuiuslibet, con-
 firmamus et Presencium patrocinio communimus ; hoc moderamine,—
 volentibus, potentibus, et conscientibus dicto Fundatore, et aliis quorum
 interest,—adhibito, ut exnunc deinceps a quolibet vacacionis dicti Pres-
 biteratus Officii tempore, infra mensem continuum, ne animabus predictis
 diu desint oracionum suffragia, ad idem Officium per verum ipsius Patronum
 Presbiter idoneus nobis, et Successoribus nostris Exoniensibus Episcopis,
 presentetur, ac, remota solemnitate qualibet, admittatur ad illud. Et, si
 dictus Patronus in mora fuerit per dictum tempus Personam idoneam,
 sicut premittitur, presentandi, eo ipso ejusdem Officii ad nos, vel Succes-
 sores nostros, devolvatur Collacio illa vice. Et idem fiat si inde inter
 aliquos questio de jure Patronatus emerserit, et ad quem pertineat infra
 mensem non fuerit diffinitum ; jure et dignitate Episcopali ac cuiuslibet
 alterius, necnon Matricis Ecclesie Loci, in omnibus semper salvis. Si quis,
 autem, in futurum Ecclesiastica Secularisve persona hanc Dispositionem
 laudabilem scienter infringere vel ei ausu temerario contraire presumpserit,
 nisi reatum suum congrua satisfacione purgaverit, in Extremo Examine
 Divine subjaceat ulcioni ! In quorum testimonium, etc.—Data apud Cliste,
 quinto die Augusti, Anno xxxviiij^o [1338].—Et ego, Willelmus de Harewelle,
 Domiuus Loci de Hemmerdone, Fundator predictus, pro me et heredibus
 meis, expresse et ex certa sciencia, consencio quod tempus laicis Patronis
 indultum a jure seu Regni Anglie consuetudine ad presentandum Personas
 idoneas ad Beneficia Ecclesiastica ad jus Patronatus eorum spectancia
 abbrevietur et artetur ad mensem, prout superius est expressum ; et quod
 liceat Venerabili Patri, Episcopo Exoniensi qui pro tempore fuerit, de dicto
 Presbiteratus Officio providere sub forma superius annotata ; renuncians ex
 certa sciencia, pure et simpliciter, omnibus excepcionibus et juris remedii
 ac beneficiis que michi, vel heredibus meis, quomodolibet competere poter-
 unt, contra premissa vel aliquod eorundem. In quorum, etc., sigillum meum
 Presentibus apposui, die, loco, et Anno Domini supradictis.

fol. 216. Tavistock Abbey ; *Commissio ad inquirendum de statu Domus Tavystochie* [see page 882],—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Magistro Willelmo de Crauthorne,
 Officiali nostro, et Willelmo de Nassingtone, Canonicis Ecclesie nostre
 Cathedralis Exonie, ac Hugoni de Setone, clero jurisperito, salutem, etc.—
 Frequenti et assiduo clamore, non absque dolore cordis, audivimus quod
 bona Monasterii Tavystochie adeo graviter exposita sunt, prochidolor,
 dilapidacionis et consumpcionis inemodo, quod, nisi occurratur celerius,
 idem Monasterium ad irreparabilis desolacionis obprobrium deducetur. Et,
 quod dolorem cordis nostri non mediocriter aggravat, nonnulli Monachi, et
 alii tam Seculares quam Clerici dicti Monasterii, nedum sunt et esse con-
 sueverunt consiliarii et fautores distraccionis et consumpcionis hujusmodi,

A.D. verum eciam, utpote fame sue prodigi et salutis, vitam ducunt ibidem
1338. enormiter dissolutam. Ne, igitur, innocencie puritas, falsis denunciacioni-
Vol. II. bus confusa, succumbat, vel distraccionis et aliorum predictorum excessuum
pravitas effugiat impunita, de vestre circumspencionis industria et fide
examinata ad plenum confidentes, discrecionis vestre mandamus quatinus
vos, vel duo vestrum, ad dictum Monasterium persoaliter accedentes,
inquiratis de premissis et aliis articulis, que ibidem credideritis Visitacionis
Officio indigere, solicite veritatem, et eam, fideliter in Scriptis redactam,
sub sigillis vestris nobis transmittatis inclusam; Abbatii dicti Monasterii,
et aliis predictis de infamia distraccionis vel dissolucionis hujusmodi
respersis seu suspectis, terminum assignantes quo se nostro conspectui
personaliter representent, pro demeritis quod justum fuerit recepturi;
potestate vendendi, dandi, seu quomodolibet alienandi bona dicti Mon-
asterii interim eidem Abbatii penitus interdicta.—Data apud Cliste, vj^{to} die
Augusti.

Calverleigh ; Commissio ad expediendum negocium presentandi ad Capellam de Calwodeleghe,—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Johanni de Nassingtone, Archidiacono Barnastapolie in Ecclesia nostra Exoniensi, salutem, etc.—Presentato nobis, nuper, ad Capellam de Calwodeleghe, nostre Diocesis, per Johannem de Calwodeleghe, viginti quinque annis minorem, de speciali auctoritate Simonis de Sanforde, sui Curatoris, Domino Ricardo Snape, presbitero, tanquam vacantem; de vacacione ejusdem Capelle ac jure Presentantis et meritis Presentati, necnon ceteris in hac parte consuetis articulis, fecimus inquiri, et Inquisitionem inde habitam, ad dicti Presentati instanciam, publicari. Et, licet dicta Inquisicio, quam vobis volumus liberari, prima facie facere videatur pro Presentante et Presentato predictis; quia, tamen, Johannes Artour, Rector Parochialis Ecclesie de Lokesbeare, dicte nostre Diocesis, admissionem dicti Presentanti se opponens, propositus, inter cetera, coram nobis quod dicta Capella, a tempore cuius contraria non existit memoria, fuit et est annexa dicte Ecclesie sue et dependens ab ea, et pro annexa et dependente communiter et notorie habita et reputata, offerens se premissa legitime probaturum, dictum Presentatum ad dictam Capellam admittere distulimus, ea vice. De vestre, igitur, circumspencionis industria et fide probata non mediocriter confidentes, ad audiendum et judicio seu concordia licita fine debito terminandum Presentacionis et oppositionis hujusmodi nego- cium, cum suis dependentibus, emergentibus, et connexis; necnon, dictum Presentatum in dicta Capella instituendum, si de jure liqueat fieri posse, et faciendum in corporalem possessionem ipsius, cum suis pertinenciis, induci; vobis vices nostras committimus, cum cohercionis Canonice potestate, Commissionem quamecumque per nos in hac parte cuicunque alteri factam ex certa scientia revocantes.—Data xij die Augusti.

Okeford ; Deputacio Coadjutoris Rectori de Okforde,—

Item, xx^{mo} die Augusti, apud Cliste, Dominus deputavit Dominum Thomam [de Seleuelle], Rectorem Ecclesie de Meth, Coadjutorem Domino Willelmo [de Wilebi], Rectori Ecclesie de Okforde, senio confracto, sensuum suorum discrecio destituto, ac super dilapidacione bonorum suorum Ecclesiasticonvictio. Qui, quidem, Coadjutor corporale prestitit juramentum de colligendo, conservando, et administrando fideliter bona ejusdem Domini Willelmi, et fidele[m] calculum inde reddendo cum fuerit requisitus; et [de] fideli Inventario, tam de bonis ad presens extantibus quam imposterum ad ipsum obventuris quomodolibet, faciendo.

The procurations of the Cardinals ; Commissio ad levandum unum quadrantem de libra pro Nunciis Dominorum Cardinalium,—

Memorandum quod, xx die Augusti, Anno supradicto, Dominus recepit quasdam Literas Prioris Ecclesie Christi Cantuariensis de exigendo, colligendo,

A.D. et levando unum quadranteum de libra omnium bonorum et Beneficiorum
 1338. Ecclesiasticorum suarum Civitatis et Diocesis, pro expensis Nunciorum
Vol. II. Dominorum Cardinalium, nuper per Sedem Apostolicam ad Francie et
 Anglie Regna missorum, et procuracionibus discreti Viri, Magistri Petri Bur-
 gundionis de Romanis, Causarum Apostolici Palacii Auditoris, dudum per
 Sedem Apostolicam antedictam ad eadem Regna pro certis arduis negotiis
 destinati ; et solvendo collecta hujusmodi Cantuarie citra Festum Omnium
 Sanctorum [1 Nov.]. Super quo, die sequenti, emanavit Commissio Priori
 Sancti Nicholai Exonie, sub hac forma,—Johannes, etc., dilecto filio, Fratri
 Johanni de Brethonie, Priori Sancti Nicholai Exonie, salutem, et Mandatis
 Apostolicis firmiter obedire.—Literas Venerabilis Viri et Religiosi, Fratris
 Ricardi, Prioris Ecclesie Christi Cantuariensis, auctoritate Apostolica nobis
 directas, quas vobis mittimus per portitorem Presencium, recepimus ; con-
 tinentes in summa quod expensas quorundam Nunciorum Venerabilium
 Patrum, Dominorum Dei gratia Petri, Tituli Sancte Praxedis, Presbiteri, et
 Bertrandi, Sancte Marie in Aquiro, Diaconi, Cardinalium, nuper Sedis
 Apostolice in Anglia Nunciorum ; uecnon procuraciones Venerabilis et
 discreti viri, Magistri Petri Burgundionis de Romanis, Causarum Apostolici
 Palacii Auditoris, dudum per dictam Sedem Apostolicam ad Francie et
 Anglie Regna pro quibusdam arduis negotiis destinati (de quibus expensis
 et procuracionibus in dictis Literis plenior fit mencio), quatenus bona et
 Beneficia Ecclesiastica nostrarum Civitatis et Diocesis contingunt, faceremus
 fol. exigi, colligi, et levare. Volentes, igitur, Mandatis Apostolicis parere cum
 216b. effectu, vobis, Auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, committim-
 us et mandamus, injungentes districcius sub Censuris in dictis Literis
 contentis, quatinus omnia et singula contenta in dictis Literis, quatenus ad
 bona et Beneficia Ecclesiastica nostrarum Civitatis et Diocesis se extendunt,
 exequi per vos, vel alios vestro periculo, diligenter et celeriter studeatis.
 Ad que facienda vobis vices nostras committimus, quoque eas ad nos
 duixerimus revocandas, cum cohercionis Canonice potestate. De die, vero,
 receptionis Presencium nos, infra triduum, per Literas vestras, harum
 seriem, et de modo execucionis vestre in premissis, una cum nominibus non
 solvencium et quantitate collecta, infra instans Festum Sancti Michaelis,
 per Literas vestras patentes, dictarum Literarum per prefatum Priorem
 nobis missarum tenorem continentes, eisdem Literis tunc remissis, curetis
 efficere cerciores.—Data apud Cliste, xxj die Augusti, Anno supradicto.

Tavistock Abbey; Sequestrum Tavistochie,—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Ricardo de Bysshopleghe, Sequestratori
 nostro in Devonia, et Fratribus Alexandro de Leghe et Reginaldo Drake,
 Monachis Monasterii Tavystochie, salutem, graciam, et benedictionem.—
 Ut Monasterium Tavystochie a lapsu quem, prochdolor, sustinet facultatum
 nostro valeat presidio, favente Altissimo, respirare, omnia et singula
 Obedienciarum Officia dicti Monasterii et bona ad ea qualitercumque spec-
 tancia, que a longis, ut audivimus, retroactis temporibus, sub certis pre-
 stacionibus annuis fuerunt Monachis nonnullis dicti Monasterii, licet ad
 ampliores sufficerent, dimissa (volente dilecto filio, Abbe ad presens dicti
 Monasterii, petente, et consenciente) ad dictum Monasterium revocanda
 providimus et eciam sequestranda ; sperantes indubie dictum Monasterium
 ab oneribus quibus subjacet debitorum exinde posse non mediocriter
 relevare. Quia, igitur, avide desideramus bona predicta, cum integritate
 qua convenit, in persolucionem dictorum onerum convertenda, fideliter
 custodiri, vobis mandamus, in virtute Sancte Obediencie, et sub Majoris
 Excommunicacionis Sentencie pena, quam in personas vestras singulariter
 singulas que in execucione Mandatorum nostrorum subscriptorum se
 negligentes exhibuerint vel remissas ferimus in hiis Scriptis, quatinus vos,
 vel duo vestrum, ad omnia et singula loca dictorum Officiorum accedentes,
 Sequestrum nostrum hujusmodi solemptniter et celeriter publicetis et eciam

A.D. conservetis; Inventarium de bonis compertis in dictis Officiis, ponendo
 1338. singulis rebus estimacionem veram, fideliter faciendo; oneribus, tamen,
 Vol. II. necessariis inde, ut convenit, subportatis; inquirendo de bonis a tempore
 Visitacionis nostre inibi alienatis quomodolibet vel distractis; certificando
 quantocius, etc.—Datum apud Cliste, xxvij die Augusti, Anno supradicto.

Ordinacio Domini pro Abbe Tavistochie,—

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Fratri Johanni [de Courtenay], Abbatii
 Monasterii Tavistochie, Ordinis Sancti Benedicti, nostre Diocesis, salutem,
 graciā, et benedictionem.—More Patris benivolo, quem non pretereunt
 incomoda filiorum, ad statum dicti Monasterii, notorie depresso ac dispendio
 quasi irreparabili subjacentis, ac defectus aliquos tam in capite ejusdem
 quam in membris compertos, quos, parcendo fame vestre, ad presens silencio
 duximus committendos, nostre consideracionis aciem dirigentes, et volentes
 de salubri remedio, in quantum Altissimus dederit, providere; maxime
 quia nostris ordinacioni, laudo, et arbitrio, super omnibus et singulis tam
 statum Monasterii predicti quam persone vestre concorrentibus, de plano
 absolute et simpliciter submisistis, nostre in omnibus Ordinacioni parere,
 sub juramento Obediencie qua nobis tenemini firmiter pollicendo; deliber-
 acione super hiis nobiscum et nonnullis peritis prehabita diligenti, ad releva-
 cionem, utilitatem, honestatem, et quietem dicti Monasterii, statuere, ordi-
 nare, mandare, indicere, et injungere decrevimus infrascripta. In primis
 vobis, in virtute Obediencie, et sub Majoris Excommunicacionis Sentencie
 pena, quam in personam vestram, nisi feceritis que mandamus, ferimus in
 hiis Scriptis, injungimus, precipimus, et mandamus quatinus, tam in
 indumentis et calciamentis quam tonsura et gestu exteriori, vos, secundum
 morem regionis, ceteris Abbatibus vestri Ordinis, Cantuariensis Provincie,
 infra mensem a recepcione Presencium conformetis. Item, quod aliquem
 de Commonachis vestris, de vite probitate et mundicia commendatum,
 quem ad hoc provide duxeritis eligendum, assunatis, qui Horas Canonicas
 vobiscum dicat, Missam celebret, et in Camera vestra jaceat, vosque con-
 tinue comitetur. Item, quod sigillum vestrum, quod tenore Presencium
 sequestramus, sub sigillo nostro celeriter includatur, et penes aliquam per-
 sonam honestam, juxta nostrum consilium, fideliter deponatur. Item, quod
 de administracione spiritualium et temporalium, a qua tenore Presencium vos
 suspendimus, de cetero, quoisque dictum Monasterium relevetur et ad
 uberiorem fortunam pervenerit, vos nullatenus intromittatis, nec adminis-
 tracionem hujusmodi, quoadusque aliud ordinaverimus, usurpetis, aut
 eidem vos quomodolibet ingeratis; set omnia Munitamenta, Cartas videlicet,
 Obligaciones, et alia quecumque dictum Monasterium concernencia penes
 vos remanencia, [in] communī Thesauraria ejusdem Monasterii, per vos vel
 alium, infra quindecim dies a tempore receptionis Presencium, reponatis.
 fol. 217. Item, ordinamus quod, quoisque dictum Monasterium relevetur, seorsum
 ab eodem in aliquo loco honesto, ubi decreveritis, resideatis; percepturi,
 annis singulis, ad quatuor anni terminos principales, centum et viginti
 marcas sterlingorum, pro sumptibus vestris et expensis; de quibus vos
 volumus contentari. Cetera, preterea, vos et Conventum ac statum dicti
 Monasterii communiter contingencia, per nos ordinata, curabimus cum
 celeritate commoda per alias nostras Literas vobis communiter publicare.
 Diem, vero, receptionis Presencium, et quid facere decreveritis in premissis,
 nobis, infra octo dies a tempore receptionis hujusmodi, intimetis Literis
 vestris patentibus, habentibus hunc tenorem.—Data in Manorio nostro de
 Cliste, ultimo die Augusti, Anno Domini M°. CCC^{mo} xxxvij^o, et Consecra-
 cionis nostre undecimo.—*Tenor Certificatorii Abbatis talis est:*—

Venerabili in Christo Patri ac Domino, Domino Johanni, Dei gratia Exoniensi
 Episcopo, vestra humilis et devota creatura, Johannes de Courtenay, eadem
 gratia ac vestra caritativa benivolentia Abbas Monasterii Tavistochie, vestre
 Diocesis, tanto Patri ac Domino reverenciam et obedientiam [debitas], cum
 omni honore. Mandatum vestrum reverendum hoc instanti primo die mensis

A.D. Septembbris, sub Anno Domini infrascripto, recepi, in hec verba,—Johannes,
 1338. etc.—Cui, quidem, Mandato, ac omnibus et singulis in eodem contentis et
 Vol. II. michi per vos injunctis, Divina favente clemencia, prout michi possibile
 fuerit, cum omni diligentia parere intendo; et ipsa, quatenus mea ad hoc
 suppetit parva potestas, reverenter et humiliter adimplebo.—Datum Exonie,
 primo die mensis Septembbris, Anno Domini supradicto.

[fol. 216b.] Archdeaconry of Totnes; *Commissio ad levandum Sinodaticum et
 Cathedraticum,*—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro J. de Piltone, Rectori Ecclesie de Warke-
 leghe, salutem, etc.—De tua fidelitate et industria plurimum confidentes,
 ad exigendum, colligendum, et levandum Sinodaticum et Cathedraticum
 quondam Magistro Rogero de Choerleton (*sic*) dum viveret debita, toto
 tempore suo in eodem Archidiaconatu; necnon, illos quorum interest ad
 satisfaciendum de debitibus ab eis in hac parte, et arreragiis quibuscumque,
 vobis, nomine dicti defuncti, per Censuras Ecclesiasticas compellendum;
 tibi vices nostras committimus, cum cohercionis Canonice potestate.—Data
 apud Cliste, primo die Septembbris, Anno Domini supradicto.

[fol. 216b.] West Putford [Westputteforde, MS.]; Master Paul Brey, deacon,
 R.,—

Dispensation: non-residence for a year, to study (Clyst, 1 Sept.).

fol. 217. Glasney; *Dispensacio—Trutherap,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Preposito et Capitulo Ecclesie nostre Collegiate
 Glasneye, nostrorum Patronatus et Diocesis, salutem, etc.—Consideracione
 meritorum quibus dilectus filius, Robertus de Tratherap, accolitus, dicte
 nostre Diocesis, juvari fide dignorum testimonio, et alias dicte Ecclesie ad
 augmentum Cultus Divini necessarius perhibetur; quod idem Robertus in
 Vicarium dicte Ecclesie, non obstante defectu Sacrorum Ordinum, admitti
 valeat, ad petitionem vestram, ista vice, de gracia dispensamus. Ideoque
 vobis significamus quod eundem Robertum, non obstante Inhibicione nostra
 alias in contrarium vobis facta, in Vicarium hujusmodi admittere poteritis,
 si ei aliud Canonicum non obsistat. Proviso quod preseus Dispensacio ad
 consequenciam non trahatur.—Data apud Cliste, iij^o die Septembbris.

[fol. 217b.] St. Ruan Lanyhorne [Larihorn, MS.]; Master W. Botriaux, R.,—
 Licence of non-residence for a year, to study at Oxford, etc. (Clyst, 3 Sept.).

[fol. 218.] Camborne [Cambron MS.]; Master Stephen de Penpol, deacon,
 R.,—

Dispensation: non-residence for a year, to study at Oxford, etc. (same date).

fol. 217. Suffragan Bishop; *Commissio [Ricardi Fraunceys], Episcopi
 Waterfordensis, ad dedicandum Ecclesias et Altaria,*—

Venerabili in Christo Patri, Domino Ricardo, Dei gratia Episcopo Waterford-
 ensi, Johannes, Ejusdem miseracione Exoniensis Episcopus salutem et
 fraternalm in Domino caritatem.—De Paternitatis vestre circumspecione
 et industria plurimum confidentes, ad dedicandum Ecclesias de Mattyngho
 [*Martinhoe*] et Esseforde [*Ashford*]; necnon, Majora Altaria Ecclesiarum de
 Chalvelegh [Chawleigh], Kentesbury, de Parva Toritone, et Capellarum de
 Shepwasshe, Welcome, Bulkeworthy, et Putteforde, nostre Diocesis, dum-
 modo Altaria Capellarum hujusmodi alias fuerint dedicata; puerosque
 quoscumque nostre Diocesis confirmandum seu crismandum; necnon, Cali-
 ces, Vestimenta, et alia Ornamenta Ecclesiastica benedicendum et conse-
 crandum,—dumtaxat Paternitati vestre soli; et omnes quorum interest in
 procuracionibus Dedicacionum hujusmodi consuetis et debitibus condemp-
 nandum, et ab eis securitates idoneas provide recipiendum; vobis, et dilecto
 filio, Domino Wilhelmo de Lounday, Rectori Ecclesie de Parva Toritone
 predicte, communiter vices nostras committimus, cum cohercionis Canonice

A.D.
1338. potestate : Paternitati vestre obnixius requirentes quatinus, hanc nostram
Commissionem, si libeat, amplectentes, dignemini, peractis dictarum Dedi-
Vol. II. cacionum solempniis, nos de eis, cum expressione nominum et cognominum
condempnatorum predictorum, per vestras patentes Literas, harum seriem
continentes, efficere cerciores.—Data apud Clist, viij die Septembbris.

Blackawton [Blake Auetone, MS.] ; Master George de Byncleghe,
priest, R.,—

Licence of non-residence for a year, “interpolatim, tamen ; et alibi, pro
tempore absencie sue, infra Diocesim Exoniensem moram facere, locis
congruis et honestis ” (Clyst, 12 Sept.).

Tavistock Abbey ; *Ordinacio Tavistochie*,—

Johannes, miseracione Divina, etc., dilectis filiis, Fratri Johanni [de Courtenay],
Abbati, et Conventui Monasterii Tavystochie, Ordinis Sancti Benedicti,
nostre Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem.—Onerosa nimis
sollicitudo Officii Pastoralis nos compellit ut gravatis Monasteriis, nobis
Diocesano jure subjectis, gravi sarcina debitorum et onerum, ne, ipsorum
gravamine nimium excrescente, totaliter deprimantur, debito compacientes
affectu, eorum indemnitatis remedio quo possumus occurramus.
Sane, nuper, premisso in dicto Monasterio auctoritate nostra Ordinaria
Visitacionis Officio, non absque dolore cordis percepimus quod idem
Monasteriu, quod solebat habundare diviciis et honore, erat, et est,
oneribus debitorum usque ad Mille et CCC^{tas} libras sterlingorum inclusive,
et alias multiplicium onerum sarcina pregravatum. Nos, igitur, ad rele-
vandum et liberandum dictum Monasterium a dispendiis et jacturis que
consueverant ex talibus oneribus et debitis provenire, vias salubres et modos
investigare curavimus, per quos credimus, annuente Domino, quod satis-
faccio hujusmodi debitorum exinde proveniet, et onera quibus dictum
Monasterium subjacet tollerabilius poterunt subportari. Pro exoneracione,
itaque, dictorum debitorum et onerum, tam obediencias quam alios reddi-
tus et proventus, ac jura et bona alia ad dictum Monasterium, vel mensam
Abbatis dicti Monasterii, communiter vel divisim, quomodolibet spectancia,
petentibus et consencentibus vobis, Abbatem et Conventu predictis, ad jus et
proprietatem ejusdem Monasterii redintegrare et revocare decrevimus, et
omnia statuere infrascripta,—In primis, volentes et ordinantes quod vobis,
Abbati predicto, quem ab omni administracione spiritualium et temporalium
dicti Monasterii alias suspendimus, quam suspensionem tenore Presencium
innovamus, pro mensa vestra, et Monachi quem vobis pro socio duxeritis
assuinemendum, centum et viginti marce, et Dispensatori sive Celerario, pro
vite necessariis Monachorum Conventus, ac corrodiorum et liberatarum
dicti Monasterii subportacione, centum libre sterlingorum, ad quatuor anni
terminos principales, prout per equeales porciones de redditibus et proventi-
bus predictis, per manus Receptoris communis infrascripti, annis singulis,
exsolvantur ; quodque superexcrescentes proventus inolucionem et sub-
portacionem dictorum debitorum et onerum integraliter convertantur, donec
de dicta majori summa fuerit plenarie satisfactum. Et, quia expedit ad
premissa personas tales assumere que sint in exterioribus providi et interius
dispensando et distribuendo discreti, ac custodiendo recepta et creditoribus
satisfaciendo fideles ; dilectos filios, Fratrem Alexandrum de Leghe, dicti
Monasterii Monachum, et Willelmum de Pafforde, literatum, de fidelitate,
circumspeccione, et industria plurimum commendatos, Rectores, Provisores,
et Supervisores exterius providimus deputandos ; ita quod ipsi in omnibus
exterioribus tam spiritualibus quam temporalibus dicti Monasterii, et circa
ea, sedulam curam gerant ; ab omni, tamen, receptione pecunie, preterquam
per manus Receptoris communis, abstinentes. Item, Frater Johannes de
Brendone omnes et singulos redditus et proventus dicti Monasterii recipiat,
et distribuat, et conservet ; et Frater Thomas de la Walle super dictis
receptis et distributis per dictum Fratrem Johannem indenturam habeat,

A.D. Item, Frater Alexander predictus sit Dispensator et Celerarius interius, et
1338. de pecunie summa, sibi per dictum Receptorem, ut premittitur, assignanda,
Vol. II. Conventui necessaria, et corrodia seu liberatas habentibus illud quod eis
debetur, fideliter subministret; neconon, omnia onera ordinaria et extraordi-
naria necessaria, interius et exterius,—inter que distribuciones elemosina-
rum diebus Commemoracionis Animarum et Cene Domini, singulisque
septimanis, leprosis Ville de Tavistoke consuetas, comprehendi volumus,—
agnoscat de bonis communibus et subportet; recepturus a prefato Recep-
tore ea que, quo ad onera hujusmodi, requiruntur. Item, Frater Ricardus
de Esse, dicti Monasterii Monachus, sit simul in eodem Cantor et Sacrista;
facturus omnia que intra Monasterium hujusmodi Officiis, tam quo ad
luminaria quam alia, incumbunt, et proinde impensas de Receptore predicto
necessarias recepturus; quibus omnibus superius expressatis personis, sub
intermissione Divini Judicii, districte precipimus, et in remissionem
suorum peccaminum injungimus et mandamus, quod circa premissa diligen-
ter intendant; nullam in regimine, recepcione, et distribucione vel solucione
hujusmodi fraudem vel maliciam adhibendo. Set dictus Receptor super-
excrescentem pecuniam fideliter custodiat, et in nullos alias usus preter-
quam in solutionem dictorum debitorum et onerum convertat. Immo
eandem pecuniam, communicato adinvicem consilio si commode fieri valeat,
persolvat creditoribus dicti Monasterii, et aliis quibus fuerit satisfacio
facienda. Quod si forte dicti Rectores, Provisores, et Supervisores, Recep-
tor, Divisores, et Distributores dictorum proventuum eosdem in alias usus
convertere vel minus fideliter custodire presumpserint, vel dictis creditoribus
satisfacere maliciose distulerint; qui culpabiles fuerint Majoris Ex-
communicacionis incurant Sentenciam ipso facto. Volumus, autem, ut
dicti Provisores, Receptor, et Distributores de omnibus que gesserint,
recepient, et solverint, reddant et audiant primo adinvicem annis singulis
racionem; et deinde ipsi omnes eam recident coram Conventu, vel personis
ad hoc a Conventu deputandis; ac extunc, infra mensem, quecumque
super hiis duxerint facienda nobis clare referant et exponant; et, ante
omnia, coram Conventu predicto prestant juramentum quod hujusmodi sibi
comissa officia fideliter exequentur. In quorum oinnum testimonium
sigillum nostrum fecimus hiis apponi.—Data apud Cliste, xij die Septem-
bris, Anno Domini M°. CCC^m xxxvii^o.

Instow [Zunstowe, MS.]; William de Borwardesleghe, subdeacon,
R.,—

Dispensation: non-residence for a year (Clyst, 20 Sept.).

East Anstey [Estansti, MS.]; William Avenel, subdeacon, R.,—
Dispensation: non-residence for a year, to study at Oxford, etc. (Clyst, 23 Sept.).

Luppit [Louepitte, MS.]; Master Robert de Grymestone, deacon,
R.,—

Dispensation: non-residence for a year, to study (same date).

[fol. 218.] St. Ladock [Sancte Ladoce, MS.]; Sir Ralph de Govely, R.,—
Licence of non-residence for a year, to study at Oxford, etc. (Clyst, 28 Sept.).

fol. 217b. Inwardleigh; John Giffard, subdeacon, R.,—

Dispensation: non-residence for a year, to study (Clyst, 3 Oct.).

Holsworthy [Haldeswordy—in margin Haldesworthi, MS.]; Sir
John Filz Hughe, R.,—

Licence of non-residence for a year (Clyst, 6 Oct.).

St. Ludgvan [Ludevon, MS.]; Master Robert Luke, R.,—

Licence of non-residence for a year (same date).

A.D. Belstone ; Richard de Esse, ac^colite, R.,—

^{1338.} *Dispensation* : non-residence for a year, to study ; he was to take Subdeacon's Vol. II. Orders within a year from his Institution, and Letters Dimissory were granted to him on the same day (Clyst, 9 Oct.).

Dedication ; *Commissio ad dedicandum Ecclesie de Thornbury*,—
Item, xj die Octobris, emanavit Commissio Venerabili Patri, Domino Ricardo [Fraunceis], Episcopo Waterfordensi, ad dedicandum Ecclesiam Parochialem de Thornbury, et Majus Altare in eadem de novo constructum.

^{fol.} Lanyivet [Lannyvet, MS.] ; Master John Giffard, R.,—

^{218.} Licence of non-residence for a year, to study at Oxford, etc. (Clyst, 16 Oct.).

Mutatio Anni Consecrationis Domini.

^{fol.} Anno Domini M^o. CCC^{mo} xxxvij^o, et Consecrationis dicti Patris duodecimo incipiente.

^[fol. 217b.] St. Mawgan-in-Kerrier [Sancti Maugani in Kerier, MS.] ; Sir John de Shrouesbury, R.,—

Licence of non-residence for a year (Clyst, 18 Oct.).¹

^{fol.} Rackenford [Rackerneforde, MS.] ; Master John de Coletone, subdeacon, R.,—

Dispensation : non-residence (the term is not stated) to study at Oxford, etc. (Exeter, 20 Oct.).¹

^[fol. 218.] Outrage in the Cathedral ; *Certificatorium super denunciacione W. le Gyldene* [see page 707],—

Reverendo in Christo Patri ac Domino, Domino Johanni, Dei gracia Exoniensi Episcopo, sui humiles et devoti filii, Decanus et Thesaurarius Ecclesie sue Exoniensis, obedienciam, reverenciam, et honorem debitum tanto Patri.— Mandatum vestrum reverendum xj die mensis Novembris receperimus, sub eo qui sequitur tenore verborum,—Johannes, etc., dilectis filiis, Decano et Thesaurario Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, gratiam, et benediccionem.— Olim in persona Willelmi le Gyldene, ex certis causis et legitimis, in quibusdam nostris super hoc confectis Literis, sub data apud Petresheghes, penultimo die Julii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} xxxij^o, plenus expressatis, servato Processu legitimo, Majoris Excommunicacionis Sentenciam meminimus fulminasse, ipsumque per quandam dilectum filium, Magistrum Ricardum de Coletone, dum viveret Ecclesie nostre predice Decanum, sic excommunicatum fuisse, cum plena expressione cause, in eadem nostra Exoniensi, et aliis Civitatis Exonie Ecclesiis, mandasse et fecisse solemptniter publicari, sicut tam ex Processibus nostris inde factis quam relationis ejusdem dum viveret Decani Literis, penes Registrum nostrum residentibus, noscitur plenus apparere ; quam Excommunicacionis Sentenciam idem Willelmus, velud omnis humanitatis et Christianitatis oblitus, per quadriennium et amplius animo sustinuit, et adhuc sustinet, indurato, non absque vehementi suspicione heretice pravitatis. Ut, igitur, dictum excommunicatum et Censurarum Ecclesiasticarum contemptorem, quem Dei et Ecclesie Sue Sancte non terret anctoritas, severitas feriat temporalis ; vobis mandamus quatinus citetis, seu citari faciatis, peremptrio, prefatum Willelmu quod compareat coram nobis, vel nostro in hac parte Commissario, proximo die Juridico post instans Festum Sancti Edmundi Regis [20 Nov.],

¹ Entered under the Bishop's Eleventh Year.

A.D. in Ecclesia Parochiali de Chuddeleghe, nostre Diocesis, causam, si quam
1338. habeat, rationabilem peremptorie propositurus, et, quatenus de jure fuerit,
Vol. II. probaturus, quare contra eum, velud Ecclesiasticarum Clavium contemp-
torem, et graviter suspectum de heretica pravitate, invocari non debeat
remedium brachii secularis. Ad hec, ut dicti Willelmi obstinacie vicium
ad Christi Fidelium noticiam deducatur, et ejus communionis contagium
fugiant et evitent; vobis mandamus quatinus has nostras Literas, et con-
tentia in eis, in dicta nostra Exoniensi Ecclesia, hoc instanti Festo Sancti
Martini [11 Nov.], publicari solemniter faciatis. Diem, vero, recepcionis
Presencium, et execucionis earum seriem, nobis quantocius rescribatis Lite-
ris vestris patentibus, habentibus hunc tenorem.—Datum in Manerio nostro
de Chuddeleghe, ix die Novembris, Anno Domini M^o. CCC^{mo} tricesimo
octavo, et Consecrationis nostre duodecimo.—Hujus, igitur, auctoritate
Mandati, dictum Magistrum Willelmum le Gildene excommunicatum fuisse,
juxta formam, vim, et effectum ejusdem Mandati denunciavimus, ac eciam
ad comparendum coram vobis in Ecclesia Parochiali de Chuddeleghe, proximo
die Juridico post instans Festum Sancti Edmundi Regis, citavimus
eundem. Et sic Mandatum vestrum reverenter sumus executi.—Datum
Exonie, xij^o die Novembris, Anno Domini supradicto.

[fol. 219.] —*Mandatum ad denunciandum W. Gildene excommunicatum, et Certifi-
catorium super hoc,—*

Venerabili in Christo Patri ac Domino, Domino Johanni, etc., vester devotus
Clericus, Robertus Hereward, Canonicus in Ecclesia vestra Exoniensi, obed-
ientiam debitam tanto Patri, cum omni reverencia et honore.—Mandatum
vestrum recepimus xj^o die Novembris, Anno Domini infrascripto, contineat
subscriptum tenorem,—Johannes, etc., dilectis filiis, Magistris Roberto
Hereward et Willelmo de Nassingtone, Ecclesie nostre Exoniensis Canonicis,
salutem, graciam, et benedictionem.—Pridem Willelmum le Gildene, pres-
biterum, super certis suis excessibus gravibus, in Citatorio nostro clare
editis et sufficienter expressatis, per ipsum in Diocesi nostra, fama referente
publica, commissis, ad correccionem anime sue ex Officii nostri debito eidem
obiciendis, coram nobis, ad certos competentes diem et locum, responsurum,
fecimus et mandavimus ad judicium peremptorie evocari. Et, licet idem
Willelmus, personali Citacione apprehensus, juxta effectum Decreti nostri
predicti citatus fuisse, preconizatus coram nobis, ac diuinus per nos expec-
tatus; comparere, tamen, quovismodo coram nobis contumaciter non curavit.
Propter quod nos, attendentes quod nil obediencia prodesse videretur humili-
bus si contemptus contumacibus non obesset, in personam dicti Willelmi,
propter suam contumaciam predictam manifestam et notoriam, Majoris
Excommunicacionis Sentenciam, exigente justicia, curavimus fulminare.
Ut, igitur, ipsius excommunicati communionis periculum evitetur, vobis

[fol. 219b.] communiter et divisim mandamus, in virtute Obedience qua nobis tene-
mini, et sub pena Excommunicacionis Majoris, quam in personam illius
vestrum qui in execuzione presentis Mandati nostri negligens fuerit vel
remissus, Canonica Monitione premissa, ferimus in hiis Scriptis; arcus
injungentes quatinus, convocatis ad Capitulum Ecclesie nostre predice,
hoc instanti Festo Sancti Martini [11 Nov.], omnibus vestris Concanonicis
in eadem, dictum Willelmum, ibidem, coram eis per vos, et subsequenter
in eadem nostra Exoniensi Ecclesia, sic fuisse et esse excommunicatum, cum
majori rubore quo poteritis, per vos vel alios solemniter publicetis. Inhib-
entes, ex parte nostra, Christi Fidelibus universis ne quis cum eodem excom-
municato communicare presumat, preterquam in casibus permissis a jure.
Citetis, preterea, seu citari faciat, prefatum Willelmum le Gildene (*sic*)
quod compareat coram nobis, vel nostro in hac parte Commissario, in
Ecclesia Parochiali de Chuddeleghe, nostre Diocesis, proximo die Juridico
post instans Festum Sancti Edmundi Regis [20 Nov.], super incontinencia
et adulterio per ipsum cum quadam Johanna, quondam uxore, et modo
relicta, Henrici de Belston, publice et notorie commissis ac diu continuatis;

A.D. neconon, quibusdam articulis aliis, meram anime sue correccionem concernentibus, sibi tunc ex Officio nostro obiciendis et plenius exponendis, personaliter responsurus, et facturus ac recepturus quod erit justum. Diem, vero, receptionis Presencium, et executionis earum seriem, nobis quantocius rescribatis Literis vestris patentibus, habentibus hunc tenorem.—Datum in Manerio nostro de Chuddeleghe, xº die Novembbris, Anno Domini Mº. CCCmo xxxvijº, et Consecrationis nostre xijmo.—Cujus auctoritate Mandati prefatum Willelmum, primo per me, in Capitulo vestre predice Ecclesie, coram Canonicis ad hec et alia negocia ad Capitulum convocatis; deinde in Ecclesia, in predicto Festo Sancti Martini, per alium; juxta vim, formam, et effectum vestri Mandati, sic fuisse, et esse, excommunicatum, ut premittitur, solemniter publicavi, et feci communionem, ut mandasti, Christi Fidelibus inhiberi. Subsequenter, vero, xij die predictorum anni et mensis, ipsum Willelmum, personaliter apprehensum, ad comparendum die et loco in Mandato vestro expressis et personaliter respondendum articulis in eodem contentis, et ad faciendum et recipiendum quod foret justum, juxta ipsius Mandati exigenciam et tenorem, citavi; et sic vobis parui, ut decuit, reverenter.—Datum Arno, mense, et die duodecimo supradictis.

fol. 218. —*Mandatum ad denunciandum excommunicatos illos qui Divinum Officium impediverunt in Ecclesia Exoniensi, Die Omnim Sanctorum,*—

Venerabili in Christo Patri ac Domino, Dominino Johanni, Dei gratia Exoniensi Episcopo, sui humiles et devoti filii, Decanus, Thesaurarius, Ecclesie sue Exoniensis, ac Archidiaconus Exonie, omnem obedienciam et reverenciam debitas, cum honore.—Mandatum vestrum reverendum secundo die Novembbris recepimus, formam continens infrascriptam,—Johannes, etc., dilectis filiis, Decano, Thesaurario, et Archidiacono Exonie in Ecclesia nostra Exoniensi, salutem, graciā, et benedictionem.—Non absque stupore accepimus, fama publica divulgante, quod quosdam Sathane satellites, in reprobūm datos, sic sue impaciēcie pupugit aculeus et commovit, quod hoc Festo celebri Omnim Sanctorum, Ecclesiam nostram Exoniensem, Sponsam nostram, dum Missarum in ea Solempnia agerentur, cum gladiis et fustibus, ac aliis diversorum armorum generibus, quasi tocius Christianitatis obliti, hostiliter sunt ingressi, et Officium Divinum ibidem, cum clamore nimio et commōcione Cleri et populi inaudita, impediverunt multipliciter et enormiter, per modum et visui et auditui abhorrendum; libertatem Sancte Ecclesie, pacemque ejusdem ac Domini nostri Regis et Regni impediendo notorie, si sit ita. Quos omnes sacrilegos hujusmodi, quorum nomina et persone adhuc dicuntur esse incognita, non est dubium in diversas Excommunicacionum Sentencias, contra hujusmodi presumptores reprobos a Sanctis Patribus provide latas, multipliciter incidisse, et eis esse dampnabiliter involutos. Nequeuntes, igitur, tanti furoris audaciam inultam conniventibus oculis pertransire, vobis mandamus quatinus omnes et singulos sacrilegos impeditores, commotores, et turbatores predictos, eorumque complices, fautores quomodolibet vel fotores, sic, ut premittitur, excommunicatos esse in genere, in dicta Ecclesia nostra, omnibusque et singulis Civitatis et suburbii Exonie Ecclesiis, publice et solemniter nuncietis, seu faciatis per alias taliter nunciari, quo usque a nobis aliud super hoc habueritis in mandatis. Inquirentes de nominibus et personis sacrilegorum predictorum per viros fide dignos, tam clericos quam laicos, diligenter; et quos inde reos vel infamia respertos repereritis, citare curetis, peremptorie, quod compareant coram nobis, vel nostro in hac parte Commissario, secundo die Juridico post instans Festum Sancti Martini, in Ecclesia Parochiali de Chuddeleghe, nostre Diocesis, super premissis, eis tunc divisim, ad correccionem animarum suarum, in forma juris ex Officio nostro obiciendis, personaliter responsuri, et facturi quod fuerit racionis. Quem terminum peremptorium ac comparacionem personalem, et diem,—locorum vicinitate, animarum periculis, evidencia patrati sceleris, et aliis causis legitimis per nos debite pensatis,—sic duximus moder-

A.D. andum. Diem, vero, receptionis Presencium et quid feceritis in premissis,
 1338. una cum nominibus citatorum, nobis dictis die et loco intimetis Literis
 Vol. II. vestris patentibus, habentibus hunc tenorem.—Datum in Manerio nostro
 de Chuddeleghe, primo die Novembris, Anno Domini M°. CCC^{mo} xxxvij^o,
 et Consecrationis nostre duodecimo. —Cujus auctoritate Mandati hujusmodi
 sacrilegos, impedidores, commotores, et turbatores predictos, eorumque
 complices et fautores, excommunicatos esse in genere, in dicta Ecclesia
 vestra, omnibusque et singulis Civitatis et suburbii Exonie Ecclesiis, publice
 et solempniter fecimus nunciari. Inquisivimus, insuper, modo premisso,
 de personis hujusmodi diligenter. Quia, vero, Willelmus le Gyldene, dicto
 Festo Omnia Sanctorum, adducto multitudinis armatorum suffragio,
 concurrenteque et secuto populo; dum nos et Canonici alii ac Ministri
 dicte Ecclesie vestre Horas Canonicas psalleremus; eciam per medium
 fol. 218b. Chori ejusdem Ecclesie, abjecta modestia, faciens transitum, precipue nos,
 Decanum et Archidiaconum dicte Ecclesie Exoniensis, et ceteros Canonicos
 nobiscum assistentes vallando dictis armatis, infestare, et nobis precipere
 inter cetera, perturbacione Divini Officii cum impetu, per se et alios nobis
 incognitos, presumpsit, ut confestim eundem Willelum admitteremus in
 Canonicum et in Fratrem nostrum dicte Ecclesie, et sibi faceremus de
 juribus Canonicatus et Prebende, quos olim Magister Reginaldus de Campo
 Arnulphi tenuit in eadem Ecclesia, integre responderi, licet eundem
 Willelum communiter et divisim requisiverimus, monuerimus, et sibi
 suaserimus sepiissime quod, ob reverenciam dicti Festi, cessaret, et cessari
 faceret, dicto die, et maxime dicto tempore, ab extraneis colloquiis ac
 mocione conclamacionis et clamore; idemque Willelmus, postmodum, dum
 Misse agerentur Sacra Misteria, singulariter singulos alias Canonicos,
 oracioni et execucioni Officii insistentes, per predictos adductos suos, pro
 premissis, modo premisso, infestare continue non erubuit nec expavit;
 prout dictum Willelum, per Inquisitionem nostram predictam, inde reum
 esse comperimus, et alias est notorium atque verum; eundem, vero, Willelum
 le Gyldene citavimus, peremptorie, quod compareat coram vobis, vel
 vestro Commissario in hac parte, dictis die et loco, super hiis personaliter
 responsurus. Alios, vero, post Inquisitionem factam, citare non potuimus,
 ipsorum noticiam seu presenciam non habentes. Et sic Mandatum vestrum,
 quantum in nobis est, sumus reverenter executi.—Datum Exonie, xij die
 Novembris, Anno Domini supradicto.

[fol. 218.] *Testamentary ; Probacio Testamenti Domini Ricardi de Campo Arnulphi,¹*—

Memorandum quod, xvij die Novembris, exhibitum fuit coram Domino, in
 Aula de Chuddeleghe, Testamentum Domini Ricardi de Campo Arnulphi,
 Militis, per Dominum Thomam Paz, capellatum, et Johannem de Pen-
 kiliou, clericum, Executores in eodem nominatos; ceteris Executoribus in
 eodem nominatis, videlicet Thoma Daumarle, Rectore Ecclesie Sancti
 Martini juxta Loo, Willelmo Holeweie, et Johanne de Kilminanthe, con-
 tumaciter absentibus. Et probatum fuit idem Testamentum, et pro eodem
 per Dominum pronunciatum. Et commissa potestas dictis capellano et
 clero conficiendi fidele Inventarium de singulis bonis dicti Testatoris,
 juxta visum Magistri R. Noreis; recepto juramento ab eis de fideliter
 confiendo hujusmodi Inventario more solito; Sequestro interim in suo
 robore duraturo. Presentibus Magistro Ricardo Noreis predicto, R. Peike,
 Notario, David Alyam, W. Londai, W. Wolvay, P. Clifford, Nicholao
 Aunger, Notario; et me, Willelmo Doune.

¹ This Entry, having been omitted in its proper place (to which it is here transferred), was interlined at the

end of the Entries of the Bishop's Eleventh Year.

A.D. Exeter, St. Paul's ; *Commissio in negocio Presentacionis R. de 1338. Egloshail ad Ecclesiam Sancti Pauli Exonie,—*

Vol. II. Johannes, etc., dilecto filio, Domino Ricardo de Kirkeby, Subdecano Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, graciā, et benedictionem.—In negocio Presentacionis ad Ecclesiam Sancti Pauli, Civitatis nostre Exoniensis, velud vacan-
fol. tem, per dilectos filios, Decanum et Capitulum Ecclesie nostre Exoniensis 218b predicte, asserentes se ejusdem Ecclesie Patronos esse, de dilecto filio, Domino Roberto de Eglosheil, presbitero, nobis facte ; cum potestate admittendi eundem Dominum Robertum ad eandem Ecclesiam, si id de jure videritis faciendum, et in ea Rectorem Perpetuum instituendi, ac in corporalem possessionem ipsius Ecclesie induci mandandi, si et quando causas, propter quas dictus Robertus dimittere nititur Vicariam Ecclesie Curate Sancte Marine [St. Merryn],¹ nostre Diocesis, cum retencione dicte Ecclesie in compromissum, quam idem Robertus optinere dicitur in presenti, justas, racionabiles, et Canonicas repereritis ; super quo vestram conscientiam oneramus ; dummodo aliquid Canonicum dictis Presentantibus seu Presentato non obsistat ; vobis vices nostras committimus per Presentes ; Induzione dicti Domini Roberti ad prefatam Ecclesiam, si eum admitti per vos contigerit, illis quibus de jure competitur reservata.—Data apud Chudle-
leghe, xxv die Novembri.

fol. 219. The procurations of the Cardinals,—

Johannes, etc., Collector unicus procuracionum Venerabilium Patrum, Dominorum Dei gracia Petri, Tituli Sancte Praxedis [Presbiteri], et Bertrandi, Sancte Marie in Aquiro, Diaconi, Cardinalium, Sedis Apostolice nuper in Anglia Nunciorum, in nostris Civitate et Diocesi sub certa forma deputatus, dilectis filiis, Archidiacono Exonie, nostro in suo Archidiaconatu in hac parte subcollector, et ejus Officiali, eorumve aut alterius ipsorum locum tenenti, salutem, ac Mandatis Apostolicis humiliter obedire.—Licet alias, per vestras patentes Literas, vos, Archidiacone, nos certificaveritis quod, inter alios qui ad solvendas procuraciones predictas in Archidiaconatu predicto tenebantur, et in solucione earum statutis terminis defecerunt, dilectus filius, Dominus Ricardus Wilcoke, Rector Capelle Castrī de Toritone, qui secundum Certificatoria hujusmodi ad contribueendum in dictis procuracionibus in duobus denariis et quadrante tenebatur, ratione cuiusdam Pensionis annue quam percepit de Ecclesia de Honesham [Hunstham] et ipsius Rectore qui pro tempore fuerit, dicti Archidiaconatus, in solucione defecit statutis terminis porcionis hujusmodi dictarum procuracionum, ipsum occasione Pensionis hujusmodi contingentis, quodque fuit propterea involutus Censuris in Processibus dictorum Dominorum Cardinalium promulgatis ; nosque, successive, Certificatoria hujusmodi dumtaxat seuti, mandaverimus et fecerimus prefatum Ricardum, occasione premissa, in dicto Archidiaconatu excommunicatum publice nunciari, fructusque suos Ecclesiasticos sequestrari, et sub Sequestro arcius custodiri ; quia, tamen, recensis predictis Processibus, et aliis eorundem Cardinalium novissime nobis missis, in eis comperimus contineri quod de Personis Ecclesiasticis, quorum Beneficia et bona sex marcarum sterlingorum, secundum quod taxantur ad Decimam, valorē annuum non excederent, predicti Domini Cardinales nichil omnino pro procuracionibus suis voluerunt exigi vel levari, nisi obtinentes hujusmodi Beneficia infra tantam summam plurales existerent, ita quod considerata pluralitate hujusmodi excessus insurgeret dictae summe ; cumque Cantaria dicti Domini Ricardi, propter ejus exilita-

¹ Robert de Eglosheil was, evidently, admitted to St. Paul's Exeter, though his Institution is not recorded. He had been collated to St. Merryn on the 27th of October, 1338, but appar-

ently not instituted ; and immediately afterwards he resigned the Benefice, and the Bishop on the 2nd of December collated John de Lyncombe thereto (vol. iii., fol. 40).

A.D. tem, ad Decimam non taxetur, quinimmo eadem Cantaria, adjuncta Pen-
 1338. sione predicta, ad sexaginta solidos sterlingorum annuos eciam in vero
 Vol. II. valore notorie non attingat, nullumque aliud Ecclesiasticum Beneficium
 dictus Ricardus obtineat qualecumque; liquido apparet premissa ex
 errore, et occupacione nimia forsan circa alia, processisse; ideoque Denun-
 ciaciones, Sequestra, Mandata nostra, ac vestra Certificatoria hujusmodi
 vos, Archidiacone, in quantum prefatum Dominum Ricardum contingunt,
 quatenus de facto, sicut revera de facto, processerunt, revocavimus, et
 nullius esse decrevimus firmitatis. Et, nichilominus, quia bonarum men-
 cium est ibi culpam timere ubi culpa non est, predicto Ricardo Absolucionis
 beneficium ad cautelam, si et quatenus eo indignit, licet reputaremus eum
 eo non egero, Auctoritate Apostolica predicta impendimus, id ex devocione
 et quadam conscientia tenui postulanti. Quocirca vobis mandamus quatinus
 premissa omnia et singula in Archidiaconatu predicto, locis et personis
 quibus magis oportunum fuerit, solemniter publicetis, et faciatis per alios
 modo simili publicari; facientes sepedito Ricardo de redditibus sibi debitibus
 et obvenientibus, durante dicti Sequestri vinculo, cum integritate debita
 responderi. Presentes, vero, Literas eidem Ricardo ex causa retradi volu-
 mus, facta execucione debita earundem.—Data apud Chuddeleghe, quarto
 die Decembris.

*Testamentary ; Acquietanoia super calculo Testamenti Domini
 Willelmi de Ferariis, Militis,—*

Universis pateat per Presentes quod, viso per nos, Johannem, etc., pede
 compoti dilecte filie, Domine Matildis de Ferrariis, relicte et Executricis
 Testamenti dilecti quondam filii, Domini Willelmi de Ferrariis, Militis,
 nostre Diocesis, defuncti; neconon, ceterorum coexecutorum suorum Testa-
 menti ejusdem, coram certis nostris in hac parte Commissariis, ex Decreto
 nostro, redditi; quia comperimus prefatos Executores in bonis predicti
 defuncti bene et fideliter administrasse, exceptis *xxli.* sterlingorum ad
 complecionem Cantarie de Bir [Bere-Ferrers] in Testamento dicti defuncti
 relictis, que adhuc aretro existunt; eosdem Executores ab onere ulterius
 calculandi in officio execucionis predice, salvis *xxli.* predictis, quantum ad
 nos et merum officium nostrum attinet, salvo jure cuiuslibet, absolvimus et
 dimittimus absolutos.—Data in Manerio nostro de Chuddeleghe, xv die
 Decembris, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} tricesimo octavo.

fol. 219b. Tewkesbury Abbey ; *Commissio pro Johanne de Brancoys, qui
 A.D. impetravit in forma pauperum,—*

1338. Johannes, etc., Executor unicus ad providendum dilecto filio, Johanni de
 9. Brancoys, pauperi clero, nostre Diocesis, de aliquo Beneficio Ecclesiastico,
 secundum sue probitatis merita competenti, cum cura vel sine cura, con-
 sueto abolim Clericis Secularibus assignari, spectante communiter vel
 divisim ad Collacionem vel Presentacionem Religiosorum Virorum, Abbatis
 et Conventus Monasterii de Teukesbury, Ordinis Sancti Benedicti, Wigor-
 niensis Diocesis, si quod in Civitate vel Diocesi nostris Exonie vacat ad
 presens, vel quamprimum ad id obtulerit se facultas, a Sede Apostolica sub
 certa forma deputatus, dilecto filio, Preposito Ecclesie nostre Collegiate
 Glasneye, salutem, et Mandatis Apostolicis humiliiter obedire.—Olim recep-
 tis cum reverencia debita Literis Apostolicis Provisionis prelibate, de vita,
 conversacione, natalibus, Ordinibus predicti pauperis clericis, et ceteris solitis
 articulis et circumstanciis, inquiri mandavimus et fecimus, ut est moris.
 Et, cum circa negocium Provisionis hujusmodi intendere comode non posse-
 mus, vobis et dilecto filio, Priori Monasterii de Tywardraith, dicte Diocesis,
 in eodem negocio, sub certa forma subdelegare curavimus vices nostras;
 Collacione, tamen, Beneficii Auctoritate predicta dicto pauperi clero faci-
 enda nobis specialiter reservata. Virtute cuius Commissionis nostre vos,
 cuin prefato collega vestro, Processus, ut dicitur, fecistis in talibus Pro-

A.D. visionibus et Graciis fieri consuetos. Cum, igitur, prefatus pauper clericus,
 1338-9. virtute et vigore Gracie et Processuum predictorum, Vicariam Ecclesie
 Vol. II. Parochialis Sancte Wenne, dicte nostre Diocesis, vacantem ad presens per
 mortem ultimi ibidem Vicarii, et ad dictorum Religiosorum Presentacionem
 spectantem, ut dicit, se sub certa forma asserat acceptasse, petens humili-
 ter per nos conferri eam sibi; nos, volentes eidem et omnibus aliis, in
 quantum possumus, facere justicie complementum, de vestre devocationis
 fidelitate et circumspetione plurimum confidentes, ad conferendum pre-
 dicto pauperi clero prefatam Vicariam et sibi providendum de ea, ipsum-
 que induci faciendum in possessionem Vicarie hujusmodi corporalem, si et
 quatenus justum fuerit, et eidem clero virtute Gracie et Processuum
 subsecutorum, et nulli alteri, deberi poteritis informari, nullo sibi obstante
 Canonico, vobis vices nostras committimus, cum cohercionis Canonice
 protestate.—Data apud Chuddeleghe, xiiij die Januarii.

St. Columb-Major; Master Ralph de Arundelle, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study in England (Chudleigh, 22 Jan.).

fol. 220. Menhenyot; *Mandatum ad tenendum Inquisitionem super vaca-
 cione et jure Patronatus Ecclesie de Mahiniet*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Archidiacono Cornubie, vel ejus Officiali, salutem,
 graciā, et benedictionem.—Licet nuper, ad instanciam quorundam sua
 interesse asserencium, vobis dederimus, per nostras certi tenoris Literas, in
 mandatis quod super et de vacacione et jure Patronatus Ecclesie de Ma-
 hiniet, nostre Diocesis; necnon, articulis et capitulis aliis in Literis nostris
 hujusmodi plenius expressatis; per Rectores et Vicarios Decanatus in quo
 dicta consistit Ecclesia, vocatis vocandis more in Inquisitionibus hujusmodi
 servari solito, inquisivissetis; vosque, vocatis coram vobis, ad certos com-
 petentes diem et locum, in pleno dicti Decanatus Capitulo, dictis Rectoribus
 et Vicariis ac aliis vocandis ex causa premissa, juxta nostrarum predictarum
 exigenciam Literarum; ac, quibusdam Rectoribus et Vicariis personaliter,
 quibusdam, vero, dicti Decanatus, per Procuratores, die et loco hujusmodi
 comparentibus, et paratis ac se promptos offerentibus ad Inquisitionem
 demandatam humiliter processisse; ipsi, tamen, et vos, propter seviciam
 et metum probabilem qui caderet in constantem quorundam facinorosorum
 et sacrilegorum (quorum nomina ad presens subticemus), vobis et eis
 judicialiter et palam illatum et incussum, ad Inquisitionem hujusmodi
 minime processistis, prout hec et alia in vestris, vos Officialis, remissis
 excusatoriis Literis vidimus lacius contineri,—cum, autem, adhuc durent
 metus et sevicia hujusmodi in tantum quod in dicto Decanatu, quinimmo
 nec in Archidiaconatu Cornubiensi, Inquisicio predicta ad eruendam
 meram veritatem, quam investigare insidet potissime nobis cordi, capi
 poterit commode vel secure, prout inde recepimus plenam fidem, sintque
 nobis ad dictam Ecclesiam diversi presentati per diversos; quibus, sicut
 omnibus nostris subditis, cupimus plenum complementum justicie exhibere;
 vobis committimus et mandamus quatinus citetis, seu citari faciatis, per-
 emptorie, omnes et singulos Rectores et Vicarios dicti Decanatus, presentes
 et residentes, ac absencium Procuratores, quod compareant coram nobis,
 vel vices nostras in hac parte gerentibus, uno vel pluribus, in Ecclesia de
 Chuddeleghe, dicte Diocesis, die Martis proxima post instans Festum Sancti
 Valentini [16 Feb.], veritatem quam noverint super vacacione et jure
 Patronatus prefate Ecclesie de Mahiniet, meritisque dictorum Presenta-
 torum eis tunc nominandorum, necnon articulis et interrogatoriis aliis
 premissa concernentibus, eis tunc plenius explanandis, legitime deposituri;
 facturi ulterius et recepturi quod justicia suadebit. Quibus omnibus
 expensas hac occasione per eos faciendas, per illum seu illos quorum inter-
 esse apparuerit in eventum, prout justum fuerit refundi modo debito facie-
 mus. Diem, vero, receptionis Presencium et Citacionum hujusmodi formam
 et seriem, una cum nominibus et cognominibus citatorum et corum Ecclesi-

A.D. arum, nobis dictis die et loco intimetis per Literas vestras clausas et
1338-9. impendenti sigillo vestri Officii consignatas.—Datum apud Chuddeleghe,
Vol. II. xxix die Januarii.

Crediton ; *Commissio G. Anseline pro fructibus Prebende de la Crosse vendendis*,—

Johannes, etc., dilecto filio, Galfrido Anseline, salutem, graciā, et benedictionem.—De fidelitate tua et industria plurimum confidentes, curam et custodiam fructuum, redditū, proventū, et bonorum, ad Prebendam de la Crosse in Ecclesia Sancte Crucis Criditonie [spectancium], cum potestate fructus et bona hujusmodi vendendi, ac redditus hujusmodi recipiendi ; neenon, de bonis hujusmodi singulis disponendi, prout tibi melius videbitur expedire ; ita quod nobis inde integre respondere et fideliter calculare, cum requisitus fueris, tenearis ; tibi committimus per Presentes. Injungentes omnibus tenentibus Prebende predicte quod tibi in premissis pareant et intendant. Presentibus ad nostrum beneplacitum duraturis.—Data apud Chuddeleghe, xxix die Januarii.

[fol. 219b.] Torbrian [Torrebryan, MS.] ; William le Pyl, subdeacon, R.—
Dispensation : non-residence for a year, to study (Chudleigh, 8 Feb.).

fol. 220. Suffragan-Bishop ; *Commissio [Domini Ricardi Fraunceys], Episcopi Waterfordensis*,—

Venerabili in Christo Patri et Domino, Domino Ricardo, Dei gracia Waterfordensi Episcopo, Johannes, etc., salutem et fraternalm in Domino caritatem.—De Paternitatis vestre circumspēcione et industria plurimum confidentes, ad dedicandum Ecclesias et Altaria ; neenon, reconciliandum Ecclesias et Cimiteria quecumque, infra Archidiaconatum Cornubiensem, Dedicacionis et Reconciliacionis ministerio indigencia ; neenon, dedicandum Ecclesiam et Cimiterium Ecclesie de Tettécote, Archidiaconatus Tottonensis ; neenon, pueros quoquam nostre Diocesis confirmandum seu crismandum, Calicesque, Vestimenta, et alia Ornamenta Ecclesiastica benedicendum et consecrandum, dumtaxat Paternitati vestre soli ; et omnes quorum interest in procuracionibus occasione Dedicacionum hujusmodi debitum et consuetis condempnandum, et ab eis securitates idoneas provide recipiendum ; vobis et dilecto filio, Domino Johanni de Astone, Rectori Ecclesie de Aspringtone, predicte nostre Diocesis, vices nostras committimus per Presentes.—Data apud Chuddeleghe, xvij die Februarii.

Bodmin Priory ; *Licencia Prioris et Conventus Bodminie, pro uno corrodio vendendo*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Fratri Johanni [de Kylkamptone], Priori, et Conventui Prioratus Bodminie, nostre Diocesis, salutem, cum benedictione et gracia Salvatoris.—Ex parte vestra est propositum coram nobis quod Domus vestra Capitularis et Dormitorium, vi, flatu, et impetu ventorum, qui nuper durius et forcius solito contigerunt, et alias propter earundem Domorum vetustatem nimiam, ceciderunt ; quodque, propter presencium temporum qualitatem et maliciam, ad erigendum et construendum dictas Domos, absque eo quod unam liberatam vendatis, vobis non suppetunt facultates. Quare nos cum instancia requisivistis quatinus ad vendendum alicui persone idonee, ad vitam suam, unam liberatam seu corrodium, in Domo vestra, ex causa premissa, devocioni vestre concedere dignaremur. Vestris, igitur, piis affectibus grato concurrentes assensu, Licenciam concedimus postulatam. Proviso quod pecunia ex venditione dicti corrodii proventura in usum erectionis et constructionis dictarum Domorum, et non ad opus aliud quocumque, integre et fideliter convertatur. Contrarium, autem, facientes Majoris Excommunicacionis Sentenciam incurrire volumus eo ipso.—Data apud Chuddeleghe, xiiiij die Marcii.

fol. 220b. Tetcott – Clawton—Cornworthy Priory,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Decano de Haldesworthy et [Domino Rogero de

A.D. 1338-9. Bokhurst], Rectori Ecclesie de Pyworthy, nostre Diocesis, salutem, etc.—
 Licet, sicut didicimus, sepultura omnium parochianorum Ecclesie, sive
Vol. II. Capelle, de Tettécote, dicte Diocesis, exceptis Domino et Domina ibidem
 qui pro tempore fuerint, ad Ecclesiam de Clautone, ejusdem Diocesis, et
 dilectas filias, Priorissam et Moniales de Corneworthy, quibus ipsa Ecclesia
 appropriata Canonice dicitur, notorie pertineat, et pertinere consueverit,
 cum mortuariis ac ceteris funeralibus, ab antiquo; quidam, tamen, prout
 audivimus, Cimiterium dicte Ecclesie, sive Capelle, de Tettécote per Ven-
 erabilem Patrem, Dominum Ricardum, Dei gratia Waterfordensem Epi-
 scopum, virtute Commissionis nostre dedicatum esse astruente,¹ in eodem
 mortuorum corpora sepelire, in prejudicium dictarum Religiosarum Mulie-
 rum, satagunt. Cum, autem, intencionis nostre non fuerit, nec esse debuit,
 ad dedicandum dictum Cimiterium, in jacturam dictarum Mulierum,
 prefato Venerabili Patri committere potestatem, nec idem Pater, sicut ex
 relacione ipsius accepimus, terminos Ecclesie egressus fuit vel excessit²;
 vobis mandamus quatinus in dicto Cimiterio, in quo in prejudicium dictarum
 Mulierum quamlibet sepulturam interdicimus penitus et expresse,
 sepulturam esse inhibitam et interdictam, ut prefertur, ibidem et locis
 vicinis, ubi magis conveniens fuerit, celeriter et solemniter publicetis. Et,
 si forsan, a tempore dicte Ecclesie nuper dedicate per dictum Patrem,
 aliqua corpora ibidem in Cimiterio sepulta fuerint, ea, sub pena Excom-
 municacionis, infra quadraginta dies faciatis exhumiari, et in Cimiterio dicte
 Ecclesie de Clautone Canonice sepeliri; presentes Literas, et omnia in eis
 contenta, ad noticiam omnium quorum interest, sublato more diffugio,
 deducturi; et nos de hiis que feceritis in premissis reddentes, hinc ad
 mensem, fideliter cerciores.—Datum apud Chuddeleghe, xix die Marcii.

Tywardreath Priory,—

Johannes, etc., dilecto filio, Fratri Willelmo Bouges, Priori Prioratus de Ty-
 wardreith, nostre Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem.—Desiderii
 tui petitionem favore benivolo prosequentes, ut in aliquo loco honesto infra
 septa Prioratus predicti, extra Ecclesiam, tu et Commonachi tui, una cum
 hospitibus quos ad eundem Prioratum declinare contigerit, carnes com-
 medere, exceptis quartis et sextis feriis ac Sabbatis, valeatis, cum aula
 hospitum ibidem jam funditus sit prostrata; Licenciam, quantum de jure
 possumus et Regula Vestri Ordinis permittit, tenore Presencium imperti-
 mur. Proviso semper quod, in quocumque loco te et Commonachos tuos
 communiter reficere contigerit, tempore prandii legatur leccio, et, finito
 prandio, reddantur graciarum acciones modo debito, eundo ad Ecclesiam;
 aliaque fiant et inviolabiliter perficiantur que secundum disciplinam Obser-
 vancie Regularis fuerint observanda. Ita quod presens Licencia quovismodo
 in perniciem non trahatur.—Data apud Chuddeleghe, xxij die Marcii.

Dedicaciones Ecclesiarum et Majorum Altarium facte per Dominum Waterfordensem,—

Memorandum quod Venerabilis Pater, Dominus Ricardus, Dei gratia Water-
 fordensis Episcopus, virtute specialis Commissionis Domini sibi in hac parte
 facte, dedicavit Ecclesias et Majora Altaria infrascripta; videlicet,—
 Ecclesiam de Thornbury,
 Ecclesiam de Essefforde [Ashford],
 Ecclesiam de Mattyngho [Martinhoe],
 Majus Altare Ecclesie de Chalvelegh [Chawleigh],

¹ *astruere*; invenire, fingere.—D'Arnis.

² There seems to have been some mis-
 understanding in this case. See the

Commission (dated 18 Feb.), and the
 List of Dedications by the Bishop of
 Waterford, which follows this Entry.

- A.D. Ecclesiam Sancti Ivonis, in Cornubia [St. Ives, near Liskeard],
 1338 Ecclesiam de Tettecote, cum Cimiterio ibidem,
 9. Majus Altare Ecclesie de Parva Toritone,
 Vol. Majus Altare Ecclesie de Seintemariechurche,
 II. Majus Altare Ecclesie Sancte Stedianie [St. Stythyan's, Cornwall],
 Majus Altare Ecclesie de la Roche,
 Majus Altare Ecclesie de Lannyvet,
 Majus Altare Ecclesie Beate Marie Magdalene, Lancestonie.

[No dates are given ; but these Dedications must have taken place between the 8th of September, 1338, the date of the Bishop of Waterford's first Commission and the 25th of March, 1339. It will be observed that it is expressly stated that the Cemetery at Tetcott was dedicated as well as the Church, and that the Commission of the 18th of February was to dedicate both : the statement of Bishop Grandisson in his Mandate of the 19th of March, directed to the Dean-Rural of Holsworthy, notwithstanding].

Mutatio Annī Encarnacionis Domini.

Anno Domini Millesimo CCC^{mo} tricesimo nono incipiente,
 et Consecrationis Venerabilis Patris, Domini Johannis,
 Dei gratia Exoniensis Episcopi, duodecimo.

A.D. The procurations of the Cardinals ; *De Cardinalibus : iij d. de 1339. marca,* —

- fol. 221. Johannes, etc., dilecto filio, Priori Prioratus Sancti Nicholai, Exonie, salutem, etc.—Literas executorias Reverendorum Patrum, Dominorum Petri, Tituli Sancte Praxedis Presbiteri, et Bertrandi Sancte Marie in Aquiro Diaconi, Cardinalium, Apostolice Sedis Nunciorum, recepimus, formam que sequitur continentes.—Miseracione Divina Petrus, etc., et Bertrandus, etc., Apostolice Sedis Nuncii, pro magnis et arduis negotiis ad Regna Francie et Anglie destinati, Venerabili in Christo Patri, Domino Johanni, Dei gratia Episcopo Exoniensi, vel ejus Generali Vicario seu Officiali, aut Locumtenenti vel vices gerenti, uni vel pluribus, et cuivis eorum, qui sunt vel erunt pro tempore Administratores ejusdem Episcopatus, ad quem vel ad quos Litere presentes pervenerint, salutem in Domino.—Pro et super procuracionibus nobis debitibus pro anno proximo preterito, die vicesima tercia Julii proximo lapsi finito, certos Processus, tenorem Literarum Apostolicarum nobis pro procuracionibus hujusmodi concessarum, quas Londoniis, in multorum Prelatorum presencia, fecimus puplicari, ac obligacionem de faciendo vobis originalia ipsarum Literarum, si velletis, sicut et faciemus si voletis, per Magistrum Bernardum Sistre, Archidiaconum Cantuarie, ostendi ; Moniciones, quoque, Sentencias, et Censuram Ecclesiasticam continentibus ; duximus faciendum. Et, quia eas, seu contenta in ipsis, ad vos et vestram, ac aliorum quorum intererat, plebam noticiam scivimus pervenisse, earundem Literarum tenorem non duximus Presentibus inserendum. Verum, cum ampliora et grandia onera expensarum in prosecuzione negotiorum predictorum cui insistimus oportuerit, et oportet, nos subire, procuracionesque pro secundo presenti anno, qui dicta die vicesima tercia Julii proximo preteriti inchoavit, nobis debentur, juxta dictarum Literarum Apostolicarum tenores, decrevimus fore petendas, exigendas, recipiendas, ac eciam [colligendas] et levandas. Ideoque Auctoritate Apostolica, nobis per Literas predictas concessa, vobis et cuilibet vestrum, de quorum discrecione confidimus, petendi, levandi, exigendi, et recipiendi, per vos et quemlibet vestrum, vel per alium seu alios, in vestris Civitate et Diocesi, ab omnibus et singulis Electis, Abbatibus, Prioribus, Decanis,

A.D. Prepositis, Archidiaconis, Archipresbiteris, et aliis Ecclesiarum Prelatis et
 1339. Rectoribus, ac Ecclesiasticis Personis, Religiosis et Secularibus, eorumque
 Vol. II. Capitulis et Conventibus, exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Clunia-
 censis, Cartusiensis, Premonstracensis, Sanctorum Benedicti et Augustini,
 Camaldulensis, Sancti Guilielmi, et aliorum Ordinum; necnon, Magistris,
 Prioribus, Preceptoribus, et Fratribus Sancti Johannis Ierosolimitani et
 aliorum quorumcumque Hospitalium seu Domorum, ceterisque Administris-
 tratoribus ipsorum Ordinum, Hospitalium, et Domorum, in dictis Civitate
 et Diocesi, infra Regnum Anglie, Ecclesiasticos fructus, redditus, et proven-
 tus habentibus, pro nostris procuracionibus secundi presentis anni, ut
 predictur inchoati, similes procuraciones illis quas unus de Cardinalibus
 Sancte Romane Ecclesie, Legatus vel Nuncius Apostolice Sedis, in dicto
 Regno recipere consuevit, eciam que ad majorem summam ascendere dinos-
 cuntur; necnon, per vos, vel alium seu alios, eosdem Electos, Abbates,
 Piores, Decanos, et ceteros supradictos, ad contribuendum in et pro hujus-
 modi procuracionibus dicti secundi anni, in ipsis Civitate et Diocesi
 nobis debitibus, prout per dictas Literas nobis concessum est, compellendi,
 ac libros seu scripturas distribucionum, taxacionum, impositionum, seu
 indicacionum et solucionum, antiquarum et modernarum, super similibus
 procuracionibus habitarum, vobis exhiberi et per copiam tradi faciendi;
 contradictores, quoque, et inobedientes quoslibet per Censuram Ecclesiasti-
 cam, appellacione postposita, compescendi; necnon absolvendi, infra triginta
 dierum terminum infrascriptum, simpliciter et ad cautelam, illos qui in
 dictarum procuracionum anni primi solucionibus defecerunt, postquam
 satisfecerint, juxta declaracionem inferius annotatam, et satisfaccionem
 hujusmodi recipiendi, tenore Presencium committimus potestatem, et in
 premissis, et ea tangentibus, plenarie vices nostras, donec eas ad nos
 duxerimus revocandas. Et, nichilominus, ipsos Electos, Abbates, Piores,
 Decanos, et alios superius designatos, et eorum singulos, exemptos et non
 exemptos, Auctoritate predicta, primo, secundo, et tertio peremptorio
 requirimus et monemus, ipsisque, et eorum singulis, in virtute Sancte
 Obedience, et sub penis infrascriptis, injungimus et districte precipiendo
 mandamus quatinus, infra xxxta dierum spacium a noticia presentis Pro-
 cessus nostri, sen contentorum in eo, computandum (quod eis omnibus et
 singulis pro Monitione Canonica et termino peremptorio, necessitate ur-
 geute, tenore Presencium assignamus), vobis, seu deputando vel deputandis,
 vestro periculo, ad hoc a vobis, solvant nomine nostro seu contribuant,
 absque omni difficultate, pro dictis nostris procuracionibus et ratione pro-
 curacionum secundi presentis anni; quilibet, videlicet, partem suam, et
 eum contingente ratione fructuum, reddituum, et proventuum eorundem.
 Preterea vos, Dominum Episcopum, Vicarium, et alios antedictos, et
 quemlibet vestrum, requirimus et monemus, modo et forma premissis, vobis-
 que et vestrum cuilibet injungimus, Auctoritate predicta, et districte pre-
 ciendo mandamus quatinus, a die receptionis presencium Literarum infra
 viginti dies (quos vobis, et cuilibet vestrum, ex causis predictis, pro Moni-
 tione Canonica et termino peremptorio assignamus), presentem nostrum
 Processum, seu contenta in eo, ad noticiam omnium et singulorum, ipsa-
 rum Civitatis et Diocesis, quos presens negocium tangit, deducere, per
 vos, vel alium seu alios, diligenter et solicite procuretis. Et, proviso
 diligencius ne per vos, vel eos quos ad hoc deputabitis, quicquam scien-
 ter ultra quantitates debitas, et moderatas expensas quas occasione hujus-
 modi fieri contigerit, exigatur, contribuatis in ipsis procuracionibus et
 expensis, ratione fructuum, proventuum, et obvencionum vestrorum,
 quantum consimiliter vos contingit. Insuper, totam peccuniam quam
 de procuracionibus ipsis, tam hujusmodi secundi quam restantibus primi
 annorum, per vos, vel alium seu alios, collegeritis et receperitis, una
 cum parte vos, ut premittitur, contingente, infra tres menses a presentacione
 seu notificacione Presencium vobis facta immediate sequentes (quos vobis

A.D. pro peremptorio termino et Monicione Canonica assignamus), ad Civitatem
 1339. Londoniarum, vestris expensis et periculo, transmittatis; ipsamque peccu-
 Vol. II. niam infra eundem terminum, ibidem, medietatem videlicet Venerabili
 fol. Patri, [Ricardo de Bintworthe], Domino Episcopo Londoniensi, vel ejus
 221b. substituto seu substitutis, nostri Petri, et aliam medietatem Magistro
 Bernardo Sistre, Archidiacono Cantuarie, aut Gerardo Bonisegne, seu Bartholomeo,
 Domini Radulphi, de Societate Bardorum de Florencia, vel
 substituto seu substitutis ab eis vel altero eorundem, nostri Bernardi,
 Cardinalium predictorum, Procuratoribus, nomine nostro solvere et assign-
 nare curetis. Certificando, tunc, per vestras patentes Literas seu per
 Publicum Instrumentum, nos, vel dictos Procuratores nostros seu substi-
 tutum vel substitutos ab eis, de die receptionis presencium Literarum, et de
 hiis que super premissis, et aliis que vobis committimus et mandamus,
 duxeritis faciendum; specialiter de modo et quantitatibus distribucionum
 et taxacionum; et de solventibus et non solventibus, et de contumaciis et
 excusacionibus eorum, per rotulos seu quaternos, sub Episcopali seu vestro
 sigillis inclusos; copiam scripturarum antiquarum super hujusmodi pro-
 curacionum distribucione seu receptione confectarum, ad quas respectu
 habueritis, modo consimili transmittentes. Alioquin, quia premissorum
 mora vel culpa, eciam ob difficultatem viarum, posset arduam prosecucionem
 negotiorum hujusmodi retardare, vobis, Domino [Johanni], Episcopo, cui
 ob reverenciam Pontificalis Dignitatis deferimus, si in premissis vel aliquo
 premissorum contradictor inobediens seu culpabilis fueritis vel rebellis;
 spacio sex dierum ad purgandum moram seu culpam in singulis vobis supra
 et infra injunctis indulto et pro Canonica Monicione premisso; si, nichil-
 ominus, persisteritis in culpa seu mora, ingressum Ecclesie interdicimus in
 hiis Scriptis. Et, si per sex [dies] immediate sequentes, quos vobis pro
 Monicione Canonica assignamus, Interdictum hujusmodi sustinueritis, vos
 in hiis Scriptis suspendimus a Divinis. Et, si per alios sex dies extunc
 proximo subsequentes, quos similiter vobis pro Monicione Canonica assigna-
 mus, Suspensionem hujusmodi contempseritis, quod absit, animo indurato,
 vos in hiis Scriptis Excommunicacionis Sentencia innodamus. In Capitula,
 vero, et Conventus, qui, seu que, premissis nostris Monicionibus non paru-
 erint cum effectu, Suspensionis a Divinis; in Abbates, vero, Piores, Decanos,
 et ceteros singulares Personas superius designatos, qui inobedientes fuerint
 seu rebelles in predictis, vel aliquo predictorum; necnon, in contradictores
 quoslibet et rebelles ac impedientes, seu impedientibus prestantes auxilium,
 consilium, vel favorem, quominus omnia et singula supra et infra per nos
 injuncta effectum debitum consequantur, cujuscumque dignitatis, condici-
 onis, aut status existant, Excommunicacionis Sentencias, spacio sex dierum
 ad purgandum moram, inobedientiam, seu culpam in singulis eis indulto
 et pro Canonica Monicione premisso, proferimus in hiis Scriptis; Absolu-
 cionem omnium et singulorum qui Sentencias ipsas incurrerint nobis, vel
 Superiori nostro, in posterum reservantes; mandantes vobis quod illos, et
 alios, qui sunt ligati Sentencias in supradictis aliis Processibus nostris
 contentis, per vos, vel alium seu alios, tam diu denuncietis, vel denunciari
 faciat ipsas nostras Sentencias incurisse. Et a Fidelibus evitari curetis,
 et aggravetis Censuram Ecclesiasticam contra eos, donec plenarie satisfece-
 rent et Absolucionis beneficium meruerint optimere. Volumus, autem, quod
 in moderatis expensis faciendis per vos vel vestrum alterum, aut deputandos
 a vobis, occasione hujusmodi, contribuatur ab Electis, Abbatibus, et aliis supra-
 dictis. Ceterum solutionum, levacionum, et receptionum procuracionum
 hujusmodi fieri volumus, eciam, secundum tenorem et formam, ac de et
 pro fructibus, eciam, redditibus, obvencionibus et proventibus, qui et que
 in aliis nostris Processibus et Commissionibus factis super prefatis nostris
 procuracionibus primi anni, aliis Processibus supradictis adjunctis, quos
 vobis transmisimus, continentur. Rursus, harum serie declaramus quod
 supra designati, si pro qualibet marca fructuum, reddituum, proventuum,

A.D. et obvencionum suorum qui ad Decimam sunt taxati, secundum taxacionem
 1339. que ad majorem summam ascendit, nisi nova sit Auctoritate Apostolica facta
 Vol. II. vel ex certa sciencia confirmata, et si postquam novam Auctoritate Apostolica
 factam vel, ut prefertur, confirmatam habuerint, non solverint ad anti-
 quam ; et de Hospitalibus, Domibus, et Locis Ecclesiasticis quibuscumque,
 necnon Vicariis, et incertis proventibus Archidiaconatum et Decanatum
 iiiij.d. de non taxatis, pro qualibet marca veri valoris infra debitum terminum qua-
 marca. tuor denarios sterlingorum persolverint, in et pro procuracionibus ante-
 dictis, et solutionis tempore se nescient plus debere, supradictis nostris
 Sentenciis non ligantur ; salvo quod quicquid pro procuracionibus ipsis
 nobis apparuerit plus deberi, petere et super ea procedere valeamus. Nos-
 tre, tamen, intentionis existit quod Reverendi Patres, Domini Cardinales
 Sancte Romane Ecclesie, de Beneficiis que in dicto Regno obtinent, quanti-
 tatem aliquam ratione procuracionum hujusmodi solvere nullatenus teneantur,
 neque predictis Sentenciis astringantur. Intendimus, eciam, quod de
 Monasteriis Monialium, a quibus ratione procuracionum hujusmodi aliquid
 exigi minime consuevit, ac Dei et leprosorum Domibus, et Vicariis, Bene-
 ficiis, Domibus, et Locis, quorum singula non excedunt valorem annum
 sex marcarum, dummodo ea optinentes proventus alias Ecclesiasticos non
 obtineant, pro procuracionibus ipsis nil penitus exigatur. Porro, si aliqui
 se indebet gravari in exactione hujusmodi procuracionum nobis ostenderint
 preponimus ab eis penitus auferre gravamen. In quorum omnium testi-
 monium presentes Literas, de quarum presentacione latori earum, nuncio
 nostro jurato, fidem plenam adhibemus, fieri, scribi, et registrari fecimus,
 et sigillorum nostrorum appensione muniri.—Datum Atrabati [Arras], die
 vicesima Novembris, Anno Natalis Domini M°. CCC^{mo} xxxviij^o, Indicione
 sexta, Pontificatus Sanctissimi Patris et Domini nostri, Domini Benedicti,
 Divina Providencia Pape XII, Anno quarto.—Cupientes, igitur, premissa,
 omnia et singula, in forma nobis injuncta execucioni debite demandari, ad
 publicandum in nostris Civitate et Diocesi, cum omni celeritate, omnia et
 singula contenta in Literis prelibatis, et ea ad singulorum quos contingunt
 noticiam deducendum ; necnon, exigendum, levandum, et recipiendum,
 pro procuracionibus secundi presentis anni, prefatis Venerabilibus Patribus,
 fol. 222. Dominis Cardinalibus ambobus, sicut premittitur, debitibus, similes procura-
 ciones quas unus de Cardinalibus Sancte Romane Ecclesie, Legatus seu
 Nuncius Sedis Apostolice, in dicto Regno Anglie, pro suis procuracionibus
 recipere consuevit (que, videlicet, ad majorem summam ascendere dinos-
 cuntur) ab omnibus et singulis Abbatibus, Prioribus, Decanis, et ceteris
 superioris designatis Personis, nostrarum Civitatis et Diocesis ; necnon, ad
 contribuendum in dictis procuracionibus, dictis Dominis Cardinalibus
 debitibus, per Censuras Ecclesiasticas compellendum, librosque seu scripturas
 distribucionum, taxacionum, imposicionum, seu indicacionum et solutionum,
 antiquarum et modernarum, super similibus procuracionibus habitarum,
 vobis exhiberi et per copiam tradi faciendum ; insuper, contradictores
 quoslibet compescendum ; necnon, omnes et singulos qui prefatas Senten-
 cias, vel earum aliquam, incurrerint, eas incurrisse denunciandum, ac
 aggravandum Censuram Ecclesiasticam contra eos ; ac alia omnia et singula
 faciendum et exequendum que nobis, Auctoritate predicta, in hac parte
 sunt commissa ; vobis, de cuius circumspecione et industria plene confidi-
 mus, vices nostras committimus, donec eas ad nos duximus revocandas ;
 Absolucione, tamen, de qua superiorius cavetur nobis specialiter reservata.
 Ideoque, Auctoritate predicta, vos monemus (vobis, nichilominus, sub penis
 suprascriptis et Majoris Excommunicacionis Sentencie, quam, spacio sex die-
 rum ad purgandum moram seu culpam in omnibus vobis injunctis indulto
 et pro Canonica Monitione premisso, incurrire vos volumus eo ipso, si neig-
 ligentes fueritis in premissis, vel aliquo eorundem), firmiter injungentes qua-
 tinus omnia et singula per nos vobis, Auctoritate predicta, commissa et
 injuncta, diligenter, celeriter, et fideliter exequi et facere curetis ; necnon,

A.D. totam peccuniam majoris summe prefate, per vos vel alios vestro periculo
1339. collectam, una cum porcione vos contingente, ad nos, citra Festum Sancti

Vol. II. Barnabe, Apostoli [11 June], transmittere, ipsamque nobis integraliter reddere
studeatis. De die, vero, recepcionis Presencium et executionis earum forma
et serie, necon modo et quantitatibus distribucionum, taxacionum, et
solucionum predictarum, ac nominibus solvencium et suorum Beneficiorum,
et de contumaciis et excusacionibus non solvencium, et eorum ac Benefici-
orum suorum nominibus, et quid feceris in premissis, nos, citra dictum Festum,
reddatis vestris patentibus Literis, harum seriem continentibus, fideliter
ceriores.—Datum apud Chuddeleghe, xxv die Marcii, Anno Domini Millesimo
CCC^{mo} tricesimo nono, et Consecrationis nostre duodecimo.

— *Memorandum quod, xxij die Aprilis, emanavit dicto Priori Mandatum de certificando, juxta continenciam dictarum Literarum, infra Festum Sancti Dunstani [19 May]; et hoc ex certis causis legitimis Dominum ad hoc moventibus; et precipue quia puplicari fecit dictas Literas in Convocatione Cleri Exoniensis facta ad Mandatum Regis.*

Harpford, the Vicarage of,—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Johanni de Sidemuthe, Canonico in Ecclesia nostra Collegiata Sancte Crucis Criditonie, salutem, etc.—De vestra fidelitate et industria plurimum confidentes, ad procedendum et cognoscendum in negocio Presentacionis de dilecto nobis in Christo, Willelmo Herlestone, capellano, ad Vicariam Ecclesie de Harpeforde, nostre Diocesis, utpote vacantem, per Excellentissimum Principem et Dominum nostrum, Dominum Edwardum, Dei gratia Regem Anglie illustrem, Dominum Hibernie, et Ducem Aquitannie, velud ejusdem Vicarie Patronum, nobis facte, cum potestate admittendi dictum Willelmum ad prefatam Vicariam et instituendum in ea, si et quatenus id liqueat fieri posse de jure, et cujuslibet coercionis Cauonice, vobis vices nostras committimus per Presentes; receptione juramenti Canonice Obedience dicti Willelmi in eventum Institucionis sue predicte, si eam fieri contigerit, nobis, et Induzione in possessionem dicte Vicarie illis quibus de jure competit, reservatis.—Data apud Cliste, ix^o die Maii, Anno supradicto.

The procurations of the Cardinals, [*Certificatorium Prioris Sancti Nicholai Exonie*],—

Venerabili in Christo Patri ac Domino meo, Domino Johanni, Dei gratia Exoniensi Episcopo, vester humilis et devotus in Christo filius, Johannes, Prior Prioratus Sancti Nicholai Exonie, tanto Patri obedienciam [et] reverenciam debitas, cum omni honore.—Mandatum vestrum reverendum primo die mensis Aprilis, sub Anno Domini M^o. CCC^{mo} xxxix^o recepi, in hec verba,—Johannes, etc., dilecto filio, Priori Prioratus Sancti Nicholai Exonie, salutem, graciam, et benedictionem.—Literas executorias Reverendorum Patrum, Dominorum Petri, Tituli Sancte Praxedis, Presbiteri, et Bertrandi Sancte Marie in Aquiro, Diaconi, Cardinalium, Apostolice Sedis Nunciorum, recepimus, formam que sequitur continentes,—Miseracione Divina Petrus, etc., *ut supra*. Ac aliud Mandatum vestrum xxij^o die ejusdem mensis Aprilis, sub Anno Domini supradicto, recepi, formam continens que talis est,—Johannes, etc., Collector unicus procuracionum Venerabilium Patrum, Dominorum Dei gratia Petri . . . et Bertrandi [etc., *ut supra*], nuper Sedis Apostolice Nunciorum, ad Regna Anglie et Francie pro magnis et arduis negotiis destinotorum, eis pro secundo presenti anno debitatarum in nostra Diocesi, Auctoritate Apostolica deputatus, dilecto filio, Fratri Johanni, Priori Prioratus Sancti Nicholai Exonie, nostro in hac parte subcollector, salutem, ac Mandatis Apostolicis humiliiter obedire.—Licet pridem, in Literis Commissionis nostre, super et de exacione, levacione, et colleccione procuracionum predictarum a quibuscumque Personis Ecclesiasticis, nostrarum Civitatis et Diocesis, quas procuraciones hujusmodi contingunt, vobis facte, inter cetera caveatur quod de modo et forma executionis Commissionis

A.D.
1339. nostre hujusmodi nos, infra instans Festum Sancti Barnabe [11 June],
 Vol. II. faceretis per vestras Literas cerciores ; ex certis, tamen, causis et legitimis,
 citra dictam Commissionem nostram vobis factam ad nostram deductis
 noticiam, que ad infrascripta rationabiliter nos inducunt ; vobis, Auctoritate
 Apostolica predicta, mandamus, sub Censuris Ecclesiasticis contentis in
 fol. 222b. Literis Commissionis nostre sepefate firmiter injungentes, quatinus de
 ejecutione eorundem Literarum et contentorum in eis, juxta vim, formam,
 et exigenciam earundem, nos, infra instans Festum Sancti Dunstani [19
 May], certificetis plene et plane, per Literas vestras patentes, dictarum et
 harum continententes seriem Literarum. De die, autem, recepcionis dictarum
 Literarum et Presencium nos, infra triduum a recepcione Presencium,
 reddatis per vestras Literas cerciores.—Datum in Manerio nostro de Cliste,
 xxjmo die Aprilis, Anno Domini M°. CCCmo tricesimo nono, et Consecra-
 cionis nostre duodecimo.—Quorum Mandatorum auctoritate omnia et
 singula in eisdem contenta ad singulorum noticiam quos dictum negocium
 contingit, ut mandatur, deduxi, et ad levacionem dictarum procuracionum,
 juxta exigenciam hujusmodi Mandatorum, auctoritate michi in hac parte
 commissa, processi ; necnon, in contradictores et rebelles ac contumaces,
 qui ad solucionem dictarum procuracionum, juxta exigenciai et formam
 dictorum Mandatorum, astricti existunt, Censuras Ecclesiasticas, Canonica
 Monitione premissa, legitime promulgavi, et ipsas Censuras contra contu-
 maces in hac parte per publicam denunciaciōnēm aggravavi, ac omnimodam
 pecuniam per me in hac parte collectam, una cum porcione me contingente,
 vestre Reverende Paternitati transmitto. Quantitas, vero, dicte pecunie
 vobis transmisso, necnon nomina solvencium et non solvencium, ac Bene-
 ficiorum, contumaciumque et rebellium, in Cedula Presentibus annexa
 plenius continentur. Excusaciones, autem, nullas transmitto, quia nulle
 coram me allegate existunt. In ceteris, vero, omnibus et singulis dictum
 Mandatum, ut mandatur, reverenter sum executus. [Undated.]

—Et memorandum quod Dominus certificavit isto modo Reverendissimis in
 Christo Patribus, etc., ut supra in proximo quaterno de primo anno Nuncia-
 cionis ipsorum Dominorum Cardinalium. Et, posito toto tenore Literarum
 eorundem Cardinalium, deinde Dominus sic in suis certificatoriis Literis
 subjunxit,—Quarum auctoritate Literarum omnia et singula in eis contenta
 exequi cum exacta curiosaque diligencia, non absque multis tediis, labori-
 bus, et periculis, in quantum fuit possibile, propter indomitatam in Diocesi
 nostra subditorum insolenciam et piratarum undecumque insultum morti-
 ferum imminentium, curavimus reverenter. Et specialiter procuraciones
 predictas pro dicto secundo anno debitas ab Abbatibus, Prioribus, Decanis, et
 ceteris superius designatis Personis nostrarum Civitatis et Diocesis, peti, exigi,
 levari, colligi, et recipi fecimus, prout et in quantum continentur plenius in
 Cedulis Presentibus annexis et sigillo nostro inclusis ; continentibus nomina
 solvencium et non solvencium, una cum excusacionibus et contumaciis
 eorum, ac modo et quantitatibus distribucionum et taxacionum predictarum,
 in quantum propter temporis brevitatem et Registrorum diversitatem et
 adversitatem perquiri quomodolibet potuerunt. Copias, vero, scripturarum
 antiquarum, ad quas in exacione dictarum procuracionum respectum habui-
 mus, vobis, Reverendissimi Patres ac Domini, alias meminimus transmisisse.
 Sunt, autem, nonnulla Beneficia in Diocesi nostra infra taxam sex marca-
 rum, quorum aliquo tempore possessores in decimis et prestacionibus aliis
 solebant, ut dicitur, contribuere, ea racione quia tunc plurales. Que omni-
 modo obtinentes utpote non plurales, set simplices, se in dictis procuracioni-
 bus contribuere asserunt non debere ; quorum nomina fecimus in dictis
 Cedulis annotari. Si, vero, in Registro aliquo plura Beneficia que ad dictas
 procuraciones senseritis teneri in Diocesi nostra repereritis quam contineantur
 in dictis Cedulis ; quas, tamen, sepius fecimus recenseri, et de eis ad
 Regestra que habemus collacionem fidelem fieri ; de eisdem prout decre-
 veritis poteritis ordiuare. Collectam, insuper, de dictis personis pro pro-

A.D. 1339.	curacionibus secundi anni predicti peccuniam, una cum porcione nos contin-	
Vol. II.	gente, numerari fecimus et tradi Willelmo Braibroke et Willelmo de Clyve, nunciis nostris, portitoribus Presencium, quos ad hoc reputamus circumspectos ; qui, dicta recepta peccunia causa deferendi eam ad vos, mox arripuerunt iter suum. Qui vobiscum in omnibus, prout justum et racionabile fuerit, calculabunt. De procuracionibus, autem, dicti primi anni nichil solvendum remanet, quod sciamus.—Datum apud Cliste, penultimo die Maii.	
—	<i>Et memorandum quod hujusmodi Literis patentibus certificatoriis Domini annectebantur quinque rotuli, sub sigillo Domini inclusi ; quorum quatuor nomina solvencium et eorum Beneficiorum, ac taxam ipsorum, et quintus non solvencium, continebant.</i>	
	Et nomina solvencium, computatis Domino pro temporalibus suis et Decano ac Capitulo pro suis spiritualitatibus et temporalitatibus, extendunt se in toto ad cxiiij <i>li.</i> xijs. viijd. <i>quadr.</i> ; et tantum solvit Prior, et habet acquiesciam.	
	Et nomina non solvencium ad ix <i>li.</i> ixs. xjd.—Summa tocius cxxiiij <i>li.</i> ijs. viijd. <i>quadr.</i>	
fol. 223.	Nomina, vero, non solvencium sunt hec, et taliter retornata,—	
	Frater Willelmus [de Bittedene], Prior Sancti Jacobi juxta Exoniam, pro Porcione sua in Ecclesia de Tuvertone ;	vs.
	taxa iii <i>li.</i> iijs. viijd. <i>ob. quadr.</i> Idem pro temporalitate sua, taxata ad cxv <i>ii.</i> iiijd.	
	Abbas et Conventus de Donkeswel ¹ pro Ecclesia de Aulescombe, taxata ad xli. ; Ecclesia de Shildone, taxata ad lxv <i>ii.</i> viijd. ; Ecclesia de Donkeswel, taxa cs. ; Ecclesia de Dodyngtone, taxa xii <i>ii.</i> iiijd. ; et pro temporalitatibus suis, taxatis in toto ad lxiii <i>ii.</i> xijs.	xljs. ixd. <i>ob.</i>
	Prior de Lodres pro Ecclesia de Axemuthe, taxata ad viij <i>li.</i> xiijs. iiijd., et pro temporalitate sua, taxata ad xli. xiijs. viijd. ; et pro Pensione xxs., quam percipit in Ecclesia Sancti Pancrasii [Rousdon], solvit ixs. xjd. et debet ijd.	iijd.
	Prior de Taunton pro temporalitate sua in Ewelme, Staunton, Middelond, et Willelond ; taxa iii <i>li.</i> ijs. ixd.	ijs. ob.
	Prior de Goldeckle pro temporalitate sua de Membury, taxata ad vij <i>li.</i>	ijs. vjd.
	Thomas Wiscard, Porcionarius in Ecclesia de Tuvertone, taxa vij <i>li.</i> ixs. ijd.	ijs. ixd.
	Johannes Tikehulle, Porcionarius ibidem, taxatur ad vij <i>li.</i> xij <i>li.</i>	ijs. vjd. <i>quadr.</i>
	Ricardus [de Wodeforde], Rector Ecclesie de Wideworthy, taxata ad cs.	ijs. vjd.
	Prior et Conventus Tottonie pro spiritualitatibus et temporalitatibus suis, taxa xlvi <i>ii.</i> xijd. Set isti et ceteri alienigenae, excusando se, proponunt quod Dominus Rex omnia bona sua in manu suam seisivit ; et alias diversis decimis, prestationibus, et oneribus adeo sunt attriti quod vix eis vite substancia reservatur.	xxiij <i>ii.</i> vjd. <i>quadr.</i>
	Edmundus [Pipard], Rector Ecclesie de Cherleton, taxate ad iii <i>li.</i> xiijs. iiijd.	ijs. iiijd.
	Frater Guichardus, Prior et Conventus de Monte acuto, habentes medietatem Ecclesie de Ermynngtone in proprios usus, taxatam ad vij <i>li.</i>	ijs.
	Johannes Blakedone, Rector Ecclesie de Lusteleghe, taxate ad iii <i>li.</i> xiijs. viijd.	ijs. iiijd.

¹ The names printed in italics were underlined subsequently when the

moneys had been paid. See below.

A.D. Prior Trinitatis Christi Cantuariensis (<i>sic</i>) percipit de quo-		
1339. dam Sanctuario infra Parochiam de Mortone [Moreton-]	iijs.	
Vol. Hampstead] vjli.		
II. Adam [de Cnolle], Prior, et Conventus Lancestonie, habentes Ecclesiam de Brigoel [Brigerule]; taxa vjli. xiijs. iiijd. } Et percipit de Ecclesia de Beworthy vjs. viijd.	iijs. vjd.	
Johannes [Luveriche], Rector Ecclesie de Beworthy; taxa cs.	ijs. vjd.	
Johannes [de Skydemor], Prebendarius Prebende de la Heghen [Hayes] in Castro Exonie, percipit de Ecclesia de Okamptone xls.	xijd.	
Johannes [de Malestone], Rector Ecclesie de Portelemuthe, pro Pensione sua in Ecclesia de Alvyngtone, vjs. viijd.	ijd.	
Nicholaus [Walwayn], Rector Ecclesie de Southetautone, pro Vicaria que quondam ibidem fuit, jam consolidata cum Rectoria sua; taxa xlvijs. viijd.—Fr[ater] E[dwar-]dus]—	xiiijd.	
Prior de Fromptone, pro temporalitate in Manorio de Nort- ham; taxa vijli. iijs. iiijd.	iijs. vijd.	
Galphidus [Danyel], Rector Ecclesie de Nimet Regis [Kings- nympton]; taxa vjli.	iijs.	
Thomas [Flemyng], Rector Ecclesie de Southmoltone; taxa xiiijli. vjs. viijd. Vicaria ejusdem, xxxs.	vijs. vd.	
Henricus [Graistoke], Rector Ecclesie de Langtre; taxa xli. Ecclesia de Kentesbury vacat; taxa iiijli. vjs. viijd.	vs.	
Prior et Conventus Sancti Johannis Wellensis, habentes Ecclesiam de Westedonne, taxatam ad vjli.—Fr[ater] Edwardus—	ijs. ijd.	
Baldewinus [Aillemor], Rector Ecclesie de Merwode, percipit de Ecclesia de Heauntone, xijd.	ob.	
Willelmus [atte Wode], Rector Ecclesie de Nansent [St. Bre- oke], taxata ad iiijli. vjs. viijd.	ijs. ijd.	
Thomas [Daumarle], Rector Ecclesie Sancti Martini [St. Martin's-by-Looe]; taxa ixli. vjs. viijd.	iiijs. viijd.	
Abbas et Conventus de Hailes, pro Ecclesia Sancte Briace [St. Breage]; taxa xvjli.	viijs.	
Iudem pro Ecclesia Sancti Pauli [Paul, in Cornwall]; taxa ixli. vjs. viijd.	iiijs. viijd.	
Philippus, Magister, et Fratres Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem, pro Pensione in Ecclesia Sancti Maderni [St. Madron], vjli. xiijs. iiijd.	iijs. iiijd.	
Michael [de Kerneke], Rector Ecclesie Sancte Felicitatis [St. Phillack]; taxa vjli. xiijs. iiijd.	iijs. iiijd.	
Abbatissa et Conventus Fontis Ebrolidi [Fontevrault], pro Ecclesia de Boscyny [Tintagel]; taxa vijli.	iiijs.	
Vicaria ejusdem jam vacans; taxa iiijli. vjs. viijd.	ijs. ijd.	
fol. 223b. Magister Willelmus de la Zonche, Prebendarius Prebende quondam Johannis de Cateloigne, in Ecclesia Sancti Car- entoci; taxa xxxs.	ixd.	
plu. Henricus Stouforde, Prebendarius Prebende quondam Nicho- ralis. Iai Stronge [in eadem Ecclesia]; taxa xxxs.	ixd.	
Johannes de Ildeleghe, Prebendarius quondam Prebende Johannis Lovel [in eadem Ecclesia]; taxa lxs.	xvijd.	
Prior de la Ministre [Minster], pro temporalitate ¹ apud Poli- fount [Polyphant]; taxa xxs.	vjd.	
Abbatissa et Conventus de Wiltone, pro Capella Sancte Nenyne; taxa vs.	jd. ob.	

¹ The Priors were Rectors of the Church, and the Rector of Minster is still

Lord of the Manor of Polyphant, in Lewannick.

A.D. <i>Johannes [de Shrouesbury]</i> , Rector Ecclesie Sancti Maugani 1339. in Kerier ; taxa xli.	vs.
Vol. <i>Abbas et Conventus de Loco Regali [Rewley Abbey, near Oxford]</i> , II. pro Ecclesia Sancte Wendrone ; taxa xvijl. vjs. viijd.	
<i>Willelmus [de Helperby]</i> , Rector Ecclesie de Wike Sancte Marie ; taxa cvjs. viijd.	ijs. viijd.
<i>Thomas [de Knolle]</i> , Rector Ecclesie de Poundestoke ; taxa vijl.	
<i>Robertus, Prior de Sancto Carroco [in St. Veep]</i> , pro redditu- bus in Weste et Majore Trigge ; taxa xls.	xijd.
Summa non solvencium ixli. vjs. ijd. ob.	

Item, Dominus certificavit de nominibus quarundam Ecclesiarum et Prebendarum, quarum possessores fuere aliquo tempore plurales, set modo non sunt ; et ideo in decimis, vel prestationibus aliis, non contribuant ; que nomina in Registro Icherii [de Concoreto] ponuntur hac de causa, et in exemplo ejusdem Regestri, penes Registrarium Domini remanente, poterunt reperiri.

Southleigh,—

Licencia Rectoris de Southeleghe ad extendendum magis late edificium suum versus Cimiterium,—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Simoni de Fareweye, Rectori Ecclesie de Southlegh, salutem, etc.—Benigno sunt illa concedenda favore que petenti prodesse poterunt, et Domo Domini non obesse. Cum, igitur, sicut suggestione tua perceperimus, edificium spectans ad Rectoriam tuam dicte Ecclesie, Cimiterio ejusdem contiguum, adeo sit terminacione vie Regie et alias circumquaque restrictum quod nequeas in solo tuo ibidem domos pro te et tua necessaria familia erigere, neque in jam erectis domibus decenter nec debite collocare ; ut edificium tuum predictum, prout alias tibi oportunum videbitur, extendere valeas magis late, quatenus nobis a jure permittitur, plenam et liberam concedimus, tenore Presencium, facultatem. Proviso, tamen, quod competens honor et debitus in dicta Ecclesia et ejus Cimiterio, pro facultate loci, modis omnibus reservetur.—Data apud Cliste, secundo die Junii.

Licencia ad dilatandum Cancellum Ecclesie de Southlegh,—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Simoni de Fareweye, Rectori Ecclesie de Southlegh, salutem.—Cum quedam Capella, Cancello Ecclesie tue predice contigua, aboli, occasione cuiusdam Cantarie de Beata Katerina inibi celebrande, et jam a diu subtracte, fuissest constructa ; cuius Capelle pretextu reffecio difficilior, nimia obscuritas, indecens strictitudo, et alia in ipso Cancello quamplurima incomoda generantur, et quod eo pretextu dictum Cancellum dilatare prout proponis, sicut asseris, impediris ; nos, in hac parte tuum laudabile propositum attendentes, ut dictum Ecclesie tue Cancellum ad decorum Domus Divine dilatare, et pro dilatactione ejusdem Capellam predictam demoliri, in parte vel in toto, valeas, tibi, tenore Presencium, Licenciam impertimur.—Data apud Cliste, secundo die Junii, Anno Domini supradicto.

Uffculme ; Sir Richard de Carleton, priest, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study at Oxford or elsewhere in England (Clyst, 2 June).

[fol. 224b.] The procurations of the Cardinals ; *Acquietancia de procuracionibus Cardinalium, secundo anno Nunciacionis eorum,—*

Pateat universis per Presentes quod nos, Ricardus [de Bintworthe], permissione Divina Londoniensis Episcopus, Venerabilis Patris, Domini Petri, Dei gratia Tituli Sancte Praxedis Presbiteri Cardinalis, et Apostolice Sedis, una cum Venerabili Patre, Domino Bertrando, Sancte Marie in Aquiro Diacono Cardinali, Nuncii, Procurator ad infrascripta specialiter deputatus,

A.D. recepimus et habuimus, die date Presencium, ad manus Dominorum Nicholai Hosebonde, de Chelchuthe,¹ nostre Diocesis, et Johannis de Claketone,
Vol. II. Omnim Sanctorum in Honylane, Civitatis nostre Londoniarum, Ecclesiarum Rectorum, recipiencium, vice nostra, nomine predicti Domini Petri Cardinalis, et procuracionum sibi pro hoc anno secundo Nunciacionis sue, qui xxij die mensis Julii ultimo jam preteriti inchoavit, in Anglia debitaram, a Venerabili Patre, Domino Johanne, Dei gratia Exoniensi Episcopo, procuracionum predictarum in suis Civitate et Diocesi Collectore, quinquaginta septem libras, septem solidos, sex denarios et quadrantem sterlingorum ; videlicet, centum quindecim solidos et sex denarios ratione porcionis predictum Dominum Episcopum contingentis, ac residuum pecunie supradicte occasione bonorum spiritualium Cleri predictarum Civitatis et Diocesis Exonie, et temporalium eisdem bonis spiritualibus annexorum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum fecimus hiis apponi. Data Londoniis, sexto die Junii, Anno Domini M°. CCC^{mo} xxxix^o.

— *Acquietancia de procuracionibus Cardinalium anno secundo,*—

Novent universi quod nos, Petrus Bini et Nicholaus Marini, Socii Societatis Bardorum de Florencia, Procuratores substituti prudencium virorum, Gerardi Boniseigne et Bartholomei Domini Radulphi, Sociorum Societatis predice, Procuratores ad infrascripta Reverendi in Christo Patris, Domini Bertrandi, Dei gratia [etc., ut supra], una cum Reverendo in Christo Patre, Domino Petro [etc., ut supra], Nuncii ad Partes Francie et Anglie super arduis negociis destinati, tenore Presencium confitemur et recognoscimus habuisse et recepisse, nomine procuratorio quo supra, a Reverendo in Christo Patre, Domino Johanne, Dei gratia Episcopo Exoniensi, Collectore procuracionum dicto Domino Bertrando Cardinali in suis Civitate et Diocesi debitaram pro secundo anno Nunciacionis sue in Partibus supradictis, quinquaginta septem libras, septem solidos, sex denarios et quadrantem sterlingorum ; videlicet, [etc., ut supra]. De qua, quidem, summa pecunie dictum Dominum Episcopum et bona sua quo supra nomine tenore Presencium, aquitamus. In cuius rei testimonium sigilla nostra Presentibus sunt appensa.—Data Londoniis, die ix^a Junii, Anno Domini M°. CCC^{mo} xxxix^o.

fol. 221. Exeter, St. John's Hospital ; *Commissio Custodis Hospitalis Sancti Johannis Exonie,*—

Johannes, etc., dilecto filio, Domino Johanni de Croudecote, Rectori Ecclesie de Lammoren, nostre Diocesis, salutem, etc.—De fervore devocationis et fidei, quas ad Loca pia et ipsorum Personas vos gerere perceperimus et habere, non mediocriter confidentes, vos Custodem Hospitalis Sancti Johannis Exonie tenore Presencium deputamus ; Commissions quascumque in hac parte per nos factas ex certa scientia revocantes ; supponentes indubie quod idem Hospitalis vestro regimine circumspecto obtatis proficiet successibus, et preservabitur laudabiliter ab adversis. Ad hec, omnibus dicti Hospitalis Fratribus et Ministris mandamus, et sub pena Excommunicacionis injungimus, quod vobis, velud ejusdem Hospitalis et eorum vero Custodi et alias, sicut nobis, pareant et intendant.—Data apud Cliste, xv die Junii.

[fol. 223b.] Exeter ; *Monicio contra Robertum Lucy, ad amovendum postes prope Ecclesiam Sancti Martini Exonie in solo sacro fixas,*—

Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Roberto Hereward, Canonico Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, graciam, et benedictionem.—Licet, secundum Civiles et eciam Canonicas Sancções, solum sacram et Deo per Pontifices consecratum a prophanis usibus alienum esse debeat penitus et exemptum ; adeo quod nulli, prescripcione vel pacto, prophanam debere poterit servitutem ; quidam, tamen, Robertus Lucy, hoc minime considerans

¹ Chelsith, *hodie* Chelsea.

A.D. nec advertens, quinimmo aspirans, ut videtur, in Dei Creatoris sui et Sancte
 1339. Ecclesie Matris sue improperium, dispendium, et contemptum, quoddam
 Vol. II. solarium, seu protectum, notorie detinet infra circumferenciam Cimiterii
 nostre Exoniensis Ecclesie prelibate, videlicet juxta Portam Clausi, prope
 Ecclesiam Sancti Martini, super postes fixas in solo notorie sacro ac
 dedicato erectum et constructum, non sine temeritate dainpnanda, et alias
 notorie indebite et injuste; unde Processiones que fiunt in Ecclesia circuire
 et staciones facere competentes non poterunt ut deceret; et, quod pernici-
 osius ac dampnabilius esse dinoscitur, fit ibidem in area, sub domo predicta,
 congregacio scurrorum, scenicorum, meretricum, et aliarum turpium per-
 sonarum, impediencium quietem Ministrorum predictae nostre Exoniensis
 Ecclesie, et Iudos excercencium theatrales, in gravem libertatis Ecclesiastice
 lesionem ac scandalum plurimorum. Cum, igitur, Ecclesia ad quam prefatum
 solum pertinere dinoscitur spacium supra liberum habere debeat usque celum;
 vobis, de cuius discrecionis prudencia confidimus, committimus et manda-
 mus quatinus moneatis et efficaciter inducatis prefatum Robertum, et alios
 quorum interest in hac parte, quod infra certum competentem terminum,
 vestro arbitrio moderandum, postes et solarium predicta ex toto amoveant
 vel faciant amoveri. Alioquin ipsos ad id faciendum per Censuras Ecclesi-
 asticas et coherciones Canonicas compellatis, et contra ipsos, auctoritate
 nostra, ex nostro Officio, sicut de jure faciendum fuerit, procedatis.—Data
 in Manorio nostro de Cliste, xxij die Junii, Anno supradicto.

fol. 224. St. Merryn; *Licensia J. Polmarke, capellani, juvandi Vicarium
 Sancte Marine in exercicio cure animarum,*—

Johannes, etc., Johanni Polmarke, capellano, Divina in Capella Sancti Cadoci,¹
 nostre Diocesis, ut dicitur celebranti, salutem, etc.—Ut dilectum filium,
 Dominum Johannem de Lyncombe, Vicarium Ecclesie Sancte Marine, dicte
 Diocesis, in exercicio cure animarum ibidem juvare valeas, prout votis tuis
 asseritur insidere; videlicet, Confessiones parochianorum suorum audiendo,
 infirmos visitando, et eos a peccatis tibi confessis, in quantum de jure per-
 mittitur, absolvendo; neconon, proponendo in dicta Ecclesia, in Lingua
 Cornubica, Verbum Dei, et alias solitudinem dicti Vicarii, in quantum
 poteris, relevando et supportando; ita quod per hoc ab obsequiis dictae
 Capelle, ad que teneris, minime retraharis, seu alias alicui injuria non
 imineat vel jactura; Licensiam, quantum ad nos attinet, concedimus, a
 nobis ex parte prefati Vicarii humiliter postulatam.—Data apud Clyste,
 xxvj die Junii.

Exeter Cathedral; *Mandatum ad citandum W. Meriet, Cancellari-
 um Ecclesie Exoniensis,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Archidiacono Exonie, et Magistris Willelmo de
 Crauthorne, de Northmoltone, et Ricardo Giffard, de Essewauter, Ecclesiarum
 nostre Diocesis Rectoribus, ac Decano Christianitatis Exoniensis,
 salutem, graciam, et benedictionem.—Ad corrigendos subditorum excessus
 Prelatos, Sacrorum Canonum Professores, ex Officii sui debito, eo diligencius
 oportet insurgere quo dampnabilius eorum offensas deserent incorrectas.
 Sane, sicut manifeste comperimus, Walterus Meriethe, qui se gerit pro
 Cancellario Ecclesie nostre Exoniensis, Sanctuaria Ecclesiarum de Stoke-
 gabriel et Sancte Neuline, dicte Diocesis, que dicuntur Dignitati Cancellarie
 sue unite et annexe, per plures annos jam effluxos, quinimmo a tempore
 quo Cancellariam hujusmodi extitit assecutus, personis laicis in utroque
 Loco variis et diversis ad firmam et censem annum tradidit, et tradere
 consuevit, et adhuc tradere presumit, contra Canonica Instituta, scindendo
 Sanctuaria hujusmodi, dissipando, et quodammodo prophanando. Idem
 que Walterus, a tempore predicto, Cancellos Ecclesiarum predictarum,

¹ In the Parish of Padstow.

A.D.
1339] Libros, et Ornamenta eorum reparare vel reficere, quamquam refectionis et
 Vol. II. reparacionis presidio indiquerint et indigeant ; vel, etiam, Ecclesias ipsas
 vel mansa sua ibidem, ruinam, ut dicitur, minancia, oculo corporali vel
 semel subicere, aut alias inter pauperes et infirmos parochianos suos ibidem
 caritatis subsidium cuiuslibet impertiri, prout predecessores sui, pro tempore
 dicte Ecclesie nostre Cancellarii, consueverunt et tenebantur, ipseque tene-
 batur efficaciter et tenetur, non curavit aliqualiter neque curat. Et, licet
 dictus Cancellarius, ratione annexionis et unionis Ecclesie Sancte Neuline
 predicte, et per Statuta Canonica, ad continuam residenciam in dicta Ecclesia
 Exoniensi notorie teneatur, fuissetque nostris auctoritate et Mandato plures
 Canonice monitus atque jussus ad residenciam hujusmodi debite faciendam ;
 ipse, tamen, spretis dictis Statutis, et deductis Monicionibus nostris et Man-
 datis dampnabiliter in contemptum, eis parere temere et notorie contempsit,
 notam inobedience et perjurii incurrendo. Nequeuntes, igitur, tam execra-
 biles dicti Walteri excessus, insolencias, et abusus ulterius sub dissimulaci-
 onis pallio, sana conscientia, preterire, ne ipsius excessus et via palpare,
 aut pulvillum sub cubito suo consuere, vel cervicali capiti suo insano facere
 videamur ; vobis, vel duobus vestrum, committimus, et in virtute Obedience
 firmiter injungimus et mandamus quatinus citetis, seu citari faciat, per-
 emptorie, prefatum Walterum quod compareat coram nobis, vel nostro in
 hac parte Commissario, in Capella Manerii nostri de Cliste, dicte nostre
 Diocesis, die Sabbati proxima post instans Festum Translacionis Sancti
 Martini [10 July], super premissis et eorum singulis sibi tunc ex Officio
 nostro, ad omnem juris effectum qui ex eis sequi poterit et debebit, ex
 nostro obiciendis Officio et plenius exponendis, responsurus personaliter, de
 veritate dicenda juraturus ; facturus et recepturus quod justum fuerit et
 Canonicis conveniens Institutis. Quos, quidem, terminum peremptorium,
 comparacionem, locum, et diem, locorum vicinitate, negotii natura et
 qualitate, animarumque periculis, ac aliis causis legitimis, per nos pensatis,
 sic duximus molerandum. Diem, vero, recepcionis Presencium et Citacionis
 predicte formam, necnon quid feceritis in premissis, vos omnes, vel duo
 vestrum, qui presens Mandatum nostrum fuerint executi, dictis die et
 loco intimetis, vel intimentis, Literis vestris vel suis patentibus, harum
 seriem continentibus, et sigillis notis ac autenticis consignatis.—Datum in
 Manorio nostro de Cliste, primo die Julii, Anno supradicto.

St. Ruan Lanyhorne ; Contra W. Botriaux,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Decano de Poudre et Rectoribus Ecclesiarum
 Sancti Stephani in Branel et Sancte Euwe, necnon Vicariis Ecclesiarum
 Sancti Goroni et de Tregoni, nostre Diocesis, salutem, graciā, et benedic-
 cionem.—Licet olim Magistrum Walterum Botriaux, qui se gessit, et adhuc
 gerit, pro Rectore Ecclesie Parochialis et per se curate de Larihorne, dicte
 nostre Diocesis, a nullo alio Ecclesiastico Beneficio dependentis, set ad sus-
 tentacionem congruam sui Rectoris et omnium onerum eidem Ecclesie
 incumbencium supportacionem sufficientis competenter ; cum tunc, dimissis
 per eum et desertis cura animarum, hospitalitate, et residencia ibidem, alibi
 ad, et per, loca varia hinc iude notorie vagaretur, sicut adhuc vagari dicitur ;
 se tunc, et nunc, negotiis secularibus, statui suo Sacerdotali omnino inde-
 centibus, et a jure interdictis, ut de ceteris taceamus ad presens, illicite et
 temere inmiscendo, requiri fecerimus et moneri Canonice, sibique in virtute
 Obedience, qua nobis tenebatur et tenetur vinculo juramenti, necnon sub
 penis aliis, in nostris Literis et in Instrumento Publico inde confectis, plenus
 expressatis, mandari auctoritate nostra firmiter et injungi quod infra certum
 peremptoriū terminum competentem, quem sibi ad hoc decrevimus assig-
 nadum, ad Ecclesiam de Larihorne predictam et curam ipsius, quam a
 nobis recepit, rediret cum effectu ; facturus ibidem extunc, sub pena juris,
 residenciam continue, juxta juris exigenciam, personalem ; ipse, tamen,
 spretis dictis nostris Monicionibus, et Mandatis et penis deductis dampna-
 biliter in contemptum, id facere superba cervice et elata obstinacione de-

A.D. spexit ; ex hoc, preter alia, incurriendo reatum et notam perjurii, ut videtur.
 1339. Quamquam, autem, propter premissa, utpote notoria atque vera, ad ejusdem
 Vol. II. Walteri amacionem a dicta Ecclesia et omnibus aliis Beneficiis procedere
 possemus, justicia exigente ; volentes, tamen, juris temperare rigorem, et
 super premissis exhabundanti informacionem recipere laciorem ; vobis, com-
 muniter et divisim, committimus et mandamus quatinus citatis, seu citari
 faciatis, peremptorie, prefatum Magistrum Walterum, personaliter, si valeat
 apprehendi ; alioquin, publice Citacionis edicto, in predicta Ecclesia sua
 proposito, ac denunciacione facta suis notis et amicis, viisque et modis
 omnibus quibus de jure poteritis, quod compareat coram nobis, vel nostro
 in hac parte Commissario, die Sabbati proxima post instans Festum Sancti
 Jacobi, Apostoli [31 July], in Capella Manerii nostri de Cliste, nostre
 Diocesis, probaciones super premissis judicialiter ministrandas, et informa-
 cionem inde per nos capiendam, visurus ; necnon, eodem die, cum continu-
 acione sequencium dierum et locorum, in premissis et circa ea facturus et
 recepturus quod justicia suadebit. Denunciantes publice quod, sive venerit
 sive non, faciemus quod cum Deo expedire viderimus et licere. Diem, vero,
 recepcionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nobis, dictis die et
 loco, vos omnes, expressis vestris nominibus et cognominibus, intimetis
 Literis vestris patentibus, sigillis vestrum omnium consignatis.—Datum
 apud Clist, secundo die Julii.

—*Certificatorium super Monitione W. Botriaux ad residendum,—*

Tenor, vero, Certificatorii Monitionis predicto Magistro Waltero Botriaux
 facte, de qua superius fit mencio, talis est,—Venerabili in Christo Patri ac
 Domino, Domino Johanni, Dei gracia Exoniensi Episcopo, sui humiles et
 devoti in Christo filii, Willelmus de Crauthorne, de Northmoltone, et
 Ricardus Giffard, de Essewater, Ecclesiarum Rectores, obedientiam et
 reverenciam tanto Patri debitas, cum honore.—Literas Reverende Pater-
 nitatis vestre patentes, sub sigillo vestro pendentis signatas, xvij^o die
 Februarii, Anno Domini infrascripto [1338-9], recepimus, in hec verba,—
 Johannes, etc., dilectis filiis, Magistris Willelmo de Crauthorne, de North-
 moltone, Officiali nostro, et Ricardo Giffard, de Essewater, Ecclesiarum,
 nostre Diocesis, Rectoribus, nostro Commissario Generali, salutem, graciam,
 et benedictionem.—Cum Magister Walterus de Botriaux, Canonicus Pre-
 bendatus in nostris Ecclesiis Cathedrali Exonie et Collegiata Beati Thome,
 Martiris, Glasneye, nostre Diocesis ; necnon, Firmarius in eadem Collegiata
 Ecclesia, ac Rector Ecclesie Parochialis de Larihorne, ejusdem nostre
 Diocesis, per se curate et a nullo alio Ecclesiastico Beneficio dependentis,
 ac ad sustentacionem congruam sui proprii Rectoris et omnium onerum
 eidem Ecclesie incumbencium supportacionem sufficientis competenter ;
 cum quo, quod per certum tempus studio Literarum insistere posset,
 Oxonie, vel alibi in Regno Anglie ubi Universitas seu studium viget gene-
 rale, alias dispensavimus,—hujusmodi Dispensacione nostra temere abuta-
 tur, et, curam animarum prediche Ecclesie sue deserendo, ac per et ad
 varia loca evagando, ex inique cupiditatis cecitate et dampnande ambitionis
 improbitate querendo que sua sunt, non que Jhesu Christi, curas alias
 animarum illicite appetere, et alias diversis insolenciis se involvere, experi-
 encia doceat manifesta ; nos, qui ad execucionem Sacrorum Canonum
 tenemur, premissa nequeentes sub dissimulationis clamide pertransire,
 vobis injungimus, committimus, et mandamus, communiter et divisim,
 quatinus, vocatis ad hoc persona aliqua publica et autentica ac testibus
 fidei dignis, prefatum Walterum, qui ad presens infra nostram Diocesim esse
 dicitur, auctoritate nostra, de qua faciatis sibi plenam et legitimam fidem,
 primo, secundo, et tertio ac peremptorio, contextu unico requirere et
 monere curetis, sibique in virtute Obedience, qua nobis astringitur vinculo
 juramenti, et sub obtestacione Divini Judicii, et omni pena Canonica,
 injungere, precipere, et mandare quod, non obstante Dispensacione nostra
 pretacta, quam, ex causis premissis et aliis legitimis et Canonicis, nos ad id

A.D.
1339 moventibus, expresse et ex certa sciencia, tenore Presencium, revocamus ;
 Vol. II: infra terminum sex dierum, Monitionem vestram hujusmodi in immediate
 fol. 225b. sequencium (quem terminum peremptorium, animarum parochianorum
 suorum periculo, qui potissime hoc Quadragesimali tempore presencia et
 doctrina sui Curatoris ac cibo spiritualis almonie indigere noseuntur, locorum
 vicinitate et aliis causis legitimis per nos pensatis, sic duximus moderan-
 dum), ad Ecclesiam suam predictam et curam animarum ejusdem redeat
 cum effectu ; facturus in ea extune, in virtute Obedientie qua nobis tenetur,
 et sub omni pena juris, residenciam personalem continue ; quodque de dictis
 Beneficiis, sibi Divinitus concessis, que sibi et pro statu suo satis sufficient,
 et potissime de cura animarum Ecclesie sue predite, quam a nobis recepit,
 contentus in ea vocacione ad quam vocatus est remaneat et persistat, et a
 cura sua hujusmodi, sine nostra speciali Licencia, recedere non attemptet.
 Diem receptionis Presencium et execucionis earum formam, necnon quid
 seriose feceritis in premissis, que omnia et singula ad prefati Walteri veram
 et indubitatam noticiam deducatis, nobis quantocius per Instrumentum
 Publicum, vestris communium sigillis, cum tenore Presencium, fideliter
 intimetis.—Datum in Manerio nostro de Chuddeleghe, xvij^o die Februarii,
 Anno Domini M^o. CCC^{mo} tricesimo octavo, et Consecrationis nostre duode-
 cimo.—Quarum auctoritate Literarum easdem Literas, dicto die quo eas
 recepimus, predicto Waltero, infra septa Manerii vestri de Chuddeleghe,
 vestre Diocesis, per nos personaliter apprehenso et invento, ad inspiciendum,
 perlegendum, et intelligendum eas et contenta in eis, tradidimus ; ipsumque
 Walterum, secundum formam et exigenciam earundem Literarum, monui-
 mus quod eisdem Literis, et contentis in eis Mandatis vestris et Decretis, in
 omnibus et per omnia parere cum effectu curaret, sub penis in eisdem
 Literis expressatis. Mandataque vestra predicta in dictis vestris Literis
 contenta, in omnibus suis capitulis, sumus cum humilitate et reverencia
 executi ; vocatis, ante omnia, ad premissa, utpote Notariis et testibus,
 discretis viris, Magistris Hugone de Setone, Rectori Ecclesie de Northulle,
 Exoniensis, et Benedicto de Pastone, Porcionario in Ecclesia de Croukerne,
 Wellensis ; necnon, Roberto Peike ac Nicholao Annger, clericis, Exoniensis
 predite, Diocesum, Publicis Auctoritate Apostolica Notariis, specialiter et
 rogatis. In quorum testimonium presentes Literas, in formam redactas
 Publici Instrumenti per Notarium Publicum supradictum, scribi fecimus,
 et nostrorum signorum, quibus in Officiis Officialitatis Exoniensis et Com-
 missariatus Consistorii utimur, appensione muniri. Acta sunt hec die,
 mense, loco, et anno predictis, Indicione vij^a, Pontificatus Sanctissimi in
 Christo Patris et Domini, Domini Benedicti, Divina Providencia Pape
 XII^{mi}, Anno quinto.

St. Mawgan-in-Pyder [Sancti Maugani in la Herne, MS.] ; Sir
 Robert de Dunfreville (*sic*), R.,—

Licence of non-residence for a year (26 July).

Cornwood [Cornewode, MS.] ; Sir John Bereware, R.,—
 Licence of non-residence for a year (Clyst, 4 Aug.).

fol.
226. Purgation of a Clerk ; *Purgacio W. Frillard, clerici*,—
 Excellentissimo Principi, etc.—Vestra reverenda noverit Celsitudo quod, cum
 Willelmus Frellard, clericus, nostre Diocesis, super furto lxxli. sterlingorum,
 in pecunia numerata, et aliorum bonorum ad valenciam xxli. de bonis
 Willelmi de Sanlonde, nuper felonice, ut dicebatur, captis et asportatis ;
 necnon, de morte Alani Box, de Brixstone, felonice imperfecti, in Curia
 vestra, coram Domino Willelmo de Shareshulle et Sociis suis, Justiciariis
 vestris, ad diversas felonias et transgressiones in Comitatu Devonie, dicte
 nostre Diocesis, audiendas et terminandas assignatis, irretitus, et nobis,
 utpote Loci predicti Diocesano, per Justiciarios illos, tanquam inde culpa-
 bilis, ad requisicionem nostram, juxta Libertatem Ecclesiasticam, nuper

A.D. fuisset liberatus; idem W. Frellard postea super dictis criminibus sibi
 1339. impositis, coram nostris in hac parte Commissariis, legitime se purgavit, et a
 Vol. II. carcere nostro, auctoritate nostra, extitit et existit liberatus. Quocirca ves-
 tram Regiam Celsitudinem devotis precibus exoramus quatinus Vicecomiti
 Devonie per vestras Literas jubere velitis ut terras et tenementa, bona et
 catalla, ipsius Willelmi, que in manum vestram capta sunt occasione
 criminum predictorum, secundum Libertatem Ecclesiasticam ac Legem et
 Consuetudinem Regni vestri, restituat, ipsaque de vestra solita gracia
 dignemini liberare. In Christo cum gaudio, etc.—Data apud Cliste, ix^o die
 Augusti.

Juramentum ejusdem,—

*Memorandum quod, xxj die Augusti, Anno xxxix, Indicione vija, Pontificatus
 Domini Benedicti Pape XII^{mi} Anno v^{to}, dictus Willelmus, constitutus
 personaliter coram Venerabili Patre, Domino Johanne, Exoniensi Episcopo
 predicto, in deambulatorio extra Capellam suam de Cliste, juravit ad
 Sancta Dei Evangelia, corporaliter tacta, quod nunquam faceret contra
 inmunitatem Ecclesie, et potissime Exoniensis, nec manus iniceret in
 aliquem clericum nisi in casu permisso a jure; quod si secus faceret juravit
 se soluturum Fabrice Ecclesie Exoniensis, quandocumque esset super hoc
 convictus, xli. sterlingorum. Presentibus Magistris Willelmo de Crou-
 thorne, Willelmo de Doune, et Fratre J. Fartheyn. (Margin) “Not
 penam xli.”*

[fol. 225b.] [fol. 225b.] South Tawton; Sir Nicholas Walewayn, R.—

Licence of non-residence for a year (Clyst, 10 Aug.).

[fol. 226b.] The Liberties of the Church; *Mandatum Domini Cantuariensis*

*Archiepiscopi contra violatores Libertatis et Inmunitatis Ec-
 clesiastice,—*

Venerabili in Christo Patri, Domino Johanni, Dei gratia Exoniensi Episcopo,
 Ricardus [de Bynteworthe], ejus dempermissione Londoniensis Episcopus,
 salutem et sincere dilectionis continuum incrementum.—Mandatum recepi-
 mus continens hunc tenorem,—Johannes [de Stratforde], permissione Divina
 Cantuariensis Archiepiscopus, Tocius Anglie Primas et Apostolice Sedis
 Legatus, Venerabili Frati nostro, Domino Ricardo, Dei gratia Londoniensi
 Episcopo, salutem et fraternalm in Domino caritatem.—Inter curas varias
 nobis indies incumbentes ex debito suscepti Officii Pastoralis, illa nimirum
 nos angit potissime, ut adversus eos qui suis injuriis, [h]orrende feritatis
 excessu, Libertates et Jura Universalis, et presertim Cantuariensis Ecclesie,
 Sponte nostre, aliarumque Ecclesiarum et Personarum Ecclesiasticarum
 tocius nostre Cantuariensis Provincie, maliciose ac inique impediunt ac in-
 fringunt, prout secundum Deum possumus, procedamus et injurias hujus-
 modi vindicemus. Sane, quamquam omnes qui de Domibus, Grangiis,
 Maneriis, aut aliis locis, ad Archiepiscopos, Episcopos, vel alias Personas
 Ecclesiasticas pertinentibus, quicquam preter et contra voluntatem aut
 permissionem dominorum, vel eorum qui sunt hujusmodi rerum custodiis
 deputati, abstrahere, consumere, vel contrectare presumpserint, abstrahi,
 consumi, vel contrectari fecerint, seu hujusmodi abstraccionem, consump-
 tionem, aut contrectacionem, suo nomine vel a familiaribus suis factam,
 ratam habuerint, bone memorie Simon, nuper Cantuariensis Archiepiscopus,
 noster Predecessor immediatus, Sacro approbante Provinciali Concilio per
 ipsum Londoniis celebrato, pronunciaverit et declaraverit Ecclesiastice
 Libertatis et Inmunitatis violatores existere, et Sentenciam Excommunicatio-
 nis Majoris contra hujusmodi violatores a Sanctis Patribus promulgatam
 incurriere ipso facto; quidam, tamen, perditionis filii, spiritu nequicie in-
 flammati, mendacem Christiani nominis titulum deferentes, quorum persone
 et nomina ignorantur, hujusmodi Majoris Excommunicacionis Sentenciam
 non verentes, virtute et sub colore quarundam Commissionum, ut assentunt,

A.D. eis factarum, blada et nonnulla alia bona de Domibus, Maneriis, Grangiis,
 1339. et locis aliis, ad Personas Ecclesiasticas nostre Provincie pertineutibus,
 Vol. II. preter et contra voluntatem aut permissionem hujusmodi Personarum
 Ecclesiasticarum, et deputatorum ab eis ad custodiam eorundem, publice et
 notorie abstrahere, consumere, et contrectare, ac hujusmodi abstraccionem,
 consumpcionem, et contrectacionem, nomine suo factam, ratam habere,
 nunc, de novo in dicta nostra Provincia presumpserunt, et sic notorie pre-
 sumere de diebns in dies non desistunt, in animarum suarum grave pericu-
 lum et contemptum Sancte Matris Ecclesie manifestum. Nos, igitur, qui
 tocius Cantuariensis Provincie curam et sollicitudinem, Domino permittente,
 suscepimus, nolentes tūm graves excessus relinquere impunitos, ne, propter
 debite correcconis defectum, videamur hujusmodi excessibus consentire,
 tanteque nephande temeritatis impunio presumptoribus aliis perniciose
 transeat in exemplum; vestre Fraternitati committimus et mandamus, in
 virtute Obedientie firmiter injungentes, quatinus sine more diffugio, vice et
 auctoritate nostra, omnibus et singulis Confratribus nostris Coepiscopis,
 nostre Cantuariensis Ecclesie Suffraganeis, districciis injungatis, seu faciatis
 injungi, ut iidem Episcopi, omnes et singuli, prout ad ipsos, et eorum quem-
 libet, ex cura suscepti Pastoralis regiminis pertinet et tenentur, infra spa-
 cium duorum mensium, a tempore recepcionis Presencium continue numer-
 andorum, in singulis Ecclesiis Parochialibus suarum Civitatum et Diocesium,
 Diebus Dominicis et Festivis, cum major in ipsis Ecclesiis fuerit populi
 multitudo, Cruce erecta, candelis accensis et extinctis, ac aliis solemnitati-
 bus consuetis in [denunciacionibus] hujusmodi observatis solemniter et
 in genere, ac eciam in specie; quos nominatim per diligentem inquisicionem,
 juris ordine qui in hac parte requiritur observato, et prout natura hujusmodi
 negotii exigit et requirit, invenerint culpabiles in hac parte, quatenus et
 prout de jure fuerit faciendum, in hujusmodi Majoris Excommunicacionis
 Sentenciam dampnabiliter incidisse, ipsosque sic excommunicatos fuisse,
 et esse, publice et solemniter nuncient, seu faciant per alios, prout ad ipsos
 et ipsorum quemlibet pertinet, palam et publice nunciari; a denunciaci-
 onibus hujusmodi non cessantes donec, de tam dampnatis excessibus satis-
 faciendo, Mandatis Sancte Ecclesie Dei venerint humiliter parituri, et
 Absolucionis beneficium meruerint optinere; vos, eciam, ipsi, ut ex debito
 Officii vestri tenemini, hoc Mandatum nostrum, quatenus vos et Diocesim
 vestram concernit, in singulis Ecclesiis Parochialibus vestre Civitatis et
 Diocesis, infra idem tempus, in forma predicta, similiter exequi faciatis.
 Alioquin, si Confratres nostri, Coepiscopi predicti, in hac parte negligentes
 fuerint vel remissi, seu fuerit aliquis eorundem, vel fueritis, contra negligentes
 et inobedientes hujusmodi procedemus, quatenus possumus et debe-
 mus. De die, vero, recepcionis Presencium, et quid in premissis feceritis,
 nos, vel Vicarium nostrum in Spiritualibus Generalem, nobis absentibus et
 in remotis agentibus, infra spaciū duorum mensium, a tempore recepcionis
 fol. 227. Mandati nostri predicti continue numerandorum, distincte et aperte certifi-
 care curetis per Literas vestras patentes, harum seriem continentis. Et
 Coepiscopis antedictis, ut nos, vel Vicarium nostrum hujusmodi, infra
 eundem terminum, singuli singillatim, modo debito, de facto suo in ea parte
 certificant injungatis.—Datum apud Andewerpeam [Antwerp], tercio Nonas
 Maii [5 May], Anno Domini M^o. CCC^mo xxxix^o, et nostre Translacionis
 sexto.—Cujus auctoritate Mandati districte vobis injungimus quatinus vos,
 prout ad vos ex cura suscepti Pastoralis regiminis pertinet et tenemini,
 infra spaciū duorum mensium a tempore recepcionis Presencium continue
 numerandorum, in singulis Ecclesiis Parochialibus vestrarum Civitatis et
 Diocesis, Diebus Dominicis et Festivis, etc., . . . meruerint obtinere [*ut supra*]. De die, vero, recepcionis Presencium, et quid in premissis feceritis,
 predictum Dominum Archiepiscopum, vel suum, ipso absente et in remotis
 agente, Vicarium in Spiritualibus Generalem, . . . continentis [*ut supra*].—
 Datum Londoniis, xiiij die Junii, Anno Domini supradicto, et Consecrationis
 nostre primo.

A.D. The *Certificatorium Mandati supradicti* follows, directed to the Primate by the Bishop of Exeter. It recites the above Letter, which reached the Bishop Vol. II. on the 27th of June, and concludes,—“Quarum auctoritate Literarum, omnia et singula in eis contenta, quatenus nos et nostras Civitatem et Diocesim contingunt, exequi cum diligencia curavimus, et curabimus, reverenter.—Datum apud Cliste, xvij die Augusti, Anno Domini prelibato, et Consecrationis nostre xij^{mo}.

[fol. 225b.] Holcombe-Rogus ; *Commissio pro Custodia Sequestri, in fructibus Ecclesie de Holecombe interpositi,*—

Johannes, etc., dilectis filiis, Fratri Johanni Gyot, Priori Prioratus de Carswelle, nostre Diocesis, et Domino Michaeli [de Ermynngton], Vicario Ecclesie de Holecombe, ejusdem Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem.—Ad petitionem vestram, vos Frater Johannes, curam et custodiam Sequestri nostri in fructibus et proventibus prefate Ecclesie, per nos, ex certis rationabilibus et legitimis causis, dudum interpositi in forma juris, vobis duobus communiter committimus per Presentes ; vobis, in virtute Obedientie qua nobis tenemini et uterque vestrum tenetur, arcus injungentes quatinus fructus et proventus hujusmodi fideliter colligere et sub Sequestro integraliter conservare curetis ; ita quod inde respondere valeatis nobis, vel aliis quorum interesse apparuerit in eventum ; de nostro, tamen, Mandato, sicut de eis, vestro et utriusque vestrum periculo, volueritis respondere. In cuius rei testimonium has Literas nostras vobis, Fratri Johanni, recipi enti, duximus concedendas.—Data in Manerio nostro de Cliste, xix^o die Augusti, Anno Domini M^o. CCC^{mo} xxxix^o, et Consecrationis nostre xij^{mo}. Et, eodem die et anno, Indicione septima, Pontificatus Domini Benedicti Pape XI^{mi} Anno quinto, Magister Willelmus de Doune, clericus, tradidit dicto Priori predictas Literas, sigillo Domini Johannis, Exoniensis Episcopi predicti, patente, michi Notario satis noto, sigillatas, infra portam anteriorem Manerii Episcopalis de Cliste ; quas idem Prior ab eodem Magistro Willelmo recepit, et secum portavit ; presentibus Johanne dicto Cadia et Willelmo Barbitonsore.—N. AUNGER.

[fol. 226.] Truro ; *Reginaldus Pridiaux,*—

Memorandum quod, xx^o die Augusti, Anno Domini M^o. CCC^{mo} xxxix^o, Indicione et Pontificatu predictis, Dominus Reginaldus Pridaux, Rector Ecclesie de Treureu, in Cornubia, Exoniensis Diocesis, coram venerabili et discreto viro, Magistro Willelmo de Crouthorne, Officiali Venerabilis Patris et Domini, Domini Johannis, Dei gratia Exoniensis Episcopi, in Camera Cancelleriae Manerii ejusdem Patris de Cliste, ejusdem Diocesis, pro tribunali sedente, personaliter constitutus, ibidem Ecclesiam predictam sponte, simpliciter, et absolute, sicut videbatur, dimisit et resignavit in manibus ejusdem Patris. Et successive, sponte, et mera voluntate ac libera, in quantum percipi potuit, tactis Sacrosanctis, et tenente Librum Magistro Willelmo de Doune, clero, corporale prestitit juramentum quod quamdiu vixerit obediens erit dicto Venerabili Patri et ejus Successoribus, ac eorumdem Officialibus et Ministris, in omnibus et singulis licitis et Canoniceis Mandatis ; et ubicumque infra Diocesim Exoniensem, eciam, specialiter in Ecclesia Sancte Beriane, in Cornubia, vel alio quocumque loco infra Exoniensem Diocesim beneficiatus fuerit, et ubicumque moram traxerit, et infra Diocesim Exoniensem citatus fuerit auctoritate dicti Patris, Citacionibus hujusmodi parebit humiliter, et pacienter se corrigi per dictum Patrem et suos Ministros de excessibus et delictis cognicionem Fori Ecclesiastici contingentibus qualitercumque et ubicumque per eum commissis ; quodque in omnibus suberit Jurisdiccioni Domini et suorum Successorum, ac Ministrorum eorundem. Presentibus dictis Officiali et Willelmo de Doune, Domino Willelmo Hole, Rectore Ecclesie de Dultone [Dolton], Magistro Thoma Mareschal, Domino Roberto Busse, Vicario Ecclesie de Okampton,

- A.D. 1339. Domino Galfrido in Venella de Tadelawе,¹ Prebendario in Ecclesia Sancte Beriane predicta.—N. AUNGER.
- Vol. II. Whitstone (*Cornwall*) ; *Dimissorie*,—
 [fol.] Peter Lacy, accolite, R., "ad ordinem Subdiaconatus" (Clyst, 22 Aug.).
- [226.] Slapton ; Sir John Goghe, R.,—
 [fol.] Licence of non-residence for a year (Clyst, 24 Aug.).
- [226.] Dedication ; *Dedicacio Majoris Altaris Ecclesie de Combe*,—
 [fol.] Item, tercio die Septembbris, Dominus dedicavit Majus Altare Ecclesie Parochialis de Combe [*Combe-in-Teignhead*].
- [fol.] Sampford-Peverel [Sanfordepeverel, MS.] ; Sir Nicholas de Esse,
 [226.] R.,—
 Licence of non-residence for a year (Clyst, 6 Sept.).
- fol. 227. Otterton ; *Commissio in negocio Presentacionis T. Gatewike ad Vicariam de Otritone*,—
 Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Willelmo de Crouthorne, Canonicus Ecclesie nostre Exoniensis, Officiali nostro, salutem, etc.—Presentavit nobis Excellentissimus Princeps et Dominus noster, Dominus Edwardus, Dei gratia Rex Anglie illustris, Dominus Hibernie, et Dux Aquitannie, Thomam de Gatewike, capellananum, ad Vicariam Ecclesie de Otrytone, nostre Diocesis, vacantem, et ad suam Presentacionem spectantem ratione Prioratus de Otrytone in manu sua, occasione guerre inter eum et illos de Francia mote, existentis, ut dicit. De vestra, igitur, discrecione et prudencia confidentes, ad mandandum et faciendum inquiri de vacacione dictae Vicarie, jure Patronatus, et aliis consuetis articulis ; necnon, ad admittendum eundem Presentatum ad dictam Vicariam et instituendum in ea,² ac induci faciendum in corporalem possessionem ejusdem, si, quatenus, et in quantum id de jure poteritis ; vobis vices nostras committimus, cum cohercionis Canonice potestate.—Data apud Cliste, viij^o die Septembbris.
- Sutcombe [Suttecombe, MS.] ; Sir Nicholas Horloke, R.,—
 Licence of non-residence for a year (Clyst, 9 Sept.).
- Poughill (*Devon*) [Poghuelle—margin Poghehulle, MS.], Sir Richard Gregory, R.,—
 Licence of non-residence for a year (13 Sept.).
- West Putford [Westputteforde, MS.] ; Master Paul Brey, deacon, R.,—
Dispensation : non-residence for a year, to study at Oxford, etc, (Clyst, 15 Sept.).
- Luppit [Louepitte, MS.] ; Master Robert de Grymestone, deacon, R.,—
Dispensation : non-residence for a year, to study at Oxford, etc. (Clyst, 26 Sept.).
- Charleton [Cheorletone, MS.] ; Edmund Pipard, R.,—
 Licence of non-residence for a year, to study (28 Sept.).
- fol. 227b. Dodbrooke [Dodebroke, MS.] ; Sir Robert de Sudbury, priest, R.,—
 Licence of non-residence for a year,—“et remissa fuit sibi culpa contracta occasione non residencie in eadem a tempore Institucionis sue” (Clyst, 30 Sept.).

¹ He succeeded Prideaux as R. of Truro, being instituted on the same day (vol. iii, fol. 41).

² Instituted 14 Sept. (vol. iii, fol. 41b).

- A.D. Stokenham [Stokynhamme, MS.]; Sir Vincent de Barnastapolia,
 1339. R.,—
 Vol. II. Licence of non-residence for a year (Clyst, 1 Oct.).
 Inwardleigh; John Giffard, subdeacon, R.,—
Dispensation: non-residence for a year, to study (Clyst, 1 Oct.).
 Dunchideock [Donshidioke, MS.]; Master John Thursteyn, sub-deacon, R.,—
 Licence of non-residence for a year, to study, in England (Clyst, 3 Oct.).
 Belstone; Sir Richard de Esse, subdeacon, R.,—
Dispensation: non-residence for a year, to study, in England (Clyst, 4 Oct.).
 Rackenford [Rakerneforde, MS.]; Master John de Coletone, sub-deacon, R.,—
Dispensation: non-residence for a year, to study (Clyst, 16 Oct.).
-

Mutatio Anni Consecrationis.

Anno Domini M°. CCC xxxix°, et Consecrationis dicti Patris
 xiiij^{mo}.

- Loddiswell [Lodeswelle, MS.]; Master John la Zouche, R.—
 Licence of non-residence for a year, “ad instanciam Magistri Willelmi la
 Zouche, Domini nostri Regis Thesaurarii” (Lambeth, 22 Oct.).
 Highampton [Hegheheautone, MS.]; Henry Cole, subdeacon
 R.,—
Dispensation: non-residence for a year to study (21 Nov.).
 Clovelly [Clovely, MS.]; Oliver de Staunton, subdeacon, R.,—
Dispensation: non-residence till Michaelmas, 1340, to study at Oxford, or
 elsewhere in England (Clyst, 15 Dec.).

A.D. The procurations of the Cardinals; *Commissio ad absolvendum*
 1339. 40. *non solventes procuraciones Cardinalium pro secundo anno, suis
 terminis*,—

Ricardus [de Bynteworthe], permissione Divina Londoniensis Episcopus, et Ber-
 nardus Sistre, Archidiaconus Cantuarie, Reverendorum in Christo Patrum
 et Dominorum, Dominorum Petri, Tituli Sancte Praxedis Presbiteri, et
 Bertrandi Sancte Marie in Aquiro, Diaconi, Cardinalium, Commissarii ad
 infrascripta specialiter deputati, Venerabili in Christo Patri, Domino Johanni,
 Dei gracia Exoniensi Episcopo, salutem in Domino sempiternam.—Literas
 recepimus, hunc tenorem habentes,—Miseracione Divina Petrus [*etc.*] et
 Bernardus [*etc.*, *ut supra*], Apostolice Sedis Nuncii, Venerabili in Christo
 Patri, Dei gracia Episcopo Londoniensi, ac honorabili viro, Magistro Ber-
 nardo Sistre, Archidiacono Cantuarie, salutem in Domino.—Cum nonnulli
 Sentencias per nos latas in Processibus factis super procuracionibus nobis
 in Regno Anglie debitiss, tam pro primo quam pro secundo annis jam lapsis
 incurrerint, et eas adhuc sustineant animo forsitan indurato; ne de eorum
 malicia valeant gloriari, vobis, et cuilibet vestrum insolidum, de quorum
 quolibet plenam in Deo fiduciam obtinemus, denunciandi publice in Ecclesiis
 illarum Parcium, et aggravandi, ac denunciandi et aggravari faciendi et
 mandandi, omnes et singulos qui hujusmodi Sentenciis sunt ligati, et alias
 excercendi Censuram Ecclesiasticam in eosdem et singulos eorundem,

A.D.
1339-
40.
Vol. II. fol.
228. tamdiu donec ad Ecclesie Mandata redeant, et satisfaciendo plenarie Absolucionis beneficium mereantur ; ac, ut eorum saluti facilius consulatur, ipsos et ipsorum singulos per vos, vel vestrum alterum, aut alium seu alias, juxta formam Ecclesie absolvendi, debita satisfaccione premissa et facta, secundum tenorem et declaracionem Processuum prefatorum ; hujusmodi, vero, satisfaccionem vobis, Episcopo, pro dimidia parte nostri Petri, vobisque, Archidiacono, pro alia dimidia nostri Bertrandi, Cardinalium predictorum, nominibus recipiendi, indeque quitandi ; et ad recipiendum et quitandum alium vel alias substituendi et revocandi, ac mandatum in vobis resumendi, plenam committimus, tenore Presencium, potestatem. Non intendentes per Commissionem hujusmodi Processus et Commissiones circa premissa, vel aliquod premissorum, alias per nos factos, nisi quo ad receptionem et quitacionem predictas, tacite revocare. In cuius rei testimonium has Literas fieri fecimus, sigillorum nostrorum munimine roboratas.— Data Atrebati [Arras], die xv Septembris, Anno Nativitatis Domini M°. CCC^mo xxxix^o, Indicione septima, Pontificatus Sanctissimi Patris et Domini nostri, Domini Benedicti, Divina Providencia Pape XII, Anno quinto.—Ad absolvendum, igitur, secundum vim, formam, et effectum Literarum predictarum, omnes illos de, et in, Civitate et Diocesi Exonie, qui ob retardatam solucionem procuracionum dictis Dominis Cardinalibus, ut premittitur, debitarum, in latas in Processibus super hoc factis Sentencias inciderunt, vobis vices nostras committimus per Presentes, hinc ad instans Festum Epiphanie Domini [6 Jan.] tantummodo duraturas ; firmiter injungendo mandantes quatinus totam pecunie summam satisfaccionem contingentem predictam nobis, Londoniis, secundum distinctionem superius expressatam, citra instans Festum Sancti Hillarii [13 Jan.] integre persolvatis ; certificantes nos distincte et aperte per Literas vestras patentes, harum seriem et nomina absolvendorum hujusmodi, ac quantitates satisfactionum eorundem, plenarie continentes, de omni eo quod feceritis in premissis.—Data apud Suthwerke, xvij die mensis Novembris, Anno Domini M°. CCC^mo xxxix^o.

—*Certificatorium dicte Commissionis,*—

From the Bishop of Exeter to the Bishop of London, reciting the above Commission, and concluding thus :—Quarum auctoritate Literarum Personas quarum nomina in Cedula annexa Presentibus exprimuntur, debita satisfaccione premissa, secundum formam Ecclesie absolvimus a Sentenciis quas, occasione retardate solucionis procuracionum predictarum, easdem Personas et ipsarum Beneficia, prout in dicta explicitant Cedula, pro dicto secundo anno contingencium, incurrerunt ; collectam a Personis hujusmodi pecunie summam in predicta Cedula contentam et distinctam, que in universo ad vjli. xvjs. xjd. ob. se extendit, vobis juxta distinctionem prelibatam solvendam, per dilectum Clericum nostrum familiarem, Magistrum Benedictum de Pastone, portitorem Presencium, nostrumque in hac parte juratum nuncium, transmittentes.—Datum apud Chuddeleghe, vj die Januarii, Anno Domini supradicto.—Nomina, vero, solvencium, contenta in Cedula predicta, cancellantur in quinto folio precedenti. [See pp. 906—908. The names were cancelled by underlining them, and I have indicated this by printing all such names in italics].

[fol. 228b.] Convocation ; [Procuratorium],—

Pateat universis per Presentes quod nos, Johannes, etc., facimus et constitui-mus dilectos nobis in Christo, Magistros Willelmum de Nassington, Ecclesie nostre Exoniensis, et Benedictum de Pastone, Ecclesie Sancti Probi, nostre Diocesis, Canonicos, et quemlibet eorum insolidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, Procuratores nostros, negotiorum Gestores, et Nuncios speciales, ad comparendum et interessendum, pro nobis et nomine nostro, in instanti Convocatione Prelatorum et Cleri Cantuariensis Provincie, in

A.D. Ecclesia Sancti Pauli Londoniarum, die Jovis proxima post instans Festum
 1339- Conversionis Sancti Pauli [27 Jan.], cum continuacione et prorogacione
 40. dierum sequencium, facienda ; necnon, ad excusandum nos a personali
 Vol. II comparicione ibidem, causasque et excusaciones nostras in hac parte pro-
 ponendum et probandum ; et, si necesse fuerit, super eisdem in animam
 nostram jurandum, ac impendendum huius que ibidem ad honorem et utili-
 tatem Ecclesie Anglicane ordinari contigerit, consciendum, provocandum
 et appellandum, provocaciones et Appellaciones notificandum et insumen-
 dum, ac earum causas prosequendum ; unum vel plures loco suo, et eorum
 cuiuslibet, substituendum et revocandum ; omniaque alia et singula facien-
 dum et expediendum que in premissis, et circa ea, quomodolibet requiruntur.
 Ratum habituri et gratum quicquid dicti Procuratores nostri, et eorum
 quilibet, substitutusque ab eis vel eorum altero, fecerit in premissis et quo-
 libet eorumdem. In quorum testimonium, etc.—Datum apud Chudde-
 leghe, xij die Januarii.

fol. St. Brooke ; *Dimissorie*,—

228. Master William atte Wode, "Rector Ecclesie de Poutone, dicte de Nanscent,"
 accolite, "ad Ordines Subdiaconatus et Diaconatus" (Chudleigh, 14 Jan.).
 Lansallos [Lansalewys, MS.] ; Master John Kerneke, R.,—
 Licence of non-residence for a year, to study in Oxford or elsewhere in Eng-
 land, etc. (17 Jan.).

Dawlish,—

—*Deputacio Coadjutoris Vicario de Doulisshe*,—

Item, xxij^{do} die Decembris, Dominus deputavit Dominum Johannem Mou-
 lisshe, capellanum, Curatorem seu Coadjutorem Domino Miloni, Vicario
 Ecclesie de Doulisshe, impotenti, et morbo incurabili detento, juxta ipsius
 nominacionem. Qui juravit de fideliter administrando bona dicti Vicarii
 et fidele Inventarium de hujusmodi bonis, tam extantibus quam futuris,
 faciendo, ac fideliter calculando, cum super hoc fuerit requisitus.

Postea dictus Dominus Milo, iufra mensem, decessit ; cujus Testamenti
 Probacionem Decanus Exonie, vel Administracionem bonorum si ab intes-
 tato fuisset defunctus, aliquamdiu vendicavit. Et produxit pro jure suo,
 fol. 228b. coram Domino, apud Chuddeleghe, quandam Literam ; cujus tenor talis
 est,—

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis presentes Literas visuris vel audituris,
 Walterus [Bronescombe], miseracione Divina Exonieus Episcopus, salutem
 in Domino sempiternam.—Ad Universitatis vestre noticiam tenore Pre-
 sencium volumus pervenire quod, dilectis filiis, Rogero [de Thoriz] Decano,
 et Capitulo Exonie, tercio Nonas Septembbris [3 Sept.], Anno Gracie M^o.
 CC^{mo} septuagesimo, vocacione legitima precedente, in Capitulo Exoniensi
 coram nobis comparentibus, et super Vicariis Ecclesiarum eisdem appro-
 priatarum Ordinacionem nostram humiliter et devote poscentibus ; nos, de
 eorum, Decani et Capituli, expresso et unanimi assensu, ordinamus quod
 iidem Decanus et Capitulum, infra mensem postquam ipsas Vicarias, vel
 aliquam earum, vacare contigerit, idoneas Personas nobis, et Successoribus
 nostris, libere presentent, sine difficultate Canonice instituendas. Et quic-
 quid interim ratione Sequestri ad nos, et Successores nostros, pertinere
 posset, Decano Exonie, qui pro tempore fuerit, per hanc Ordinacionem et
 Concessionem nostram, accrescat imperpetuum. In cujus rei testimonium
 presentes Literas sigillo nostro, necnon sigillis dictorum Decani et Capituli,
 fecimus communiri.—Data Exonie, die et anno supradictis.

—*Probacio Testamenti Domini Mylonis, quondam Vicarii Ecclesie de
 Doulisshe*,—

Visa, igitur, predicta Litera, Dominus respondit quod ad se pertinuit Pro-
 bacio Testamenti predicti, eo quod Testamenta Vicariorum de Colitone et
 Assheptone, tempore suo, coram eo probata extiterant, absque contra-

A.D.
1339.
40.
Vol. II. diccione aliqua, Decano et Capitulo permittentibus et non reclamantibus. Unde Decanus, videns quod Litera sua quam exhibuit faciebat aliqualiter contra eum, predicti Testamenti Probacionem non curavit ulterius vendicare. Die, vero, xviiiij Januarii, comparentibus, in Manorio Episcopali de Chuddeleghe, Dominis Johanne Moulisse et Henrico [blank], capellani, neconu Willemo Sonery, et Johanne, serviente quondam Domini Mylonis, Vicarii de Doulisse predicti, Executoribus ejusdem, ac Testamentum ipsius exhibentibus, Dominus commisit vices suas ad recipiendum Probacionem Testamenti predicti Magistro Ricardo Giffard, Rectori Ecclesie de Essewanter [Ashwater], Exoniensis Diocesis. Et incontinenti postea dictus Magister Ricardus, sedens pro tribunali in Ecclesia de Chuddeleghe, in presencia Magistri Willelmi de Doune et Johannis de la More, clericorum, et Domini Roberti de la Pitte, Porcionarii in Ecclesia de Tuvertone, Probacionem dicti Testamenti recepit, et, eo probato, pro eodem pronunciavit; et commisit dictis Executoribus confeccionem Inventarii de omnibus bonis dicti Testatoris; recepto primitus ab eisdem, more solito, juramento. Die, vero, xxiiij^{to} Januarii, comparentibus dictis Executoribus coram Magistro Willelmo de Crouthorne, Officiali Domini, in camera Cancellarie de Chuddeleghe (cui Dominus commiserat in hac parte vices suas), et Inventarium hujusmodi per eos confectum exhibentibus; idem Magister Willelmus Administracionem bonorum hujusmodi dictis Domino Henrico et Johanni famulo, Executoribus predictis; aliis Coexecutoribus suis hujusmodi Administracionem recusantibus; recepto ab eisdem juramento de fideliter administrando hujusmodi bona, et fideliter inde calculando cum fuerint requisiti, commisit in forma juris; presentibus Magistro W. Doune, et N. Aunger.

[fol. 228.] St. Breoke [Poutone, MS.]; Master William atte Wode, accolite, R.—

Dispensation: non-residence till the Feast of St. Peter ad Vincula [1 Aug.], to study at Oxford, or elsewhere in England,—“ita quod interim, suscepto Ordine Subdiaconatus infra annum a tempore commissi sibi regiminis dicte Ecclesie et pacifice possessionis ejusdem adepte, ad Ordines Superiores vel ad residenciam personalem minime teneatur; cum clausula, Proviso, etc.; et cum clausula, Decurso dicto Festo, infra mensem de debito usu presentis Dispensacionis Domino fidem facere teneatur; quam si non fecerit hujusmodi Dispensacio nullius penitus sit momenti. Postea obtinuit Dispensacionem sine illa: clausula ultima (Chudleigh, 17 Feb.).

[fol. 229.] Calstock [Calistoke, MS.]; Sir Hugh de Wymbourne, R.—
Licence of non-residence for a year; “ita quod interpolatim ad Ecclesiam suam redeat, quociens poterit oportune” (Chudleigh, 8 Feb.).

Torbrian [Torrebryan, MS.]; William le Pyl, subdeacon, R.—

Dispensation: non-residence for a year, to study at Oxford, or elsewhere in England; “ita quod, decurso anno predicto, infra mensem fidem facere teneatur Domino de debito usu Dispensacionis sue; alioquin ipsa Dispensacio nullius sit momenti” (same date).

Rame; Sir John Raufe, accolite, R.—

Dispensation: non-residence till Michaelmas next, to study at Oxford, etc.; “cum clausulis supradictis” (same date).

Pyworthy; Sir Roger Bokehurst, R.—

Licence of non-residence for a year “[et] insistendi obsequiis Domini Thome de Monte Hermeri, Militis” (Chudleigh, 17 Feb.).

Testamentary; *Mandatum ad citandum Executores Testamenti Domine Amicie [de] la Pomeray, ad probandum Testamentum ejus*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Magistris Henrico de Galmyngtone, Officiali

A.D. Archidiaconatus Tottoniensis, et Johanni de Piltone, clero, receptori pro-
 1339- ventuum ejusdem Archidiaconatus, salutem, etc.—Cum dilecta filia, Nobilis
 40. Mulier, Domina Amicia de la Pomeray, relieta quondam Nobilis Viri,
 Vol. II. Domini Willelmi Martyn, Militis et Baronis, viam universe carnis, in
 Diocesi nostra, noviter, ut dicitur, sit ingressa; cuius Testamenti, si
 condito decesserit Testamento, insinuacio, examinacio, et approbacio; si,
 vero, ab intestato, Administracio bonorum ejusdem, prout ceterorum No-
 bilium nostre Diocesis, ad nos inmediate, tam de jure quam de consuetu-
 dine laudabili in Diocesi nostra hactenus usitata, noscuntur notorie perti-
 nere; vobis mandamus, communiter et divisim, quatinus citatis, seu citari
 faciatis, peremptorie, Executores se pretendentes Testamenti prefate Nobilis
 Mulieris, et in Testamento hujusmodi, si quod condidit, nominatos; quod
 compareant coram nobis, vel nostro in hac parte Commissario, in Manerio
 nostro de Chuddeleghe, dicte Diocesis, proximo die Juridico post instans
 Festum Sancti Mathie, Apostoli [24 Feb.], Testamentum hujusmodi ex-
 hibituri atque probatur, et facturi in hac parte quod justicia suadebit. Ad
 quos, quidem, diem et locum, tenore Presencium, peremptorie vos, et
 utrumque vestrum, citamus quod compareatis et intersitis, tunc, una cum
 hujusmodi Executoribus, coram nobis. Ad hec, ne bona predicte Nobilis
 Mulieris interim dissipentur vel consumantur, cum de magna eorum dilapi-
 dacione verisimiliter timeatur, nisi celerius occurratur, prout rei evidencia
 nos edocuit et sumus super hoc exhabundanti summarie informati; bona
 hujusmodi omnia et singula decrevimus sequestranda, et tenore Presen-
 cium sequestramus; vobis Sequestri nostri custodiam committendo, et
 firmiter injungendo quatinus Sequestrum hujusmodi celeriter et solemp-
 niter publicetis, ac bona hujusmodi fideliter conservetis, donec vobis aliud
 demandemus. De die, vero, recepcionis Presencium, et quid feceritis ac
 facere decreveritis in premissis, una cum nominibus citatorum, nos, dictis
 die et loco, certificetis per Literas vestras patentes, habentes hunc tenorem.
 —Datum in Manerio nostro predicto, xvij die Februarii, Anno xxxixº.—
 Quod, quidem, Mandatum certificatum fuit isto modo,—Reverendo in
 Christo Patri ac Domino suo, Domino Johanni, Dei gracia Exoniensi Epi-
 scopo, sui humiles et devoti Henricus de Galmyngton, Officialis Archi-
 diaconatus Tottoniensis, et Johannes de Piltone, clericus, obedientiam et
 reverenciam tanto Patri tam debitas quam devotas, cum honore.—Manda-
 tum vestrum reverendum xvij die Februarii recepimus, in hec verba,—
 Johannes, etc., *ut supra*.—Cujus auctoritate Mandati Isabellam la Pomeray,
 filiam dicte Amicie, Executricem in Testamento ejusdem nominatam, ad
 supradictos diem et locum, ut mandatur, peremptorie citavimus. Seques-
 trum, vero, hujusmodi, per vos, ut premittitur, interpositum publicavimus;
 ac hujusmodi Sequestrum, quatenus poterimus, fideliter custodiemus. Nec-
 non, eidem Mandato, quatenus ad nos attinet, reverenter paruimus, pare-
 mus, et parebimus.—Datum Exonie, xxv die dicti mensis Februarii, Anno
 Domini supradicto.

—*Probacio Testamenti Amicie [de] la Pomerai, Nobilis Mulieris,*—
 Die, vero, predicto, videlicet xxv Februarii, comparuerunt coram dicto Patre,
 in Manerio suo de Chuddeleghe, Dominus Jacobus de Cokyngtong et
 Isabella [de] la Pomeray, Executores in Testamento dicte defuncte nomi-
 nati, et idem Testamentum, cuius tenor inferius continetur, exhibuerunt.
 Comparente, vero, tunc, ibidem, dicto Magistro Henrico de Galmyngton,
 Officiali Archidiaconatus Tottoniensis, auctoritate dicti Patris lite pendente
 in Romana Curia super eodem deputato, et asserente se Probacionem dicti
 Testamenti vice et nomine ejusdem Patris recepissem; dictus Venerabilis
 Pater, pro eo quod dicta Mulier Nobilis extiterat, et ipsius Testamenti
 Probacio et Approbacio ad suam Jurisdiccionem mere pertinet; ne credere-
 tur dictum Magistrum Henricum Probacionem Testamenti hujusmodi jure
 Archidiaconali recepisse; omnia acta et gesta per eum in hac parte infirm-

A.D.
1339-
40.
Vol II.
fol.
229b.

avit, cassavit, et penitus revocavit, ac recepcionem Probacionis dicti Testamenti sibi ipsi reservavit per Decretum. Productis, itaque, per eosdem Executores testibus ad probandum dictum Testamentum, et ipsis per dictum Patrem, tunc, ibidein, admissis et juratis, ac examinatis, et eorum attestacionibus publicatis; quia dictus Pater comperit dictum Testamentum probatum fuisse, pro eodem pronunciavit in forma juris. Et subsequenter, dicto Domino Jacobo recusante subire onus Administracionis, predicte Isabelle, prestito ab ea juramento de fideli Inventario conficiendo de omnibus et singulis bonis dicte defuncte, et fideliter solvendo debita et legata, et de Administracione sua cum requisita congrue fuerit calculando, idem Pater Administracionem bonorum commisit Testamentum concernientem antelictum, et eidem adjunxit, ex Officio suo, Dominum Rogerum [Osewy], Vicarium de Bury [Berry-Pomeroy], a quo recepit couisimile juramentum. Et relaxavit Sequestrum in bonis alias interpositum.—Tenor, vero, dicti Testamenti talis est,—

IN DEI NOMINE, AMEN.—Ego, Amicia de la Pomeray, condo Testamentum meum in hunc modum, die Veneris in Festo Sancte Agathe, Virginis [5 Feb.], Anno Domini M^o. CCC^{mo} tricesimo octavo. In primis lego animam meam Deo, et corpus meum ad sepeliendum in Cancello Beate Marie de Bury, juxta sepulcrum Domini mei. Item, lego Domino Rogero, Vicario Loci, iij*s.* iij*d.* pro decimis oblitis. Item, lego ad staurum Beate Marie xvij oves utriusque sexus. Item Isabelle, lotrice mee, j robam. Item, do et lego Isabelle, filie mee, omnia bona mea mobilia et immobilia, ubicumque fuerint inventa. In cuius rei testimonium sigillum meum apposui. Constituo et ordino Isabellam, filiam meam, Executricem meam et Dominum Jacobum de Cokyngtone, Coexecutorem.—Datum apud Bury, die et anno supradictis.

Bratton-Clovelly [Brattone, MS.]; Master Rd. Frene, deacon, R.,—
Dispensation: non-residence for a year, to study at Oxford or elsewhere in England (3 March).

North Lew [Northlieu, MS.]; Thomas Gyby, subdeacon, R.,—
Dispensation: non-residence for a year, to study, etc.,—“ita quod, decursu anno, fidem faciat Domino infra mensem de usu Dispensacionis sue” (Chudleigh 11 March.)

Langtree [Langetreu, MS.]; Henry Graystoke, deacon, R.,—
Dimissorie,—“ad Ordinem Presbiteratus” (15 March).

[Mutatio Annī Encarnacionis Domini.]

Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo incipiente,
et Consecrationis dicti Venerabilis Patris tertiodecimo.

A.D.
1340.

Luppit [Louepitte, MS.]; Master Robert de Grymestone, deacon, R.,—

Dimissorie,—“ad Ordinem Presbiteratus” (Clyst, 5 May).

Rame; Sir John Raufe, deacon; “Rector Ecclesie Sancti Germani, de Rame,—

Dispensation: non-residence for a year, to study (Clyst, 13 June).

The procurations of the Cardinals; *Acquistancia de urreragiis procuracionum Cardinalium de anno secundo, solutis Bernardo Sistre*,—

Nos, Bernardus Sistre, Cantuarie Archidiaconus, Reverendi in Christo Patris,

- A.D. Domini Berrandi, Divina Providencia Sancte Marie in Aquiro, Diaconi, et
 1340. Raynerus Griffi, Socius de Societate Aysseolorum de Florencia, Reverendi
 Vol. II. in Christo Patris, Domini Petri, Divina Providencia Tituli Sancte Praxedis
 Presbiteri, Cardinalium, Sedis Apostolice ad Partes Francie et Anglie Nun-
 ciorum Procuratores, et nominibus Procuratoriis, recepimus a Reverendo
 in Christo Patre, Johanne, Dei gratia Exoniensi Episcopo, per manus
 Magistri Benedicti de Pastone, Clerici sui, sex libras, decem et septem
 solidos, duos denarios, et obolum, sterlingorum, per dictum Dominum
 Episcopum, virtute Commissionis per bone memorie Dominum Ricardum
 [de Bynteworthe], quondam Londoniensem Episcopum, Procuratorem dicti
 Domini Petri Cardinalis, et nos Bernardum predictum, nomine quo supra
 olim sibi facte, levatas et levatos, collectas et collectos, infra suam Civitatem
 et Diocesim, a Personis Ecclesiasticis et eorum Beneficiis, quorum
 nomina in Cedula Presentibus annexa continentur, ratione procuracionum
 dictis Dominis Cardinalibus pro secundo anno more sue Nunciacionis per
 eas debitaram. De quibus, quidem, sex libris, decem et septem solidis,
 duobus denariis, et obolo dictum Dominum Episcopum et alios quorum
 interest, tenore Presencium, nominibus quibus supra, liberamus et penitus
 aquitamus; eosque erga dictos Dominos Cardinales de predicta summa
 servare promittimus indemnes, et quitari facere de premissis. In quorum
 testimonium sigilla nostra Presentibus sunt appensa.—Data Loudoniis, die
 ultima Januarii, Anno Domini M° CCC^{mo} xxxix^o.—Tenor, vero, dicte Cedula
 talis est,—
- fol. De Johanne, Abbate, et Conventu Monasterii de Donkeswelle, xljs. ixd. ob.
 230. De Fratre Ogerio, Priore de Lodres, de arreragiis procuracionum, iijd.
 De Thoma Wiscard, Porcionario in Ecclesia de Tuvertone, iijs. ixd.
 De Johanne Tykehulle, Porcionario in eadem, iijs. ixd. quadr.
 De Ricardo [de Wodeforde], Rectore Ecclesie de Wideworthy, ijs. vjd.
 De Fratre Roberto, Priore, et Conventu Tottonie, xxiijs. vjd. quadr.
 De Edmundo [Pipard], Rectore Ecclesie de Cheorletone, ijs. iiijd.
 De Fratre Guichardo, Priore, et Conventu de Monte acuto, iijs.
 De Johanne [Luveriche], Rectore Ecclesie de Beworthi, ijs. vjd.
 De Johanne [de Skydemor], Prebendario de la Heghen [Hayes], xijd.
 De Johanne [de Malestone], Rectore Ecclesie de Porthleynthe, ijd.
 De Nicholao [Walwayn], Rectore Ecclesie de Southtautone, xiijd.
 De Priore de Fromptone, iijs. vijd.
 De Galfrido [Dauyel], Rectore Ecclesie de Nymet Regis [Kingsnympton], iijs.
 De Thoma [Flemyng], Rectore Ecclesie de Southmoltone, vijs. vd.
 De Henrico [Graystoke], Rectore Ecclesie de Langetreu, vs.
 De Priore et Conventu Sancti Johannis Wellensis. iijs.
 De Baldewino [Aillemor]. Rectore Ecclesie de Merewode, ob.
 De Willelmo [atte Wode], Rectore Ecclesie de Nanscent [St. Breoke], ijs. ijd.
 De Thoma [Daumarle], Rectore Ecclesie Sancti Martini [juxta Loo], iijs. viijd.
 De Henrico de Stouforde, Prebendario in Ecclesia Sancti Carentoci, ixd.
 De Gehello, Priore de la Ministre [Minster, Cornwall], vjd.
 De Johanne [de Shrouesbury], Rectore Ecclesie Sancti Maugani in Kerier, vs.
 De Abbatu et Conventu de Loco Regali [Rewley Abbey, near Oxford), pro
 Ecclesia Sancte Wendrone, viijs. viijd.
 De Willelmo [de Helperby], Rectore Ecclesie de Wike [Sancte Marie], ijs.
 viijd.
 De Thoma [de Knolle], Rectore Ecclesie de Poundestoke, iiijs.
 De Priore de Sancto Carroco, xijd.¹

¹ This Document, it will be observed, is dated 1 Jan., 1339-40; but it was inserted between June and August

1340, and I leave it where I find it. Probably it reached the Bishop at the later date.

- A.D. Uffculme [Ufcolme, MS.] ; Sir Richard de Carleton, priest, R,—
 1340. Licence of non-residence for a year, to study at Oxford, etc. (Clyst, 2 Aug.).
- Vol. II. Southleigh ; Master Simon de Fareweye, priest, R,—
 Licence of non-residence, “quamdiu institerit obsequiis Domini Radulphi
 [de Salopia], Dei gratia Bathoniensis et Wellensis Episcopi” (same date).
- Frithelstock Priory ; Ordinacio pro Prioratu de Frithelstock,**—
 Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Priori et Conventui Monasterii de
 Frithelstock, Ordinis Sancti Augustini, nostre Diocesis, salutem, etc.—
 Nuper, auctoritate nostra Diocesana Monasterio vestro Visitacionis Officio
 impenso, nonnulla comperimus correccione et reformacione inibi indigere.
 Unde, in relevacionem et utilitatem dicti Monasterii, statuere, ordinare,
 mandare, indicere, et injungere decrevimus infrascripta, inviolabiliter ob-
 servanda. In primis, in virtute Obedience et sub Majoris Excommuni-
 cacionis pena, injungimus et mandamus ut Divinum Officium, diurnum
 pariter et nocturnum, horis congruis, cum devocione debita cotidie pera-
 gatur. Regularis, eciam, Observancia, tam in jejuniis, vigiliis, oracionibus,
 silencio, ac labore, quam aliis que ad Religionem vestram pertinent, in
 vestro Monasterio diligenter observetur. Et, quia preceptoris negligencia
 seu absencia discipulis ad lascivandum materiam subministrat, volumus et
 mandamus quod in Vesperis, Matutinis, et Missis, in Choro, una cum Con-
 canonicis et Confratribus vestris, quociens commode poteritis, et precipue
 in omnibus Festis, interesse vos, Prior, de cetero non omittatis. Item,
 statuimus quod omni septimana, ad minus bis, cessante impedimento
 legitimo, ad Capitulum veniatis pro correccionibus faciendis. Ordinamus,
 insuper, quod cum Confratribus vestris, singulis diebus, in communi Re-
 fectorio vos reficiatis, et nullam aliam aulam nisi Refectorium, pro vobis,
 sive aliquibus hospitibus, cuiuscumque status existentibus, quovismodo
 habeatis. In Dormitorio, eciam, communis, quacumque nocte, nisi causa
 racionabilis vos impedit, inter Confrates vestros dormire curetis. Item,
 statuimus et firmiter inhibemus ut nullus Concanonicorum vestrorum
 pecuniam pro vestura vel coquina, seu eciam quinque petras casei deinceps
 recipiat; set sit inter vos una dunitaxat coquina, et quilibet remaneat con-
 tentus illo quod sibi, pro indigencia sua, de eadem ministrabitur. Vesti-
 menta, eciam, seu tegumenta, prout cuicunque opus fuerit, de communi
 distribuantur; ut, sicut de communi vivitis celario, sic similiter de com-
 muni induamini vestiario. Item, statuendo sub pena premissa inhibemus
 ne jura, redditus, possessiones, aut liberaciones alicui, ad vitam seu ad
 certum tempus, concedatis (pecunia, eciam, inde recepta), nisi necessitas
 aut utilitas Monasterii id exposcat; et tunc Licencia nostra petita, et
 obtento ad hoc expresse nostro consensu; accedente, eciam, Conventus
 vestri aut majoris partis ejusdem consilio et assensu. Item, volumus et
 ordinamus quod superexcrescentes proventus seu redditus in solucionem
 et liberacionem debitorum et onerum dicti Monasterii integraliter conver-
 tantur, donec de debitibus in quibus idem Monasterium tenetur plenarie
 fuerit satisfactum. Item, ex certis et legitimis [causis], ordinamus et vobis
 injungimus quod Supprior Monasterii vestri ad Monasterium de Hertilande,
 cum Literis nostris clausis, dicti Monasterii de Hertilande Abbatii directis,
 quas vobis cum Presentibus duximus destinandas, destinetur, moram
 ibide per aliquod certum tempus, juxta nostre discretionis arbitrium,
 facturus.—Data apud Cliste, viij^o die Augosti.—Tenor Litere clause Abbati
 de Hertilande directe talis est,—

fol.
 230b. Salutem, graciam, et benediccionem.—Comperto nuper, coram Commissariis
 nostris, Monasterium de Frithelstock, nostre Diocesis vestrique Ordinis,
 auctoritate nostra Diocesana visitantibus, quod ejusdem Monasterii Sub-
 prior in officio suo negligenter se habuit ac incontinenciam commisit, in
 anime sue periculum et Concanonicorum suorum, quorum Supprior extiterat,
 ac aliorum perniciosum exemplum; unde decrevimus dictum Suppriorem

A.D. ab officio suo et Monasterio predicto ad tempus certum fore amovendum,
 1340. eundemque ad vos, cum hiis Literis nostris clausis, pro Penitencia per-
 Vol. II. agenda in Monasterio vestro (quam eidem per vos injungimus, volumus, et
 mandamus, secundum Regulares observancias Ordinis vestri ac Canonicas
 Sancções), duximus destinandum; vobis in virtute Obedientie injungentes
 quatinus eundem sine contradiccione qualibet admittatis, ac alium Canoni-
 cum de eodem Monasterio vestro, juxta vestre discrecionis arbitrium, ad
 Officium Supprioratus in dicto Monasterio de Frithelestone, maturum,
 religiosum, et honestum, cum Literis vestris, visis Presentibus, destinare
 curetis, qui sciat et valeat idem Officium laudabiliter interim exercere.
 De die, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nos,
 infra mensem a tempore receptionis presencium Literarum, Literis vestris
 clausis reddatis cœrciores.—Data viij die Augusti.

Ipinglepen ; Institutio,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Magistro Ricardo Noreys, Rectori
 Ecclesie de Uggeburghe, Domino Thome de Crosse, et Magistro Ricardo de
 Bysshopeleghe, Rectori Ecclesie de Lawhittetone, nostre Diocesis, salutem,
 graciā, et benedictionem.—De vestre circumspēcōnis industria et consciēcie
 puritate plurimum confidentes, ad examinandum negocium Presenta-
 tōnis nobis facte per Serenissimum Principem et Dominum nostrum,
 Dominum Edwardum, Dei gracia Anglie et Francie Regem illustrem, de
 Roberto Clappysale, de Chestrefelde, clericō, ad Ecclesiam de Ipinglepenne;
 dicte nostre Diocesis, vacantem, et ad suam Donacionem ratione temporaliū
 Abbatis de Feugers¹ in manu sua, occasione guerre inter eum et
 Philippum de Valesio mote, existēcium, hac vice spectantem, ut dicit; et
 in ipso negocio, tempore messium non obstante, cum per diutinam vaca-
 cionem dicte Ecclesie posset ibidem contingere periculum animaruin,
 Canouice procedendum; necon, ad admittendum dictum Presentatum ad
 ipsam Ecclesiam, ipsumque Canonice instituendum in eadem,² si, et quatenus,
 id de jure fieri valeat; ac ulterius dictum Clericum, sic per vos
 admissum et institutum, vel Procuratorem suum ejus nomine, in corpora-
 lem possessionem ipsius Ecclesie, cum suis juribus et pertinenciis universis,
 per vos vel alium inducendum; vobis, et cuilibet vestrum, conjunctim
 et divisim, cum Canonice cohercionis potestate, committimus vices nostras.
 —Data apud Cliste, xvij die Augusti, Anno supradicto.

Bishopsnympton ; Permutacio Nymet Episcopi,—

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Magistro Johanni de Malstone, Rectori
 Ecclesie de Portlemuthe, nostre Diocesis, salutem, graciā, et benedic-
 tionem.—De vestre circumspēcōnis industria et consciēcie puritate
 plurimum confidentes, ad inspiciendum et examinandum Instrumenta super
 Appropriacione Ecclesie de Nymetone Episcopi, nostre Diocesis, Thesau-
 rario Ecclesie nostre Exoniensis, et, si per eadem appareat quod Presentacio
 ad Vicariam ipsius Ecclesie de Nymetone ad Thesaurarium dicte Ecclesie
 nostre qui pro tempore fuerit debit pertinere, ad admittendum extunc
 Willelmum de Knithestone, presbiterum, ad dictam Vicariam, ad quam
 per dilectum in Christo filium, Magistrum Ricardum de Wydeslade, dicte
 Ecclesie nostre Thesaurarium, nobis existit presentatus; habita primitus
 super vacacione ipsius Vicarie et meritis Presentati, ac aliis articulis con-
 suetis, Inquisitione diligenti; ipsumque Willelmum, dummodo Inquisicio
 pro Presentante faciat et Presentato, in eadem Vicaria Canonice institu-

¹ Fougères, in the Diocese of Rennes, in Britanny, on which this small alien Priory was dependent. The Prior was the Rector of the Parish.

² His Institution is not recorded; but

he held the Benefice till May, 1350, when he was succeeded by Roger Clappishale, de Chestrefelde, also presented by the King (vol. iii, fol. 99b).

A.D. endum,¹ et in corporalem possessionem ipsius induci faciendum; vobis
1340. vices nostras committimus, cum cohercionis Canonice potestate; proviso
Vol. II. quod in ipsa Admisione et Institucione dictus Dominus Willelmus con-
 tinue et personalis residencie, juxta formam Constitutionis Dominorum
 Otonis et Ottoboni, quondam Sedis Apostolice in Anglia Legatorum,
 in hac parte edite, in ipsa Vicaria faciente; necnon, Obedientie debite
 prestat corporaliter juramentum. Si, vero, ex hujusmodi Appropriacione
 appareat quod Collacio ipsius Vicarie ad Episcopum Exoniensem qui pro
 tempore fuerit pertinere debeat, illam nobis specialiter reservamus. Et
 quid feceritis in premissis nos, expedito negocio hujusmodi, certificare
 curetis per Literas vestras patentes, harum et tocius Processus vestri
 seriem continentibus.—Data apud Cliste, ultimo die Augusti.

West Putford [Westputteforde, MS.]; Master Paul Brey, deacon,
 R., —

Dispensation: non-residence for a year, to study at Oxford, etc. (Clyst, 8 Sept.).

Ipplepen ; *Dimissorie*,—Robert Clappyshale, de Chestrefelde,
 clerk, R., —

“Ad omnes Minores, etc., et ad omnes Sacros Ordines, a quocumque Epi-
 scopo Regni Anglie” (Clyst, 12 Sept.).

Dunchideock [Donshidioke, MS.]; Master John Thursteyn, sub-
 deacon, R., —

Dispensation: non-residence for a year, to study, “cum clausula Proviso,
 etc., et cum clausula Decurso, etc.” (Clyst, 14 Sept.).

Belstone, Richard de Esse, deacon, R., —

Dispensation: non-residence for a year, to study,—cum clausulis, *ut supra*
 (Clyst, 24 Sept.).

fol.
231. Plymtree [Plymptreu, MS.]; John de Pillaunde, accolite, R., —
Dispensation: non-residence for a year, to study at Oxford, etc.; “ita quod,
 suscepito per eum Subdiaconatus Ordine infra annum a tempore commissi
 sibi regiminis dicte Ecclesie, ad suspcionem Ordinum Superiorum, vel ad
 residendum in eadem Ecclesia, interim minime teneatur,” etc. (same date).

Alwington ; Master John de Holande, priest, R., —

Licence of non-residence for a year (Chudleigh, 2 Oct.).

Sampford-Peverell [Sanford Peverel, MS.]; Sir Nicholas de Esse,
 priest, R., —

Licence of non-residence for a year, to study (Chudleigh, 3 Oct.).

St. Breoke [Poutone, dicta de Nanscent, MS.]; Master William
 atte Wode, R., —

Licence of non-residence for a year, to study (Chudleigh, 4 Oct.).

Bosham Collegiate Church ; *Provocacio pro Capella Regis de
 Bosham*, —

Memorandum quod, quarto die mensis Octobris, Anno Domini M^o. CCC^{mo}
 quadragesimo, Indicione ix^a, Pontificatus Domini Benedicti Pape XII^{mi}
 Anno sexto, Venerabilis in Christo Pater et Dominus, Johannes, Dei gratia
 Exoniensis Episcopus, in Camera sua Manerii sui de Chuddeleghe, Exoni-

¹ In this case, also, the Institution is not recorded; but there can be no doubt that it took place, and that Knightestone held the Benefice till

the Institution, 4 March, 1348-9, of Robert Balran, who was *collated by the Bishop*, “pleno jure” (*ibid.*, fol. 73b).

A.D. 1340. ensis Diocesis, in mei Notarii, etc., personaliter constitutus, quandam Provocationem in scriptis redactam publice legit et interposuit, sub hac Vol. II. forma,—**IN DEI NOMINE, AMEN.**—Cum Ecclesia nostra Collegiata de Bosham, que Libera Capella Domini nostri Regis Anglie esse dinoscitur, cum Prebendis et Capellis ab eadem dependentibus, sit, et fuerit a tempore ejus contrarii memoria non existit, ab omni Jurisdiccione Ordinaria Episcopi Cicesterensis, et cujuscumque alterius Jurisdiccionem hujusmodi, Cicerestrensi Ecclesia vacante, in Diocesi Cicerestrensi de jure vel consuetudine excercens, et precipue quantum ad Chorum, Prebendas, personas Prebendariorum et Ministrorum ipsius Capelle, ac bona Prebendarum hujusmodi, immunis penitus et exempta; nosque Johannes, miseratione Divina Exoniensis Episcopus, simus, et toto tempore nostro, et Predecessores nostri, Exonienses Episcopi, a tempore ejus contrarii memoria non existit, fuerimus, et fuerint in possessione pacifica, vel quasi juris, Prebendas in eadem Capella conferendi, visitandi, et Canonicos instituendi, juramenta Canonice Obedientie recipiendi, stallum in Choro et locum in Capitulo assignandi, Canonicosque privandi, destituendi, et amoendi, de excessibus Canoniconum et Ministrorum ibidem inquirendi, corrigendi, et puniendi, ac Canonicos et Ministros hujusmodi pro suis culpis, contumacis, offensis, et excessibus suspendendi et excommunicandi, ac ipsam Capellam interdicendi, bonaque Prebendariorum et Ministrorum ibidem sequestrandi, ac Jurisdiccionem omnimodam Ecclesiasticam solum et insolidum in eadem Capella, personis et rebus Canoniconum et Ministrorum ejusdem notorie excercendi; adeo quod Episcopus Cicerestrensis qui pro tempore fuerit, ipsiusve Officiales, Commissarii, seu Ministri, ipsius vice, auctoritate, vel mandato, seu quivis alias Jurisdiccionem hujusmodi, Cicerestrensi Ecclesia viduata Pastore, de jure vel consuetudine excercens, quicquam excercere valeat in, et de, premissis, prout hec in Curia Regia alias legitimate terminata fuerant; sint, eciam, omnia premissa tam in Curia Romana quam in tota Provincia Cantuariensi, adeo notoria et vera quod nulla poterunt tergiversacione celari; metuentes nobis, ex quibusdam causis probabilibus et verisimilibus conjecturis, circa premissa grave posse prejudicium generari in futurum; ne quis vel qui circa premissa aliquid attemptet vel attemptent; faciat aut faciant aliqualiter attemptari, citando, monendo, visitando, inquirendo, corrigendo, puniendo, suspendingo, excommunicando, interdiceundo, sequestrando, seu quamcumque Jurisdiccionem in eadem Capella, et precipue in Choro, Prebendis, personis Prebendariorum et Ministrorum ipsius Capelle, aut bonis Prebendarum hujusmodi quomodo libet excercendo; Sacrosanctam Sedem Apostolicam provocamus, pro nobis et nobis adherentibus, et adherere volentibus, in hiis Scriptis. Protestantes nos, in eventu futuri gravaminis cujuscumque, appellare velle et Apostolos petere cum effectu; ac presentem Provocationem inmutare, corrigere, et emendare et addere, cum nobis videbitur expedire; eamque notificare omnibus quibus de jure requiritur. Acta sunt hec, etc., presentibus Johanne de Aldestowe, Johanne de Gretforde, et Bartholomeo atte Mede.

Rame [Ecclesia Sancti Germani de Rame, in Cornubia, MS.];
Master John Raufe, R.—

Dispensation: “Exhibuit Domino Literas Universitatis Oxonie, et alias sub sigillis Commissarii et Decani Oxonie testimoniales, super usu Dispensationis sue, alias sibi ab viij^o die Februarii, de studendo usque ad Festum Sancti Michaelis proximo preteritum; et alias fidem fecit legitime de eadem. Et optimis Licenciam studendi extunc per annum Oxonie, vel alibi, etc., in Regno Anglie, cum clausula Proviso, etc., ac clausula Decurso anno, etc.” (Chudleigh, 5 Oct.).

Inwardleigh; John Giffard, subdeacon, R.—

A.D. *Dispensation*: non-residence for a year, to study at Oxford, etc. (*cum clausulis*, 1340. *ut supra*,—same date).

Vol. II. Camborne [Cambron, MS.] ; Master Stephen de Penpol, deacon, R.,—

Dispensation: non-residence for a year, etc. (*ut supra*,—same date).

Luppitt [Loueputte, MS.] ; Master Robert de Grymestone, deacon, R.,—

Dispensation: (*ut supra*,—same date).

Powderham [Pouderham, MS.] ; William de Rammeslonde, priest, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study (*ut supra*,—Chudleigh, 6 Oct.).

Bampton [Bauntone, MS.] ; Richard de Sudbury, accolite, R.,—

Dispensation: non-residence for a year, to study, etc. ; “ ita quod, suscepto per eum Subdiaconatus Ordine infra annum a tempore commissi sibi regiminis dicte Ecclesie, ad susceptionem Ordinum Superiorum, etc., minime teneatur ” (*ut supra*,—Chudleigh, 7 Oct.).

fol. 231b. Littleham, R. [Littelham, MS.] ; John le Wolfe, priest, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study, etc. (*ut supra*,—Chudleigh, 10 Oct.).

Clovelly [Clovely, MS.] ; Sir Oliver de Staunton, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study, etc. (*ut supra*,—Chudleigh, 11 Oct.).

Roseash [Esse Raufe, MS.] ; Sir Oliver de Esse, priest, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study (same date).

Rackenforde [Rackerneforde, MS.] ; Master John de Coletone, subdeacon, R.,—

Dispensation: non-residence for a year, to study at Oxford, etc. (Chudleigh, 12 Oct.).

Mutatio Anni Consecrationis Domini.

Anno Domini M° CCC^{mo} quadragesimo, et Consecrationis dicti Patris quartodecimo incipiente.

St. Ewe ; Sir Thomas Bray, priest, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study, etc. (Chudleigh, 24 Oct.).

Ipplepen [Ippepenne, MS.] ; Robert Clappysale, de Chestrefelde, R.,—

Licence of non-residence for a year, “ causa insistendi obsequiis Domini nostri Regis ” (Chudleigh, 2 Nov.).

St. Just-in-Penwith ; Master Walter de Botriaux, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study (Chudleigh, 20 Nov.).

fol. 232. Highhampton [Heghehauntone, MS.] ; Sir Henry Cole, deacon, R.,—

Dispensation: non-residence for a year, to study, etc. (Chudleigh, 23 Nov.).

fol. 231b. Wear-Gifford [Weregiffard, MS.] ; Sir John de Wynscote, R.,—

Licence of non-residence for a year (29 Nov.).

A.D. St. Just-in-Penwith [the above Entry repeated, with this addition
 1340. Vol. II. "Oxonie, vel alibi, etc., in Regno Anglie"; and dated
 at Chudleigh, 30 Nov.].

[fol. 232 l. Exeter Cathedral; *Commissio ad visitandum Peculiarem Jurisdictionem Decani et Capituli Ecclesie Exoniensis, infra limites Archidiaconatus Exoniensis constitutam*,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Domino Ricardo de Brayleghe, Decano, et Magistro J. de Nassingtone, Archidiacono Barnastapolie, in Ecclesia nostra Exoniensi Canonicis, salutem, etc.—Cum Ecclesiis, Clerum, et populum Archidiaconatus Exoniensis jam decreverimus, prout nostro incumbit Officio, visitare, ad visitandum Ecclesias Sancte Sativole [*St. Sidwell's, Exeter*], de Cliste Hyonet, Stoke [*Stoke-Canon*], Brankescombe, fol. 232 Colitone, Sidebury, Saltecombe, Toppesham, Ide, Doulisse, Littelham, Colebroke, et Capellam de Nortone,¹ Clerumque et populum eaurundem; vobis, secundum tenorem Compositionis de consensu et consilio dilectorum filiorum, Decani et Capituli nostre Exoniensis Ecclesie prelibate dictas Ecclesias sibi appropriatas esse asserencium, super hoc, ut dicitur, edite, cum cohercione Canonica, committimus vices nostras; inquirendi, corrigendi, et puniendi excessus et crimina, Causasque et negotia ibidem ad Forum Ecclesiasticum spectancia, eciam, audiendi et decidendi, dantes vobis, nichilominus, cum cohercione predicta potestatem. Ideoque vobis, in virtute Obedientie et sub Divini Judicij interminacione, injungimus et mandamus quatinus, remotis amore, odio, et timore, adeo fideliter et prudenter Visitacionem hujusmodi exequi studeatis, ut proinde vite eterne premium adquiratis. Processum, autem, Visitacionum, correcccionum, et aliorum actorum judicialium ad Visitacionis hujusmodi effectum pertinencium, nobis, infra tempus debitum, sub sigillis vestris, distincte et aperte transmittatis.—Data apud Chuddeleghe, secundo die Decembri, Anno supradicto.

Archdeaconry of Exeter; *Commissio ad visitandum Ecclesias, Clerum, et populum Archidiaconatus Exoniensis*,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Magistris Willelmo de Crauthorne, Officiali nostro, et Willelmo de Nassingtone, Ecclesie nostre Exoniensis Canonicis, ac Benedicto de Pastone, Porcionario in Ecclesia Sancti Probi, Clerico nostro familiari, salutem, graciā, et benedictionem.—Quia, variis et arduis ad presens prepediti negotiis, ad visitandum Ecclesias, Clerum, et populum infra limites Archidiaconatus Exoniensis, tam, videlicet, nostre Peculiaris quam eciam Archidiaconalis Jurisdiccionis, juxta effectum Decreti et Mandati nostri super hoc dilecto filio, Archidiacono Oxonie, vel ejus Officiali, nuper directi, intendere personaliter non valemus; vobis, et duobus vestrum, de quorum fidelite et industria circumspecta plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad Visitacionis hujusmodi Officium exequendum, et inquirendum, corrigendum, ac puniendum nostrorum excessus et crimina quorumcumque subditorum, in ipsa Visitacione seu alias Canonice vobis detegenda seu comprienda; necnon, cetera omnia ejusdem Visitacionis Officium contingencia excercendum et expediendum; vices nostras committimus, cum cohercione Canonice potestate; decisionem et pronunciaciōnē finalem in negotiis arduis in dicta Visitacione emergentibus nobis specialiter reservantes.—Data in Manerio nostro de Chuddeleghe, tercio die Decembri, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo, et Consecrationis nostre quartodecimo.

The procurations of the Cardinals; *De procuracionibus Cardinalium*,—

(i) Edwardus, Dei gratia Rex Anglie et Francie et Dominus Hibernie,

¹ In the Parish of Newton-St. Cyres.

A.D. Venerabili in Christo Patri, Johanni, eadem gracia Exoniensi Episcopo,
 1340. salutem.—Noveritis quod, cum in magna et urgenti necessitate nostra, pro
 Vol. II. expeditione quorundam arduorum negotiorum nostrorum, que tuicionem
 tam Anglicane Ecclesie quam Regni nostri Anglie contra hostiles alienigenarum
 incursus concernere dinoscuntur, quedam pecunie summa de
 procuracionibus Venerabilium Patrum, Petri, Tituli Sancte Praxedis,
 Presbiteri, et Bertrandi, Sancte Marie in Aquiro, Diaconi, Cardinalium,
 nuper ad Partes ejusdem Regni nostri Anglie per Dominum Summum
 Pontificem, ad pacem inter nos et illos de Francia super guerris et discordiis
 hinc inde subortis pro viribus reformatis transmissorum, de instanti
 solucione procuracionum predictarum a Collectoribus earundem in Diocesi
 vestra, ad opus nostrum, ex mutuo sit recepta; nos, prefatis Cardinalibus
 de summa ad opus nostrum sic recepta celarem et competentemolucionem
 fieri cupientes, volumus et concedimus, ac vobis datus tenore Presencium
 in mandatis, quod tantam pecunie summam de denariis de Decima bien-
 nali, nobis per Clerum Cantuariensis Province nuper concessa, per Collec-
 tores ejusdem in dicta vestra Diocesi, quantum de dictis procuracionibus
 ex causa predicta recepimus, retineri et salvo custodiri, ad opus ipsorum
 Cardinalium, faciatis; ita quod denarii illi dictis Cardinalibus, cum eos
 habere voluerint, prouicibus persolvantur. In ejus rei testimonium has
 Literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Shotteley, xvij
 die Junii, Anno Regni nostri Anglie xiiij; Regni, vero, nostri Francie
 primo.

(ii) Johannes [de Stratforde], permissione Divina Cantuariensis Archiepiscopus, Tocius Anglie Primas et Apostolice Sedis Legatus, Venerabili Fratri nostro, Domino Johanni, Dei gratia Exoniensi Episcopo, salutem et fraternalm in Domino caritatem.—Certas pecuniarum summas de procuracionibus Reverendorum Patrum, Dominorum Petri . . . et Bertrandi (*ut supra*), Sancte Romane Ecclesie Cardinalium, nuper Sedis Apostolice in Anglia Nunciorum, pro tertio anno more sue in Regno Anglie collectas Dominus noster, Rex Anglie illustris, ex quibusdam causis in usus suos convertendas recepit, certo die, quatenus de hujusmodi procuracionibus ad ipsum pervenerat, persolvendas, per manus singulorum Episcoporum nostre Cantuariensis Provincie, seu subcollectorum suorum, de quota Decime concesse dicto Domino Regi soluturus, in Festo Purificacionis Beate Marie proximo nunc futuro [2 Feb.]; prout in Literis Regiis, vobis et ceteris Suffraganeis nostris super hoc directis, et aliis inde confectis, plenus continetur. Vestram, igitur, Fraternitatem in Domino exhortamur quatinus sagaci industria caucius exploretis quantum de procuracionibus hujusmodi per subcollectores earum, in dicta vestra Diocesi deputatos, collectum et liberatum fuerat dicto Regi, quantumque de ipsis procuracionibus in manibus remanserit eorundem dicto Domino Regi nullatenus liberatum; quos, juxta formam et tenorem Literarum ac Processuum dictorum Dominorum Cardinalium, ad colligendum et levandum procuraciones suas hujusmodi, pro anno tercio more sue predicte, in dicta vestra Diocesi, vobis alias directorum, Canonice compellatis quod quicquid de dictis procuracionibus in suis habent manibus dicto Domino nostro Regi hactenus non solutum, et si quid de dictis procuracionibus restat solvendum, citra Festum Purificacionis Beate Marie, levari faciant indilite, illudque Procuratoribus et Nunciis Dominorum Cardinalium predictorum, citra idem Festum, Londoniis, in Prioratu Sancte Trinitatis Londoniarum, integre persolvere non omittant; necnon, tantam pecunie quantitatatem quantam de procuracionibus hujusmodi vestre Diocesis subcollectores eidem Domino nostro Regi, ut premittitur, liberarunt de quota Decime Cleri dicte vestre Diocesis prefato Domino Regi, ad dictum Festum Purificacionis Beate Virginis, exsolvenda, dictis Procuratoribus aut Nunciis, Londoniis, in Prioratu predicto, infra mensem post idem Festum Purificationis, plenarie persolvatis, aut solvi per alios faciatis; ipsisque de nominibus non solvencium pro-

A.D. curaciones hujusmodi dicto termino constari debite faciatis, et de vestris
1340. Processibus quos fecistis juxta Mandata Cardinalium predictorum, vobis

Vol. II. pro procuracionibus anni predicti transmissa, hujusmodi Procuratoribus
intimetis vestris Literis, habentibus hunc tenorem, prout penas et censuras
Processuum dictorum Dominorum Cardinalium volueritis evitare. Et
quid facere duxeritis in premissis, citra Festum Purificacionis predictum
nobis, cum harum serie, rescribatis.—Datum apud Cherynge, iij Kalendas
Decembris [29 Nov.], Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo, et
nostre Translacionis vij^o.

(iii) Reverendo in Christo Patri, Domino Dei gracia Exoniensi Episcopo,
Collectori procuracionum Reverendis in Christo Patribus, Dominis Petro
. . . et Bertrando (*ut supra*), pro tertio anno more Nunciacionis eorum
predicte in vestris Civitate et Diocesi debitaram, Bernardus Sistre, Can-
tuarie Archidiaconus, ad infrascripta ab eisdem Dominis Cardinalibus
Commissarius deputatus, vitam prosperam in Domino Jhesu Christo.—
Literas patentes dictorum Dominorum Cardinalium, sigillis eorum inpen-
denti sigillatas, nos recepisse noveritis, sub hiis verbis,—Miseracione Divina
Petrus . . . et Bertrandus (*ut supra*) Venerabili in Christo Patri, Domino
Dei gracia Archiepiscopo, et honorabili viro, Magistro Bernardo Sistre,
Archidiacono Cantuarie, salutem in Domino.—De sinceritate vestra
plena in Domino fiduciam optinentes, aggravandi, et aggravari faciendi,
Sentencias in quibuscumque Processibus nostris super procuracionibus
nobis in Regno Anglie debitatis promulgatas, ac Censuram Ecclesiasticam
contra omnes et singulos qui Sentencias ipsas, vel earum aliquam, quomo-
dolibet incurrerunt, vel in futurum incident, ipsosque omnes et singulos
denunciandi, per vos vel alium seu alias, dictas incurrisse Sentencias;
necnon, et ab illis absolvendi juxta formam Ecclesie, simpliciter et ad
cautelam, et Sentencias hujusmodi relaxandi postquam vobis constiterit
ipso Procuratoribus nostris, seu substitutis ipsorum, debitam satisfac-
cionem fecisse; vobis, et unicuique vestrum, tenore Presencium committimus
potestatem; Processibus nostris predictis et omnibus contentis in eis,
nichilominus, in suo robore permansuris. In quorum omnium testi-
monium presentes Literas fieri fecimus et sigillorum nostrorum appensione
muniri.—Data Tornaci, die tercia Februarii, Anno Nativitatis Domini
Millesimo CCC^{mo} quadragesimo, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris
et Domini nostri, Domini Benedicti, Divina Providencia Pape XII^{mi}, Anno
sesto.—Eapropter vos a quibuscumque molestiis, dampnis, et injuriis
cupientes, quantum cum Deo possumus, preservare, Paternitatem vestram
attentis affectibus deprecamur, et, nichilominus, pro saniori consilio, vobis
amicabiliter suademos, quatinus omnes et singulas pecuniarum summas,
per vos, alium, seu alias, in vestris Civitate et Diocesi, de dictis procura-
tionibus habitas seu habendas, penes vos seu vestros Commissarios exis-
tentes, hinc ad instans Festum Purificacionis Beate Virgiis, Procuratori-
bus dictorum Cardinalium, in Civitate Londoniarum, faciatis realiter
assignari. Si, vero, de dictis procuracionibus aliisque pecuniarum summe
Domini nostri Regis usibus per vos seu vestros Commissarios, seu alias
quovismodo, fuerint applicate, pecuniarum summas hujusmodi de biennali
Decima per Clerum Anglie prefato Domino Regi concessa novissime, juxta
tenorem Brevis Regii vobis per latorem Presencium exhibendi, integraliter
retinentes, prefatis Procuratoribus, infra mensem post instans Festum
Purificacionis predictum, curetis Londoniis plenarie satisfacere de summis
supradictis; alias cessare non poterimus quin ad publicacionem Sentencia-
rum contra inobedientes in dictorum Dominorum Cardinalium Literis prola-
tarum vobis in hac parte directis, mediante justicia, procedemus; quod
nobis multipliciter displiceret. Certificantes nos infra Quindenam Festi
Purificacionis predicti quid feceritis in premissis.—Data Londoniis, cum
appensione sigilli nostri, die decima octava Decembris, Anno Domini
M^o. CCC^{mo} xl^o.

fol.
233.

- A.D. Bicton [Bukyngtone, MS.]; Richard de Wydeslade, clerk, R.—
 1340. 1. *Dispensation*: nou-residence for a year, to study at Oxford, etc.; “ita, tamen,
 Vol. quod, infra annum a tempore commissi sibi regiminis dicte Ecclesie sue, se
 II. faciat ad Ordinem Subdiaconatus promoveri” (*cum clausulis, ut supra*).—
 [fol. Letters Dimissory were granted to him on the same day (Chudleigh, 4 Jan.).
 232.] 233.] Concerning divers Sentences of Excommunication; *Mandatum*
 fol. 233. *Archiepiscopi pro diversis Excommunicacionis Sentencias pro-*
nunciandi,—

Venerabili in Christo Patri, Domino Johanni, Dei gracia Exoniensi Episcopo, Radulphus [de Stratforde], Ejusdem permissione Londoniensis Episcopus, salute et sincere dilectionis continuum incrementum.—Literas Venerabilis Patris et Domini, Domini Johannis [de Stratforde], Dei gracia Cantuariensis Archiepiscopi, Tocius Anglie Primatis et Apostolice Sedis Legati, receperimus, sub continencia infrascripta,—Johannes, permissione Divina, etc., Venerabili Fratri nostro, Domino Radulpho, Dei gracia Londoniensi Episcopo, salutem et fraternalm in Domino caritatem.—Sacrosancta Ecclesia, que libera debet esse, variis exaccionibus indebet et auguriis infestis opprimitur hiis diebus; cuius bona, ad que laica manus non deberet extendi, pro libito diripiuntur in predam, Clerusque nostre Cantuariensis Provincie vexatur injuste, ac probroso contemptu nequiter conculcatur; justicia, quam principaliter elucere deceret, et que Regibus dat regnare ac populo quietem preparat oportunam, debito cultu non colitur, set ad injurias et oppressiones iniquas multorum frenum laxatur impune. Nos, oppressorum gemitibus paterno compacientes affectu, ac considerantes attente quod ad apicem dignitatis nos ideo Divina clemencia sublimavit, non ut dies nostros in quiete et deliciarum affluencia duceremus, set ut ex injuncto nobis administracionis Officio, nostrorum Predecessorum exemplis salubriter instructi, pro Domo Domini ascendentibus ex adverso nos murum inexpugnabilem preberemus, ut errantes ad viam veritatis, inspirante Domino, reducamus, quasdam Excommunicacionis Sentencias, a Sanctis Patribus et Predecessoribus nostris in subscriptis Casibus adversus delinquentes hactenus promulgatas, per denunciaciones publicas in Locis eminentibus faciendas, per vos et ceteros Confratres ac Suffraganeos nostros palam duximus omnibus intimare, ne ignorancie affectate nebulo se valeant qui nequam sunt aliqualiter excusare, pretextu veritatis vecorditer occultate, et ut decet minime publicate, set ut sibi melius singuli caveant pro futuro. Nostre, tamen, intencionis non existit Dominum nostrum Regem Anglie illustrem, Dominam Reginam, aut liberos eorundem dictis Sentenciis, vel aliqua earum, involvi, seu sub denunciacione hujusmodi comprehendendi, quatenus de jure excusari poterunt in hac parte. Articulos, vero, Excommunicacionum hujusmodi antiquitus prolatarum, ac in nostra Cantuariensi Ecclesia publicatarum per nos lingua vulgari, palam, solempniter, et expresse, Presentibus duximus inserendas; mandantes quatinus dictos Excommunicacionum Articulos, sub vestro nomine concipientos, in vestra Londonensi Ecclesia, Diebus Solempnibus et Festivis proximis post receptionum Presencium, intra Missarum Solempnia publicetis, seu faciatis per alios publicari; ac ceteris nostris Suffraganeis, necnon Officiali nostro Lincolnensi, Sede Episcopali ibidem vacante, auctoritate nostra districcius injungatis ut Articulos eosdem, sub suis concipientos nominibus, in Ecclesiis suis Cathedralibus Locisque aliis insignibus nostre Provincie antedictae sibi subditis, Diebus Solempnibus et Festivis proximis post vestrarum receptionem Literarum, cum major in illis affuerit populi multitudo, ubi expedire viderint, quatenus attinet ad eosdem, modo consimili publicent, seu faciant per alios publicari. De die, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nos, citra Festum Sancti Gregorii proximo futurum [12 March], cum harum serie, modo debito certificare curetis, ac hujusmodi Confratribus et Officiali Lincolnensi, ut ipsi singuli siungillatum

A.D. nos, citra dictum Festum, de facto suo in ea parte certificant per suas
 1340-1. patentes Literas, hunc tenorem habentes, similiter injungatis.—Datum
 Vol. II. Cantuarie, ij Kalendas Januarii [31 Dec.], Anno Domini M°. CCC° xl, et
 fol. nostre Translacionis vij°.

233b. *Tenor, vero, hujusmodi Articulorum talis est,—*

IN DEI NOMINE, AMEN.—Nos, Johannes, permissione Divina Cantuariensis

1. Archiepiscopus, etc , omnes et singulos qui Ecclesias suo jure privare, vel per maliciam infringere seu turbare presumunt libertates et liberas consuetudines earundem, et illos precipue qui antiquas libertates aut consuetudines nostre Cantuariensis Ecclesie violaverint seu in aliquo diminuerint, vel contra Privilegia eidem indulta scienter venerint, aut contra ea fecerint ;
2. necnon, et illos qui pacem et tranquillitatem Regis aut Regni Anglie nequiter et injuriose perturbare presumunt, seu ad hec dederint consilium, auxilium, vel favorem, Majoris Excommunicacionis Sentencia, sicut sunt a Sanctis Patribus, innodatos et excommunicatos fuisse, et esse, denunciamus, et a Liminibus Sancte Matris Ecclesie sequestramus, auctoritate Dei Patris Omnipotentis, Beatissime Marie Virginis, Matris Sue (*sic*), Beati Thome, Martiris Gloriosi, Omniumque Sanctorum, publice et solemniter, in hiis Scriptis.
3. Item, cum in magna Carta Henrici quondam Regis Anglie sit concessum, ac eciam ordinatum, quod nullus liber homo Regni Anglie capiatur vel inprisonetur, aut disseisiatur de libero tenemento suo vel libertatibus aut liberis consuetudinibus suis, seu utlagetur vel exulet, aut aliquo modo alio destruatur ; quodque super liberum hominem hujusmodi Rex non ibit nec mittet, nisi per legale Judicium parium suorum vel per Legem Terre Anglie ; et quod Rex nulli negabit, nulli vendet aut differet, rectum vel justiciam ; quodque Civitas Londoniarum habeat omnes antiquas libertates et liberas consuetudines suas ; alieque nonnullae libertates et libere consuetudines in dicta Carta Regno Anglie, ad Dei laudem et gloriam, Ecclesie Catholice pacem, et Regni quietem, provide sunt concesse ; et ab Archiepiscopis et Episcopis dicti Regni excommunicati, anathematizati, et a Liminibus Sancte Matris Ecclesie fuerint sequestrati, qui post concessionem dictae Carte libertates et liberas consuetudines, in ipsa et in Carta de Foresta contentas et concessas, quacumque arte vel ingenio violaverint, infregerint, diminuerint, seu immutaverint, clau vel palam, facto, verbo, vel consilio, contra illas vel earum aliquam in quocumque Articulo temere veniendo ; quam plures, nichilominus, premissorum non ignari, contra dictas Cartas, libertates, et liberas consuetudines, contentas in Cartis hujusmodi, et concessas Ecclesie Anglicane Archiepiscopis, Episcopis, et ceteris Anglie Prelatis, Comitibus, Baronibus, Militibus, et libere tenentibus, venire temere jam conantur et eas infringere plurimum sunt moliti ; nos, ipsorum ausus nephandos reprimere cupientes, ac velatam ignoranciam et captatam fugare, ad omnium noticiam deducentes premissa, monemus in genere omnes et singulos qui contra premissa in aliquo fecerint quovismodo, aut contra dictas Cartas, aut earum alteram, Statuta ediderint, vel edita servaverint, consuetudines introduxerint, vel servaverint introductas ; scriptores, eciam, Statutorum, necnon consiliarios et executores, et qui secundum ea presumpserint judicare ; quod debite se corrigant et Ordinariorum arbitrio plene satisfaciant de commissis, infra quindecim dies a tempore Monitionis nostre continue numerandos ; quos non parentes extunc, nostrorum Predecessorum vestigiis inherentes, in dictam Excommunicacionis Majoris Sentenciam, per Innocencium Papam IIII ex certa sciencia confirmatam, denunciamus publice et solemniter incidisse.
6. Item, omnes et singulos qui de domibus, grangiis, maneriis, aut locis aliis, ad Archiepiscopos, Episcopos, vel alias Personas Ecclesiasticas, seu ad quascumque Ecclesias nostre Cantuariensis Provincie, pertinentibus, quicquam, preter voluntatem dominorum, vel eorum qui sunt hujusmodi rerum

- A.D. 1340-1. custodiis deputati, abstrahere, capere, consumere, vel contrectare pre-
sumpserint, abstrahi, capi, vel consumi seu contrectari fecerint, vel hujus-
Vol. II. modi abstraccionem, capcionem, consumpcionem, aut contrectacionem, suo
nomine vel a familiaribus suis factam, ratam habuerint, Ecclesiastice libertatis et immunitatis violatores existere, et Sentenciam Excommunicacionis Majoris, contra violatores libertatum Ecclesie in Concilio Oxonie lataun, ipso facto incurrere denunciamus publice et solemniter in hiis Scriptis.
7. Item, quia temporis malicia clericis laicos tradit infestos, adeo quod ipsos capiunt et detinent invitatos, aut quo voluerint abre libere non permittunt; nos, omnes et singulos clericos et laicos, nostre Provincie subditos, qui clericos, scientes esse clericos, et publice ac notorie pro clericis habitos et reputatos et eciam se gerentes, de crimine non confessos, non convictos, nec eciam judicatos, in custodia vel carcere ponunt et detinent, ausu sacrilego, invitatos, temerarie, in casu a jure vel de consuetudine Regni Anglie non permisso, in Cleri obprobrium et injuriam manifestam, Majoris Excommunicacionis Sentencia, a Canone lata in hac parte, denunciamus publice et solemniter involutos.
8. Item, cum omnes et singuli qui in nostra Provincia Cantuariensi alicui vel aliquibus crimen falso, ex odii fomite, maliciose imponunt, cum super criminis sic imposito apud bonos et graves, ubi prius non fuerant infamati, cuius impositio occasione quovismodo graventur, Majoris Excommunicacionis Sentencia, in Concilio Oxonie contra diffamatores hujusmodi a Sanctis Patribus rite lata, sint et fuerint innodati; ac delin-
fol. 234. quentes scienter in Archiepiscopos aut Episcopos, Patres Spirituales, Christi Legatos, Ecclesie Columpnas, ex dignitate offensorum culpam graviorem committant, adeo quod in ipsis acerbioris debet indignacionis, si poterit, aculeus me: ito deseuvre; auctoritate qua fungimur omnes et singulos qui, in nostra Provincia Cantuariensi, Archiepiscopo vel Episcopo, seu alii cuicumque, crimen prodicionis, seu aliud quodcumque, falso, nequiter, et maliciose, hactenus imponere temere ac publice presumpserint, vel in futurum imponent, contra Constitutionem predictam, dicta Majoris Excommunicacionis Sentencia, in prefato Concilio provide lata, denunciamus publice innodatos, et a Sancte Matris Ecclesie Limibnibus sequestratos.— Nos, vero, Mandatum nostrum prescriptum, et omnia contenta in eo, tam per vos quam per ceteros Suffraganeos nostros et Officialem nostrum Lincolnensem, in vestra Londoniensi Ecclesia et suis Ecclesiis Cathedralibus, quatenus ad vos et eos attinet, distincte et aperte Lingua materna mandamus, in virtute Sancte Obedience, solemniter publicari. Datum die, loco, et anno predictis.—Quarum Literarum auctoritate vobis districius injungimus et mandamus quatinus dictos Excommunicacionis Articulos, sub vestro nomine concipiendos, juxta vim, formam, et effectum Literarum predictarum, in vestra Cathedrali Ecclesia aliisque Locis insignibus vobis subditis, Diebus Solempnibus et Festivis proximis post receptionem Presencium, cum major in illis affuerit populi multitudo, ubi vestre discretioni videbitur expedire, quatenus ad vos attinet, infra Missarum Solempnia publicetis, seu faciatis per alios publicari; ac Mandatum prescriptum dicti Venerabilis Patris et omnia contenta in eo, juxta ipsius Mandati exigenciam et tenorem, in vestra Ecclesia Cathedrali, quatenus ad vos attinet, distincte et aperte Lingua materna solemniter publicetis. De die, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis, predictum Dominum Archiepiscopum, citra Festum Sancti Gregorii proximo futurum, dilucide certificare curetis Literis vestris patentibus, continentibus hunc tenorem.—Datum apud Orsete, die quarto Januarii, Anno Domini supradicto, et Consecrationis nostre primo.

The above is followed by a Document entitled "Pronunciatio Excommunicacionis Sentenciarum," directed by the Bishop of Exeter to Dean Bray.

A.D. leghe. It recites the several Articles in order, and substantially in the
 1340-1. same words, *mutatis mutandis*; and the Dean is ordered to make the
 Vol. II. required publick Proclamation,—“in Ecclesia nostra Cathedrali predicta,
 in instanti Festo Purificacionis Beate Virginis [2 Feb.] et Dominica in
 fol. Septuagesima [4 Feb.], singulisque Diebus Dominicis sequentibus usque
 234b. ad Festum Pasche inclusive [8 April], distinet et aperte, in Lingua Latina
 primo et postea in vulgari, vice nostra publicetis, seu faciatis solemniter
 publicari. Et quid feceritis in premissis nos, circa Primam Dominicam
 Quadragesime [25 Feb.], certificare plenius studeatis.—Datum in Manerio
 nostro de Chuddeleghe, xxv die Januarii.

—Consimile Mandatum emanavit Archidiacono Barnastapolie, ad publicandum in singulis Ecclesiis Conventualibus, Collegiatis, et Parochialibus infra limites Archidiaconatus sui inclusis, necnon ad injungendum ceteris suis in Ecclesia Exoniensi Coarchidiaconis, seu eorum Officialibus; necnon, Presidenti Jurisdictioni Archidiaconatus Tottoniensis, propter negligenciam eorum, vel illius qui eandem Jurisdictionem sibi asseruit competere, quatinus illi premissa omnia et singula, quatenus Ecclesias et Loca infra Jurisdictionem eorum inclusa concernunt, modo debito exequantur et consimiliter publicent per omnia, sicut de Ecclesiis et Locis.

fol. Testamentary; *Probacio Testamenti Domini Willelmi de Botriaux, Militis,*—
 235.

Anno ab Incarnatione Domini M°. CCCmo xl^{mo}, Indicione ix^a, Pontificatus Domini Benedicti Pape XII Anno septimo, die xvij Januarii, exhibito Testamento Domini Willelmi de Botriaux, Militis, in Cornubia defuncti, per Dominum Willelmum de Botriaux, Militem, nepotem ejusdem defuncti, dum viveret, coram Domino, in Manerio suo de Chuddeleghe; et receptis probacionibus super illo; Dominus pronunciavit pro Testamento et habuit pro probato. Et recepit juramentum a dicto Domino Willelmo, Executore ejusdem defuncti, de fideliter exequendo Ultimam Voluntatem Testatoris. Et commisit sibi Administracionem bonorum ejusdem. Presentibus Domino Henrico de la Pomeray, juniore, Milite, Domino Ricardo de Gomersale, Petro de Clifforde, Nicholao Kirkham, et aliis.

[fol. *In Magno Rotulo de Anno XV^o Regis Edwardi Tercii, in*
 27.] *Devonia,*—

Episcopus Exoniensis reddidit compotum de xlviijl. iijs. xd., de primo anno Decime biennalis, Regi a Clero concesse anno xij^o, pro bonis suis Temporalibus in Diocesi Exoniensi.

Et xxs. de primo anno ejusdem Decime pro Temporalibus in Archidiaconatu Wyntoniensi. Et xs. jd. quadr. de eadem Decima, pro Temporalibus suis in Archidiaconatu Surriensi.

Et ij marc. de eadem Decima, de eodem anno, pro Temporalibus suis in Diocesi Cicestrensi.

—Summa xlixli. vijd. quadr.

—In Thesauro xlixli. vijd. ob., per Johannem Episcopum Exoniensem. Et habuit de superplusagio quadrantem.

[fol. The procurations of the Cardinals; *Acquietancia de procura-*
 237.] *cionibus Cardinalium, anno tertio,*—

Pateat universis per Presentes quod ego, Michael Petri de Cuellar, Canonicus Segobiensis, Procurator Reverendi in Christo Patris et Domini, Domini Petri, miseratione Divina olim Tituli Sancte Praxedis Presbiteri Cardinalis, et Apostolice Sedis Nuncii; nunc, vero, Episcopi Sabinensis; habens potestatem ab eodem Domino Cardinali ad recipiendum pecuniam sibi debitam in Regno Anglie ratione procuracionum suarum pro anno tertio jam transacto, et de receptis quitandum, confiteor et recognosco me habuisse et numerando nomine dicti Domini Cardinalis integre recepisse, die date Presentium, a Reverendo in Christo Patre, Domino Johanne, Dei gratia Exoniensi

A.D. 1340-1. Episcopo, per manus Johannis de Dephamme et Guillielmi de Braybroke,
 Vol. II. curacionum pro dicto tertio anno debita eidem Domino Cardinali, in
 Civitate et Diocesi Exouie, tam per ipsum Dominum Episcopum ratione
 dicti sui Episcopatus, quam Clerum Episcopatus ejusdem, recepta et habita
 per Collectores per eum deputatos, sexaginta et duas libras et quindecim
 denarios sterlingorum; videlicet, pro porcione contingente dictum Dominum
 Episcopum occasione Spiritualium et Temporalium suorum in dictis Civi-
 tate et Diocesi, quinque libras, quindecim solidos, et sex denarios; residuum,
 vero, pro Beneficiis et bonis Ecclesiasticis, tam Spiritualibus quam Tem-
 poralibus Civitatis et Diocesis earundem. De quibus, quidem, sexaginta
 duabus libris et quindecim denariis sterlingorum supradictis, sic michi
 ob dictam causam solutis, eundem Dominum Episcopum et Collectores per
 eum deputatos nomine predicto absolvo et quieto, ac perpetuo duco liberan-
 dos. In cuius rei testimonium presentes Literas fieri et sigilli nostri
 appensione muniri feci. Et, quia sigillum meum pluribus est incognitum,
 sigillum honorabilis viri, Domini Magistri Bernardi Sistre, Archidiaconi
 Cantuariensis et Domini nostri Pape Nuncii, Presentibus apponi pro-
 curavi.—Data Londonis, die xxvj Januarii, Anno a Nativitate Domini
 Millesimo CCC^{mo} quadragesimo primo. Et nos, dictus Bernardus, Nuncius
 predictus, ad requisitionem predicti Procuratoris, sigillum predictum nostri
 Officii fecimus hic appendi.

[The above is followed by a second acquittance, in identical terms, *mutatis mutandis*, made in the name of Bertrand, Cardinal-Deacon of St. Mary in Aquiro, by his Proctors, "Petrus Bini et Nicholaus Marini, Socii de Societate Bardorum de Florencia," and dated London, 28 January].

fol. 235b. The Tenth, etc., granted to the King; *Litere Domini Archie-
 piscopi*,—

(i) Johannes [de Stratforde], permissione Divina Cantuariensis Archiepi-
 scopus, etc., Venerabili Fratri nostro, Johanni, Dei gracia Exoniensi
 Episcopo, salutem et fraternam in Domino caritatem.—Cum animosa
 guerrarum pericula et injuriosa dampnorum discrimina Domino Edwardo,
 Dei gracia Regi nostro illustri, in variis mundi partibus, et potissime per
 Phillipum de Valesio, se Regem Francie pretendentem, et per Scotos, dicti
 Domini nostri Regis inimicos notorios et rebelles, indebita mota fuerint et
 illata; adeo quod, ob violentas et varias invasiones eorum ac injurias
 manifestas, oportuit eum, pro defensione Regni et Ecclesie Anglicane,
 recuperacioneque suorum juriū detentorum injuste, usque ad exinan-
 cionem quasi totaliter exponere patrimonii sui vires; unde nos, vosque, et
 ceteri Prelati, necnon Viri Religiosi ac Clerus nostre Cantuariensis Pro-
 vincie, hujusmodi inevitabili necessitate attenta, unam Decimam bonorum
 Ecclesiasticorum, secundum Taxacionem currentem, certis solvendam ter-
 minuis, quorum ultimus est in Festo Nativitatis Beati Johannis Baptiste
 proximo nunc futurum [24 June], una cum Decimis aliis prius per nos, vos,
 Prelatos, Religiosos, et Clerum predictos, eidem Domino nostro Regi con-
 cessis, eisdem eciam terminis exsolvendis, benivole duximus concedendam;
 hiis modis et condicionibus manifeste adjectis,—quod Prelati, Religiosi, et
 Clerus predicti, Decimam solventes predictam, ad nullius alterius porcionis
 dicto Domino nostro Regi concesse per alios, vel eciam concedende, illa vice
 contribucionem faciendam aliqualiter tenerentur; quodque idem Dominus
 noster Rex certas libertates Clero et Ecclesie concederet Anglicane, et
 Cartam suam super hiis faceret consignari, quam penes vos habetis, ut
 credimus, consignatam. Postmodum, vero, nos, et nonnulli Ecclesiarum
 Prelati, in Parlamento apud Westmonasterium, Quadragesima proximo
 preterita, una cum Comitibus, Baronibus, aliisque Regni Proceribus, et cum
 Communitate Regni Anglie congregati, ad ipsum venire artati, necessi-
 tatem predictam perpensius intuentes, nonam garbam, nonum agnam, et

A.D. nonum vellus, per biennium tunc proximo secuturum, sicut ipsi Comites,
 1340-1. Barones, Proceres, et Communitas supradicta concesserunt dicto Domino
 Vol. II. nostro Regi, sub certis modis et condicionibus, eidem liberaliter duximus
 concedendum. Ita, videlicet, quod nulli Prelati seu Religiosi, vel eciā
 aliquis de Clero predicto, ad hujusmodi porcionis none contribucionem
 aliquatenus tenerentur, nisi tantum illi qui per Baroniam tenerent et ad
 Regis Parliamentum tenerentur venire; quodque a l solucionem Decime
 sic concesse ipsi Prelati, Religiosi, seu alii de Clero, nonam porcionem pre-
 dictam solventes, non essent astricti; pro qua, eciā, concessione none
 porcionis predictae remissiones multas, libertates, et privilegia Prelatis,
 Comitibus, et Baroniis, ac Communitate Terre sue idem Dominus noster
 Rex gratanter concessit, et Cartam suam super hiis factam et consignatam
 fecit Communitate hujusmodi liberari. Set quidam, vel non intelligentes
 premissa, vel ea in prejudicium dicti Cleri infringere maliciose conantes,
 absque dicti Domini nostri Regis, ut credimus, connivencia, a Prelatis,
 Viris Religiosis, Clericisque Secularibus, qui et ipsam Decimam solvere
 fol. 236. dicto Domino nostro Regi tenentur, et per Baroniam nichil tenent de ipso,
 nec ad Parliamentum suum venire, ut premittitur, sunt astricti. Nonam
 rerum predictarum, ut premittitur concessam, levare per districciones
 diversas et contra predictam concessionis formam, exigere moluntur, in
 ipsorum Prelatorum, Religiosorum, et Cleri prejudicium manifestum, cum
 nec ipsi Parliamento interfuerint predicto, sicut interesse minime teneban-
 tur, nec consensum ad dicte nove porcionis prestacionem aliqualiter pre-
 buerunt. E converso, eciā, aliqui maliciose nituntur a Prelatis et aliquibus
 Religiosis, qui ad solutionem None hujusmodi astringuntur, contra conducta
 predicta Decimam exigere memoratum. Cum, igitur, nichil magis congruat
 humane fidei quam ea que placuerunt inter Partes fideliter observari; ac
 gracia que de concedentis benignitate procedit recipientem evidenter
 reddit ingratum quando vertitur in abusum, aut donacionis frugalitas
 deducitur in irrisum, suisque non contenta finibus in donantibus extenditur
 lesionem; necnon, si premissa sic fierent, Clerus ad non concessa potestate
 laicali compelleretur, quod absit; in Ecclesie Sancte Dei et Cleri prejudici-
 um perpetuum ac manifestum gravamen; vobis, in virtute Obedientie
 firmiter injungendo, mandamus quatinus, cum abusus hujusmodi tam in
 perniciem Sancte Ecclesie quam virorum Ecclesiasticorum ac subversionem
 tendat bone fidei oculate, Nonam rerum predictarum ab illis viris Eccle-
 siasticis qui Decimam predictam juxta concessionem hujusmodi solvere
 tenentur dicto Domino nostro Regi; Decimam, vero, ab aliis viris Eccle-
 siasticis qui ad Nonam predictam solvendam eidem Domino Regi, ut pre-
 mittitur, sunt astricti, exigi seu levare in vestra Diocesi nullatenus per-
 mittatis, set exactores hujusmodi, si Nonam vel Decimam supradictam ab
 hujusmodi viris Ecclesiasticis, alio modo quam predictur, exegerint, per
 quaseumque Censuras Ecclesiasticas Canonice compescatis. Quod si
 exactores premissi, Ecclesiasticis Censuris contemptis, vobis parere non
 curaverint debite, sicut decet, ab exaccione residui Decime, ultimo sic
 concesse, supersederi in dicta vestra Diocesi faciatis omnino, quoque
 fidem servari promissam videritis in premissis; nullam Decimam virtute
 concessionis predictae a Prelatis et viris Ecclesiasticis, qui Nonam, ut
 premittitur, solvere sunt astricti, exigentes vel levare aut exigi facientes; cum
 a prestacione Decime sic concesse liberi et immunes esse debeant ex con-
 dicto. Et quid feceritis in premissis, nos, citra primum diem mensis Maii
 proximo futuri, distincte certificetis et aperte per vestras patentes Literas,
 harum seriem continentis.—Data Cantuarie, iiiij^{to} Kalendas Februarii
 [29 Jan.], Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo, et nostre Trans-
 lacionis septimo.
 (ii) Frater carissime,—Christi legacione fungentes Episcopi, ex injuncto
 administracionis Officio, curam animarum gerere tenentur salubriter, et
 pro Domo Domini ascendentibus ex adverso murum inexpugnabilem se

A.D. prebere, ut spiritu libertatis loquentes audaciter pronuncient que saluti
 1340-1. congruunt animarum, Ecclesie libertatem et honorem Deo ac liberacionem
 Vol. II. Patrie conferant et procurent. Verum, quia Ecclesia, que libera esse
 debet, variis exaccionibus collectis et taliis infestis, a Prelatis et Clero,
 eciam, non concessis, opprimitur hiis diebus; Clerusque nostre Provincie
 Cantuariensis vexatur indebit et ignominioso contemptu atteritur vehe-
 menter, jurisque semita derelicta divertitur in obliquum, cedit potencie
 veritas, et justiciam odium jam expellit; propter que, ut credimus, Ille
 Qui judicat et arguit pro mansuetis Terre, gemitibus oppressorum pie
 compaciens, per impietas hujusmodi graviter offensus, in diversis mundi
 partibus varia permisit Regi et Regno guerrarum discrinina suscitar; que
 si finem felicem debeant optinere, ab Ecclesiarum spoliis et depredacionibus
 pauperum injuriosis [desisti], et justiciam exhiberi singulis oportebit. Unde
 cum vos, sicuti et nos, zelus Domini et Ecclesie tam acerba tangat affliccio,
 Fraternitatem vestram monemus et hortamur in Domino Ihesu Christo
 quatinus, hominibus contra Deum nullatenus deferentes, impietatem suam
 hujusmodi annunciare impiis vestre Diocesis, si qui sint, audaci animo
 studeatis; ne, si in impietate sua mortui fuerint, de vestris et forsitan nostris
 manibus eorum anime requirantur; vestros, eciam, subditos exhortacionibus
 efficacibus similiter inducentes ut Ecclesias Ecclesiasticasque Personas
 plus solito habeant in honore, et ab eorum injuriis, coientes justiciam,
 omnino desistant; necnon, pro juribus et libertatibus Ecclesie et Regni
 per nos, ut speramus, utiliter inchoata, cum Dei adjutorio manutene, protegere, ac tueri; vobisque per nos commissa et in posterum committenda,
 execucionem concernencia premissorum, favorabiliter prosequi, et nobis
 assistere viriliter in eisdem, solius Dei intuitu vigilanter curetis; ut hiis
 nostris precibus circa premissa, per vos acceptatis benignius et expletis
 devociis, inclinati, vobis redditis placabilem pium Patrem et retribucionis
 eterne mercedem ab Ipso digne percipere valeatis. Deus vos dirigat in
 agendis! Scripta Cantuarie, xxx die Januarii.

[fol. 235.] Concerning the burial, etc., of Sir Hugh de Courtenay, Earl of Devon,—

—*Sepultura Comitis Devonie, et Thema Domini in Sermone,*—
*Memorandum quod Anno, Indicione, Pontificatu predictis¹ mensis Februarii
 die quinta, prefatus¹ Venerabilis Pater, Dominus noster, in sepultura
 Domini Hugonis de Courtenay, Comitis Devonie, in Ecclesia Conventuali
 de Cowyke, prope Exoniam, celebravit Missam et predicavit solempniter,
 assumpto hoc Themate,—*Mortuus est in senectute bona, plenus dierum,
 diviciis, et gloria.* Et prosecutus est hoc Thema primo in Latino, et deinde
 in Gallico, applicando ad virtutes et merita defuncti. Presentibus Venerabili in Christo Patre, Domino Roberto [Wyville], Dei gracia Saresbiriensi
 Episcopo, Domino Hugone de Courtenay, filio et herede Comitis Devonie
 predicti defuncti, Dominis Thoina de Courtenay, J. de Ralegh, Olivero
 Dynham, J. Luterel, Randolpho de Albo Monasterio, Radulpho Bloyhou,
 Reginaldo et Willelmo de Botriaux, Militibus, Decano Exoniensi, Abbatibus
 de Shirbourne, Miltone [Dorset], Torre, Bokelonde, Magistro Willelmo de
 Crauthorne, et aliis Clericis et Laicis in multitudine copiosa.*

Probacio Testamenti dicti Domini Comitis,²—

¹ The reference is to the “Botriaux” Entry (see page 936), next in order to which this Entry is misplaced in the Register.

² *Approbacio Testamenti Comitis Devonie,*—In Dei Nomine, Amen.—xxvij die
 mensis Aprilis, Anno Domini Milles-

simo CCC^o xlj^{mo}, Londoniis, approbatum fuit per nos, Adam, miseratione Divina Wytoniensem Episcopum, Testamentum bone memorie Domini Hugonis, Comitis Devonie, defuncti, et commissa Administratio bonorum ejusdem defuncti in nostra

A.D. Et eodem die, in eadem Ecclesia, post prandium, dictus Dominus Hugo, filius
 1340^a. et heres, Domini Robertus Pyl et Ricardus de Fenotery, Rector Ecclesie de
 Vol. 11 Chalveleghe, et Ricardus de Chuseldene, exhibuerunt Testamentum pre-
 dicti Domini Comitis defuncti coram Domino nostro predicto, assidente
 sibi prefato Domino Saresbiriensi; et ad probandum Testamentum hujus-
 modi produxerunt duos testes; quibus juratis et per Poninum nostrum
 examinatis, idem Dominus pronunciavit pro hujusmodi Testamento,
 ipsumque Testamentum habuit pro probato, et ipsum expresse, in quantum
 de jure processit, approbavit. Et dictis Dominis Hugoni, Roberto, Ricardo,
 et Ricardo, Executoribus in eodem Testamento nominatis, ad petitionem
 eorum, ad exhibendum coram eo, ubicumque fuerit in sua Diocesi, Inven-
 tarium de bonis dicti Testatoris citra Quindenam Quadragesime (*sic*) proximo
 futuram terminum peremptorium assignavit. Presentibus dicto Domino
 Saresbiriensi Episcopo, Domino Ricardo de Braileghe, Decano Exonie,
 Magistro Willelmo de Crauthorne, Officiali predicto, Dominis J. de Chevel-
 stone et J. de Ralegh, Militibus, Magistris Petro de Inkepenne, Canonico
 Saresbiriensi, Cancellario Domini Saresbiriensis, Benedicto de Pastone,
 Cancellario Domini nostri, David Alyam, Roberto Peyke, Nicholao Aunger,
 clericis, Exoniensis Diocesis, Notariis Publicis et Scribis Domini nostri; et
 me, Willelmo de Doune, clero Exoniensis Diocesis et Notario Publico, et
 Scriba ejusdem Domini nostri Exoniensis; qui, eciam, interfui in Pro-
 bacione Testamenti Domini Willelmi de Botriaux, prout superius est
 expressum.—W. DE DOUNE.

fol. 235b. Johannes, etc., carissimo in Christo filio, Nobili Viro, Domino Hugoni de
 Courtenay, Comiti Devonie, salutem, graciā, et benedictionem.—Cum
 nuper, probato et per nos auctoritate ordinaria approbato Testamento
 quondam dilectissimi in Christo filii, Domini Hugonis de Courtenay,
 Comitis Devonie, Patris vestri, vobis, et ceteris Coexecutoribus vestris in
 eodem Testamento nominatis, ad conficiendum Inventarium de bonis
 ejusdem Testatoris, ipsumque coram nobis exhibendum citra Quindenam
 Pasche (*sic*) proximo futuram, terminum peremptorium curaverimus assign-
 are; Administracione bonorum eorundem, juxta exigenciam Constitutionum
 Sacrarum in hac parte editarum, interim non commissa; vestris, tamen,
 supplicationibus favorabiliter inclinati, et de vestra devocatione, fide, et
 conscientie puritate firmam in Deo fiduciam obtinentes, ut expensas
 funerarias et legata servitoribus et ministris dicti defuncti relicta persolvere,
 eosdemque servidores, juxta eorum meritum et vestre discretionis arbitrium,
 remunerare, et alia que celeritatem requirere videritis, dictum concernencia
 Testamentum, interim exequi valeatis; Licenciam de gracia concedimus
 specialem; ita, tamen, quod hujusmodi persoluta in dicto Inventario
 fideliter redigantur.—Data apud Chuddeleghe, viij die Februarii.

[*Probatio Testamenti Domini Hugonis de Scales, Militis*],—

Item, x die Februarii, probatum fuit Testamentum Domini Hugonis de Scales,
 Militis, defuncti, et commissa potestas Executoribus in eodem Testamento
 nominatis, videlicet Domino Johanni de Eysi, Ricardo de Brankescombe, et
 J. de Cadebury, ad conficiendum fidele Inventarium de omnibus bonis dicti
 defuncti in Diocesi Exoniensi existentibus, et ad exhibendum Domino citra
 Pascha [8 April], ubicumque fuerit in sua Civitate vel Diocesi.

fol. 236b. Huntsham [Honesham, MS.]; Master William de Carnedone,
 clerk, R.,—

Diocesi existencium Nobili Viro,
 Domino Hugoni de Courtenay, filio
 defuncti, Executori in dicto Testa-
 mento conscripto, in forma juris;
 reservata nobis potestate commit-
 tendi Administracionem bonorum
 hujusmodi Executoribus aliis in pre-

fato Testamento nominatis, cum et
 si ad nos venerint et eam admittere
 voluerint, in forma supradicta. In
 enjus rei, etc. (*Register of Adam de
 Orleton, Bishop of Winchester*, i,
 103^b).—F. J. B.

A. D. *Dispensation* : non-residence for a year, to study at Oxford, etc. He was to take all Minor Orders and that of Subdeacon, within a year from his Institution, etc.; “salvo quod, durante lite que contra ipsum mota fuit eciam in limine nacte per ipsum possessionis dicte Ecclesie super ea, et jam pendere dinoscitur indecisa,¹ ad usum presentis Dispensacionis aut ad receptionem aliquorum Ordinum non artetur, cum de jure merito excusari debeat in hoc casu; si, autem, cessante seu finita lite hujusmodi, predicta Dispensacione, utpote extinc tibi necessaria, uti decreverit, provideri procuret attente quod dicta Ecclesia debitis interim non defraudetur obsequiis, nec animarum cura negligatur aliqualiter in eadem. Et Procuratorem idoneum, etc. (Chuileigh, 11 Feb.).—On the same day he obtained Letters-Dimissory for the Orders above-mentioned.

[fol. 234b.] Exeter Cathedral ; *De pulsacione campanarum Exonie pro quadam facto miraculo,—*

Johannes, etc., dilectis filiis, Decano Ecclesie nostre Exoniensis et Magistro Willelmo de Crouthorne, Officiali nostro, ac Domino Ricardo de Kirkeby, Subdecano Ecclesie nostre predicte, salutem, graciam, et benedictionem.— Quamvis cum placida populari insinuacione, non tamen sine invida et dubia admiracione, intellexerimus hac Dominica in Sexagesima [11 Feb.] omnes subito campanas nostre Cathedralis Ecclesie predicte, mane, ante pulsacionem Misse Beate Marie, insolite pulsatas fuisse, tanquam ex miraculo ibidem tunc Divinitus patrato; quod nec faciliter credendum, sicut nec patenter nec luculenter foret faciliter probandum; ne, quod absit, populum nobis commissum ydolatrare, vel a via Veritatis ac Catholice Fidei aberrare contingat, prout in plerisque locis, tam nostris temporibus quam in Sanctorum scriptis atque gestis, ex insanis et falsis demonum et membrorum suorum falsorum Christianorum illusionibus et fictis superstitionibus, et aliquocies vane glorie seu lucri causa, sepius probavimus contigisse; vobis et cuilibet vestrum, in virtute Sancte Obedientie et sub Majoris Excommunicacionis in singulares personas rebelles, et Suspensionis in Capituluni, neconon Interdicti in Ecclesiam predictam ferendarum Sentenciarum pena, inhibemus, et per vos singulis Ministris dicte Ecclesie nostre, ejuscumque status aut conditionis extiterint, inhiberi volumus, et mandamus ne, de cetero, occasione vel causa quacumque consimili per nos primitus non approbata, campanas predictas pulsari faciatis aut permittatis, pulsent, pulsari faciant, aut permittant, nec eciam preces solemptnes aut publicas, vel adoraciones seu honoraciones quaslibet solemptnes in honorem aliquorum prius per Sedem Apostolicam non Canonizatorum, in dicta Ecclesia, seu alibi, porrigitis seu faciat, porrigit seu faciant, quovismodo, in Fidei dispendium Ortodoxe, nec eciam actum quemcumque in prefata Ecclesia hactenus operatum, vel de cetero fiendum, predicetis vel asseratis, predicent vel asserant miraculosum, donec de circumstantiis actus hujusmodi informati fuerimus, et ipsum ex Deo, et non ex arte aliqua; item, contra naturam, item ex hominis merito, et ad corroboracionem Fidei contigisse duxerimus declarandum. Cum, enim, ante Canonizacionem, eciam probatis miraculis (que, tamen, per malos et a malis sepe fiunt, prout plenius legitur et notatur in q. i. c. *Teneamus, et c. Prophetavit*²), hujusmodi adoraciones solemptnes fieri non debeant, juxta jura, quanto magis erit reprobum judiciandum talia facere ubi vera non probantur miracula, quilibet sane

¹ He had been instituted 24 Jan. (vol. iii, fol. 44); and the decision must have been in his favour, for he retained the Benefice.

² The references are to *Gratianni Decretum*, pars ii, causa i, quæstio i. *Teneamus* is the commencement of a

quotation from St. Augustine, under the heading *Inutilia sunt dona quæ præter unitatem Ecclesie habentur*, and *Prophetavit* of a passage from the same (“*Prophetavit Saul Rex*”), under the heading *De hiis qui sanctis male utuntur*.

A.D. sapiens ratione intelligit occulata. Per premissa, vero, non intendimus
 1340-1. prohibere quin vobis, et aliis subditis nostris, liceat alicui defuncto, quem
 Vol. II. sanctum fuisse et esse creditis et credunt, et ad quem devocationem habetis
 [fol. 235.] et habent, preces porrigeret in secreto. Ceterum, volentes de facto in dicta
 Dominica in prefata Ecclesia nostra contingente et ipsius circumstantiis
 effici cerciores, vobis mandamus quatinus citetis, seu citari faciatis, peremp-
 torie, illum in cuius persona factum hujusmodi pretensem miraculosum
 dicitur contigisse, et ipsius parentes, necnon custodes prefate Ecclesie
 nostre, et alias quos in hac parte melius scire censeritis veritatem, quod
 compareant coram nobis, vel nostro Commissario, in Capella Manerii nostri
 de Chuddeleghe, certis competentibus et successivis terminis per vos
 prefigendis eisdem, veritatem quam noverint de premissis deposituri, et
 responsuri personaliter interrogatoriis que eis, in hac parte, modo debito
 faciemus. Et quid in premissis feceritis nos per Literas vestras patentes,
 sigillis vestris consignatas, curetis, citra Primam Dominicam Quadragesime,
 [25 Feb.] distinete et aperte cerciores.—Datum apud Chuddeleghe, xij die
 Februarii.

[fol. 234b.] Southleigh ; *Admissio ad Rectoriam Southley* [in a recent hand],—
 Johannes, etc., dilecto filio, Magistro Willelmo de Crouthorne, Officiali nostro,
 salutem, etc.—De vestre discretionis industria et conscientie puritate
 plenam in Domino fiduciam optinentes, ad admittendum dilectum nobis
 in Christo, Dominum Johannem de Potenehulle, presbiterum, ad Ecclesiam
 de Southleghe, nostre Diocesis ; ad quam, utpote vacantem, per dilectum
 filium, Dominum Nicholaum de Boleville, Militem, asserentem se ejusdem
 Ecclesie Patronum, nobis presentatus existit, si, et quatenus, id ex meritis
 Inquisitionis super vacacione et jure Patronatus ipsius Ecclesie, ac aliis con-
 suetis articulis, auctoritate nostra, ut moris est, recepte, quam vobis
 mittimus per eundem, vel alias de jure, censeritis faciendum ; si, eciam,
 examinatis Literis Ordinum suorum et Dispensacionum suarum super
 defectu natalium, quem patitur de presbitero genitus, ut dicitur, et solita,
 hujusmodi Literas sufficientes, legitimas, et validas de jure comperitis ;
 eundemque Presentatum in eventum dictarum condicionum instituendum
 Rectorem Canonice in eadem Ecclesia, ac induci faciendum in possessionem
 ipsius Ecclesie, cum suis juribus universis ; vobis vices nostras committi-
 nius, cum cohercionis Canonice potestate ; receptione juramenti Fidei et
 Obedientie dicti Domini Johannis, in casu Institucionis predicte, nobis
 specialiter reservata.—Data apud Chuddeleghe, xij die Februarii.

[fol. 236b.] Exeter Cathedral—the feigned miracle ; *De quodam ceco, convicto
 coram Episcopo*,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Decano Ecclesie nostre Cathedralis
 Exonie, Magistro Willelmo de Crouthorne, Officiali nostro, et Domino
 Ricardo de Kirkeby, Subdecano Ecclesie nostre prediche, salutem, etc.—
 Qualiter angelus Sathane, secundum Apostolicam doctrinam, transfigurare
 se in Lucis Angelum consuevit, atque sub adumbrata simplicitate dolose
 vulpis astucia ingenium fallere venatoris, ideoque non omni spiritui
 faciliter credendum esse, a vobis oblivio obducere non deberet. Sane, post-
 quam nuper vobis scripsimus, volentes de circumstantiis facti cuiusdam
 reputati a simplicibus miraculosi, in Ecclesia nostra Exoniensi, Die Domini-
 ca in Sexagesima jam preterita [11 Feb.] effici cerciores ; quidam, dicens se
 vocari Johannem le Skynnere, in cuius personam factum hujusmodi debuit
 contigisse, coram nobis, in Capella Manerii nostri de Chuddeleghe, in pre-
 sencia pluriuum Notariorum Auctoritate Apostolica Publicorum, et aliorum
 in multitudine non modica, constitutus, et per nos ad rationem positus
 de facto hujusmodi exquisite ; licet primo pertinaciter errorem suum
 defendere et multis tergiversacionibus et juramentis colorare niteretur,
 vacillans et tutubans hinc et inde ; tamen, meliori spiritu ductus, demum
 judicialiter fatebatur in paupertatis sue relevamen, ad lucrum temporale,

A.D. factum hujusmodi se finxisse, atque a septennio citra alterius oculi lumine
 1340-1. caruiisse, et penitus jam carere, et in altero se ad presens non videre melius
 Vol. II. quam viderat ; seque asserciones suas et juramenta sub colore carencie visus
 alterius oculi et luminis in altero jam existentis ut prius, fraude deceptum
 diabolica palliasse. Quia, vero, ubi majus est periculum ibi caucius est
 agendum, et alias, testante Sacro Eloquio, Thome incredulitas nobis ad
 fidem plus profuit quam Discipulorum credulitas ceterorum ; vobis man-
 damus quatinus, a talibus nugatoribus, et presentim advenis vilibus et
 ignotis, de cetero precaventes, occasione assercionum quarumlibet vel jura-
 menti, immo perjurii, hujusmodi, donec prius factum verum sagaci in-
 industria discussum fuerit et probatum, solempnitates aliquas in nostra
 Exoniensi Ecclesia minime faciatis, nec fieri permittatis ; non minus
 circumspecti Judeis, qui vocaverunt parentes ceci nati et notos, ut per
 plures testes veritas probaretur. Ceterum, quia frequenter ex talibus fictis
 superstitionibus vera vilescant miracula, in periculum purissime Ortodoxe
 Fidei veritatis, volumus quod premissa, hac instanti Dominica in Quinqua-
 gesima [18 Feb.], in prefata nostra Exoniensi Ecclesia tam caute populo
 explicetis quod inde materia scandali non proveniat, nec pululet indevicio
 Fidelium Fidesve periclitetur, oriaturque pericula animarum.—Datum
 apud Chuddeleghe, xij die Februarii.

Dunkeswell Abbey ; *Obediencia Abbatis de Dunkeswell* [in a recent hand],—

Item, xxij die Februarii, Anuo predicto, in Capella de Chuddeleghe, in
 presencia Dominorum Willelmi de Wolveye, Willelmi de Londay, Willelmi
 Russel, Johannis Comyn, Ricardi de Clistone, Johannis de Axe, Simonis de
 Hoghtone, Johannis Perour, Walteri de Haydore, capellanorum, et Magistri
 Willelmi de Doune, Publici Auctoritate Apostolica Notarii, Dominus
 benedixit Fratrem Simonem, electum Abbatem Monasterii de Donkeswelle ;
 qui profitebatur sub hac forma,—Ego, Frater Simon, Monasterii de Donkes-
 welle electus Abbas, profiteur Sancte Exoniensi Ecclesie, tibique, Pater Jo-
 hannes, ejusdem Ecclesie Episcope, tuisque Successoribus in ea Canonice
 substituendis, Canonicae in omnibus Obedienciam et Subjeccionem. *Et
 addidit ista verba*,—Salvo Ordine meo.

^{fol.} 27b Liberties and Privileges of the Church, etc. ; *Articuli Excommuni-
 cacionis in Gallico*,—

Johan, par la miseracioun de Dieu Evesque Dexcestre, a nobles et sages
 hommes, Monsire Hughe de Courtenay, Counte de Deveneshire, et ses
 compaignouns Justices od certeyns Comissionuns nostre Seignur le Roi sur
 certeyns poyntz en les Countees de Devene et de Cornewaille, seauntz a
 Exestre sur la dite busoigne, y ceo Lundi primer en Quaresme [26 Feb.],
 saluz en Celui Qi soul par son droit jugement sauve et dampne.—Por ceo
 qe nous sumes tenuuz de nostre Office et destreynt par nostre conscience qe
 nous, come touz noz autres Freres, Ercevesque et Evesques de la Province
 de Canterbirs, denuncioms et publioms excumenguez touz yceux qz sount
 contenus en les Articles ensauantz ; nous, voillaantz eschure nostre peril et
 faire a vous assavoir vostre peril, issi que Dieu ne querge mie le sanke de
 voz almes de noz mayns, vous faisoms assavoir qils sount excumenguez, ceo
 est a dire qils soient hors de la compaignie de Dieu et des touz Seintz, et qe
 nulle part neyent ovesque nostre Seignur Jhesu Criste ne les soens,¹ mais
 soient bailliez au maufee² denferne et a tote sa compaignie en cest siecle et
 en autre, et scient en peine et dampnacioun sans fyn, sils ne samendent.
 —i. Primes et principaument touz yceux qen aucune manere privent ou
 ostent Seinte Eglise de son droit, ou par malice enfreyngent ou destour-
 le it sa jurisdiccioun, ses fraunchises, ou fraunches custumes. Et touz y-
 ceux nomeement qz les auncienes fraunchises et privileges de leglise de

¹ Soen : Le sien ; suus.—Roquefort.

² diable, demon.—Ibid.

A.D. Canterbury, et de nostre Eglise especiaument Dexcestre, ou de nulle autre,
1340-1. enfreynghent, destruyent, changent, ou amenusent en nul poynt.—ij.
 Vol. II. Item, touz yceux q̄i la pees et tranquillite de nostre Seignur le Roi et du
Roialme volentrivlement et a tort destourbouint, ou a ceo faire donnent
conseil, eide, ou favour.—ijj. Item, touz yceux q̄i des maisouns, manoirs,
granges, clos, ou autres lews des Ercevesques, Evesques, ou autre gent de
Seinte Eglise, aucunes choses sanz la volente et lassent de eux, ou de ceux
q̄i sount deputeez a les dites choses garder, pernount, horstrehunt, ou
deguastount, ou einz ces hours eient pris, horstret, ou deguasteez par euz
mesmes, ou par autres a lour comandement, ou sagreen de ceo fait en
lour noun.—iij. Item, touz yceux q̄i Clercs, sachantz qils soient Clercs
et pour tieux notoirement conuz et tenuz, et q̄i se portent come
Clercs, q̄i ne sount mie atteynt ne confessantz de certeyne felonie,
pernount, arrestount, enditount, ou attachent, et mettount en prisoun
ou en autre garde, et illoeques les detienount encountre lour volente,
en cas ne mie suffert par ley de Seinte Eglise, en evident et
notoire tort et reprusce de tote la Clergie.—v. Item, touz yceux q̄i
fol. 238. mauvoisement et fauxement lour proemes defament ou desclaundrent
daucune felonie ou trespass, des quieux ils ne furent unques devaunt de-
fameez ou desclaundreez, issint que par cele diffamacioun ou desclaundre ils
soient en auqune manere greveez, et nomeement ceux q̄i a les Evesques q̄i
sount lour Pieres et Pastours immediat soutz Dieu, a q̄i ils sount tenuz en
obedience et reverence, come bons filz a lour pieres, surmettount traissoun
ou autre felonie fauxement et malicieusement, ou ceo ferrount apres ces
hours. —vj. Item, come grauntee soit et ordeinee en la grande Chartre le
Roi Henri, jadys Roi Dengleterre, et auxi apres confermee par son filz
Edward, ael nostre Seignur le Roi qore est, qe nul fraunk homme du
Roiaume soit pris ou enprisonnee, ou disseisi de son fraunke tenement ou de
ses fraunchises, ou qil soit banny ou exulee, ou en aucune autre manere
destrute, et auxi qe le Roi ne irra ne maundera sur nul fraunk homme du
Roiaume si noun par droiturel jugement de ses pieres, ou par lei de la
Terre, et qe le Roi a nuly devoyer, vendera, ou delayera droit ou justice;
et moutz des autres fraunchises en meisme la Chartre soient graunteez al
Roiaume Dengleterre a loaunge de Dieu et gloire, et pees et quiete de Seinte
Eglise et du Roiaume; et soient touz yceux q̄i, apres le graunt de la d:te
Chartre, les fraunchises en ycele et en la Chartre de la foreste contenez et
graunteez par auqun art ou engyn enfreynghnount, amenusount, ou chaun-
gent, en venant volentrivlement encountre les ditz Chartres priveement ou
overtement, par fait, par parole, ou par conseil, par les Ercevesques et touz
les Evesques Dengleterre excumengées; nepurqant plusours y sount q̄i
sachauntz les Articles et les perils susditz, safforcent de venir encountre les
dites Chartres,—Nous, voillauntz lour maudite hardinesce refreyndre, et
faire les choses susescrites a touz estre conuz, amonestoms generaument
touz yceux q̄i ont fait encountre les dites Chartres, ou fount ou eiount
fait nuls estatuz ou custumes encountre ycelles, ou q̄i tieux estatuz usent,
ou eiount useez ou userount, et auxi ceux q̄i les ont esrites ensemblement
ove les consaillers, executours, et Justices, q̄i par yceles eiount juggee,
qe, dedeinz quinze jours apres ceste nostre Monicioun, en due manere ils
samendent, et par arbitrement de lour Evesques et Ordeneairs facent gree de
lour trespass. Et si nuly soit desobeisaunt de cele heure, nous les denun-
cioms estre cheyew en la dit sentence descumengement, quiele sentence est
solempnemement confermee par lapostolle.—An darrein, chers Seignurs, nous
vous faisons assavoir qe ceo est defendu par la lei de Dieu et de Seinte
Eglise, qe len ne deit mie solempnemement jurer en cest temps de Quaresme,
nient plus qe solempnizer matrimonie. Et nepurqant ne jurer ne marier
nest mie plus de sa nature pecchee qe de manger char ou deux foitz en
Quaresme, mais pur la defense en lew et temps qant len deit plus especi-
aument et devoutement entendre a Dieu servir et les almes sauver, issint

A.D. qils soient plus espirituaument occupeez entour lour almes, et nomeement
 1340-1. en le temps de la Seinte Quaresme, qest estable par Jhesu Crist mesmes
 Vol. II. et par Ses Apostles. Parqoi nous vous prioms, amonestoms, et defendoms

qe vous ne faces mie encoutre le dit comandement, ne nul autre de Seinte
 Eglise, en ascient ; mais qe vous, ove la grace de Dieu, vous portez et
 obeyez si humblement a vostre Miere Seinte Eglise, qest la Espouse Jhesu
 Criste, issi qe vous come bons filz et ne mie desnaturels soiez digne destre
 les heirs de Dieu et les coheirs de Jhesu Criste, en le Roiaume de gloire
 perdurable. Et vous prioms, chers Sires, qe cestes noz Letres voillez
 faire apertement lire devant tut le poeple. Et a touz yœux qil les bone-
 ment orrount et selonc ceo ferrount, et sount en grace, nous les grantoms
 et donoms par auctorite del Piere et Filz et Saint Esperit, et de la
 Gloriouse Virge, Seinte Marie, et des Apostles Saint Piere et Saint Paul,
 et de touz Seintz, xl jours de Pardoun de la Penauance qils sount tenuz de
 faire en cest siecle, ou en autre, pur lour peccheez.—Escrites a Chudde-
 leghe, le xxiiij jour de Feverer.

Sentencia pro Privilegiis Ecclesiasticis,—

238b. Johannes, etc., dilectis iu Christo filiis, Decano, Thesaurario, Subdecano Ecclesie
 nostre Exoniensis, ac Domino Ade de Carleton, Cornubie, et Magistro Jo-
 hanni de Nassington, Barnastapolie, in eadem Ecclesia nostra Archidiaconis ;
 necnon, Officiali, seu locum tenenti, Archidiaconi Exonie in remjatis agentis,
 et Magistro Henrico de Galmetone, Rectori Ecclesie Sancti Petroci de
 Stowe [Petrockstowe], nostre Diocesis, Commissario nostro, salutem, etc.—
 Succensa velud ignis impietas reproborum contra Ecclesias et Ecclesiasticas
 Personas, tanto dampnabilius inflammatur quanto rariores invenit repres-
 sores. Quare nos, ex injuncto nobis sollicitudinis Pastoralis Officio, ibi
 forcios resistere cogimur ubi persecutorum inhumanitas et malicia peri-
 culosius invalescunt ; quoniam, ut ait Beatus Gregorius, culpam me com-
 mittere vehementer estimo si ea que pro timore Omnipotentis Dei sunt
 sugerenda siluero ; et alibi, Cum increpare delinquentes non vult, eos
 proculdubio tacendo Pastor occidit. Ut, igitur, cum Apostolo valeamus
 dicere et clamare, *Munde sunt manus mee a sanguine omnium vestrum ; non,*
enim, subterfugi quominus annunciarum consilium Dei vobis, silere, et sub
dissimulacione transire dampnandam iniquitatis insaniam quorundam Dei
et Ecclesie Sue Sancte persecutorum non possumus sana conscientia, nec
debemus. Sane, licet pridem nonnullas Excommunicacionum Majorum
Sentencias contra delinquentes in certis casibus a Sanctis Patribus provide
promulgatas, et presertim contra omnes et singulos qui Ecclesias suo jure
privare, vel per maliciam infringere seu turbare presumerent libertates et
liberas consuetudines earum ; item, qui clericos, scientes esse clericos, et
publice pro clericis se gerentes, habitos, et reputatos, de crimine non con-
fessos nec convictos, aut alias, in casu a jure non permesso, ausu sacrilego
in custodia vel carcere ponerent, et detinerent invitatos; item, qui in Provincia
Cantuariensi aliquibus, et presertim clericis, maliciose crimen quodecumque
contra Concilium Oxoniense imponerent, fecerimus in multis Locis insigni-
bus nostrarum Civitatis et Diocesis solempniter publicari ; nonnulli, tamen,
sicut accepimus, spiritu diabolico ducti, in subversionem jurium Ecclesie
spirantes totis viribus, dictis Excommunicacionum denunciacionibus ob-
auditis, libertates et jura Ecclesiastica infringere multipliciter jam pre-
sumunt ; aliqui clericos ad Forum Seculare trahendo, capiendo, incarcera-
ndo, et in carcere detinendo invitatos, in casu a Sacris Canonibus non
permisso ; alii clericos et presbiteros coram Judicibus Secularibus false et
maliciose indictando, seu indictari faciendo et procurando, et falsa eis
crimina imponendo ; necou, contra Presidentes Jurisdiccioni Ecclesiastice
et Jurisdiccionem hujusmodi exercentes ac eorum ministros, pro eo quod
de peccatis, excessibus, et alias ad cognitionem Fori Ecclesiastici de jure vel
consuetudine pertinentibus, prout ad eos pertinuit et pertinet, cognoverunt,
fraudes et commenta configendo ; propter que ipsi gravantur seu grava-

A.D. buntur in personis quomodolibet vel in rebus ;—quid plura ? nonnulli in
 1340-1. tantam furoris audaciam jam prorumpunt ut quo magis contumelias,
 Vol. II. lampna, et obprobria Ecclesiis et Ecclesiasticis Personis intulerint eo
 amplius gloriantur. Heu miseri et infelices, ac in tenebris ambulantes !
 Nonne Deus Pater noster est Qui nos creavit, Ecclesiaque Mater que in
 Baptismo nos regeneravit ? Nonne mirabilis infamia esse cognoscitur si
 filius Patrem irreverenter persequitur, a quo credit non solum in terra set
 eciam in Celis se ligari posse et solvi ? Nonne Dominus ait, *Nolite tangere Christos Meos et in Prophetis Meis nolite malignari* ? Cum, itaque, scriptum
 sit, *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam* ; vobis, Decano, Thesau-
 rario, et Subdecano predictis, in virtute Obedience firmiter injungendo,
 mandamus quatinus in instantibus Dominicis Diebus, in Medio Quadra-
 gesime [18 March] in Passione Domini [25 March] et in Ramis Palmarum
 [1 April] post processionem, et in Festa Annunciaconis Beate Marie Vir-
 ginis, [25 March] post lectum Evangelium, ac Die Parasceues [6 April] post
 lectam Passionem, ac Die Pasche [8 April], in Ecclesia nostra Exoniensi, in
 pulpito, omnes et singulos sacrilegos presumptores predictos excommuni-
 catus esse et a Sancte Matris Ecclesie Limibibus sequestratos, publice et
 solemniter, pulsatis campanis nisi in Parasceuen, et candelis accensis,
 nuncietis, seu faciatis per alios nunciari. Vobis, vero, Archidiaconis,
 Officiali, et Commissario predictis, modo simili mandamus quatinus vos
 singuli divisim, in singulis Ecclesiis Collegiatis, Conventualibus, et
 Parochialibus, necnon Capellis Parochiam distinctam et distinctos parochi-
 anos habentibus, infra Jurisdictionem vestram, et vos, Magister Henrice,
 infra limites Archidiaconatus Tottoniensis situatis, dictis Diebus Dominicis
 in Passione Domini et Ramis Palmarum, ac Festa Annunciaconis Beate
 Marie, et Parasceues, horis superius designatis, consimiles denunciationses
 per Abbates, Priores, Decanos, Precentores, Prepositos, Custodes, Eccle-
 siarum Rectores, Vicarios, et alias Locorum Curatos, auctoritate nostra,
 solemniter fieri faciat. Absolucionem, vero, omnium et singulorum qui
 premissas Sentencias incurrerint, nobis, preterquam in mortis articulo,
 specialiter, vel speciali nostro in hac parte Commissario, reservamus.
 Iuhientes singulis Penitenciariis nostris, atque aliis Curatis quibuscumque,
 ne quenquam de premissis vel eorum aliquo absolvere, vel aliquem
 probabilit in hiis suspectum vel diffamatum ad Sacram Communionem
 recipere presumant, preterquam in mortis articulo, ut prefertur. De die,
 vero, quo quilibet vestrum presentes Literas receperit, et quid feceritis in
 premissis, nos infra quinque dies post Pascha distinete certificet quilibet
 vestrum per Literas suas patentes, harum seriem continentem. Quis, vero,
 vestrum presens Mandatum nostrum receperit, etc.—Datum apud Chudde-
 leghe, xvij die Marcii.

[fol. 237b.] *Testamentary ; Commissio Administracionis bonorum Domini
 Comitis Devonie,—*

xxiiij die Marcii, Anno Domini M°. CCCmo xlmo, Indicione nona, Pontificatus
 Domini Benedicti Pape [XII] Anno septimo, comparuerunt coram Domino, in
 Camera apud Chuddeleghe, Dominus Hugo de Courtenay, Comes Devonie,
 Robertus le Pyl, Ricardus de Fenotery, et Ricardus de Chusuldene, et
 exhibuerunt Inventarium bonorum quondam Domini Hugonis de Courtenay,
 Comitis Devonie, defuncti, in Diocesi Exoniensi existencium ; et, dictis
 Roberto, Ricardo, et Ricardo, onus Administracionis bonorum dicti defuncti
 subire recusantibus, ex quibusdam causis per eos expositis Domino et per
 eum approbatibus, Dominus Administracionem hujusmodi dicto Domino
 Hugoni, filio et heredi dicti defuncti, soli et insolidum commisit ; sibi in
 periculo anime sue, et sub Divini obtestacione Judicii, injungendo quatinus
 Administracionem hujusmodi fideliter faceret, et Voluntatem Ultimam
 dicti Testatoris, in quantum de jure procederet, perficeret et impleret.
 Acta sunt hec presentibus Magistris Benedicto de Pastone, Ricardo de

A.D. Brankscombe, et Nicholao Aunger, Notario Publico, et me Willelmo de
 1340-1. Doune, eciam Notario Publico, ad hec vocatis.—DOUNE.
 Vol. II.

Mutacio Annī Encarnacionis.

Anno Domini Millesimo CCC^{mo} xl^o incipiente, et Consecrationis dicti Patris xiiiij^{mo}.

A.D. St. Mabyn [Sancte Mabene, MS.] ; *Dimissorie*,—
 1341. Sir John de Aldestowe, subdeacon, R.; “ad Diaconatus et Presbiteratus
 fol. 239. Ordines (London, 16 May).

Crediton Collegiate Church ; *Commissio ad conferendum Canonum et Prebendam de Westanforde in Ecclesia Criditonensi*,—

Item, xxij die Maii, emanavit Commissio Domino Roberto [de Stratforde], Cicestrensi Episcopo, ad conferendum Canonicatum et Prebendam de Westanforde in Ecclesia Collegiata Criditonie, quos tenere dicitur Dominus Willelmus de Benqueto, cum vacaverint per resignacionem simplicem ipsius vel ex causa Permutacionis faciende cum Ecclesia de Westhodleghe [*Westholtly*], Cicestrensis Diocesis, quam tenere dicitur Dominus Radulphus de Brantyngham, eidem Radulpho illa vice, et eum in corporalem possessionem eorundem Canonicatus et Prebende induci faciendum.

Mandatum contra violatores Ecclesie Libertatum,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Officiali nostro Principalis, et Archidiaconis singulis in Ecclesia nostra Exoniensi, ac eorum Officialibus ; necnon, Magistro Henrico de Galmetone, Rectori Ecclesie de Patristowe [*Petrockstowe*], nostre Diocesis, Commissario nostro, salutem, graciam, et benedictionem.—Sentencia nostri continet Salvatoris, *Reddite que sunt Cesaris Cesari, et que sunt Dei Deo*. Sane, cum pridem, referente fama publica, audissemus quod nonnulli in nostra Diocesi, dictam Auctoritatem contempnentes, et non sapientes sobre nec prudenter quod laicis judicandi Christos Domini nulla est attributa potestas, apud quos manet necessitas obsequendi, de factis Prelatorum et suorum Ministrorum, et aliarum Personarum Ecclesiasticarum, eciam in hiis que Prelatorum Ecclesie concernunt Officium et Jurisdictionis Ecclesiastice exercercium inquirere, et Jurisdictionem et cognicionem Spiritualem atque Ecclesiasticam sibi usurpare ; et alias, nedum contra Jura Divina et Statuta Canonica set eciam contra Concessiones per recolende memorie Reges Anglie illustres hactenus factas, plura in prejudicium et subversionem libertatum, privilegiorum, et jurium Ecclesie ausibus sacrilegis, novis irruptionibus, et dampnandis adinventionibus presumpserunt ; nos, tam horrendos abusus et excessus nequeentes, sana conscientia, sub velo silencii palliare, primo Requisiciones et Monitiones fecimus ex Officii nostri debito generales, quod ab hujusmodi ausibus, feritate dampnabili adinventis, cessaretur, animarum pericula que contrarium facientes incurrent paterna mansuetudine per nostras Literas explicantes. Et postea, cum, Requisitionibus et Monitionibus nostris hujusmodi utique salutaribus, et de fonte prodeuntibus caritatis, cecitate dampnabili obauditis, abusus et excessus predicti in perniciem libertatum et status Ecclesie amplius pulularent, quasdam Censuras et Sentencias contra violantes et infringentes libertates Ecclesiasticas, in certis casibus in quibusdam nostris aliis Literis plenius expressatis, a Sacris Canonibus et Sanctis Patribus deliberacione provida promulgatas, fecimus ubique per nostras Civitatem et Diocesim solemniter publicari ; ad duriora et magis penalria, aliquorum exigente obstinacia et protervia, pro defensione libertatum Ecclesie, prout

A.D. nostrum requirebat Officium, secundum Sanctiones Canonicas processuri.
 1341. Verum Excellentissimus et Christianissimus Princeps et Dominus noster
 Vol. II. Rex illustris, fidei et devocationis fervore laudabiliter accensus, in Parliamento
 suo nuper Londoniis celebrato ad consultacionem per Venerabiles in Christo
 Patres, Dominum Johannem [de Stratforde], Dei gracia Cantuariensem
 Archiepiscopum, Tocius Anglie Primatem, et quosdam alios Episcopos, suos
 Suffraganeos, et nostros in Christo Confratres, et nos, in hac parte factam,
 ex affectu caritatis et devocationis precipue, quo semper hactenus ipsius
 Celsitudo Regia ad Sanctam Ecclesiam est affecta, fecit publice responderi
 quod premissa vel aliqua alia in prejudicium privilegiorum seu libertatum
 Sancte Ecclesie quomodolibet tendencia, vel aliter quorumcumque Fidelium
 suorum, aut populi Regni sui dampnum seu injuriam qualemcumque, per
 quoscumque attemptata, de ejus connivencia, intencione, seu conscientia
 minime processerunt. Quinimmo, ut devocationis sue probata sinceritas,
 quam ad Deum, Qui hactenus auxiliatus est ei in omnibus viis suis, et
 Sanctam Ecclesiam, habet, et ab etate tenera dinoscitur habuisse, cunctis
 manifestius appareret, super petitis a Prelatis suas fieri fecit et precepit
 Patentes Literas, snoque Sigillo Magno Regio sigillari. In quibus, eciam,
 per viam Statuti laudabiliter aperit votum suum, quod omnia privilegia,
 jura, et libertates Ecclesie quas hactenus habuit vel habere debet, in suo
 Regno vult incommutabiliter observari, quodque generaliter ex nulla causa
 Jurisdiccionem Ecclesiasticam concernente, vult, prout nec velle deberet,
 Prelatos seu Ministros Ecclesie, aut Personas Ecclesiasticas qualescumque,
 coram Justiciariis suis vel aliis Ministris laicis quibuscumque, seu eciam
 clericis Jurisdiccionem temporalem excentibus, ad rationem poni, seu
 alias impetri quomodolibet vel vexari. Nos, igitur, predicte Salvatoris
 nostri Sentencie adherentes, et a subditis nostris, quantum cum Deo
 possumus, materiam scandali radicitus prescindere cupientes, vobis universis
 et singulis, in nostra Civitate et Diocesi Jurisdiccionem Ecclesiasticam
 excentibus, in virtute Obedience firmiter injungimus et mandamus
 quatinus, in scrutinium consideracionis debite reducentes quod sine culpa
 non est qui rei que ad ipsum non pertinet se inmiscet, vestris terminis et
 finibus contenti, de Causis et negotiis ad Forum et cognicionem Sancte
 Ecclesie pertinentibus de jure, vel consuetudine optenta legitime ab antiquo,
 utpote de matrimonialibus, alimentariis, testamentariis, vel bona
 concernentibus intestatorum qui forsitan in fraudem Ecclesie Testamenta
 minime condiderunt, diffamacionum lese fidei, perjuriorum, decimarum,
 mortuariorum, oblationum, usurarum, et alias ubi proceditur seu concluditur
 ad declaracionem criminum seu incursus Censurarum et Sentenciarum
 a Sacris Canonibus vel Statutis latarum, puta contra violatores libertatum
 Ecclesiasticarum, vel injectores violentarum manuum in clericos, et in
 ceteris casibus similibus; vel alias ubi proceditur ad correccionem excessuum
 et mortalium peccatorum, veluti adulteriorum, incestuum, fornicacionum,
 et ceterorum hujusmodi delictorum, et aliis similibus casibus ad
 Forum Ecclesie pertinentibus, ad Parciū instanciam seu ex Officio mero
 vel promoto, cognoscatis tantummodo et cognoscent; de secularibus vel
 mere civilibus, ad cognicionem Domini nostri Regis predicti seu aliorum
 Dominorum temporalium spectantibus, vos vel eos nullatenus inniscentes.
 Proviso semper quod pro excessibus et peccatis notoriis vel famosis corporales Penitencias imponatis, et presertim ubi id ad medelam animarum vi-
 deritis expedire; quas si convicti sponte redimere voluerint, redempciones
 hujusmodi non inmoderatas, non onerosas, neque excessivas, requiratis quo-
 modolibet vel requirant; ut semper temporali comodo lucrum videamini pre-
 ponere animarum; vosque et illi tam Clero quam populo non difficiles, non
 graves, non duros nec asperos, set pocius promptos, favorabiles, propicios,
 ac benignos vos et eos studeatis et studeant exhibere. Tenentes indubie
 quod, si contrarium feceritis vel fecerint, vel terminos vestros aut eorum
 excesseritis vel excesserint, aliter quam est dictum, nos, ad quos hoc

A.D. 1349. pertinet, tam vos quam eos condigne, secundum Statuta Canonica, punie-
 mus, etiam acrius et rigidius quam faceret prefatus Dominus noster Rex, si
 Vol. II. ad eum in hiis vestri vel eorum punicio pertineret. Omnibus, autem, tam
 clericis quam laicis, de vobis vel aliquo vestrum, seu eis aut aliquo eorum
 conqueri juste voluntibus, firmiter pollicemur quod festinum et congruum
 faciemus, per nos et alios, justicie complementum. Ceterum, ut miseri-
 cordiarum Dominus, Suorum Fidelium precibus complacatus, prefatum
 Dominum nostrum Regem in omnibus operibus suis dirigat prospere et
 conservet, vobis singulis mandamus quatinus humiles preces ad Eum
 fundatis in Cuius manibus sunt corda Regum, et ab Abbatibus, Prioribus,
 Ecclesiarum Rectoribus et Vicariis nostrarum Civitatis et Diocesis, et alias
 ab universo Clero et populo nobis subjecto fundi faciat, pro salubri statu
 ejusdem Domini nostri Regis et Regni Sui; et ut Rex Regum et Dominus
 dominicanum taliter eundem Dominum nostrum Regem in cunctis suis
 oportunitatibus prosequatur, quod se in omnibus Divinis coaptet bene-
 placitis et conformet, sibique concedat adeo providum consilium et fidele
 quod cuncte ejus operaciones procedant ad laudem Dei Ecclesieque Sancte
 et Regni sui honorem, prosperitatem, comodum, et quietem. Omnibus,
 autem, tam vobis quam aliis, premissa devote facientibus, parochianis
 nostris et aliis qui hanc indulgenciam ratam habuerint, Auctoritate Dei et
 Sanctissime Marie Matris sue, Beatorumque Apostolorum Petri et Pauli,
 Patronorum nostrorum, quadraginta dies Indulgencie concedimus per Pre-
 sentes. Ad hec, presentes Literas, et omnia et singula in eis contenta, vos
 singuli in singulis Ecclesiis vestre Jurisdiccionis, necnon in Capitulis
 vestris, faciat solempniter publicari. Et quid in premissis feceritis, nos
 vos singuli [certificetis] per Literas vestras separatas patentes, infra Festum
 Sancti Petri ad Vincula [1 Aug.], harum seriem continentem.—Datum apud
 Cliste, primo die Julii, Anno Domini supradicto.

Tiverton Prebendal Church; Sir John de Tuvertone, "Porcion-
 arius Porcionis Curate quondam Thome de Esse, in Ecclesia
 de Tuvertone,"—

Licence of non-residence for a year, "causa insistendi obsequiis Domini
 Hugonis le Despenser" (1 Aug.).

West Putford [Westputteforde, MS.]; Master Paul Brey, deacon,
 R.,—

Dispensation: non-residence for a year, to study at Oxford or elsewhere in
 England (Clyst, 6 Sept.).

Inwardleigh; [Litera] testimonialis super usu studii Rectoris de
 Inwardleghe,—

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Magistro Johanni Giffard, Rectori Eccle-
 sie de Inwardleghe, nostre Diocesis, subdiacono, salutem, graciam, et bene-
 diccionem.—Meminimus nos tecum alias Literis nostris certi tenoris, ut a
 quinto die mensis Octobris, Anno Domini M°. CCC^{mo} xl, per annum conti-
 nuum Oxonie, vel alibi in Regno Anglie ubi Universitas seu studium viget
 generale, insistere valeres studio Literarum, ita quod ad suspcionem
 Ordinum Superiorum vel ad residenciam in eadem Ecclesia interim minime
 tenereris, juxta formam Constitutionis *Cum ex eo*, legitimate dispensasse;
 prout in eisdem Literis plenius continetur. Ita, tamen, quod, decursu
 anno predicto, infra mensem de debito usu predicte nostre Dispensacionis
 nobis fidem facere tenereris; quam si non feceris, hujusmodi Dispensacio
 nostra pro nulla penitus haberetur. Verum, quia de debito usu studii
 infra tempus in dictis Literis nostris comprehensum, secundum exigenciam
 et tenorem Literarum nostrarum hujusmodi, fidem nobis fecisti sufficientem
 has Literas nostras tibi super hiis fieri fecimus testimoniales, sigilli nostri
 impressione communitas.—Data apud Cliste, vj die mensis Septembris,
 Anno Domini supradicto.

A.D. Camborne ; Master Stephen Pempel (*sic*), deacon, R.,—

1341. Vol. II. *Dispensation* : non-residence for a year, to study at Oxford or elsewhere in England (Clyst, 14 Sept.).—"Item, eisdem die et loco, idem Magister Stephanus docuit de usu studii virtute prioris Dispensacionis sibi concesse, et super hoc optimus Literam testimonialem sub sigillo Domini, sub hac forma,—Pateat universis per Presentes quod dilectus filius, Radulphus de Treredeneke, Procurator dilecti filii, Magistri Stephani Pempel, Rectoris Ecclesie de Cambron, nostre Diocesis, nobis, hac die xiiij Septembris, Anno xl^o [1341], Literas patentes Cancellarii Universitatis Oxoniensis, in Manerio nostro de Cliste, exhibuit, in hec verba,—Universis, etc.—In eujus rei testimonium nos, Johannes, etc., sigillum nostrum facimus hiis apponi.—Data apud Cliste, die, mense, et Anno Domini supradictis ; Consecracionis, vero, nostre xiiijmo.

St German's Priory ; *Commissio pro Custodia Prioratus Sancti Germani*,—

xiiij die Septembris, apud Cliste, Dominus commisit Custodiam Prioratus Sancti Germani, vacantis, Domino Ricardo de Gomersale, Clerico familiari Domini, Magistro Bartholomeo de Castro, Rectori Ecclesie Sancti Ivonis, Domino Willelmo de Treskelli, Canonico dicti Prioratus Sancti Germani, et Willelmo de Slade.

Kenton—West Alvington ; *Probacio Testamenti Firmarii Ecclesiarum de Kentone et Alwyngtöne* (*sic*) *in Ecclesia Saresbiriensi*,—

Item, xvij die Septembris, apud Cliste, exhibito coram Domino Testamento Magistri Nicholai de la Wyle, nuper Precentoris et Canonicorum Ecclesie Saresbiriensis, et Firmarii firme de Kentone et Alwyngtöne, Exonieensis Diocesis, in eadem Ecclesia Saresbiriensi, defuncti, per Magistros Henricum de Lutegershale et Willelmum de Fysshide, ac Thomam Cotel, Executores in eodem Testamento nominatos ; receptisque super dicto Testamento probacionibus, Dominus pronunciavit pro eodem et illud habuit pro probato. Et, recepto ab eisdem Executoribus juramento de fideli Inventario confiendo de omnibus bonis dicti defuncti in eadem Diocesi existentibus et eadem bona fideliter administrando, Dominus commisit eisdem Executoribus Administracionem bonorum hujusmodi in forma juris, et Sequestrum in eisdem interpositum relaxavit.

St. German's Priory ; *Licencia eligendi Priorem apud Sanctum Germanum*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Subpriori et Conventui Prioratus Sancti Germani, nostrorum Diocesis et Patronatus, salutem, etc.—Patentibus Literis nobis, per dilectum in Christo, Fratrem Johannem Colyn, Concanonicum vestrum, ex parte vestra nobis exhibitis, cum instancia supplicastis ut, desolacioni Prioratus vestri, ad presens Prioris solacio destituti, [compacientes], liberam vobis, prout moris est, eligendi Priorem dignemur concedere facultatem. Vestris, igitur, supplicationibus hujusmodi favorabiliter annuentes, Licenciam hujusmodi concedimus, sic ut premittitur postulatum. In cuius rei, etc.—Data apud Cliste, xx^{mo} die Septembris.

Horwood [Horwode, MS.] ; Master Robert Boghe, accolite, R.,—
Dispensation : non-residence for a year, to study at Oxford, etc. He was to take Subdeacons' Orders within a year from his Institution, etc.,—"cum clausulis *Proviso* et *Decurso*, etc." (Clyst, 23 Sept.).

Rame [Ecclesia Sancti Germani de Rame, MS.] ; Master John Raufe, priest, R.,—

Dispensation : non-residence for a year, to study at Oxford, etc., "cum clausula *Proviso*, etc., ac *Decurso anno*, etc. ; necnon, cum ista clausula, 'Ad hec,

A.D. die date Presencium, legitime nos informasti te in Universitate Oxoniensi
 1341. a ix die mensis Octobris, Anno Domini M^o. CCC^{mo} xl^o, usque ad Festum
 Vol. II. Sancti Mathei, Apostoli, nunc proximo preteritum [21 Sept.], debite stud-
 uisse, et Licencia nostra studendi anno proximo elapso tibi concessa legi-
 time usum fuisse ; ideoque, tam super Licencia nostra presenti quam super
 informacione hujusmodi, has Literas nostras testimoniales tibi fieri facimus,
 sigilli nostri munimine roboratas.' " (Clyst, 24 Sept.).

Dunchideock [Donshidioke, MS.] ; Master John Thursteyn, sub-
 deacon, R,—

Dispensation : non-residence for a year, to study at Oxford, etc. (Chudleigh,
 5 Oct.).

Plymtree [Plymptreu, MS.] ; Master John de Pillaunde, sub-
 deacon, R,—

Dispensation : non-residence for a year, to study at Oxford, etc. (same date).

fol. 240b. Luppit [Loupitte, MS.] ; Master Robert de Grymestone, deacon,
 R,—

Dispensation : non-residence for a year, to study at Oxford, etc. ; "cum clau-
 sula Proviso, etc., et clausulis sequentibus,—' Ad hec, quia de debito usu
 Dispensacionis nostre, ultimo de studendo in forma predicta tibi facte, nos
 plene, sufficienter, et legitime informasti, te debito modo usum fuisse
 Dispensacione ipsa reputamus, et decernimus per Decretum. Decursa,
 autem, et finita Dispensacione presenti, te debito modo usum ea, infra
 mensem utilem, nos informes ; alioquin presens nostra Dispensacio eo ipso
 nullius existat roboris vel momenti ' " (Chudleigh, 15 Oct.).

St. Ewe ; Master Thomas Bray, R,—

Dispensation : non-residence for a year, to study at Oxford, etc. (Chudleigh
 16 Oct.).

Mutatio Annū Consecrationis Venerabilis Patris predicti.

Anno Domini M^o. CCC^{mo} xl^o, et Consecrationis dicti
 Patris quintodecimo.

Whitchurch ; Mandatum ad citandum Abbatem Tavistochie ad
 calculandum de fructibus Ecclesie de Whitchurche,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Decano de Tavistoke, et Domino
 Willelmo [Kaignes], Rectori Ecclesie de Brodwodewiger, nostre Diocesis,
 salutem, graciam, et benedictionem.—Olim vacante Ecclesia de Whyt-
 churche, dicte Diocesis, per mortem Domini Jacobi Fraunceys, Rectoris
 ejusdem Ecclesie, et presentato per dilectum filium, Walterum atte Treawen,
 asserentem se Patronum ejusdem, dilecto filio, Magistro David Alyam,
 tunc clero, nunc presbitero, ad eandem, de vacacione et jure Patronatus
 dicte Ecclesie ac meritis Presentati predicti, ad instanciam ipsius, inquire
 mandavimus et fecimus juxta morem. Verum, dilecti filii, Abbas et Con-
 ventus Monasterii Tavistochie, dicte Diocesis, contra Presentacionem predi-
 tam se opposentes, et se Patronos veros dicte Ecclesie pretendentes, dilectum
 filium Magistrum Walterum de Wike, clericum, nobis ad eandem Ecclesiam
 presentarunt ; ad quorum Abbatis et Conventus ac Presentati sui in-
 stanciam, de vacacione et jure Patronatus prefate Ecclesie rursus inquire
 mandavimus, sicut prius. Cumque postmodum suborta inter Presentatores
 et Presentatos predictos litis materia super premissis et eorum occasione ;

A.D. ac, pro parte Abbatis et Conventus predictorum quibusdam Appellationibus ad Sedem Apostolicam et Cantuariensem Curiam interjectis, de vaca-
 1341. Vol. II. cione dicte Ecclesie diutina timeretur; nos, cure animarum parochianorum et indemnitati dicte Ecclesie, in quantum potuimus, consulere cupientes, quosdam Yconomos primo eidem Ecclesie sub certa forma curavimus deputare. Et demum, de probitate dilecti filii, Fratris Johannis de Courtenay, Abbatis Monasterii predicti, tunc plurimum confidentes, pre-
 sertim cum vicinior et ceteris propinquior esset Ecclesie memorate, ipsum predictis Yconomis, in hujusmodi yconomatus officio, de suo consensu expresso, subrogavimus, et dicte Ecclesie ac fructuum, proventuum, et obvencionum snorum nostrum deputavimus et fecimus Yconomum et Sequestrum. Volentes, igitur, effici cerciores qualiter idem Abbas, noster ut premittitur Sequester, in dicto Officio sibi commisso, et in colleccione et conservacione fructuum et bonorum dicte Ecclesie sit versatus, vobis com-
 muniter et divisim committimus et mandamus quatinus citatis, seu citari faciat, peremptorie, prefatum Fratrem Johanrem, quod compareat coram nobis, vel nostro Commissario, in Capella Manerii nostri de Chuddeleghe, proximo die Sabbati post instans Festum Sancti Martini [17 Nov.], de gestis et administratis per eum, neconon de fructibus et obvencionibus predictis, de, et a, toto tempore quo Sequestrum dicte Ecclesie a nobis recepit, computa, calcula, raciones, et raciocinia plene et fideliter redditurus, nobisque inde ut convenit responsurus; facturus et recepturus quod erit justum. Et quid in premissis feceritis nos, dictis die et loco, certificetis per Literas vestras patentes, harum seriem continentibus.—Datum in Manorio nostro predicto, primo die Novembbris.

Exeter Cathedral; *Litera Decani et Capituli Exonie supplicatoria, ut possint eorum Munimenta exhibere in Domo Capitulari Exonie,*—

Reverendissimo et dilectissimo in Christo Patri et Domino nostro, Domino Johanni, Dei gratia Exoniensi Episcopo, vestri devotissimi filii, Decanus et Capitulum Ecclesie vestre Exoniensis, plenitudinem obsequii subjugalis.— Timore avulsionis et rupcionis sigillorum appositorum Literis probatoriis super assecucione licita et reteuacione Ecclesiarum et alicrum jurium ad mensam nostram spectancium confectis; quorum exhibicio in hac Visitatione vestra Archidiaconatus Tottoniensis nobis imminet facienda; pietatis vestre clemenciam cogimur implorare, humiliter supplicantes quatinus dignemini nobis concedere, de benignitate solita et favore, ut valeamus premissa coram vobis, vel aliis ad hoc deputandis Judicibus, in Domo Capitulari vestra Exoniensi exhibere; injungentes, si placet, nobis, filiis vestris devotissimis, precepta vestra, quibus avide cupimus obedire. Cum incremento honoris diutissime floreat vobis salus!—Presentata fuit Domino predicta Litera sub sigillo Decani et Capituli, x^o die Novembbris, apud Chuddeleghe.

Lustleigh [Lustlegh, MS.]; Master Richard de Brankescombe, clerk, R.,—

Dimissorie: “ad omnes Minores, quos nondum, etc.”; also, Licence to study for a year, at Oxford, etc. (Chudleigh, 11 Dec.).

A.D. Eggesford [Eggysforde, MS.]; Sir Richard de Bikeleghe, subdeacon, R.,—

Dispensation: non-residence till Michaelmas, to study at Oxford, etc. (Chudleigh, 4 Jan.).

fol. 241. Bicton [Bukyngtong, MS.]; Richard de Wydeslade, subdeacon, R.,—

Dispensation: non-residence for a year, to study at Oxford, etc. (5 Jan.).

A.D. Dittisham—Slapton; *Relevium Domini Comitis Devonie*,—

^{1341.} Quarto decimo die Januarii, apud Chuddeleghe, Dominus Willelmus de Chebeseye, Senescallus Hospicci Nobilis Viri, Domini Hugonis de Courtenay, Vol. II. Comitis Devonie, et Simon Devenysshe, auditor compotorum dicti Comitis, solverunt Domino Johanni, Dei gratia Exoniensi Episcopo, de relevio dicti Comitis pro duobis feodis Militis, que tenet de dicto Episcopo et Ecclesia sua in Didesham et Slapton, decem libras sterlingorum. Et quo ad eis, de relevio dicti Comitis pro uno feodo apud Yowe, in Manorio de Criditone, promiserunt solvere, cum pleniorum informacionem habuerint cum consilio suo de eodem.

[fol.] *Penitenciaries; Mandatum contra falsos Penitenciarios*,—

^{241b.} Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Presidenti Consistorii nostri Exoniensis cuiuscumque, salutem, etc.—Licet nulli Confessiones audire seu absolvere contientes reguli iter possint nisi proprii Sacerdotes vel privilegiati specialiter in hac parte, tamen intelleximus quod multi Religiosi, suis privilegiis abutentes, nobis non presentati, nec de nostris gracia, licencia, et beneplacito, Confessiones subditorum nostrorum audire, eos a suis peccatis absolvere, eciam in casu non concessso a jure, hactenus presumpserunt; quinimmo multi, majori ducti demencia, se Penitenciarios nostros mendaciter asserentes, subditos nostros de facto absolvere non formidant eciam a peccatis quorum Absolucioni nobis a jure vel consuetudine, et interdum Sedi Apostolice, reservatur, Fidelium animabus dampnabiliter illudendo Cupientes, ^{xxvij} igitur, quo ad tanta animarum pericula de cetero, in quantum cum Deo Januar possumus, providere, vobis mandamus quatinus in Consistorio predicto publice proclametis, et per singulos Archidiaconos Ecclesie nostre Exoniensis, vel eorum Officiales, in Capitulis suis et Convocationibus; necnon, in singulis Ecclesiis nostrarum Civitatis et Diocesis per earum Curatos, faciatis solemptiter proclamari et publice nunciari quod nullus subjectus noster aliquibus Religiosis nec Secularibus sua peccata confiteatur, vel Absolucionis umbram recipiat ab eisdem, nisi de potestate sua audiendi Confessiones subditorum nostrorum et eos absolvendi, absque proprii Sacerdotis licencia, per Literas nostras fidem fecerint, vel per alia legitima documenta; nec aliquis pro nostro Penitenciario reputetur nisi Literis Commissionis nostre specialiter sit munitus. Denunciantes, et denunciari facientes, Confessiones aliis, potestatem in hac parte non habentibus, factas et Absoluciones eorum esse irritas et inanes.—Datum apud Chuddeleghe, xij die Februarii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} xlj^o.

fol. ^{241.} *Testamentary; Acquietancia super calculo de Administracione bonorum Comitis Devonie*,—

Item, xv die Februarii, Anno Domini, etc., xl^o primo, Indicione x^a, Pontificatus Domini Benedicti Pape XII Anno octavo, Dominus Willelmus de Chebesey predictus comparuit coram Domino, in Camera de Chuddeleghe, et exhibuit quemdam calculum, signatum sigillo dicti Comitis Devonie in pendentri. Quem Dominus acceptavit; et dixit quod de fidelitate dicti Comitis plene confidebat, et idcirco, quantum ad eum attinebat, concessit sibi acquietanciam; quam idem Venerabilis Pater legit. Et precepit michi, Willelmo de Doune, Notario suo, quod sigillarem sigillo suo ipsam Scripturam. Presentibus discretis viris, Magistris Benedicto de Pastone et Ricardo Langacre, et aliis, videlicet Magistro Nicholao Aunger, alias cognomino Marshal, et me, W. de Doune.—Tenor, vero, dicte Scripture talis est, de verbo ad verbum,—Johannes, miseracione Divina Exoniensis Episcopus, dilecto in Christo filio, Nobili Viro, Domino H. de Courtenay Comiti Devonie, saluteum, cum benedictione et gracia Salvatoris.—Pridem defuncto quondam Nobili Viro et dilecto filio, Domino H. de Courtenay, Comite Devonie, patre vestro, ipsiusque corpore per nos, cum solemnitate qua decuit, Ecclesiastice tradito Sepulture; exhibito, postea, Testamento ejusdem coram nobis per vos et dilectos filios, Dominos Robertum le Pyl

A.D. et Ricardum de Fennotery, ac Ricardum de Chuseldene, Executores in
 1341-2. Testamento hujusmodi communiter deputatos, et per nos auctoritate
 Vol. II. ordinaria approbato ; vobis et eis potestatem conficiendi Inventarium de
 bonis predicti Testatoris in forma debita commisimus, ut est moris. Verum,
 presentato per vos et eos nobis Inventario antedicto, idem Robertus,
 Ricardus, et Ricardus onus Administracionis dictorum bonorum subire, seu
 Administracionem eorum suspicere, recusarunt, licet ad subeundum, sus-
 cipiendum, et exequendum essent per nos requisiti et moniti plures atque
 jussi. Et, quamquam nos idecirco, in hac parte, de juris auctoritate in
 omniibus subrogaremur eisdem, de conscientie, tamen, puritate et discrecio-
 nes vestris, fili in Christo karissime, plenam experienciam obtinentes, et
 volentes personam vestram, nobis, et Ecclesie Exoniensi, Matri vestre,
 devotam utique atque gratam, prerogativa fiduci eprosequi specialis, vobis
 soli et insolidum, videlicet utpote Executori pro parte qua unus fuitis
 Executor, et pro ceteris tribus partibus vice nostra subrogato, Administra-
 cionem bonorum commisimus dictum concernencium Testamentum. Viso,
 itaque, tandem, anno decurso, et auditio calculo et raciocinio vestro de
 Adinistracione bonorum in dicto Testamento ad certos et distinctos usus
 legatorum, quia comperimus bene, fideliter, et laudabiliter in hac parte vos
 gessisse, vos ab onere ulterius calculandi de hiis bonis absolvimus et a vestro
 dimittimus officio absolutos ; dispositionem residuorum in dicto Testamento
 relictorum omnino et libere, quantum ad nos attinet, vestre conscientie
 relinquentes, de affectionis paterne gracia amplioris —Data apud Chudde-
 legh, xv die Februarii, Anno, etc. xl primo.

fol. Instow [Yoenestowe, MS.] ; *Dimissorie*, —

241b. Master John de Gorkeleghe, deacon, R. of Instow, — “ in Presbiterum pro-
 moveri ” (Chudleigh, 23 Feb.).

*Confessions ; Licencia Fratris Predicatoris ad audiendum Con-
 fessiones, juxta formam Constitutionis Super Cathedram*, —

Johannes, etc., dilecto in Christo, Fratri Johanni de Burgo, Priori Conventus
 Fratrum Predicotorum Exonie, salutem, et medelam animarum sinceris
 affectibus promovere.—Ad audiendum Confessiones subditorum et parochi-
 anorum nostrorum, tibi sua peccata in foro anime revelare volencium, et
 ipsis imponendum, prout secundum Deum expedire cognoveris, Penitencias
 salutares ; neconon, Absolucionis beneficium, juxta formam Ecclesie, im-
 pendendum ; tibi nobis juxta formam Constitutionis *Super Cathedram*
 presentato, qui prius esse dinosceris de numero denario quem ex dicto
 Conventu ad excercendum in nostris Civitate et Diocesi hujusmodi officium
 competenter sufficere rati sumus, donec loco tui aliis subrogetur, Licenciam et
 graciam impertimur. Ita, tamen, quod potestatem Curatis seu Parochialibus
 Sacerdotibus a jure concessam, cum amplior tibi a dicta Constitutione
 non competit, excedere non presumas ; quin pocius sequaris tradiciones
 Canonicas circa tam grande et salubre Ministerium exequendum.—Data
 apud Chuddelegh, ultimo die Februarii.

*Bodmin Priory ; [Commissio pro Johanne Reynald, de Loo, impe-
 trante in forma pauperum]*, —

Johannes, etc., Executor seu Provisor a Sede Apostolica sub certa forma depu-
 tatus ad providendum dilecto filio, Johanni Reynald, de Loo, pauperi clero-
 nostre Diocesis, de aliquo Beneficio Ecclesiastico spectante ad Collacionem
 vel Presentacionem dilectorum filiorum, Prioris et Conventus Prioratus de
 Bodmynne, dicte Diocesis, communiter et divisum, dilecto filio, Fratri
 Ricardo de Polgover, Priori Prioratus Sancti Germani, dicte Diocesis,
 salutem, ac Mandatis Apostolicis humiliter obedire.—De vestris discrecio-
 ne et prudencia confidentes, ad conferendum, Auctoritate Apostolica, dicto
 Johanni Prebendam seu Porcionem curatam, quam nuper tenuit in Ecclesia
 Sancte Endeliente, dicte Diocesis, Magister Ricardus de Carburra, quem

A.D. idem Johannes dicit sublatum de medio, et per ejus mortem dictam Por-
1341-2. cionem seu Prebendam curatam jam vacare; quam asseruit auctoritate et
Vol. II. vigore Gracie a Sede Apostolica sibi facte et Processuum subsecutorum se
legitime acceptasse; si et in quantum sibi debetur, et de jure videritis
faciendum; euudemque Joahannem induci faciendum in possessionem
ejusdem Beneficii curati, vobis subdelegamus vices nostras, tenore Pre-
sencium, si sit ita.—Data apud Chuddelegh, xvij die Marcii.

[**Mutatio Anni Incarnationis Domini**,—Vol. I,
fol. 110].

**Anno Domini M° CCCmo xlj^{do} incipiente, et Consecra-
cionis dicti Venerabilis Patris xv^{mo}.**

A.D. Kingsnympton [Kyngesnymyngton, MS.]; Reyner de Hulhampt-
1342. one, clerk, R.,—

Vol. II. Licence of non-residence for a year, to study at Oxford, etc. He was to take
fol. all the Minor Orders and the Order of Subdeacon within a year from his
241b. Institution (Chudleigh, 6 April).

Vol. I.* Launceston Priory; *Reformaciones et Ordinaciones super compertis
in Monasterio Lancestonie*,—

fol. 110. Johannes, etc., dilectis filiis, Priori et Conventui Monasterii Lancestonie,
nostrorum Patronatus et Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem.—
Pridem, dum circa quasdam Partes nostre Diocesis proficiscemur, causa
nostrri Pontificalis Ministerii exequendi, ad predictum Monasterium nos
personaliter conferentes, qualiter versaremini circa Discipline observanciam
Regularis, et alias de statu et regimine ipsius Monasterii, interius et ex-
teriorius, summarie, absque Visitacionis solempniis, inquirere studuimus dili-
genter; et nonnulla correccione et reformacione digna reperimus in eodem.
Volentes, igitur, ex Officii nostri debito, remedium reformacionis accomode
adhibere, vobis, in virtute Obedience qua nobis tenemini sub vinculo
juramenti, et sub pena Majoris Excommunicacionis Sentencie in vos,
Priorem, et singulares personas Conventus ferende, si Mandatis nostris

De eli- parere neglexeritis, precipinus et mandamus quod elimosinas in dicto
mosina. Monasterio distribui solitas, tempore vestro, Prior, temere subtractas, annis

singulis erogetis, secundum modum ante tempora vestra diu et laudabiliter
De re- observatum. Item, quod ad refectionem cotidianam pauperum in aula
feccione vestra assumatis, una cum senibus, aliquos pueros pauperes idoneos et
paupe- aptos ad Gramaticam addiscendam; exclusis mulieribus, presertim sus-
pectis, et aliis validis personis, et remota omni inordinata affectione carnali-

De lum-tatis.—Item, quod lumen solitum, tam in cereis quam lampadibus, curetis
ine et modis omnibus facere de cetero ministrari; et faciatis Sacristam de ad-
Orna- ministracione sua exactam in communi reddere rationem. Libros, eciam,
Eccle- defractos faciatis reparari, et Vestimenta fracta et sordida refici et lavari;
sie. ita quod, ante omnia, Divinum Officium cum honestate debita peragatis;
De pot- a potacionibus inhonestis et indecentibus, tam in communi refectorio quam
acioni- acionibus, eciam seorsum, penitus abstinentes.—Item, inhibemus ne canes vel aves
bus.
De cani-venaticos vestros, vel alieujus vestrum, seu eciam alienos, infra septa dicti
bus et Monasterii, seu alibi, teneatis.—Item, mandamus quod ouerosam familiam
avibus. a vestro Monasterio amoveatis, et potissimum famulos singularium Canon-
Quod Canon- corum; ita quod nullus Canonicus famulum habeat nisi de licencia vestra,

* The remainder of the *Registrum Commune* is at the end of Vol. I.—See Preface.

ici non Prior, et Cellerarii dicti Mouasterii ; speciali quo casu juramentum fidelitatem habeant vobis, Priori et Conventui, prestet, et si rixosus vel rebellis fuerit, famulos, potissime contra aliquem vestrum, illico amoveatur.—Item mandamus Quod quod nullus famulus alicujus Canonici exeat portas vestras vel intret post nullus ignitegium pulsatum, sine causa necessaria a vobis, Priore, Cellerario, vel famulus ex. Subpriore specialiter approbata.—Item, mandamus quod receptores vestri, eat nec ballivi, et ministri assumantur per vos, Priorem, de senioris partis Conventus intret vestri consilio et assensu; et jurent in coimuni de fideliter serviendo.—Item, post ignitegium, precipimus Willelmum Weveroke, Capellum Parochialem Sancti Stephani, quem inidoneum reperimus et ineptum, ab illo loco amoveri, et alium De ballivis idoneum per vos, Conventum, eligi statim ; ita quod mox post Festum Sancti Michaelis loco sui subrogetur.—Item, volumus quod vos, Prior, et prepositis, Capellanos ponendos in Ecclesiis et Capellis vestris de Conventus consilio Quod assumatis, et facta vestra communicetis Confratribus vestris ; ipsos pro Capellani sequentes, sicut decet, in visceribus caritatis. De die, vero, recepcionis ponan. Presencium, et quid feceritis in premissis, ac de nomine Capellani electi, tur per nos infra xij dies a die recepcionis Presencium certificetis per Literas consiliū sigillo vestro communi consignatas.—Datum in Manerio nostro de Clyste, Conven xxj^o die Maii, Anno Domini M^o. CCC^{mō} xlj^o, et Consecrationis nostre quintodecimo.

Plympton Priory ; Mandatum directum Priori Plymptonie ad amovendum Fratrem J. Wy ab Officio Celerarii,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Priori et Conventui Plymptonie, nostrorum Patronatus et Diocesis, salute, graciā, et benedictionem.—Nuper, cum circa nostram Diocesim proficiscemur Pontificale Ministerium exequentes, ad dictum Monasterium curavimus personaliter declinare, ut videremus qualiter versaremī circa Regularis observanciam Discipline, et alias in quo statu ipsum Monasterium existeret. Unde et aliqua reformacione digna reperimus in eodem, que vobis, Priori, in scriptis edi fecimus ; mandantes quod ea faceretis infra Pentecosten congrue reformari. Infra quem terminum vestras, Prior, recepinus Literas, contiuentes quod vos illico juxta Mandatum nostrum aliqua ex dictis compertis debite correxitis ; unde in hoc vestram devocationem in Domino plurimum commendamus. Suppli- castis, tamen, ex causis aliquibus in Literis vestris expressis, quod quantum ad amocationem Concannonicorum vestrorum in Officiis positorum dignaremur usque ad Festum Sancti Michaelis dictum terminum prorogare ; adientes quod duorum receptorum Officium in vestro Monasterio esset prout hactenus fuit, docente experientia, inutile et dampnosum. Habita, fol. 110b. igitur, super dictis Literis vestris et contentis in eis deliberacione pleniori quo ad petita in eisdem duximus annuendum in omnibus, excepto uno ; videlicet, quod Fratrem Johannem de Mewy, jam Cellerarium dicti Monasterii, ex causis multis, in Capitulo dicti Monasterii secrecius inter vos propositis coram nobis et repertis minus veris et notoriis, quas pro Religionis honore ad presens sub silencio preterimus, statim a suo Officio precipimus amoveri, et alium idoneum per vos, Priorem, de consensu seniorum Conventus vestri, seu saltem senioris partis ejusdem, eligendum, loco suo subrogari. Quantum, vero, ad alia, responsionem vestram, vos Prior, utpote rationabilem acceptamus. De die, vero, recepcionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nos certificetis, infra decem dies a die recepcionis Presencium, per Literas vestras patentes, sigillo vestro consignatas et harum seriē continentis.—Datum in Manerio nostro de Clyste, xxj^o die Maii, Anno Domini M^o. CCC^{mō} xlj, et Consecrationis nostre quintodecimo.

[Vol. Archdeaconry of Cornwall ; Litera pro Domino Archidiacono in II. fol. Cornubia,—

242.] Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, universis et singulis Ecclesiarum Rectoribus et Perpetuis Vicariis Archidiaconatus Cornubiensis, subditis nestrīs, salutem, graciā, et benedictionem.—Cum dilectus in Christo

A.D. filius, Dominus Adam de Carleton, Archidiaconus Cornubie¹, impotencia
 1342. et debilitate corporis adeo sit detentus quod circa Visitacionis Officium in
 [Vol. Ecclesiis sui Archidiaconatus impendendum nequit, ut deceret, personaliter
 II.] se conferre ; propter quod procuracionem, occasione Visitacionis hujusmodi
 debitam, exigere non poterit ; cum, tamen, residenciam personalem faciat in
 Ecclesia nostra Exoniensi, ad honorem ejusdem Ecclesie, non sine magnis
 sumptibus et expensis, vos singulariter singulos requirimus, rogamus, et
 hortamur in Domino quatinus eidem Archidiacono, ex vestra curialitate et
 gratitudine, taliter succurratis quod onus residencie sue hujusmodi, juxta
 status sui exigenciam, possit eo melius subportare, et proinde tam nos
 quam ipse grates vobis imposterum reddere teneamur.—Data apud Cliste,
 xxviii die Maii, Anno Domini M^o. CCC^{mo} xlij^{do}, et Consecrationis nostre
 xv^{mo}.

[fol. Iste sunt cause que movent me, Adam de Carleton, Archidiaconum Cornubie,
 242b.] ad permutandum dictum Archidiaconatum meum cum Domino Johanne de
 Sancto Paulo, Rectore Ecclesie de B[r]yngtone, Lincolnensis Diocesis, pro
 Ecclesia sua predicta ; primo, quia ego teneor ex officio, quolibet anno,
 circuire Archidiaconatum meum, ac Ecclesias et alia Loca ejusdem visitare,
 corrigere animas, videre defectus Librorum, Vestimentorum, et aliorum, et

¹ Le Neve (i, 398) tells us that “*Adam de Carleton held this Dignity, 7th Jan., 1307-8,*” referring to “*Rot. Pat. 1 Edw. II, p. 1, m. 2;*” that “*Walter occurs as Archdeacon, 1st April, 1311;*” that “*Nicholas de Scotton was appointed by the King, 8th March, 1328-9 (sic), Rot. Pat. 2 Edw. III, p. 1. m. 20,*” and that “*John [de] St. Paul is said to have filled this Office in 1346.*” But the Patent Roll shews that the 7th of January was the date of Carleton’s appointment,—“*De Archidiaconatu dato,—Rex omnibus ad quos, etc., salutem.—Sciatis quod dedimus et concessimus dilecto Capellano nostro, Ade de Carleton, Archidiaconatum Cornubiensem in Ecclesia Exoniensi, vacantem, et ad nostram donacionem spectantem ratione Episcopatus Exoniensis vacantis et in manu nostra existentis; habendum cum suis juribus et pertinentiis quibuscumque. Teste Rege apud Wy, viij die Januarii.*” There was no Archdeacon *Walter* in 1311. And, although it is true that *Nicholas de Scotton* was appointed by the King in 1327-8, he was rejected by the Bishop for the very sufficient reason that the Dignity was not vacant. Dr. Oliver (*Lives of the Bishops*, p. 288), could find no earlier date for *Carleton* than 3 Oct., 1313; and, accordingly, he puts *Walter* immediately before him, as Archdeacon in 1311 (i. e. about 3 years after Carleton’s Collation.) But he, rightly, omits *Scotton*. I have to

confess that in my Edition of Bishop Stapeldon’s Register (p. 203), I carelessly followed these two Authorities, and entered *Walter* as Archdeacon in 1311; adding, however, that *Carleton*, nevertheless, reappears in 1312 and 1313. Of course, he did, for he had not ceased to hold the Office. I charge myself with carelessness, because, although it is true that *Walter* is mentioned as Archdeacon in a Deed of 1311 (*Stapeldon’s Register*, p. 112), the reference is contained in a Charter of Bishop John (1186-1191), recited in the said Deed, when Walter Fitz-Drogo was Archdeacon; and he was one of the witnesses thereto. Oliver, actually, enters him thrice; first as “*Galerus . . . about 1180,*” next as “*Walter Fitzdrogo . . . between 1186 and 1191,*” and, finally, as Archdeacon while Carleton held the Office. Both Le Neve and Oliver overlooked the Letter given in the Text above, which proves conclusively that Carleton held the Archdeaconry from 1307-8 till 1342 at any rate. He really held it till the middle of 1346; for the negotiations for the exchange with John de St. Paul, for the Rectory of Brington, Hunts, were prolonged, and were only completed on the 19th of June in that year, when Carleton was inst. to Brington, and St. Paul became Archdeacon of Cornwall in his room (vol. iii, fol. 57).

A.D.
1342.
[Vol.
II.] eosdem facere reparari ; videre, eciam, quod Deo in singulis Ecclesiis competenter et honeste deserviatur ; et alia multa facere que magnum requirunt laborem. Et, quia ista personaliter facere non possum, jam senio confractus et debilitate corporis prepeditus, magnum habeo cotidie remorsum conscientie, maxime propter animas que sic remanent incorrecte.—Item, populus in illis Partibus est valde mirabilis, rebellis, et difficilis ad informandum et corrigendum ; et hoc movet me ad permutandum cum eo, qui est bene cum Rege et Principe et aliis Magnatibus Regni, et sic potentior me est ad conservandum jura Ecclesie in ea Parte, et alia que ad hujusmodi Officium pertinent facienda ; que ego, tam propter populi rebellionem ac Dominorum et amicorum ibidem carenciam quam corporis mei inpotenciam, nullo modo facere possem.—Item, Parochia illius Ecclesie de B[r]yngtöne multo magis stricta est quam sit Archidiaconatus, et ideo minorem requirit laborem ; quia ego possum ibidem in uno loco residere, et cotidie videre et visitare parochianos meos ; et, eciam, Ecclesia illa non multum distat a loco originis mee, ubi sunt plures Domini et amici mei, et lingua mea est magis nota. Ex ipsis causis credo magis proficere in illa Ecclesia quam in isto lato Archidiaconatu.—Item, quia non possum personaliter circuire et visitare Archidiaconatum meum, jam subtrahitur michi, singulis annis, una summa peccunie, quam solebam ibidem percipere annuatim, in qua consistebat quasi totus fructus Archidiaconatus mei, et maxima pars victus mei. Et credo Dominum Johannem de Sancto Paulo satis potentem esse ad omnia predicta facienda.

The following Letter addressed to the Pope was written on a blank space at the end of Volume II,—

Significat Sanctitati vestre Orator vester Johanues de Grandissono, Episcopus Exoniensis, quatinus eidem dispensandi, Auctoritate Apostolica, cum certo clericorum numero, juxta vestre Beatitudinis arbitrium limitando, cum quibus super defectu natalium quem paciuntur de solutis utrisque parentibus, seu eciam de sacerdotibus, diaconibus, vel subdiaconibus, aut in adulterio ex uno parente vel utroque genitus, fuit alias, ejusdem Sedis Auctoritate, dispensatum quod, hujusmodi non obstante defectu, possint ad omnes Sacros Ordines promoveri, et eorum singuli singula Beneficia Ecclesiastica, eciam curam animarum habencia, obtinere ; ut, premisso natalium suorum defectu non obstante, iidem clerici ad alia Beneficia, eciam curata, quoctiens et quando sibi et eis, vel eorum alicui, expedire videbitur, migrare valeant, dum, tamen, provideatur eis alias Canonice de eisdem, gracie concedere et tribuere dignemini facultatem.

Vol. Bosham ; *Procuratorium ad tractandum cum Episcopo ac Decano I. et Capitulo Cicestrie, super exercicio Jurisdictionis Capelle fol. 110b. Regie de Boseham,—*

Pateat universis per presentes quod nos, Johannes, etc., Patronus et Collator ac eciam Ordinarius immediatus Prebendarum Capelle Regie de Boseham, Ricardus de Braileghe, Decanus Exoniensis, et ejusdem Ecclesie Capitulum, omnem omnino dissencionis et discordie materiam super subjeccione et Jurisdictionis exercicio in Choro et Prebendis, personis Canonicorum, Ministrorum Capelle predicte, ac bonis et fructibus Prebendarum earundem, ab antiquo suscitatam, subducere et, quantum in nobis est, radicibus extirpare volentes, ordinamus, facimus, et constituumus dilectos nobis in Christo, discretos viros, Magistros Robertum Herewarde et Johannem de Northwode, nostre Exoniensis Ecclesie predicte ac dicte Capelle de Boseham Canonicos, et utrumque eorum insolidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, set quod unus eorum incepit alter prosequi et finire valeat, nostros veros et legitimos Procuratores, negociorum Gestores, et Nuncios

A.D. speciales, ad tractandum et consulendum super predictis subjeccione et
 1342. Jurisdiccionis exercicio cum Venerabili in Christo Patre, Domino Roberto
 Vol. I [de Stratforde], Dei gratia Cicestrensi Episcopo, necon cum discretis viris,
 Decano et Capitulo Cicestrensis Ecclesie, ac eciam Archidiacono Cicestrie,
 aut deputando vel deputandis, conjunctim vel divisim, ab eisdem ; et super
 sic tractatis et consultis finali decisionem faciendum et fieri procurandum;
 ac petendum, paciscendum, transigendum, et super predictis componen-
 dum; omniaque alia et singula faciendum et excercendum que in premissis,
 aut eorum aliquo, necessaria fuerint vel eciam oportuna. Ratum, gratum, et
 firmum perpetuo habituri, sub hypotheca et obligacione rerum nostrarum,
 quicquid per dictos Procuratores nostros, aut eorum alterum, actum, ges-
 tum, seu procuratum fuerit in premissis vel aliquo premissorum. In
 cujus rei testimonium sigilla nostra Presentibus sunt appensa.—Datum in
 Domo Capitulari Ecclesie nostre Exoniensis predicte, primo die Junii, Anno
 Domini M°. CCC^{mo} quadragesimo secundo.

*Redruth—St. Gluvias ; Commissio pro Permutacione Ecclesie de
 Rudruth et Vicarie de Behethlan,—*

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Magistro Willelmo de Heghes, Canonico
 Ecclesie nostre Collegiate Beati Thome, Martiris, Glasneye, salutem, gra-
 ciam, et benedictionem.—Cum dilecti filii, Dominus Thomas Basset, Rec-
 tor Ecclesie de Rudruth, et Dominus Stephanus de Reswalsteys, Per-
 petuus Vicarius Ecclesie de Behethlan, nostri Patronatus, sua hujusmodi
 Beneficia, ex certis causis licitis et legitimis, libere, ac sine pravitate et
 fraude quacumque, proponant, ut asserunt, Canonice permutare ; dum,
 tamen, auctoritas et consensus illorum quorum interest interveniant in hac
 parte ; ad audiendum, examinandum, et discuciendum, et, quantum de
 jure fuerit, approbandum causas Permutacionis hujusmodi, necon titulos
 utriusque ipsorum permutare volencium quos in dictis suis Beneficiis habere
 se asserunt, et, si causas Permutacionis hujusmodi licitas et honestas, ac ec-
 iam titulos eorum Canonicos esse repereritis, aliudque Canonicum non obsi-
 tat ; ad acceptandum resignaciones dictorum Thome et Stephanii de dictis
 Ecclesia et Vicaria, ex causa Permutacionis faciendas, dictamque Vicariam
 de Behethlan, cum suis juribus et pertinenciis universis, prefato Domino
 Thome conferendum, et ipsum in eandem induci faciendum et mandandum ;
 necon, memoratum Stephanum ad Ecclesiam de Rudruth antedictam
 admittendum, et ipsum Canonice instituendum in eadem, ac eciam in cor-
 poralem possessionem ejusdem inducendum, inducive faciendum, omniaque
 alia et singula expediendum que in premissis et ea contingentibus necessaria
 vel oportuna fuerint ; vobis, de cujus fidelitate et circumspetionis industria
 ad plenum confidimus, committimus vices nostras, cum cuiuslibet Canonice
 cohercionis potestate.—Data apud Cliste, xvij die Junii.

*The Clergy, their attire, tonsure, etc. ; De vestibus et tonsura
 Clericorum,—*

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Archidiaconis Exonie, Cornubie, et
 Barnastapolie, in Ecclesia nostra Exoniensi, salutem, graciam, et benedic-
 cionem.—Sacris est Canonibus diffinitum ut Clerici, in Dei sortem electi,
 mundi voluptatibus non intendant, set professionem suam habitu probent
 et incessu, ne, ex gestu forsitan indecenti, intuencium, quorum speculum
 esse debent et exemplar, oculos et aspectus scandalizent, et sic, per gestus
 fol. 111. suos incompositos, tam propria quam aliorum sint ruina. Horum, igitur,
 consideracione, bone memorie Ottobonus, duduni Sancti Adriani Diaconus
 Cardinalis, et in Regnis Anglie, Scocie, Hibernie, et Wallie Apostolice Sedis
 Legatus, inter cetera que pro morum reformacione edidit, provida delibera-
 cione statuit et decrevit ut universi Clerici vestes gerant nou longitudine
 vel brevitate nimia ridiculas vel notandas, set talares, saltim ultra tibiarum
 medium attingentes, auresque patentes crinibus non opertas, et coronas
 habeant probanda latitudine condecentes. Quod si qui in Sacerdotio vel

A.D. Dignitate constituti, aut curam animarum habentes, seu Cathedralium
 1342. Ecclesiarum Canonici, contra premissa vel aliquod premissorum deliquerint,
 Vol. J. si, moniti, se non emendaverint, suspensionem ab officio incurvant ipso
 facto. In qua si per tres menses institerint, extunc a Beneficio sint
 suspensi; a qua Suspensione absolvi nequeant nisi data sexta parte
 reddituum suorum Ecclesiasticorum anni illius, per manus Episcoporum
 pauperibus eroganda, penis aliis nichilominus puniendo secundum arbitrium
 Prelatorum. Verum, quia Clerici, Diocesano nobis jure subjecti, contra
 premissa aut eorum aliquod attemptantes, per inpunitas semitas hactenus
 discurrentes, memorati Statuti penam hucusque non senserunt, eo quod se
 libenter in eorum transformacione indecenti nostris obtutibus non pre-
 sentant, et Archidiaconi, sub nobis in hac parte curam gerentes, licet
 eorum hujusmodi excessus conspexerint eos tamen corripere negligunt
 vel non audent, talis ac tantus in eos abusus adeo generaliter, modernis
 temporibus, est diffusus, ut vix eos a laicis habitu quovis vel tonsura
 discernere valeat oculus intuentis; ex quo provenit quod Clericalis
 Ordinis celsitudo deprimitur et decor honestatis Ecclesiastice plurimum
 maculatur; volentes, igitur, hoc salubre Statutum, quod modice hactenus
 efficacie extitit, quantum in nobis est innovare et observari facere, ac debite
 exequi, ut tenemur; vobis, sub penis et censuris in dicto Statuto contentis,
 ad quarum contra vos faciendam declaracionem, si in horum execucione
 negligentes vel remissi fueritis, procedere intendimus, injungimus firmiter
 et mandamus quatinus, in Convocationibus et Capitulis vestris generalibus
 et spiritualibus, omnes et singulos vestrorum Archidiaconatum Clericos
 beneficiatos, et alios in Sacris Ordinibus constitutos in genere; nec-
 non, omnes et singulos quos delinquere adversus premissa, vel eorum
 aliquod, per facti evidenciam vel alio quocumque modo legitimo, vobis
 constiterit, personaliter in specie moneatis ut monstruosam transforma-
 cionem hujusmodi a se de cetero prorsus abificant, coronas et tonsuram
 exnunc congruentes habeant, talia, eciam, superius deferant indumenta
 que, ut est predictum, tibiarum medium excedant; ita quod in oruni casu
 per habitum exteriorem, per quem interior designatur, a laicis notabiliter
 cognosci valeant et discerni. Quod si Monitionum vestrarum hujusmodi
 aliquos forsitan contemptores per diligentem Inquisitionem, quam super
 hoc per vos fieri volumus, aut alias legitimate repereritis, tenore Presencium
 districte precipimus et mandamus quatinus eosdem omnes et singulos
 citetis peremptorie quod compareant coram nobis, aut nostro in hac parte
 Commissario, uno vel pluribus, certis diebus et locis per vos eisdem divisim
 assignandis, super premissis et ea contingentibus personaliter responsuri, et
 penam dicti Statuti, quatenus contra eos vel eorum aliquem secundum
 illud pronuncianda fuerit Canonice pro demeritis subituri, nostrumque
 Decretum et pronunciacionem nostram, quantum et prout de jure decer-
 nendum et pronunciandum in hac parte fuerit, audituri; facturi ulterius et
 recepturi quod Canonicis conveniet Institutis. De die, vero, receptionis
 Presencium, et quid feceritis in premissis aut faciendum duxeritis, nos,
 citra Festum Assumptionis Beate Marie Virginis proximo futurum [15
 Aug.], quilibet vestrum certificet Literis suis patentibus, habentibus hunc
 tenorem.—Datum apud Cliste, xvij^o die Junii.

—Consimile Mandatum emanavit Decano Ecclesie Cathedralis Exonie, ad
 publicandum in illa Ecclesia, et Magistro Henrico de Galmetone pro Archi-
 diaconatu Tottoniensi.

Offenders against the Liberties of the Church, the peace of the
 Realm, and the persons of the Clergy; *Contra infringentes
 Libertates Ecclesiasticas, perturbatores pacis, et violentas manus
 inicientes in Clericos,*—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Domino Ricardo de Brayleghe, Decano,
 et Magistris Johanni de Shareshulle, Precentori, et Thome de Nassington,

A.D. Archidiacono Exonie in Ecclesia nostra Exoniensi, salutem, etc.—Cupientes
 1342. ex Officii nostri Pastoralis debito animas Deo lucrifacere, et eos qui errarunt
 Vol. I. hactenus, inspirante Domino, ad semitas reducere veritatis, ut melius
 singuli caveant pro futuro, quasdam Excommunicacionum Sentencias, a
 Sanctis Patribus in subscriptis casibus adversus delinquentes rite promul-
 gatas, per modum infrascriptum decrevimus solemniter publicari, ne
 fol. ignorancie affectate nebulo pretextu veritatis recorditer occultate se valeant
 111b. qui nequam sunt aliqualiter excusare,—(a) In primis, Auctoritate Dei
 De juri. Patris Omnipotentis, Beatissime Marie Virginis, Matris Sue (*sic*), Beatorum
 bus Ec. Apostolorum Petri et Pauli, Patronorum nostrorum, Omniumque Sanc-
 clesie. Apostolorum Petri et Pauli, Patronorum nostrorum, Omniumque Sanc-
 torum, denuncietis excommunicatos, publice et solemniter, omnes et
 singulos qui Ecclesiis suis juribus privare vel per maliciam infringere seu
 turbare presumunt Libertates et liberas Consuetudines earundem, seu in
 aliquo diminuere, vel contra Privilegia eisdem indulta scienter venire, aut
 De pace contra ea facere quovismodo. (b) Item, omnes illos qui pacem et tran-
 Regni. quillitatem Regis aut Regni Anglie nequieret et injuriose perturbare pre-
 sumunt, seu ad hoc dederint consilium, auxilium, vel favorem. (c) Item,
 De Magna omnes illos qui Libertates et liberas Consuetudines in Magna Carta, ad Dei
 Carta. laudem et gloriam, Ecclesie Catholice pacem, et Regni quietem provide
 concessas et ordinatas, quacumque arte vel ingenio violaverint, infregerint,
 diminuerint, seu inmutaverint, clam vel palam, facto vel verbo, vel consilio,
 De bonis contra illas vel earum aliquam temere veniendo. (d) Item, omnes et
 Clerico. singulos qui de domibus, Maneriis, grangiis, aut locis aliis, ad Archiepi-
 rum ob-scopos, Episcopos, vel alias Personas Ecclesiasticas, seu ad quascumque
 servan. Ecclesiis Cantuariensi Provincie pertinentibus, quicquam preter volun-
 tatem Dominorum vel eorum qui sunt hujusmodi rerum custodiis deputati,
 abstrahere, capere, consumere, vel contractare presumpserint, abstrahi,
 capi, vel consumi, seu contractari fecerint, vel hujusmodi abstraccionem,
 De cap. capcionem, et consumpcionem aut contractacionem, suo nomine vel famili-
 aribus suis factam, ratam habuerint et acceptam. (e) Item, omnes illos
 Cleri- qui Clericos, scientes ipsos esse Clericos et publice ac notorie pro Clericis
 corum. habitos et reputatos ac eciam se gerentes, de crimine non confessos, non
 convictos, nec eciam Canonice indictatos, maliciose indictant, proscribunt,
 banniunt, capiunt, et detinent invitatos, seu indictari, banniri, aut proseribi,
 capi, et detineri procurant, aut quo voluerint abire libere non permittunt.
 Vobis, igitur, et cuilibet vestrum, in virtute Obediencie districte precipiendo,
 mandamus quatinus dictas Excommunicacionum Sentencias; vos, videlicet,
 Decane et Precentor supradicti, hoc instanti solemniter Festo Assumptionis
 Beate Marie Virginis, neconon singulis Diebus Dominicis, usque ad Festum
 Nativitatis ejusdem Virginis [8 Sept.] inclusive, in Ecclesia nostra Cathedrali
 Exonie; vosque, Archidiacone predicte, in singulis Ecclesiis Parochialibus
 Civitatis Exonie et ejus suburbii, ac eciam tocius Archidiaconatus vestri,
 diebus supradictis, intra Missarum Solempnia, dum major in eis intererit
 Cleri et populi multitudine, solemniter publicare, et delinquentes hujus-
 modi predictis Sentenciis dampnabiliter involutos esse, pulsatis campanis,
 candelis accensis et extinctis, cum omni solemnitate qua convenit, publice
 nunciatis et faciatis per alios nunciari. Et quid feceritis in premissis nos,
 citra Festum Exaltacionis Sancte Crucis proximo futurum [14 Sept.],
 certificetis distincte et aperte Literis vestris patentibus, habentibus hunc
 tenorem.—Datum apud Cliste, xiiij die Augusti.

On behalf of certain Clerks, outlaws; *Contra Hamundum de
 Direworthi, Johannem Berde, Subvicecomitem Devonie, Ricardum Duraunt, Coronatorem, pro Clericis utlagatis*,—

Venerabili in Christo Patri ac Domino suo, Domino Johanni, Dei gracia
 Exoniensi Episcopo, suus humilis et devotus filius, Willelmus de Crouthorne,
 ejusdem Patris Officialis, reverenciam et obedientiam tanto Patri tam
 debitas quam devotas, cum honore.—Mandatum vestrum reverendum xvij°

A.D. die mensis Augusti in hec verba recepi,—Johannes, etc., dilectis in Christo
 1342. filiis, Magistris W. de Crouthorne, Officiali nostro, et Johanni de Nassinge,
 Vol. I. tone, Archidiacono Barnastapolie, in Ecclesia nostra Exoniensi Canonicis,
 salutem, graciā, et benedictionem.—Quamvis notum sit et notorium
 Sacrosanctam Ecclesiam, Dei Sponsam, tam ex Decretis Sanctorum Patrum
 quam Principum Christianorum Sanctionibus et Statutis, talibus ac tantis
 Libertatibus, Inmunitatibus, et Privilegiis decorari, ut laicis et secularis
 potestatis officium gerentibus, Sacerdotes aliosque Ecclesie Ministros, quos
 Veritatis Verbum ore Prophetico deos interdum, nonnunquam vero angelos,
 vocat, judicandi nulla omnino licencia pateat vel facultas; quidam, tamen,
 Hamundus de Direworthe, Johannes Berde, et Ricardus Duraunt, nostre
 Diocesis, laici, Libertatis, Privilegi, et Immunitatis predictorum invidi, ac
 Ecclesiasticis Personis molesti plurimum et infesti, Dei timore et Ecclesie
 Universalis reverencia abjectis pariter et contemptis, dilectos filios, Magis-
 tri Paulum Brey, Juris Civilis Professorem, Ricardum Giffard, et Johannem
 de Piltone, sacerdotes, Ecclesiarum Parochialium Rectores, et curam
 habentes animarum, absque auctoritate quavis sufficienti aut auctoritatis
 colore, voluntarie et concepte malicie stimulis agitati, bannierunt, et, ut
 terminis eorum utamur, utlagarunt, ac eciam velud capitalis sentencie
 reos judicarunt et publice proscripterunt, premissave fieri fecerunt et
 mandarunt, in Dei contemptum et Ecclesiastice Libertatis, eciam per
 Magnam Cartam Domini nostri Regis Ecclesie concesse, violacionem notori-
 am, tociusque Ordinis Clericalis vituperium et obprobrium manifestum.
 Volentes, igitur, hujusmodi iniquitates et scelera perfecto odio ex Officii
 nostri debito prosequi, ut tenemur, vobis conjunctim et divisim, in virtute
 Obedience et sub Majoris Excommunicacionis Sentencie pena precipiendo,
 mandamus quatinus dictos Hamundum, Johannem, et Ricardum citetis, seu
 citari faciat, peremptorie, quod compareant coram nobis, vel nostro in hac
 fol. 112 parte Commissario, proximo die Juridico post instans Festum Nativitatis
 Beate Marie Virginis [8 Sept.], in Capella Manerii nostri de Cliste, nostre
 Diocesis, causam, si quam habeant, aut habeat eorum aliquis, rationabilem,
 quare contra eos, et eorum singulos, velud Ecclesiasticarum Libertatum,
 Privilegiorum, et Immunitatum violatores voluntarios et notorios, per
 omnes vias et rigores juris, conjunctim procedere vel divisim, ac super
 predictis contra eosdem pronunciare et declarare, statuere et decernere
 minime debeamus, proposituri et in forma juris probaturi; facturi ulterius
 et recepturi quod Canonicis in hac parte conveniet Institutus. Diem, vero,
 receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nobis dictis die et
 loco intimetis, et quilibet vestrum intimet, Literis vestris suisve patentibus,
 habentibus hunc tenorem.—Datum in Manorio nostro de Cliste, x^o die
 Augusti, Anno Domini M^o. CCCmo xlj^{do}, et Consecrationis nostre xv^o.—
 Quod, quidem, Mandatum vestrum reverendum, secundum vim, formam,
 et effectum ejusdem, plenarie et reverenter sum executus.—Data Exonie,
 ultimo die dicti mensis, Anno supradicto.

Processus super predicta Excommunicacione,—

Postea, vero, iiiij^{to} die Septembris, anno predicto, circa horam primam, pre-
 fatus Hamundus de Direworthi ad dictum Manerium de Cliste personaliter
 declinavit, et cum conspectui Venerabilis Patris, Domini Johannis, Dei
 gratia Exoniensis Episcopi predicti, in Parco dicti Manerii, ubi idem Pater
 tunc deambulavit, se presentaret, quesivit ab eo dictus Pater adventus sui
 causam. Qui respondens dixit et fatebatur se coram eo ad certum diem
 vocatum esse, de quo in predicto Mandato plena fit mencio; quodque
 diem ipsum prevenire voluit, et eotunc facere per omnia et recipere que in
 die ad quem citatus fuerat facturus esset et recepturus. Qui, cum a dicto
 Patre argueretur et increparetur super singulis in dictis Citacionis Literis
 expressis et contentis, dedit pro responso quod bannicioni, proscriptiōni, vel
 utlagacioni Clericorum, de quibus sibi fuit objectum, nunquam voluntarius
 consensit, nec ea facienda fore per decretum suum adjudicavit; set quod

A.D.
1342. frequenter, cum de hiis faciendis coram Consilio Regis tractatus haberetur,
Vol. I. dixit et asseruit in presencia eorum de Consilio de jure Regni advocari non
 posse ; set, hiis allegacionibus suis non obstantibus, preceptum fuit sibi, ut
 asseruit, et injunctum, sub forisfactura omnium que erga Regem forisfacere
 posset, quod ea in omnibus et per omnia effectualiter exequatur, juxta
 Commissionis sibi facte modum et formam. Cumque dictus Venerabilis
 Pater hec per eum pro sua excusacione allegata intellexisset, quesivit ab eo-
 dem si scivit vel verisimiliter intellexit predictam Commissionem, et ea que
 ex ea secuta erant ; videlicet, bannicionem, proscriptionem, etc., Libertati
 et Inmunitati Ecclesiastice fore repugnantes et contrarias, fatebatur se hoc
 verisimiliter intellexisse. Iterum, quesivit idem Pater si Commissio Regis
 vel auctoritas in hoc casu a Sentenciis latis a jure et Constitutionibus eum
 excusare possent : dixit quod non ; et propterea, ut asseruit, venit ad eum,
 sicut ad Patrem suum et Pastorem suum Spiritualem, pro remedio in hac
 parte anime sue querendo salutari ; quodque super hiis que in premissis
 illicite attemptavit, ipsius in omnibus subiret Precepta, Monita, et Mandata.

Absolucionis dicti Hamundi de Direworthy,—

Post que idem Venerabilis Pater, deambulatorium extra Capellam dicti
 Manerii ingressus, pro tribunal sedit ibidem, et dictum Hamundum se a
 Sentenciis latis a jure et Constitutionibus contra violatores et perturbatores
 Libertatis et Inmunitatis Ecclesiastice, se absolvi humiliter petentem,
 prestito per eum primitus juramento de stando Mandatis Ecclesie, absolvit
 et Ecclesiasticis restituit Sacramentis ; sibique, in virtute juramenti sui
 prestiti, precepit in partem Penitencie sue, et eciam in remissionem pecca-
 torum suorum injunxit, quod ad revocationem bannicionis, proscriptionis,
 et utlagacionis hujusmodi, totalisque Processus prejudicialis in hac parte
 contra clericos habitu, pro viribus insisteret et anelaret ; quodque publice
 predicaret, ubi et quando expediens videretur, in Consilio Regis et alibi,
 premissa, eciam de jure Regni, advocari non posse. Residuum, vero,
 Penitencie occasione premissa sibi injungende idem Venerabilis Pater sibi
 ipsi reservavit.

Absolucionis Johannis Berde,—

Item, vj^{to} die Septembbris, Anno predicto, apud Cliste, in deambulatorio pre-
 dicto, Johannes Berde supradictus, tunc Subvicecomes Devonie, comparuit
 coram dicto Venerabili Patre, preveniendo diem suum ; et, objecto sibi
 quod ipse predictis bannicioni, utlagacioni, et proscriptioni auxilium pre-
 buit, consilium, et assensum, negavit expresse. Unde, juratus de veritate
 dicenda, dixit quod recepit quoddam Breve Regium de exigendo predictos
 Clericos de Comite in Comitatum, et fatebatur se dictum Breve fuisse
 executum, et dictos clericos sic, ut premittitur, exegisse. Dixit, tamen,
 quod Coronator bannivit eosdem et utlagavit. Et, quia idem Johannes
 ipsos Clericos sic exigit, et ipsi ratione exaccionis hujusmodi fuerunt utla-
 gati et banniti, dictus Venerabilis Pater pronunciavit ipsum incidisse Senten-
 cias latas a jure et Constitutionibus contra violatores Libertatis et Inmuni-
 tatis Ecclesiastice. Et statim dictus Johannes, cum omni humilitate, petiit
 se a dictis Sentenciis absolvi ; prestitoque per eum juramento de stando
 Mandatis Ecclesie, beneficium Absolucionis a dicto Patre obtinuit, tunc
 ibidem. Et injunctum fuit sibi in partem Penitencie quod, in quantum
 posset anelaret circa revocationem Processuum contra Clericos sic, ut pre-
 mittitur, factorum. Et residuum Penitencie sibi occasione premissa
 injungende dictus Venerabilis Pater usque alias sibi ipsi reservavit.

Item, x^{mo} die mensis Septembbris predicti, in deambulatorio predicto, com-
 paruit coram dicto Venerabili Patre Ricardus Duraunt, Coronator ; et,
 objectis sibi premissis, fatebatur quod pronunciavit dictos Clericos esse
 extra Legem Regni, et ipsos utlagavit. Rogatus per dictum Patrem si
 aliquid dicere sciret vel proponere quare contra eum, sicut violatorem, etc.,
 procedere et pronunciare non deberet, ipse pro excusacione sua nichil
 penitus allegavit. Unde dictus Pater pronunciavit eum incidisse Sentencias

A.D. Excommunicacionis latus a jure et Constitutionibus contra violatores
 1342. Libertatis et Inmunitatis Ecclesiastice. Qui, quidem, Ricardus dictam Ex-
 Vol. I. communicacionis Sentenciam per quinque dies sustinuit animo indurato. Et
 postea, sexto die, idem Ricardus, penitencia ductus, rediit ad dictum
 Venerabilem Patrem apud Cliste, cum debita humilitate et lacrimarum
 effusione, petens iustissime a dictis Excommunicacionum Sentencias se
 absolvi; offerens se in omnibus, et per omnia, promptum et paratum stare
 juri. Cumque idem Ricardus de stando Mandatis Ecclesie, et Penitenciam
 sibi premissorum occasione injungendam peragendo, Canonicum prestitisset
 juramentum, idem Venerabilis Pater ipsum a dictis Excommunicacionum
 Sentenciis, quas incidisse pronunciatus fuit, absolvit, et Ecclesiasticis
 restituit Sacramentis; sub dicti juramenti sui debito eidem protinus pre-
 cipiens et injungens quod extunc contra Ecclesiam Dei, ejusve Ministros,
 Libertates seu Privilegia nullatenus attemptaret, nec permitteret ab aliis,
 quatenus id impedire posset, quomodolibet attemptari; ulteriusque, pro
 condigna Penitencia in hac parte recipienda, proximum diem Juridicum
 post Festum Sancti Martini proximo tunc futurum [11 Nov.], ubicumque,
 etc., pro termino peremptorio eidem assignavit.

Capcio sive utlagacio Clericorum contra jura,—

Item, vj^{to} die mensis Septembris, Anno Domini M°. CCC^{mo} xlj^{do}, Indicione
 x^a, Pontificatus Domini Clementis Pape VI^{ti} Anno primo, apud Cliste,
 exhibitum fuit Certificatorium, continens Mandatum de citando Dominum
 Johannem de Sodbury; cuius tenor sequitur in hunc modum,—Venerabili
 in Christo Patri ac Domino, Domino Johanni, Dei gracia Exoniensi Epi-
 scopo, aut ipsius in hac parte Commissario quocumque (*sic*), Robertus
 [de Egloshail], Rector Ecclesie Sancti Pauli, Exonie, obedienciam et
 reverenciam tanto Patri debitas, cum honore.—Mandatum vestrum rever-
 endum recepi, in hec verba,—Johannes, etc., dilectis in Christo filiis,
 Decano Christianitatis Exonie, necnon Sanctorum Pauli et Martini Ecclesie-
 arum, Exonie, Rectoribus, et Johanni de Heghleghe, Apparitori nostro,
 salutem, graciam, et benedictionem.—Licet Jurisdiccionis secularis exerci-
 cium, officiumque quodcumque vite et honestati Clericali indecens vel
 contrarium, Deo militantibus et Altaris Dei Ministris, doctrina Apostolica
 et, eam sequentes, Sacri Canones Decreta Sanctorum Patrum firmiter
 interdicant, sintque omnes et singuli Ecclesiasticas Libertates infringentes
 quomodolibet vel turbantes, Statuta, eciam, quecumque in earum deroga-
 cionem edita, necnon Consuetudines introductas servantes et secundum
 ea, vel eas, judicantes, ipso facto Majorum Excommunicacionum Sentenciis
 multipliciter involuti; quidam, tamen, Johannes de Sodbury, clericum
 et sacerdotem se pretendens, palmes utique pestifer et nocivus, quem
 Sacrosancta Mater Ecclesia de patrimonio Crucifixi in deliciis educavit,
 linguam suam ut gladium acuens, nedum in verba blasphema et insana
 contra eandem ejusque Ministros, Libertates, et Privilegia prorupit, set—
 quod deterius est, ac usque ad moderna tempora inauditum et invisum,
 nonnullos de ipsius Membris et Ministris, videlicet Magistrum Paulum Brey,
 Juris Civilis Professorem, Ricardum Giffard, Commissarium nostrum, et
 J. de Piltone, clericos et presbiteros, Ecclesiarum Rectores et curam ani-
 marum habentes, sub umbra et colore cujusdam Commissionis, quam pro
 Ecclesie et Cleri persecuzione, infra Diocesis nostre limites, sibi subdole
 fieri procuravit, propria temeritate et excogitata malicia, velud notorius et
 evidens Ordinis Clericalis apostata, publice proscripsit et bannivit, ac, ut
 suis terminis utamur, utlagavit; necnon, tanquam capitalis sentencie reos
 judicavit, et bona eorundem, quin pocius Ecclesie, publicavit, corporaque
 eorum atque bona hujusmodi, eciam licet in Ecclesia nostra Cathedrali
 coram Majori Altari reperta, capi et arrestari precepit et mandavit, in
 Regis Regum, orbem terre in equitate judicantis, contemptum, ac Eccle-
 siastice Libertatis, eciam per Magnam Cartam Domini Regis Anglicane
 Ecclesie concessae, derogacionem, violacionem, et perturbacionem notioriam!

A.D. 1342. tociusque Ordinis Clericalis obprobrium et vituperium manifestum. Nos,
 Vol. I. igitur, in virtute Altissimi exurgentes, ut hujusmodi contagiose perversi-
 tatis exemplum in capite conteramus, ne tanti persecutoris Dei et Ecclesie
 crudelitas magis ac magis, per impunitatis audaciam, insolecat, superbiaque
 ejusdem contra Deum et Ecclesiam libere ulterius invalescat, vobis con-
 junctim, et cuilibet vestrum divisim, committimus et, districte precipiendo,
 mandamus quatinus dictum Johannem citetis peremptorie, seu citari
 faciatis, quod compareat coram nobis, aut nostro in hac parte Commissario,
 quinto die post instans Festum Sancti Egidii, Abbatis, continue numerando
 [6 Sept.], in Capella Manerii nostri de Cliste, nostre Diocesis; causam, si
 quam habeat, rationabilem quare contra eum, velud predictorum omnium
 reum et ea in Diocesi nostra perpetrantem, et hac occasione de Jurisdicione
 et Foro nostris existentem, ad omnem effectum juris qui ex eis, vel eorum
 aliquo, sequi poterit procedere, et super eisdem, velud manifestis et notoriis,
 pronunciare, declarare, statuere, et decernere minime debeamus, proposi-
 turus, et in forma juris probaturus; facturus ulterius et recepturus quod
 Canonici conveniet Institutis. Hunc, autem, terminum peremptorium et
 personalem vocacionem, premissorum gravitate et periculo scandalique et
 obprobrio Dei, Ecclesie, et Cleri ponderatis, taliter duximus moderandum.
 Et quid feceritis in premissis nos, vel nostrum Commissarium hujusmodi,
 dictis die et loco certificetis, seu certificeat unus vestrum qui presens Man-
 fol. 113. datum nostrum fuerit executus, Literis vestris suisve patentibus, habentibus
 hunc tenorem, sigillo aliquo autentico consignatis,—Datum in Manorio
 nostro de Cliste predicto, xxvj die Augusti, Anno Domini Millesimo CCCmo
 quadragesimo secundo, et Consecrationis nostre quintodecimo.—Cujus
 auctoritate Mandati, predictum Dominum Johannem de Sodbury, per me
 personaliter inventum, ad dictos diem et locum, ut mandatur, citavi;
 facturum et recepturum quod idem Mandatum in se exigit et requirit.—
 Datum Exonie, sub sigillo Reverendi viri, Officialis Domini Archidiaconi
 Exonie, ad mei rogatum Presentibus apposito, ultimo die mensis Augusti,
 Anno Domini supradicto.

Processus super dicto malefactore,—

Sedente, itaque, dicto Venerabili Patre pro tribunali, die et loco in dicto
 Certificatorio contentis, illud ante omnia legi fecit per quod apparuit pre-
 fatum Johannem de Sodbury, personaliter apprehensum, citatum fuisse ad
 personaliter comparendum eisdem die et loco, et ad faciendum quod in
 Mandato dicti Patris, tunc recitato, continebatur. Postea, dictus Pater,
 publice et solemniter, dictum Dominum Johannem, per Johannem de
 Heghleghe, Apparitorem suum juratum, preconizari fecit. Quo, tunc,
 comparuit quidam Walterus de Cromhale, asserens se Procuratorem dicti
 Johannis literatorie constitutum, et exhibuit Procuratorum suum sub manu
 publica, ut apparuit, cuiusdam Stephani Martyn, de Hulle; et, ad ex-
 cusandum dictum Dominum Johannem a personali comparacione, tunc
 ibidem, allegavit ipsum gravi infirmitate detentum; et, eciam, pretendebat
 ipsum locum dicto Johanni tutum non esse; ad que probanda optulit se,
 etc. Et dictus Pater obtulit sibi caucionem securitatis eciam mille libra-
 rum, aut, si vellet, eleccionem cuiuscumque loci in Diocesi quo vellet com-
 parere, et super premissis respondere et parere juri. Set dictus Pro-
 curator dedit pro responso se nullum locum eligere velle, nec in aliquem
 consentire. Propter quod idem Dominus suspicabatur contra eum quod
 ex mala fide et causa diffugii predictas causas excusacionis proposuit et
 allegavit. Volens, eciam, idem Pater excusacioni infirmitatis satisfacere, ad
 tres diversos dies sequentes, habentes eciam intervalla dierum, dictum
 Johannem ad ejus maliciam convincendam expectavit. Quibus diebus
 omnibus et singulis dictus Procurator, ut prius, comparuit. Et cum,
 ultimo die, videlicet xij die mensis Septembbris, hora prima, preconizato
 dicto Johanne et non comparente, visum fuerit dicto Patri quod dictus
 Johannes coram eo personaliter comparere contempsit, ex quo per tanta

A.D. tempora et tociens erat expectatus, quesivit a dicto Procuratore, tunc pre-
 1342. sente, si jurare vellet dictum Dominum Johannem adhuc tali infirmitate
 Vol. I. detineri quominus personaliter potuit illo die comparere. Et dictus Pro-
 curator dixit quod noluit hoc jurare; set dixit et allegavit quod ipse, super
 hiis actis et habitis contra Dominum suum, ipsum premunivit per Literas
 et nuncium certum expectans responsum, quod credebat se habiturum fore
 eodem die. Propter quod idem Pater adhuc ex habundanti dictum Johan-
 nem de gracia expectavit usque ad ejusdem diei horam Vesperarum. Qua
 hora adveniente, iterum dictus Pater loco quo prius pro tribunali sedit, et
 dictum Johannem alta voce per supradictum Apparitorem, in porta ejusdem
 Manerii, preconizari fecit. Et, quia ipse nullo modo tunc comparuit, aut
 comparere curavit, prefatus Venerabilis Pater ipsum reputavit, prout erat
 merito, contumacem; et pro sua hujusmodi contumacia ipsum excom-
 municavit in Scriptis, eumque excommunicatum solempniter denunci-
 andum fore decrevit. Ac, subsequenter, eundem Johannem sic excom-
 municatum fuisse per suam Diocesim Exoniensem, per suas certi tenoris
 Literas, denunciari fecit publice et mandavit. Et quia idem Johannes in
 Ecclesia Cathedrali et Diocesi¹ Wellensi extitit beneficiatus, idem Pater
 scripsit Domino Bathoniensi et Wellensi Episcopo, sub mutue vicissitudinis
 optentu, ad denunciandum, seu denunciari faciendum, ibidem, dictum
 Johannem sic per eum fuisse et esse excommunicatum, sub eo qui sequitur
 tenore verborum,—

Litera sub mutue vicissitudinis optentu,—

Venerabi in Christo Patri ac Domino, Domino Radulpho [de Salopia], Dei
 gratia Bathoniensi et Wellensi Episcopo, Johannes, etc., salutem, et fraterne
 dilectionis continuum incrementum.—Nuper, facti notorietate manifestante,
 non sine gravi cordis turbacione didiscimus quod quidam Johannes, dictus
 de Sodbury, pretendens se clericum et sacerdotem, ac Canonicum Prebenda-
 tum in Ecclesia vestra Wellensi, quem utique velud alumpnum ingratissi-
 mum Sancta Mater Ecclesia de patrimonio Crucifixi in deliciis educavit,
 linguam suam ut gladium acuens, nedum in verba blasphemata et insana
 contra eandem, ejusque Ministros, Libertates, et Privilegia prorupit, set—
 quod deterius est, ac usque ad moderna tempora inauditum et invisum,
 nonnullos de ipsis Membris et Ministris, videlicet Magistros Paulum Brey,
 Juris Civilis Professorem, Ricardum Giffarde, Commissarium nostrum,
 Johannem de Piltone, et alios clericos et presbiteros, Ecclesiarum Rectors et
 curam animarum habentes, sub umbra et colore cujusdam Commissionis,
 quam pro Ecclesiis et Cleri persecuzione, infra Diocesis nostre limites, sibi
 subdole fieri procuravit, propria temeritate et excogitata malicia, velud
 notorius et evidens Ordinis Clericalis apostata, publice et notorie proscriptis
 et bannivit, ac, ut suis terminis utamur, utlagavit; necnon, tanquam
 fol. capitales reos judicavit, et bona eorundem, quin pocius Ecclesie, publicavit,
 113b. proscribive, banniri, utlagari, et publicari fecit, corpora eorum atque bona
 hujusmodi, licet in Ecclesia nostra Cathedrali, eciam coram Majori Altari,
 reperta essent, capi et arrestari precepit et mandavit, in Regis Regum
 orbem terre in equitate judicantis, contemptum, ac Ecclesiastice Libertatis
 eciam per Magnam Cartam Domini Regis Ecclesie Anglicane concesse,
 derogacionem, violacionem, et perturbacionem notoriam, tociusque Ordinis
 Clericalis obprobrium et vituperium manifestum. Super quibus, quidem,
 adeo in nostra Civitate et Diocesi manifestis quod inficiacioni alicui
 locus non existit, dictum Johannem, ex Officii nostri Pastoralis debito,
 ad certos competentes diem et locum, responsurum coram nobis
 fecimus et mandavimus ad judicium peremptorie evocari. Et, licet
 idem Johannes, personali Citacione apprehensus, juxta effectum Decreti
 nostri predicti, citatus fuisset, ac in die sibi prefoxo preconizatus

¹ Rector of Shepton-Mallet, to which he was instituted in 1332. See

Weaver's *Somerset Incumbents*, page 180.

A.D. alta voce, ac diuiciis eciam per octo dies expectatus, comparere, tamen,
 1342. coram nobis contumaciter non curavit; propter quod nos, attendentes
 Vol. I. quod obediencia nil prodesse videretur humilibus si contemptus
 contumacibus non obesset, in personam dicti Johannis, propter
 suam contumaciam predictam manifestam et notoriam, Majoris Excom-
 municacionis Sentenciam, exigente justicia, fulminavimus, eumque sic
 excommunicatum esse decrevimus publice nunciari.—Quocirca vestram
 Paternitatem reverendam, sub mutue vicissitudinis obtentu, in juris sub-
 sidium, requirimus et rogamus quatinus predictum Johannem sic fuisse, et
 esse, excommunicatum, diebus et locis quibus expedire videritis, et potissi-
 me in dicta Ecclesia vestra Wellensi, facere velitis publice nunciari;
 citantes, si placet, seu citari facientes, eundem Johannem peremptorie quod
 compareat coram nobis, vel nostro in hac parte Commissario, proximo die
 Juridico post Festum Sancti Martini, Episcopi et Confessoris, proximo
 futurum [11 Nov.] in Ecclesia nostra Cathedrali Exonie, quibusdam
 interrogatoriis premissa concernentibus, sibi ex Officio nostro ex habundanti
 faciendis, personaliter responsurus, et, si necesse fuerit, juraturus, ac
 alias causam, si quam habeat, rationabilem quare contra eum, velud pre-
 dictorum omnium reum, et ea in dicta nostra Diocesi perpetrantem, et hac
 occasione de Jurisdiccione et Foro nostris existentem, ad omnem juris
 effectum qui ex eis, vel eorum aliquo, sequi poterit procedere, et super
 eisdem, velud manifestis et notoriis, pronunciare, declarare, statuere, et
 decernere minime debeamus, propositurus et in forma juris probaturus;
 facturus ulterius et recepturus quod Canonice conveniet Institutis. Et
 quid feceritis in premissis; necnon, de modo et forma Denunciacionis et
 Citacionis hujusmodi per vos factarum, nos, citra dictum Festum Sancti
 Martini, certificare velitis Literis vestris patentibus, habentibus hunc
 tenorem.—Data in Manerio nostro de Cliste, vicesimo die Septembris, Anno
 predicto.—Factaque postea super premissis suggestione Curie Regis per
 dictum Johannem, statim emanavit Breve Regium Vicecomiti Devonie, sub
 hac forma,—

Prohibicio in materia predicta,—

Edwardus, Dei gratia Rex Anglie et Francie et Dominus Hibernie, Vicecomiti
 Devonie salutem.—Pone per vadum et salvos plegios Johannem, Episcopum
 Exoniensem, quod sit coram Justiciariis nostris, apud Westmonasterium, a
 die Sancti Michaelis in xv dies, ostensurus quare, cum assignaverimus
 dilectos et fideles nostros, Johannem de Sodbury, Persouam Ecclesie de
 Sheptone Malet, et Hamonem de Direworthi, et quosdam alios fideles
 nostros, Justiciarios nostros ad diversa oppressiones, extorsiones, gravamina,
 et excessus, nobis et populo nostro, tam per Ministros nostros quam alios in
 Comitatibus Devonie et Cornubie audienda et terminanda, et ad quedam
 alia in Commissione nostra, eis in hac parte facta, contenta, facienda et
 explenda, prout in Commissione illa plenius continetur; ac prefatus
 Episcopus, assereus Commissionem nostram predictam in Libertatis Ecclesi-
 astice lesionem factam fuisse, et ipsos fideles nostros, dictam Commissionem
 nostram exequendo, in ejusdem Libertatis lesionem plura attemptasse,
 traxit prefatos Johaunem et Hamonem inde in Placitum in Curia Christi-
 anitatis, in lesionem Corone et Dignitatis nostre, sicut ex relatu plurium
 accepimus; et, quia non est juri consonum quod aliqui, pro eo quod Mandata
 nostra rite exequuntur, trahantur in Placitum in Curia Christianitatis,
 eidem Episcopo prohibuerimus ne Placitum illud teneret in Curia Christi-
 anitatis, nec quicquam in hac parte attemptare presumeret, per quod juri Corone
 et Dignitatis nostre derogari valeret quovismodo; et, si quid per ipsum in
 hac parte minus rite attemptatum fuisset, id siue dilacione aliqua revocari
 faceret; predictus Episcopus tenuit Placitum predictum in Curia Christianitatis,
 et id quod per ipsum in hac parte minus rite attemptatum fuit revocare
 non curavit; in lesionem Corone et Dignitatis nostre et contra Prohibicionem
 nostram. Et habeas ibi nomina plegiorum et hoc Breve. Teste meipso,

A.D. apud Ledes, tercio die Septembbris, Anno Regni nostri Anglie xv^jo [1342];
 1342. Regni, vero, nostri Francie tercio.—Contigit, autem, quod eo tempore quo
 Vol. I. dictus Pater habuit super his respondere, omnes fere Prelati et Clerus Cantua-
 riensis Provincie ad Concilium Provinciale, ac eciam ad Convocationem Cleri,
 factam per Venerabilem Patrem, Dominum Johannem [de Stratforde], Dei
 fol. 114. gracia Cantuariensem Archiepiscopum, ad tractandum super certis arduis
 negotiis contingentibus defensionem Ecclesie et Regni Londoniis fuerant
 congregati; ulteriusque, in ipsa xv^a die, omnes Prelati predicti, ac eciam
 ceteri Proceres Regni, coram Domino Duce Cornubie, filio Regis primo-
 genito, Custode Regni Rege absente, ad Consilium Regis, apud Westmonas-
 terium, ad quod vocati fuerunt, convenerunt. Inter quos, inter cetera de
 libertati-
 bus Ec-
 clesie Johannem de Sodbury, ac eciam Processuque habito per eum contra memoratum
 Senten-
 suorum contra Clerum et Ecclesiam, sermo fiebat diligens et tractatus.
 cia Jur-
 Demumque inter omnes Justiciarios, et ceteros legis peritos ibi presentes,
 isprud-
 discussum fuit et finaliter determinatum quod Processus factus per
 Anglie. dictum J. de Sodbury et Socios suos Justiciarios contra Ecclesiam et
 Clerum ritus non fuit neque justus, quodque utlagacio de jure Regni non
 jacebat in hoc casu. Decretum, eciam, fuit in ipso Consilio, presidente
 tunc, ut predicitur, dicto Domino Duce, Custode Regni Rege absente, quod
 omnes et singuli clerci et viri Ecclesiastici per dictos Justiciarios utlagati
 Literas remissionis haberent a Cancellario Regis; quod nullo modo Pre-
 latis placuit, nec tales Literas habere voluerunt, eo quod remissio pre-
 supponit culpam et delictum; et pro tanto ordinatum fuit et decretum
 unanimiter, per totum Consilium, quod ipsi utlagati et banniti Literas
 haberent revocatorias tocios Processus, et declaratorias nullitatis et erroris
 ejusdem; ceterique exacti in Comitatibus, ad quorum utlagacionem non-
 dum fuit processum, Literas haberent de supersedendo ex toto usque
 ad proximum Parliamentum plenum per Regem tenendum infra Regnum
 Anglie. Petiitque dictus Dominus Dux et ceteri de Consilio Regis tunc
 presentes, cum instancia, a prefato Patre, Domino Exoniensi Episcopo pre-
 dicto, Johanni de Sodbury beneficium Absolucionis impendi, ob Domini
 Regis reverenciam, illa vice; firmiter pro eo promittentes quod ipse se Deo
 et Ecclesie in omnibus conformaret, ac, juxta ipsius Patris et aliorum Pre-
 latorum tunc ibidem presencium libitum et voluntatem, satisfaccionem
 faceret et emendam. Quorum precibus dictus Pater ceterique Prelati
 inclinantes, pro beneficio Absolucionis recipiendo, ulteriusque faciendo in
 hoc casu quod justum esset, diem Lune tunc proximo sequentem, videlicet
 proximum post Festum Sancti Luce, Evangeliste, memorato Johanni de
 Sodbury coram eis, in Concilio Provinciali in Ecclesia Sancti Pauli London-
 iarum adhuc durante, fecerant assignari. Quo die, videlicet xx^j Octobris,
 in dicta Ecclesia Sancti Pauli, in Capella Beate Marie Virginis, ejusdem
 Ecclesie, coram Venerabilibus Patribus, Dominis Dei gratia Archiepiscopo
 Cantuariensi et ceteris Episcopis Cantuariensis Provincie, suis Suffraganeis,
 Concilium Provinciale tunc ibidem celebrantibus, comparuit dictus Johannes
 de Sodbury, reatum suum et excessum contra Clerum et Ecclesiam re-
 cognoscens; petiitque a memorato Venerabili Patre, Exoniensi Episcopo,
 humiliter, se absolvi; qui finaliter humilibus, devotis, et instantibus
 supplicationibus atque votis condescendens, sua, ac Venerabilis Patre,
 Domini Dei gratia Londoniensis Episcopi, in cuius Ecclesia Cathedrali hec
 agebantur, ac eciam tocios Concilii auctoritate, ipsum, super Crucem
 Archiepiscopalem de stando Mandatis Ecclesie juramentum prestantem, a
 Sentencia Excommunicacionis Majoris, qua pro sua contumacia hujusmodi
 extiterat innodatus, absolvit in forma juris.

[A.D. CONCILII PROVINCIALE,—

1341. Venerabili in Christo Patri, Domino Johanni, Dei gratia Exoniensi Episcopo,
 seu ipsius Vicario, ipso in remotis agente, Radulphus [de Stratforde],
 eadem permissione Episcopus Londoniensis, salutem, et sincere dilectionis

[A.D.
1341.] incrementum.—Noveritis nos Mandatum Venerabilis Patris, Domini Johannis [de Stratforde], Dei gracia Cantuariensis Archiepiscopi, Tocius Anglie Vol. I. Primatis, et Apostolice Sedis Legati, nuper sub infrascripta continencia, cum ea reverencia qua decuit, recepisse,—Johannes, etc., Venerabili Fratri nostro, Domino Radulpho, etc., salutem et fraternalm in Domino caritatem.—Quamvis sit Sacris Canonibus constitutum quod Metropolitani Archiepiscopi et Primates, annis singulis, legitimo impedimento cessante, pro excessibus corrigendis et moribus reformatis, debeant Provinciale Concilium celebrare; nos, tamen, adversis tribulacionibus temporum et assiduis occupacionibus circa magna, aliisque causis variis, impediti, quod nostro incumbebat Officio in hac parte nequivimus hactenus adimplere. Nunc, autem, oportunitate captata, quin verius necessitate cogente, Provinciali coacto Concilio adversus excessus in nostra Cantuariensi Provincia indies contingentes, medelam appetimus congruam adhiberi. Nos, igitur, antiquorum Patrum vestigiis inherentes, hujusmodi Provinciale Concilium, de majoris partis Suffraganeorum nostrorum consilio et assensu, evocandum decrevimus et solemniter celebrandum; ut fiant in eo, Domino adjuvante, que fuerint facienda secundum Canonicas Sancções. Quocirca Fraternitati vestre committimus et mandamus quatinus Venerabiles Fratres nostros, Episcopos et Electos Confirmatos, vel, si qui eorum forsan absentes fuerint, Vicarios ipsorum; necnon, Officialem nostrum Lyncolniensem, Sede ibidem vacante; peremptorie et precise citetis, seu faciatis citari. Decanos, vero, et Piores Ecclesiarum Cathedralium; Abbates, eciam, et Piores electivos, sub se plenum Conventum habentes; necnon, Archidiaconos, Capitula, Conventus, et Collegia universa, Clerumque cuiuscumque Diocesis nostre Provincie antedictæ, quia sua conspexerint interesse, premunire curetis, vel faciatis debite premuniri, quod iidem Episcopi, Electi, seu eorundem Vicarii, Officialisque noster predictus, personaliter, Decanique et Piores Ecclesiarum Cathedralium, necnon Abbates et Piores alii, sub se, ut premittitur, plenum Conventum habentes, ac Archidiaconi, si eis expediens videatur, predictaque Capitula, Conventus, et Collegia, per unum, Clerusque cuiuslibet Diocesis per duos Procuratores idoneos, si sua crediderint interesse et causas vel negotia habuerint in hujusmodi Concilio Provinciali tractanda, coram nobis et dicto Concilio legitimate compareant, in Ecclesia Sancti Pauli Londoniarum, primo die Juridico post Festum Sancti Luce Evangeliste, proximo futurum [18 Oct., 1341], super premissis, omnibus et singulis, et aliis tunc exponendis ibidem, statum Ecclesiarum, Religionis, et Cleri dicte nostre Provincie concernentibus tractaturi, suumque sanum et deliberatum consensum et consilium impensuri hiis que, inspirante Domino, ibidem utiliter contigerit ordinari; ulteriusque facturi et recepturi, cum continuacione et prorogacione dierum sequencium, usque ad finem ejusdem Concilii, quod justicia suadebit. Eisdem, eciam, Fratribus nostris, Electis, Vicariis, et Officiali nostro predictis, denunciari faciatis expresse quod omnibus Ecclesiarum Prelatis, suarum Diocesium, exemptis, non mendicantibus, cuiuscumque fuerint Ordinis, condicionis, aut status, notificant manifeste; ac hujusmodi Prelatis vestre Diocesis per vos volumus intimari, ut, prefatis die et loco, absque suorum Privilegiorum prejudicio, quibus per hoc non intendimus derogare, una nobiscum sufficienter intersint, si sibi viderint expedire; facturi in premissis et ea contingentibus quod superius est expressum. Ex cautela, eciam, habundanti vobis injungimus, et per vos dictis nostris Confratribus, Electis, Vicariis, et Officiali predictis, injungi volumus et mandamus ut vos, et ipsi, cum Religiosis et Clero vestre suarumque Diocesium, super reformatis in Concilio supradicto deliberetis et deliberent circumspete, ac in Scriptis redigatis et redigant reformata; ut super illis, dictis diebus et loco, plenior et maturior informacio valeat obtineri, et quod expedit convenientius ordinari. Vos, eciam, dictum Mandatum nostrum, quatenus vos et Diocesim vestram Londoniensem concernit, exequi per omnia faciatis. De die, vero, receptionis Presencium, et quid

fol.
114b.

A.D. [1341.] feceritis in premissis, nos, dictis die et loco, distincte et aperte certificare
 curetis per Literas vestras patentes, harum seriem et premunitorum
 Vol. I. nomina vestre Londoniensis Diocesis, in Cedula separata Literis certifi-
 catoriis vestris annexa, plenarie continentis. Et ceteris Coepiscopis et
 Confratribus nostris, Electis, ac Vicariis, et Officiali nostro hujusmodi,
 similiter injungatis ut nos, prefatis die et loco, singuli singillatim, modo
 debito de facto suo certificant in premissis, per Literas eorum patentes,
 harum seriem et premunitorum nomina Diocesum eorundem in Cedula
 consimili continentis.—Datum apud Maghefelde, xº Kalendas Augusti
 [23 July], Anno Domini Millesimo CCC^mo xl primo, et nostre Transla-
 cionis octavo.—Vice, igitur, et auctoritate dicti Mandati, tenore Presen-
 cium, precise et peremptorie vos citamus quod personaliter coram dicto
 Venerabili Patre et dicto Concilio compareatis, die et loco in dicto Mandato
 contentis, cum continuacione et prorogacione dierum tunc sequencium,
 tractaturi et in omnibus facturi quod dictum Mandatum, quatenus vos
 concernit, exigit et requirit. Insuper, vobis, auctoritate qua supra, com-
 mittimus et mandamus quatinus Decanum Ecclesie vestre Cathedralis,
 Abbates, eciam, et Piores electivos sub se plenum Conventum habentes;
 necnon, Archidiaconos, Capitula, Conventus, et Collegia universa, Clerum-
 que vestre Diocesis, qui sua conspexerint interesse, premunire curetis, seu
 faciatis debite premuniri, quod idem Decanus Ecclesie vestre Cathedralis,
 Abbates eciam et Piores electivi sub se plenum Conventum habentes, si
 eis videbitur expedire; necnon, Archidiaconi, Capitula, Conventus, et
 Collegia dicte vestre Diocesis per unum, Clerusque ejusdem per duos Pro-
 curatores idoneos, si sua crediderint interesse et causas vel negotia habue-
 rent in hujusmodi Concilio Provinciali tractanda, coram dicto Venerabili
 Patre et dicto Concilio legitime compareant, die et loco in dicto Mandato
 contentis, cum continuacione et prorogacione dierum tunc sequencium,
 tractaturi, et facturi in omnibus quod dicti Mandati tenor exigit et
 requirit. Vobis, eciam, committimus et mandamus quatinus Ecclesiarum
 Prelatis, vestre Diocesis, exemptis, non mendicantibus, cujuscumque fuerint
 Ordinis, condicionis, aut status, notificetis per vos aut alios, manifeste, ut
 prefatis die et loco, absque suorum Privilegiorum prejudicio, quibus per
 hoc non intendit dictus Venerabilis Pater in aliquo derogare, una cum
 dicto Patre sufficienter intersint, si sibi viderint expedire; facturi in
 premissis, et ea contingentibus, quod in dicto Mandato plenius est ex-
 pressum. Vobis, eciam, injungimus ut vos, cum Religiosis et Clero vestre
 Diocesis, super reformatio[n]is in Concilio supradicto deliberetis interim circum-
 specte, ac in Scriptis redigatis clarius reformanda, ut super illis, dictis diebus
 fol. 115. et loco, plenior et maturior informacio valeat optineri. Et quid feceritis in
 premissis, dictis die et loco dictum Venerabilem Patrem distincte et aperte
 certificare curetis per Literas vestras patentes, dicti Mandati seriem et
 nomina premunitorum dicte vestre Diocesis, in Cedula separata vestris
 Literis certificatoriis annexa, plenius continentis.—Datum apud Wykham,
 xvij Kalendas Septemb[ris] Anno Domini supradicto [15 Aug., 1341], et
 nostre Consecrationis secundo.

Et sic fuit certificatum,—

Reverendo, etc., Johanni, Dei gratia Cantuariensi Archiepiscopo, etc., Johan-
 nes, etc., reverenciam et obedienciam debitam, cum honore.—Literas Ven-
 erabilis, etc., Radulphi, Dei gratia Londoniensis Episcopi, viijº die Septem-
 bris receperimus, in hec verba, etc.—Quarum auctoritate Literarum Personas
 singulares quarum nomina in Cedula Presentibus annexa continentur;
 necnon, Clerum et Capitula, Conventus, et Collegia, nostrarum Civitatis et
 Diocesis, premuniri fecimus, juxta earundem Literarum exigenciam et
 effectum. Quantum, vero, ad personalem comparacionem nostram attinet,
 vestre Reverencie intimamus quod, tum propter tarditatem receptionis
 dictarum Literarum, tum eciam propter viarum discrimina inundacionesque
 aquarum, hoc tempore anni subito accidencium, et loco[rum] distanciam,

A.D.
[1341.] corporeamque gravitatem et invalidinem, non possumus—quod egre
ferimus—in dicto Concilio personaliter interesse¹. Unde ad excusandum
Vol. I. nos a personali comparicione ibidem, et super causis excusacionis nostre
fidem faciendum que requiritur in hac parte, dilectos in Christo filios,
Magistros Hugonem de Setone et Benedictum de Pastone, Clericos nostros,
et utrumque eorum insoludum, Procuratores et Excusatores facimus per
Presentes. Super reformandis, autem, in dicto Concilio cum Religiosis et
Clero nostre Diocesis deliberare curavimus, per nos et alios, in quantum
temporis brevitas id permisit. Que, in Scriptis redacta, dicti Excusatores
nostrí vestre Dominacioni, si placeat, exhibebunt. Quam diu conservet in
prosperis nostri clemencia Salvatoris.—Datum apud Chuddeleghe, viij^o die
mensis Octobris, Anno supradicto [1341].

Tenor Cedula predicte talis est,—

Dominus Ricardus, Decanus Ecclesie Exoniensis,—

Fratres	Johannes Tavystochie, Sancti Benedicti,	Ordinum, Monasteriorum Abbates ² .
	Rogerus de Hertilonde, Sancti Augustini,	
	Willelmus Buffestrie,	
	Johannes de Forde,	
	Johannes de Donkeswillie	
	Walterus de Nyweham,	
	Symon de Torre, Premonstratensis	
	Johannes Plymptonie,	
	Adam Lancestonie,	
	Ricardus de Sancto Germano,	
Archidiaconi	Johannes de Bodminia,	Ordinis Sancti Augustini, Prioratum Piores, Conventusque Monasteriorum et Prioratum predicatorum.
	Ricardus de Frithelistoke,	
	Thomas de Nassington, Exonie,	
	Adam de Carleton, Cornubie,	
	Johannes de Nassington, Barnastapolie,	
Collegia	Sancte Crucis Criditonie,	in Ecclesia Exoniensi.
	Beati Thome, Martiris, Glasneye,	
	Sancti Karantoci,	
	Sancte Marie de Ottery,	
	Sancte Beriane,	
	Sancti Probi,	
	Sancte Endeliente, de Chulmeleghe,	
Clerus Exoniensis Diocesis ³ .		Ecclesiarum Collegiatarum.

¹ It will be seen, however, that the Bishop did attend the Council; for on the 21st of October, 1342 (see page 968), he personally absolved John de Sodbury in St. Paul's Cathedral.

² The word "Boklonde," referring to the omission of the name of the Abbat of Buckland, has been written in the margin, against the List of

Abbats, by a later hand.

³ This is the last Entry in the *Registrum Commune* for 1342, and there are no Entries for January, February, and March, 1342-3. The dorse of fol. 115 was left blank for Entries which were never made. The Entries in the Register of Institutions, however, are continuous during these months.

[Mutatio Anni Encarnacionis Domini.]

A.D. Anno Domini M°. CCCmo xliji^o incipiente, et Consecracionis Venerabilis Patris predicti Anno xvij^o.
 1343. Vol.

I. fol. Landkey ; Licencia concessa Decano Exonie pro permutacione quae-
 116. rundam acras terre in Lankey,—

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Domino Ricardo de Brayleghe, Decano Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, etc.—Oblata nobis Petitionis vestre series continebat quod vos sex acras terre et dimidiā, ad Dignitatem vestram Decanalem pertinentes, in territorio sive solo de Londekeye, inter terras dilecti filii, Domini Roberti Beaupel, Militis, nostre Diocesis, segregatim et particulariter jacentes, habetis, et predecessores vestri, suis temporibus, habuerunt; que, propter hujusmodi particularem divisionem et cum terris dicti Militis commixtionem, vobis et Dignitati vestre quodammodo inutiles a multis temporibus extiterunt, et eciam nunc existunt. Quare nobis humiliter supplicastis ut dictas sex acras terre et dimidiā pro aliis sex acris terre et dimidia, equivalentibus, contiguis, et insimul jacentibus in dominico dicti Domini Roberti de Londekeye, quas ad presens idem Miles de nobis et nostra Exoniensi Ecclesia tenet ibidem, cum eodem Domino Roberto permutandi, pro vestra et Dignitatis vestre utilitate, licenciam et auctoritatem vobis concedere dignaremur. Licet, igitur, indubie teneremus quod in hiis, prout in aliis, Decanatus vestri commoda stuperetis pro viribus promovere; nichilominus, super premissis, tam vobiscum quam dilectis filiis, Capitulo Ecclesie nostre Exoniensis predicte, tractatum diligentem habere curavimus et communem. Et quia, recepta informacione debita et secuta deliberacione matura, reperimus quod utilitas Decanatus vestri requirit quod fiat permutacio supradicta, nos eciam, de consilio et assensu communī Capituli predictorum, ut permutacionem hujusmodi facere valeatis, liberam, quantum ad nos attinet, Licenciam impertimus, nostramque super hoc auctoritatem interponimus et decretum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum fecimus hiis apponi.—Data in Capitulo nostro Exoniensi, xxvij^o die Marcii, Anno Domino M°. CCCmo xliji^o, et Consecrationis nostre xvij^o.—Et nos, Capitulum Exoniensis Ecclesie supradicte, in testimonium premissorum, in quantum nos concernunt, sigillum nostrum commune Presentibus apposuimus, die et loco supradictis.

Domestick Chaplains ; Licencia pro Capellanis Domini Comitis Devonie, insistendi in obsequiis suis,—

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Nobili Viro, Domino Hugoni de Courtenay, Comiti Devonie, salutem, graciam, et benedictionem.—Desiderii vestri Petitionem favore benivolo prosequentes, ut dilectos in Christo filios, Dominos Willelmum de Chēbeseye, de Miltone Daumarle, Johannem de Horncastle, de Fareweye, et Ricardum [de Wodeforde] de Wydeworthy, Ecclesiarum nostre Diocesis Rectores; necnon, Dominum Robertum, Porcionarium Porcionis curate de Tydecombe, in Ecclesia de Tuvertone, dicte nostre Diocesis, in obsequiis vestris licitis et honestis valeatis per biennium a data Presencium retiure, et ipsi per idem tempus vobis obsequi et servire, ita quod ad residendum in eisdem Beneficiis suis interim non artentur; Licenciam, tenore l'resencium, concedimus et liberam facultatem. Proviso quod eisdem Ecclesiis, tam in Divinis Officiis quam cure exercicio animarum, medio tempore faciant debite deserviri; et Procuratores ydoneos in eisdem Beneficiis suis constituant, qui Ordinariis, dicto tempore, eorum nominaibus valeant respondere; quodque absencie eorum dampnum recompensemur elemosinarum largitione, arbitrio nostro taxanda; et quod dicti Beneficiati aliquociens, et presertim tempore Quadragesimali, ad Beneficia sua hujusmodi, pro salute animarum parochianorum suorum, studeant personaliter se conferre.—Data apud Cliste, xxix^o die mensis Marcii.

A.D. Puddington [Podyngton, MS.]; *Dimissorie*,—

1343. John atte More, clerk, R.—“ad omnes” (London, 18 May—fol. 118, margin).

Vol. I. Vicars-General; *Commissio Vicariorum Generalium*,—

[fol.] 119. Johannes, etc., dilectis filiis, Magistris Willelmo [de Crouthorne], Officiali nostro, Willelmo de Nassingtone, Canonicis Ecclesie nostre Exoniensis, et Benedicto de Pastone, Porcionario in Ecclesia nostra Collegiata Sancti Probi, nostre Diocesis, Clerico nostro familiari, salutem, graciam, et benedictionem.—Cum, Divina favente clemencia, simus ad Sedem Apostolicam, ex quibusdam causis legitimis, profecturi,¹ de vestra discrecione et prudencia plenam in Deo fiduciam obtinentes, vos omnes communiter, et duos vestrum, Vicarios nostros, nobis extra Regnum Anglie agentibus, facimus Generales; ita quod omnia et singula que Jurisdiccionem nostram contingunt et sunt necessitatis seu justicie expedire et exequi valeatis; illis que sunt favoris vel gracie,—in quibus Permutaciones Beneficiorum et Dispensaciones super non residenciis cum Rectoribus Ecclesiarum, presbiteris, necnon causa studiorum juxta Capitulum *Cum ex eo*, ultra mensem a tempore reditus nostri in Regnum predictum, volumus comprehendendi,—nobis specialiter reservatis. Per premissa, vero, Commissiones aliquas hactenus per nos factas non intendimus revocare. In quorum testimonium sigillum nostrum fecimus hiis apponi.—Data apud Doverriam, xxv die Maii, Anno Domini M° CCC^{mo} xliji^o, et Consecrationis nostre xvj^o.

fol. 116. The procurations of the Cardinals,—

116. Misericordia Divina Petrus Penestrinus, Sancte Romane Ecclesie Vicecancellarius, et Ambaldus Tusculanensis, Episcopi, Apostolice Sedis Nuncii, Venerabili Patri, Domino Dei gratia Episcopo Exoniensi, vel ejus Vicario, seu Locum tenenti vel vices gerenti ejusdem Episcopi, uni vel pluribus et cuicumque ipsorum, qui sunt vel erunt pro tempore Administratores Episcopatus Exoniensis, ad quem, vel ad quos, presentes Litere pervenerint, salutem in Domino.—Sanctissimus Pater, Dominus noster, Dominus Clemens, Divina Providentia Papa VI, ad Francie et Anglie Regna, pro magnis et arduis negotiis, nos destinans, nobis et cuilibet nostrum, ut possemus expensarum onera nobis incumbencia facilis subportare, super infrascriptis suas nobis concessit Literas, in hac forma,—Clemens Episcopus, Servus servorum Dei, Venerabilibus Patribus, Petro, etc. (*ut supra*), salutem et Apostolicam benedictionem.—Cum vos ad Regnum Anglie pro magnis et arduis rebus destinemus, nos, ut incumbencia vobis expensarum onera facilis subportare possitis, volentes de oportuno subvencionis auxilio providere, vobis ambobus recipiendi, hujusmodi negotiorum vestra² prosecuzione durante, tam in presencia quam in absencia vestra, similes procuraciones quas unus de Cardinalibus Sancte Romane Ecclesie, Apostolice Sedis Legatus vel nuncius in dicto Regno Anglie, pro suis procuracionibus recipere consuevit (que, videlicet, ad majorem summam ascendere dinoscuntur), a Venerabilibus Fratribus nostris, Archiepiscopis et Episcopis, ac dilectis filiis, Electis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Prepositis, Archidiaconis, Archipresbiteris, et aliis Ecclesiarum Prelatis et Rectoribus, ac Ecclesiasticis Personis, Religiosis et Secularibus, eorumque Capitulis et Conventibus, exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Cartusiensis, Premonstratensis, Sanctorum Benedicti et Augustini, Camaldulensis, Sancti Guillielmi, et aliorum Ordinum; necnon, Magistris, Prioribus, Preceptoribus, et Fratribus Sancti Johannis Ierosolimitani, et aliorum quorumcumque Hospitalium seu Domorum Regni predicti; necnon, contradictores per Censuram Ecclesiasticam, Appellacione postposita, compescendi; non obstante illa quam felicis recordacionis Gregorius Papa X, Predecessor noster,

¹ The Bishop was in London as early as 3 May, and it will be seen that he was at Dover on 25 May, when this

Commission issued. By 12 September he had returned to Clyst.

² “viam,” MS.; a clerical error.

A.D. edidit in Concilio Lugdunensi ; ac pie memorie Bonifacii Pape VIII, Pre-
1343. decessoris nostri, et qualibet alia Sedis predicte Constitucione, seu quibus-
Vol. I. libet Privilegiis, Indulgenciis, et Literis Apostolicis, quibus[vis] Personis,
Locis, vel Ordinibus, sub quacumque forma verborum, ab eadem Sede con-
cessis ; de quibus quorumque totis tenoribus plenam et expressam fieri
oporteat in nostris Literis mencionem, et per que hujusmodi nostre Con-
cessionis effectus impediri posset quomodolibet vel differri ; liberam vobis, et
unicuique vestrum, auctoritate Presencium concedimus facultatem.—Data
Avinione, ij Kalendas Junii, Pontificatus nostri Anno primo [31 May, 1342].
—Item,—Clemens, etc. (*ut supra*).—Cum vos ad Regnum Anglie, etc. . . (*ut
supra*), plenam vobis, et cuilibet vestrum, concessimus per alias nostras
literas facultatem. Verum, intendentes ut hujusmodi Concessio suum
pleniū sorciatur effectū, quoslibet Prelatos, cujuscumque preeminen-
cie vel dignitatis extiterint ; necnon, Rectores et Regulares Cisterciensis,
Cluniacensis, Premonstratensis, et aliorum Ordinum ; Magistros, quoque,
Priores, Preceptores, et Fratres Sancti Johannis Ierosolimitani, et aliorum
quorumcumque Hospitalium sive Domorum, et alias Personas Ecclesiasticas
Cathedralium et aliarum Ecclesiarum et Monasteriorum, exemptorum et
non exemptorum, Regni predicti, eadem vestra dictorum negotiorum prose-
cuzione durante, per Censuram eandem, Appellacione postposita, compell-
endi ad contribuendum in procuracionibus vobis debitibus ; non obstanti-
bus quibuscumque Privilegiis, Indulgenciis, et Literis Apostolicis, per que
in hac parte possent quomodolibet se tueri, et de quibus quorumque totis
tenoribus de verbo ad verbum deberet fieri in nostris Literis specialis
mencio ; plenam vobis, et cuilibet vestrum, concedimus tenore Presencium
facultatem.—Data Avinione, ij Kalendas Junii, Pontificatus nostri Anno
primo.—Cum, itaque, grandia onera expensarum in prosecuzione dictorum
negociorum, cui ad presens insistimus, oportuerit et oporteat
nos subire ; ne, propter ipsarum expensarum carenciam, prosecucionem
hujusmodi impediri aut retardari contingat, procuraciones que pro primo
fol. 117. presenti anno, qui primo die mensis Julii proximo preteriti inchoavit, nobis
a predictis Archiepiscopis et Episcopis, Electis, Abbatibus, et aliis, eorum-
que Eccesiis, Monasteriis, atque Locis superius designatis, in dicto Regno
Anglie consistentibus, earundem Literarum Apostolicarum vigore, debentur,
juxta ipsarum tenores, decrevimus fore petendas, exigendas, levandas, atque
recipiendas. Ideoque, Auctoritate Apostolica, nobis per dictas Literas in
hac parte concessa, Discretioni vestre, de qua speciale in Domino fiduciam
gerimus, petendi, levandi, co[ll]igendi, et recipiendi, pro nobis ambobus et
nomine nostro, dictorum negotiorum prosecuzione, cui, ut prefertur, insisti-
mus, perdurante, tam in presencia quam in absencia vestra, per vos vel
alium seu alios, in dictis Civitate atque Diocesi Exoniensibus, ab omnibus et
singulis Abbatibus (etc., *ut supra*), pro nostris procuracionibus ejusdem
primi anni, similes videlicet procuraciones illis quas unus de Cardinalibus
ejusdem Romane Ecclesie, Legatus seu Nuncius Sedis ejusdem in dicto
Regno Anglie, recipere consuevit, et que videlicet ad majorem summam
ascendere dinoscuntur ; necnon, eosdem Abbates, etc., et alios superius
designatos, ad contribuendum in eisdem procuracionibus dictae majoris
summe nobis, ut premittitur, debitibus, et ad co[h]ibendum vobis libros seu
scripturas distribucionum, impositionum, seu indiccionum et solucionum,
antiquarum et modernarum, super similibus procuracionibus habitarum, ac
nomina omnium Ecclesiarum vestrarum Civitatis ac Diocesis predictarum,
et quantum secundum antiquas et modernas Taxaciones ad Decimam sunt
taxate ; illasque per copiam tradi faciendum ; contradictores, quoque, et
rebelles per Censuram Ecclesiasticam compescendi, concedimus tenore Pre-
sencium facultatem, ac in premissis omnibus et singulis, eaque tangentibus,
vices nostras committimus, donec eas ad nos duxerimus revocandas. Et,
nichilominus, cum necessitatibus urgeat, et ad nos, pro singulis Monitionibus
faciendis ac ferendis Sentenciis, de facili, sine magnis laboribus et expensis,

A.D.
1343. non posset quociens opus esset recursus haberi, eosdem Abbates, Piores, et
alios supradictos, et eorum singulos,—non intendentes, tamen, propterea
Vol. I. Commissionem hujusmodi revocare,—Auctoritate predicta primo, secundo,
et tertio peremptorie, requirimus et monemus ipsisque et eorum singulis,
in virtute Sancte Obedience et sub infrascriptis penis injungimus, atque
districte precipiendo mandamus quatinus, infra unius mensis spaciū a
noticia presentis Processus nostri, sive contentorum in eo, seu requisicionis
super hoc facte inantea computandum; quod, quidem, spaciū omnibus et
singulis pro primo, secundo, et tertio ac peremptorio termino et Monicione
Canonica, tenore Presencium, assignamus vobis, seu ad hec a vobis, periculo
vestro, deputando vel deputandis, pro hujusmodi nostris procuracionibus
et ratione procuracionum ejusdem primi presentis anni, quilibet videlicet
predictorum superius designatorum partem suam de dicta majori summa,
quanta alias in Episcopatu vestro pro hujusmodi procuracionibus unius
integri anni soluta extitit, absque difficultate persolvant. Vos, eciam,
Dominum Episcopum, Vicarium, Locumtenentes, et vices gerentes predictos,
et eorum quemlibet, modo et forma predictis requirimus et monemus,
vobisque nichilominus et vestrum cuilibet Auctoritate predicta injungimus
atque, districte precipiendo, mandamus quatinus, infra quindecim dierum
spaciū, a die recepcionis Presencium computandum, quos vobis et cuilibet
vestrum, ex causis predictis, pro peremptorio termino ac Monicione Canonica
assignamus, presentem Processum nostrum et contenta in eo ad noticiam
omnium et singulorum dictarum vestrarum Civitatis et Diocesis quos pre-
sens tangit negocium deducere; ipsosque, per vos vel alium seu alios,
requirere super hiis diligenter et solcite procuretis, adhibendo diligenciam
debitam, et colligendo, exigendo, et recipiendo et custodiendo pecuniam
procuracionum hujusmodi, ac collectores seu subcollectores, quos ad hec
deputaveritis, reddendo ad id sollicitos et attentos. Insuper, totam pre-
dictam pecuniam majoris summe, ad quam in vestris Civitate et Diocesi
hujusmodi nostre procuraciones presentis anni ascendunt, et quam, ut
premittitur, collegeritis seu receperitis, una cum parte, ratione fructuum,
reddituū, et proventuum et obvencionum vestrarum, seu ad mensam
vestram Episcopalem spectancium, vos pro dictis nestis procuracionibus
presentis anni contingente, nomine nostro et pro nobis ad manus vestrarum
recipiatis, illasque fideliter in deposito conservetis, tradendas et assignandas
nunciis et Procuratoribus nostris quos ad hec specialiter duxerimus ordi-
nandos, cum super hoc ab eis, vel eorum aliquo, pro parte nostra fueritis
requisiti. Certificantes, per vestrarum patentes Literas vel Instrumentum
Publicum, nos, seu Procuratores nostros, vel substitutum aut substitutos
ab eis vel ab aliquo eorundem, de die recepcionis Presencium, ac de modo
et quantitatibus imposicionum, taxacionum, et solucionum, nominibus
solvencium et Beneficiorum suorum, per rotulos seu quaternos, sub Episco-
pali sive Curie Episcopalis seu vestro sigillo inclusas, ac de omnibus aliis
et singulis que feceritis in premissis. Alioquin [si] vos, aut Abbates,
Piores, Decani, et alii superius designati, seu quos hujusmodi negocium
tangit, aut eorum quis, in premissis vel premissorum aliquo contradictores
seu inobedientes fueritis vel rebelles, aut si vos, vel collectores seu sub-
collectores predicti, ultra dictas quantitates pro eisdem procuracionibus
debitas per vos, vel alium seu alios, scienter receperitis seu exegeritis pre-
textu hujusmodi nostre Commissionis; vobis, Domine Episcope, cui in
hac parte ob reverenciam Pontificalis dignitatis deferimus,—spacio sex
dierum ad purgandum moram seu culpam in singulis supra et infra eciam
injunctis indulto, et pro Canonica Monicione premissa,—si nichilominus
persistiteritis in culpa seu mora hujusmodi, ingressum Ecclesie interdicimus
in hiis Scriptis; et si per alios sex dies, dictos sex immediate sequentes,
quos vobis, eciam, pro Monicione Canonica assignamus, Interdictum hujus-
modi sustinueritis, vos, in hiis Scriptis suspendimus a Divinis; et si per
alios sex dies prefatos duodecim immediate sequentes, quos similiter vobis

A.D. pro Canonica Monicione prefigimus, Suspensionem hujusmodi substineritis,
 1343. quod absit, animo indurato, in vos ac Abbates, Priors, Decanos, et omnes
 Vol. I. alios et singulos superius designatos, qui inobedientes fuerint seu rebelles
 in premissis vel aliquo premissorum; necnon, contradictores quoslibet et
 rebelles aut inobedientes, seu prestantes consilium, auxilium, vel favorem,
 quominus omnia et singula supra et infra per nos injuncta seu mandata
 effectum debitum consequantur, cujuscumque dignitatis, status, ordinis,
 vel condicionis existant, spacio sex dierum ad purgandum moram seu cul-
 pam singulis eorum indulto, et pro Canonica Monicione premissa, Excom-
 municacionis in hiis Scriptis Sentenciam promulgamus. Capitula, vero,
 et Conventus, qui in premissis vel eorum aliquo culpabiles fuerint, suspen-
 dimus a Divinis; mandantes vobis, nichilominus, Auctoritate predicta, sub
 penis eisdem, quatinus omnes et singulos qui prefatas nostras Sentencias,
 vel earum aliquam, incurrerint quoquo modo, in dictis vestris Civitate et
 Diocesi, ac Locis aliis de quibus vobis videbitur [expedire], per vos, vel alium
 seu alios, tamdiu denuncietis, se[u] denunciari faciatis, dictas Sentencias
 incurrisse et a Fidelibus evitari; et aggravetis, eciam, Censuram Ecclesi-
 asticam contra eos, donec plenarie satisficerint, et beneficium Absolucionis
 a Sentenciis per nos latis, quam nobis vel Superiori nostro tantummodo
 reservamus, a nobis meruerint obtinere. Nostre, insuper, intencionis existit
 quod Reverendi Patres, Domini nostri, Domini Cardinales Sancti Romane
 Ecclesie, de Beneficiis que in predicto Regno obtinent quantitatem aliquam
 ratione procuracionum hujusmodi solvere nullatenus teneantur, nec pre-
 dictis astringantur Sentenciis; set quantitates que pro eisdem procura-
 cionibus nostris ab ipsis Dominis Cardinalibus nobis a dicto Episcopatu
 debentur de summa nobis debita deducantur. Intendimus, eciam, quod
 de Dei et leprosorum Domibus et Monasteriis Monialium pauperum, a
 quibus ratione procuracionis hujusmodi aliquid exigi minime consuevit,
 nichil exigatur ab eis. Literas, autem, originales Apostolicas supradictas,
 quas alias, in multorum Prelatorum presencia, fecimus Tornaci solempniter
 publicari, si vos, aut aliqui de predictis, ipsas videre volueritis, ostendere
 offeramus (*sic*) nos paratos. Vos, autem, requirimus et hortamur, Auctor-
 itate predicta, sub penis suprascriptis, quatinus sic in premissis diligenter,
 fideliter, et solcite vos geratis, necnon illi quos ad collectionem et recep-
 cionem predictas deputaveritis gerere se procurent, quod nec inferiores
 fol.118. juste conquerendi, nec nos contra vos seu ipsos super hiis inquirendi et
 procedendi materiam habeamus, quodque possitis de obedientia merito
 commendari. In quorum omnium testimonium presentes Literas, Pro-
 cessum nostrum hujusmodi continent, de quarum presentacione et notifi-
 cacione latori eorum, nuncio nostro jurato, plenam fidem adhibebimus, fieri
 et registrari fecimus, et sigillorum nostrorum appensione muniri.—Data
 Tornaci, ij Kalendas Novembbris [31 Oct.], Anno a Nativitate Domini
 Millesimo CCC^{mo} xl^o secundo, Indicacione x^a, Pontificatus ejusdem Domini
 Clementis Pape VI Anno primo.

Commissio pro procuracionibus Cardinalium colligendis,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Thesaurario et Archidiacono Barnastapolie in
 Ecclesia nostra Exoniensi, salutem, graciam, et benedictionem, ac Mandatis
 Apostolicis et nostris in hac parte firmiter obedire.—Literas Reverendorum
 Patrum, Dominorum Petri, etc. (*ut supra*), recepimus, formam que sequitur
 continent, —Miseracione Divina, etc., *ut supra*.—Cum, igitur, variis et
 arduis negotiis adeo occupamur quod premissis personaliter intendere non
 valemus, vos, de quorum circumspecione et prudencia plenam in Domino
 fiduciam optinemus, quosque in levando et colligendo procuraciones pre-
 dictas ab omnibus et singulis Personis Ecclesiasticis nostrarum Civitatis et
 Diocesis que ad earum solutionem et prestacionem secundum premissa sunt
 artate, reputamus fide et facultatibus ydoneos et alias providos et discretos,
 nostros ad colligendum procuraciones easdem ab omnibus et singulis Per-

A.D. sonis nostrarum Civitatis et Diocesis supradictis, subcollectores tenore
 1343. Presencium deputamus; vobisque in hac parte subdelegamus in solidum
 Vol. I. vices nostras, donec eas ad nos duxerimus revocandas. Vosque nichilominus primo, secundo, et tertio ac peremptorie requirimus et monemus, [et] vobis in virtute Sancte Obedientie, ac sub Majoris Excommunicacionis pena, quam in personas vestras et vestrorum cuiuslibet, spacio sex dierum ad purgandum moram et culpam vobis indulto et pro Canonica Monitione premissa, Auctoritate Apostolica ferimus in hiis Scriptis, si in execucione presentis Mandati nostri, quin verius Apostolici, fueritis negligentes vel remissi, injungimus et mandamus quatinus, infra tresdecim dies a receptione Presencium continue numerandos, omnia et singula contenta in dictis Literis ad omnium et singulorum quos contingunt in nostra Civitate et Diocesi noticiam deducere studeatis, et ea solemniter publicare, et ab eis et eorum singulis dictas procuraciones exigere, petere, colligere, et recipere vice nostra, et contra morosos et culpabiles procedere secundum injunctam per dictas Literas nobis formam. Et pecuniarum summas per vos receptas in hac parte fideliter et secure, vestro periculo, conservetis, nobisque, vel ad id per nos deputandis, vel Vicariis nostris Generalibus si a Regno Anglie nos abesse contigerit, persolvatis. Nosque, vel deputandos eosdem, seu Vicarios nostros hujusmodi, certificetis per vestras patentes Literas, seu Instrumentum Publicum, de die receptionis Presencium ac de modo et quantitatibus impositionum, taxacionum, et solutionum predictarum, non minibus solvencium et non solvencium procuraciones predictas et Beneficiorum suorum, ac de omnibus et singulis que feceritis in premissis, cum fueritis requisiti. De presentacione, vero, et insinuacione Presencium vobis facienda fidem dabimus dilecto filio, Dominio Stephano de Redynge, Vicario Ecclesie de Yalampton, nostre Diocesis, Nuncio nostro jurato eciam specialiter in hac parte.—Data Londoniis, iij^o die Maii, Anno Domini Millesimo CCC^{mō} xliji, et Consecrationis nostre xvij^o.

[*Certificatorium*.—]

Reverendissimis in Christo Patribus ac Dominis, Dominis Dei gracia Petro Penestrino, etc. (*ut supra*), Johannes, etc., omnem obedienciam, reverenciam, et honorem, tantis Patribus tam debitos quam devotos,—Literas vestras die, etc., recepimus, sub hac forma,—Miseracione Divina, Petrus, etc., *ut supra*.—Quarum auctoritate Literarum, per nos Londoniis receptarum, tunc versus Sedem Apostolicam accedentes, statim dilectos filios, Magistrum Ricardum de Wydeslade, Thesaurarium, et Johannem de Nassington, Archidiaconum Barnastapolie in Ecclesia nostra Exoniensi, super omnibus et singulis contentis in eisdem Literis nostros fecimus subcollectores, eisque vices nostras subdelegavimus in hac parte, donec eas ad nos duxerimus revocandas; injungentes eis, sub gravibus Censuris et penis, quod omnia et singula premissa cum exacta diligencia studerent exequi, vice nostra. Quia, vero, nobis nuper de Sede predicta redeuntibus Venerabilis Vir, Dominus Prior de Couchis, Londoniis occurrentis, exposuit quod Procurator vester extiterat ad recipiendum procuraciones vestras antedictas, ipsas procuraciones, tam nos quam ceteros nostrarum Civitatis et Diocesis contingentes, per dictos subcollectores collectas et receptas, Londonias cum celeritate possibili curavimus destinare; sibi, vel aliis vestris, ibidem, in hac parte Procuratoribus persolvendas. Modus, vero, et quantitates impositionum, taxacionum, et solutionum predictarum, nomina solvencium et non solvencium, et Beneficiorum suorum, juxta relationem dictorum subcollectorum, in Cedulis annexis Presentibus continentur.— Datum apud Cliste, xij die Septembris, Anno Domini M^o. CCC^{mō} xliji.

Et memorandum quod dicto Certificatorio patenti, sub sigillo Domini, annexi fuerunt rotuli clausi, nomina solvencium et ipsorum Beneficiorum, ac taxacionum ipsorum, ac non solvencium continententes. Et nomina solvencium, computatis hiis que debentur pro Temporalibus Domini, ac pro

A.D. temporalibus et spiritualibus Decani et Capituli Exonie, extendunt se, in
 1343. toto, ad cxxiiij*l.* v*s.* *vd.* *ob. quad.* Nomina non solvencium extendunt se
 Vol. ad xxvi*s.* i*j.d.* *ob. quad.*—Summa tocius, cxxiiij*l.* xii*s.*¹ vii*j.d.* *ob.*
 I.

<i>—Nomina non solvencium et eorum Beneficia sunt hec,—</i>			
Prebendarius Prebende de Rigge, in Ecclesia Criditonensi	...	xvij <i>d.</i>	
Prebendarius Prebende de Prestecombe, in eadem Ecclesia	...	xv <i>d.</i>	
Prior Sancti Jacobi juxta Exoniam	...	iii <i>s.</i>	x <i>j.d.</i> <i>quad.</i>
Prior et Conventus Montis acuti, pro Medietate Ecclesie de Ermynngtone	...	ii <i>s.</i>	
Abbas et Conventus de Clyve, pro Poghehulle [<i>the Manor of Poughill, Cornwall</i>] et Treglaste [<i>a Manor in Davidstow and Alternon, Cornwall</i>]	...	vs. x <i>j.d.</i> <i>quad.</i>	
Prebendarius Prebende Pagani de Liskerid, in Ecclesia Sancte Endeliente	...	xvij <i>d.</i>	
Prebendarius Prebende Johannis Modred, in eadem Ecclesia	...	xvij <i>d.</i>	
Prebendarius Prebende J. Coke, in Ecclesia Sancte Beriane	...	iiij <i>d. ob.</i>	
Prebendarius Prebende J. Splot, nunc R. de Stonore, in eadem [Ecclesia]	...	xiiij <i>d.</i>	
Prebendarius Prebende David Botelet	...	xv <i>d.</i>	
Prebendarius Prebende J. Cateloigne, in Ecclesia Sancti Carentoci	...	ix <i>d.</i>	
Prebendarius Prebende quondam T. de Stapeldone, nunc Redynge, in Ecclesia Sancti Probi...	...	xij <i>d.</i>	
Abbatissa de Wiltone, pro temporalibus suis in Cornubia	...	xx <i>d. ob. quad.</i>	
Prebendarius Prebende Godefridi Reigni, in Ecclesia de Chulmeleghe	...	vij <i>d.</i>	
De Vicario de Southmoltone	...	ix <i>d.</i>	

[*Acquietancia*.—

Noverint universi quod nos, Frater Andrwynus de Rocha, Decretorum Doctor, Procurator et Nuncius Reverendorum Patrum et Dominorum, Dominorum Petri Penestrini, Sacrosante Romane Ecclesie Vicecancelarii, et Ambaldi Tusculanensis, Episcoporum, Apostolice Sedis ad Regnum Anglie Nunciorum, habentes potestatem ab eis recipiendi procuraciones in dicto Regno eis debitas, et de solutis acquietancias sive accopas faciendi, receperimus et habuimus a Reverendo Patre, Domino Exoniensi Episcopo, per manus Johannis Stikke et Rogeri de Waneloke, centum viginti libras, sexdecim solidos, et octo denarios et obolum sterlingorum; videlicet, undecim libras, decem solidos, et undecim denarios et obolum ratione porcionis ipsum Episcopum contingentis; et residuum dictae pecunie in partem solucionis procuracionum Religiosorum et Cleri dictarum Civitatis et Diocesis Exonie; de qua, quidem, pecunie summa fatemur nos, nomine dictorum Cardinalium, fore plenissime satisfactos; et ipsum Dominum Episcopum, et ceteros quos res tangit, acquietavimus, et acquietamus per Presentes.—Datum sub sigillo nostro Londoniis, xxij*d.* die mensis Septembris, Anno Domini Mo. CCC^{mo} xlij^o.—Et non continetur plus in acquietancia, eo quod dictus Frater Andrwynus retradidit dictis scutiferis de summa contenta in Cedulis predicto Certificatorio annexis, pro expensis eorum, xlix*s.* xd.; quos in dicta acquietancia minime inserebat.

¹ Apparently a clerical error for iiij*s.*

A.D.
1343.

[Mutatio Annī Consecrationis Domini.

Vol. I. Anno Domini M° CCC^{mo} xliij^o et Consecrationis Domini
xvij^o incipiente.]

Bishop's Tawton ; *Litera Episcopi Exoniensis ad denunciandum quosdam excommunicatos, mutue vicissitudinis optentu,*¹ —

Venerabili in Christo Patri ac Domino, Domino Ade, Dei gracia Wyntoniensi Episcopo, Johannes, miseratione Ejusdem Exoniensis Episcopus, salutem et fraterne dilectionis continuum incrementum,—Vestra noverit Paternitas reverenda quod, cum in Festo Beati Luce, Evangeliste, proximo preterito [18 Oct.], in Ecclesia nostra Parrochiali Tautonie, nostre Diocesis, ob reverenciam tanti Festi, simulque ob Consecrationis nostre annum revolucionis diem, in Pontificalibus, prout decuit, Missam celebrantes, Verbum Dei post Evangelium astanti proponeremus Clero et populo, quidam perditionis filii, videlicet Willelmus qui se denominat de Clavile, alias tamen Wyte-prest vel Hamond dictus, necnon Johannes atte Watere, de Combe Martyn, nepos, et Johannes de Bodevile, consanguineus Magistri Johannis Peris, quem ex certis et legitimis causis prius excommunicavimus, cum multis aliis suis complicibus, sagittariis, et diversis armorum generibus armatis, missi ex parte predicti Johannis Peris, se asserentis Archidiaconum Totonie in Ecclesia nostra Exoniensi, subito et inopinatae, cum magno strepitu et tumultu, Ecclesiam de Tautone predictam ingressi, in nostram et nostrorum mortem, ut dicitur [et] verisimiliter creditur, conspirati, nec Loco aut Festo, Personae vel Ministerio reverenciam deferendo, Officium Divinum, et nostram ac populi devocationem, ho[r]ribiliter, more infidelium, velut blasphemii et barbari, impediverunt. Quos cum primo, secundo, et tertio ac peremptorie legitimeque monuissemus, nominatim et in specie, ut ab hujusmodi nephariis impedimentis, strepitu, et tumultu desisterent et cessarent, quia id facere et Monitionibus nostris Canonicis parere rebelliter contempserunt, in eos nominatim, propter offensam et rebellionem hujusmodi, in Scriptis et alias legitime Majoris Excommunicacionis Sentenciam fulminavimus, prout juste tanti sceleris enormitas requirebat. Predictum, preterea, Willelmum de Clavyle, prius per nos auctoritate nostra ordinaria, ex certis causis legitimis, Majoris Excommunicacionis Sentencia innodatum, ac eciā Auctoritate Apostolica excommunicatum pronunciatum et declaratum ; per nos ex hoc de dicta Ecclesia recedere monitum primo, secundo, et tertio ac peremptorie, atque jussum, et id facere contumaciter non curantem, in Sentenciam Excommunicacionis Majoris, in tales a jure latam, postea declaravimus incidisse. Quocirca Paternitatem vestram reverendam, ne predicti filii diaboli Gregem Domini vobis commissum inficiant, sub mutue vicissitudinis optentu, et in juris subsidium, requirimus et rogamus quatinus ob Pontificalis reverenciam lese Dignitatis [et] tam nephandi detestacionem criminis, eosdem Willelmm, Johannem, et Johannem, in Ecclesia vestra Cathedrali, et per vestram Diocesim, sic fuisse, et esse, excommunicatos denunciari publice faciatis. Et quid in premissis facere decreveritis vel feceritis, nos oportunis loco et tempore, si placet, certificare dignetur vestra Paternitas reverenda.—Data apud Cliste, xxvij^o die Octobris, Anno Domini M° CCC^{mo} xliij^o, et nostre Consecrationis xvij^o.

fol. 119b. Bodmin Priory ; *De Custodia et relevacione Prioratus Bodmynie,—*
Johannes, etc., dilectis filiis, Priori et Conventui Prioratus Bodmynie, Ordinis

¹ This Letter, giving a detailed account of a disgraceful outrage in the Parish Church of Bishop's Tawton, was not entered in our Bishop's Register. It is happily preserved, however, in

the Register of the Prelate to whom it was addressed (*Reg. of Adam de Orleton, Bishop of Winchester, vol. i, fol. 124b*), and has been kindly copied for me by Mr. F. J. Baigent.

A.D. Sancti Augustini, nostre Diocesis, salutem, graciā, et benedictionem.—
 1343. Ex suscepto sollicitudinis Officio curis sollicitamur continuis et meditacione
 Vol. I. urgēmur assidua, ut Ecclesiarum et Personarum Ecclesiasticarum nobis
 subjectarum, et maxime Regularium, comodis, in quantum possumus,
 intendamus et dispendiis occurramus. Olim,¹ siquidein, parum post Pro-
 motionis nostre ad Pontificale Officium et suscepti Ecclesie Exoniensis
 regiminis exordium, comperto legitime set nōleste quod Prioratus pre-
 dictus, ex diversis causis, et precipue improviso regimine tuo, Prior,
 dilapidacionis incomodis subjectus, et eris alieni et diversorum onerum
 sarcina extitit supra vires multipliciter pregravatus; nos, licet contra
 te, Priorem, et quosdam alios dicte dilapidacionis auctores, potuisse-
 mus ad graviora, ratione previa, processisse; vos, tamen, et Priora-
 tum eundem sincere caritatis plenitudine prosequentes, dilectos filios,
 Dominos Radulphum [de Lampil], Rectorem Ecclesie de Withiel, nostre
 Diocesis, et Willelmum Bagge, vestrum tunc Concanonicum et Confratrem,
 curatores et administratores bonorum dicti Prioratus, et gubernatores ipsius
 interius et exterius, ad tempus indeterminatum curavimus, confectis super
 hoc nostris patentibus Literis, deputare, te Priore solum ab hujusmodi
 administracione temporali interim tunc suspenso; per quorum vigilancie,
 fidelitatis, et prudencie studium laudabile idem Prioratus extunc, infra
 pauca tempora, a dictis jacturis, debitibus, et oneribus plurimum extitit
 relevatus, et in statum aliqualiter congruum restitutus, prout, ut credimus,
 hec memoriter retinetis. Verum, dictis Radulpho et Willelmo, dum adhuc
 idem Willelmus rebus ageret in humanis, officio renuncians² supradicto,
 eodemque Willelmo postea sublatō de medio, toleravimus te, Priorem,
 administracioni bonorum et regimini Prioratus predicti, ut prius, te insol-
 dum immiscere; sperantes quod Prioratum eundem in statu debito, seu
 saltem in quo dicti Radulphus et Willelmus dimiserunt eundem, conser-
 vares, atque in administracione et regimine hujusmodi discrecius, sanius, et
 consulcius solito te haberet. Sane, nuper ad Partes Cornubie, pro exe-
 quendo nostro Pontificali Officio, personaliter accedentes, non absque
 mentis amaritudine audivimus, fama publica referente, quod dictus Priora-
 tus, tam ex tuo, Prior, inconsulto regimine quam quorundam Canonici-
 corum et familiarium tuorum perniciosa insolencia atque culpa, tam in
 Regularis Observancie disciplina quam alias in suis spiritualibus et tempora-
 libus, citra dimissum per dictos Radulphum et Willelmum, ut premittitur,
 officium, miserabiliter est collapsus, bonaque Prioratus ejusdem, tam
 mobilia quam immobilia, quam eciam se movencia, fuerunt distractio-
 nis et consumpcionis periculis subposita undequeaque, quinimmo idem Prioratus
 adeo generaliter depressus continue excrescentibus importabilibus oneribus
 debitorum, quod, nisi provideretur celerius de remedio oportuno, ad irre-
 mediabilis deduceretur desolacionis obprobrium, quod avertat Altissimus,
 et ruine. Cumque, sine gravi scandalo et periculo, premissa sub dissimulacionis
 transire pallio nequiremus; decrevimus, exemplo nostri Salva-
 toris, ad dictum Prioratum descendere, et personaliter perquirere si dicta
 fama, frequens utique et clamosa, veritatis suffragio non careret. Vocatis,
 autem, et comparentibus vobis in Domo Capitulari ibidem, judicialiter,
 coram nobis, de premissis et eorum circumstanciis, tunc sufficienter ex-
 positis et expressis, sollerter inquirere curavimus veritatem. Et nichilo-
 minus, licet multa fuissent per nos legitime comperta, correccione et
 reformacione digna et indigencia, tam in capite quam in membris, ex
 habundanti cautela, de vestro consensu, certis ex vobis personis potestatem
 commisimus et mandavimus quod de quibusdam capitulis in nostris, eis
 super hiis traditis, Literis plenius expressatis, et eorum circumstanciis, se,
 solerti et fideli adhibita diligencia, informarent, nobis informacionem

¹ See page 423.² I give this obscure sentence as it

stands. Probably "renuncians" is a clerical error for "renunciantibus."

A.D. 1343. hujusmodi infra certum competentem terminum transmissure. Licet, igitur, tam per Inquisitionem nostram quam transmissam nobis informacionem hujusmodi, in forma juris et servato ordine debito habitas et fol. 120. receptas, talia repererimus que, parcentes fame vestre pro Religionis honore, ad presens sub silencio preterimus, ex quibus ad removendum te Priorem ab administracione omnium et singulorum bonorum dicti Prioratus, tibique Coadjutorem ydoneum deputandum, et deinde ad alia graviora, necnon contra quosdam de vobis, Conventu, ad amocationem saltem temporalem a dicto Prioratu, et alias penas Canonicas, non indigne procedere possemus, immo verius forsitan deberemus; micius, tamen, agentes ad presens, et malentes de mansuetudine corripi quam rigore, pro honestate Religionis vestre et utilitate ac relevacione Prioratus predicti, atque vestra, ab oneribus et debitibus supradictis, tam ex vestra infelici desidia quam presencium dierum malicia continue excrescentibus, ut prefertur, quasdam Ordinaciones et Statuta utique salubria, et de fonte prodeuincia caritatis, facere decrevimus; que in Cedula annexa Presentibus continentur. Vos, insuper, omnes et singulos requirimus et monemus, vobisque in virtute Obediencie, et sub penis ac Sentenciis et Censuris infrascriptis, injungimus et mandamus quatinus hujusmodi Ordinaciones et Statuta, omnia et singula, plene, in quantum poteritis, exequamini et servetis, ac servari et exequi, quantum ad vos et vestrum singulos pertinet, faciatis; eisque pareatis et obediatis, et pareri ab aliis, quantum ad vos attinet, faciatis infra duodecim dies continuos, numerandos a tempore presentacionis et intimacionis Presencium vobis facte; quorum dierum quatuor pro primo, iiiij^{or} pro secundo, et reliquos iiiij^{or} pro tercio et peremptorio termino ac Monitione Canonica, assignamus vobis et vestrum singulis per Presentes. Si, vero, premissa contumaciter et rebelliter contempseritis adimplere, spacio sex dierum extunc, de benignitate nostra ad purgandum moram, culpam, et contumaciam, ac rebellionem hujusmodi, indulto; si, nichilominus, extunc in mora, culpa, contumacia, ac rebellione hujusmodi perstiteritis animo indurato, in vos, Priorem, et singulares personas Officiarios Conventus, Majoris Excommunicacionis; in vos, vero, Conventum, Suspensionis; in hiis Scriptis Sentencias promulgamus; ad graviora processuri si, quod absit, vestra rebello id exposcat. Te, nempe, Priorem, volumus non latere quod, nisi errata preterita de cetero corrigas et emendes, et a dissipacione et dilapidacione solitis, in quantum poteris, resilias, et seniori consilio te retractes, ad amocationem tuam perpetuam a dicto Prioratu et ejus regimine nos, quod molestum foret nobis admodum, procedere oportebit, utpote contra villicum qui non potest dignam villicacionis sue reddere rationem. De die, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis, una cum nominibus amotorum a dicto Prioratu et assumptorum ad dictum senescallorum et administratorum Officium, et eciam ad Officium Celerarii supradictum, nos, infra decem dies post lapsum dictorum dierum, certificetis per Literas vestras patentes, harum et dicte Cedule seriem continentibus; sigillo vestro communi eciam consignatas.—Datum apud Chuddeleghe, ultimo die Novembbris, Anno predicto.

—Tenor, vero, Cedula de qua supra fit mencio talis est,—

De Inprimis, ordinamus quod Divinum Officium, diurnum pariter et nocturnum, Divino in Prioratu Bodmynie, horis congruis, cum devocione debita peragatur, et Servicio Regularis Observancia, tam in jejuniis, vigiliis, silencio, et oracionibus quam alii que ad Religionem, secundum Regulas Beati Augustini pertinent, ab omnibus observetur; et quod Prior, quoctiens comode et honeste poterit, in refectorio, cum Concanonicis suis, se reficiat, et ad Capitulum pro correccionibus Regularibus faciendis accedat, saltem semel ad minus, si poterit, omni ebdomada; quodque in Choro in Majori Missa, Matutinis, et Vesperis intersit saltem in Dominicis et Festis Duplicibus, si comode id valeat adimplere. Alioquin excusacionem racionabilem, coram Conventu, in Capitulo, per se vel Capellanum suum,

De ele- faciat indilate.—Item, statuimus quod elemosine debite et consuete
 mosi- fideliter in dicto Prioratu, sine diminuione aliqua, de cetero erogentur ;
 nis. et elemosinarius qui est, et erit pro tempore, de gestis per eum in suo
 fol. Officio calculare bis in anno, videlicet in Pascha et ad Festum Sancti
 120b. Michaelis, coram deputandis ad hec fideliter teneatur.—Item, statuimus et
 De alie- ordinamus quod Prior qui est, et erit, ibidem pro tempore, eciam cum
 nacione consilio et consensu Conventus, nullam alienacionem rerum immobiliaum,
 et libe- ratione jurium, seu reddituum perpetuorum ad Prioratum predictum pertinen-
 non fa- ciunt faciat, nec facere valeat ullo modo, nec eciam liberaciones seu corrodia
 ciendis. concedat, sine causa necessaria seu saltem utili, a nobis et Successoribus
 nostris specialiter approbata.—Item, statuimus quod Prior ad Maneria
 dicti Prioratus, sine causa racionabili in Capitulo expressa, vel cum onerosa
 familia, non divertat. Et si aliquociens, ex causa Conventui nota, se con-
 ferat ad eadem, a voluptuariis sumptibus in eis faciendis se abstineat et
 retractet, atque expensas quas in eodem Prioratu pro tunc esset facturus
 honeste et utiliter diminuat et defalcat, omni inutili et superflua vel minus
 necessaria familia remota.—Item, ordinamus quod oblaciones provenientes
 ad Altare Beate Marie Virginis in dicto Prioratu, et pecuniam ac alia
 comoda provenientia de releviis tenencium et finibus convencionariorum
 Prioratus ejusdem, dictus Prior, prout presumpsit hactenus, de cetero sibi
 ipsi non appropriet nec inburset, set in utilitatem communem dicti Prior-
 atus, cum integritate evidenter debita, applicentur.—Item, statuimus quod
 dictus Prior, cum consilio et consensu Conventus vel sanioris partis ejus-
 dem, duos Canonicos de eodem Conventu solum, vel illos et unum clericum
 secularem, ydoneum et honestum, in senescallos et administratores bono-
 rum omnium dicti Prioratus, et gubernatores ipsius, tam intra quam extra,
 eligant et assumant ; qui bona ipsa fideliter administrent et suum officium
 exequantur ; et super hoc prestant prius, coram Priore et Conventu, jura-
 mentum se administratores, omni dolo et fraude cessantibus, quanto magis
 poterunt fideliter et utiliter, bona, jura, et debita, fructus, et obvenientes
 quecumque ad Prioratum pertinencia supradictum, in eisdem exigendis,
 levandis, recuperandis, et conservandis, ac solvendis debitibus ejusdem Prior-
 atus veris et liquidis, prout eis visum fuerit oportunum, nemini deferendo ;
 Maneria et loca Prioratus coli faciendo et instaurando, fossas, domos,
 parcos, et clausuras eorum claudendo, cooperiendo, et in quantum poterunt
 et expediens fuerit reparando ; nemora et vivaria eorum custodiri fideliter
 faciendo ; et, generaliter, reformanda et corrigenda, tam in Prioratu pre-
 dicto quam ejus Maneriis atque locis, secundum datam eis a Deo pruden-
 ciam, corrigendo et, in quantum eis fuerit possibile, reformando, reformari
 et corrigi procurando ; remotis omni timore vano, affectione, gracia, odio,
 et favore ; nichilque sibi appropriando vel usurpando, preter id quod per
 eos necessario vel utiliter expendi contigerit ; nec aliiquid donando nisi sicut
 probabiliter crediderint Prioratui expedire. Prior, autem, predictus eos in
 hujusmodi suo Officio non impedit quovismodo, set sua sustentacione
 congrua et honore suo solito sit contentus ; ita, tamen, quod nichil
 recipiat de bonis ad dictum Prioratum pertinentibus preter sustentacionem
 hujusmodi, nisi per manus dictorum administratorum ; a quibus, preter
 expensas suas necessarias in victualibus, unam quotam pro Camera sua,
 que decem marcas sterlingorum non excedat, omni anno recipiat, et non
 ultra ; et precipue donec debita in quibus idem Prioratus ad presens est
 obnoxius persolvantur, et aliter, si expediens videbitur, duximus ordinandum.
 —Item, ordinamus quod Dominus Nicholaus de Estone, in Celerarium per
 Priorem temeritate propria, sine consilio et consensu Conventus, assump-
 tus, propter hoc, et ex causis racionabilibus, quas parcendo fame sue
 tacemus ad presens, ab hujusmodi Officio celeriter amoveatur, et alias loco
 sui, de consensu communi ydoneus, in hujusmodi Officio subrogetur. Ille,
 tamen, de gestis per eum in hujusmodi Officio districtum et plenam reddat,
 et compellatur reddere, racionem, et exnunc ad aliquod Officium extra

A.D.
1343. claustrum, sine nostra Licencia, non assumatur.—Item, statuimus quod
Vol. I. Robertus de Estone omnino et celeriter, necnon Johannes Phelip, Rogerus
de Kilkamptone, Thomas Jordan, Johannes Bristowe, Baldewinus Reste,
Philippus Wodeleghe, Nicholaus Lenna, Thomas Blynda, Johannes Doll-
yng, Robertus Short, Philippus de Respryna, Johannes de Westpedre, et
alii tales famuli singulorum Canonicorum dicti Prioratus, qui sunt inutiles
et onerosi eidem Prioratui et Religiosis claustralibus inconvenientes, amove-
antur ab eodem. Ita, tamen, quod, si aliqui eorum dictis administratoribus,
in anime sue periculo, post juramentum predictum ab eisdem prestitum,
utiles videantur, vel saltem minime onerosi, volumus quod illi remaneant
sicut prius.—Item, quia intelleximus quod Frater Willelmus de la Hide, ut
de ceteris taceamus, negligenter Officium Subprioris gessit in dicto Prioratu
fol. 121. per multa tempora jam transacta, non sequendo Chorum nec dormitorium,
nec comedendo in refectorio, nec alia faciendo que ad Officium Subprioratus
pertinent juxta Observancias Regulares, ordinamus quod de cetero omnia
que ad dictum Officium pertinent cum diligencia exequatur, dormiendo in
dormitorio communii, sequendo Chorum, et comedendo in refectorio omni
die continue, nisi ex juxta causa et de licencia Prioris fuerit excusatus. Si,
autem, extra refectorium comedat, volumus et ordinamus quod non habeat
ultra quam unus solus de Concanonicis suis; nec, eciam, ipse qui vices suas
gesserit in refectorio plus percipiat quam unus alias Canonicus ullo modo.
Si, autem, dictus Willelmus negligenter se habeat de cetero in suo Officio
supradicto, ab eodem amoveatur omnino, et aliis, loco sui, ydoneus subro-
getur.

[Mutatio Anni Incarnationis Domini.]

Anno Domini M° CCCmo xliji^{to} incipiente, et Consecra-
cionis dicti Patris xvij^{mo}

A.D.
1344. Lawhitton ; Master William Heyghys, deacon, R.,—
Licence of non-residence for a year, to study (Clyst, 29 April).
Exeter Cathedral ; *Super Dedicacione* (sic) Cimiterii, si sit pollu-
tum,—

Johannes, etc., dilecto filio, Decano, vel Thesaurario Ecclesie nostre Cathedrales Exonie, salutem, etc.—Relacione publica audivimus et clamosa quan-
dam violenciam, usque ad effusionem sanguinis, infra Clausum dicte Ecclesie
fuisse noviter perpetratam; quibusdam asserentibus eam in loco sacro et
dedicato, aliis, vero, in loco prophano esse illatam et minime consecrata.
Cum, autem, pretextu violence supradicte, mortuorum corpora in Cimiterium
dicte Ecclesie minime inferantur nec tradantur Ecclesiastice sepulture,
nos, cupientes super hoc paterne sollicitudinis studio providere, vobis, auctoritate
Privilegii Apostolici nobis in hac parte indulti,¹ de quo sepe vobis
fecimus plenam fidem, committimus et mandamus, cum ad dictum locum
commode, hac vice, nequeamus personaliter nos conferre, quatinus, si
repereritis violenciam predictam in Cimiterio predicto, vel loco infra idem
Cimiterium consecrato, fuisse factam, idemque Cimiterium propter hoc
Reconciliacionis ministerio indigere, tunc, recepta aqua per nos ex hac
causa specialiter benedicta, ipsum Cimiterium reconciliets celeriter vice
nostra. Si, vero, repereritis violenciam hujusmodi in loco prophano fuisse
commissam et minime dedicato, ipsumque Cimiterium propterea non pollu-
tum, id auctoritate nostra sentencialiter declaratis, et publicari solempniter

¹ See page 328.

A.D. faciatis ; ita quod mortuorum corpora in ipsum more solito inferantur. In
 1344. easu, autem, probabiliter dubio, viam tuciorem secundum Statuta Canonica
 Vol. I. teneatis ; proviso quod in eventu quo dictum Cimiterium fuerit reconcili-
 andum, secundum distincionem superius annotatam, recipiatis ydoneam
 ab illis quorum interest caucionem de procuracione nostra, ratione Recon-
 ciliaconis hujusmodi nobis certis competentibus terminis persolvenda, sicut
 de ea nobis vestro volueritis periculo respondere. Quid insuper inveneritis
 et feceritis in premissis, una cum distincta qualitate caucionis predice et
 Processus vestri serie, nos, infra decem dies a receptione Presencium, certi-
 ficetis per Literas vestras patentes, harum seriem continentem.—Datum
 apud Cliste, xxij die Maii.

[fol. 121b.] Convocation ; *Procuratorium ad comparendum in Convocacione Cleri et causas absencie allegandum,*—

Universis pateat per Presentes quod nos, Johannes, etc., facimus et constitui-
 mus dilectos in Christo filios, Magistros Robertum Herewarde, Johannem
 de Northwode, et Hugonem de Setone, Ecclesie nostre Exoniensis Canonicos,
 et quemlibet ipsorum insolidum, ita quod non sit melior condicio occupantis,
 set quod unus eorum incepit alius prosequi valeat et finire, Procuratores
 nostros, negotiorum Gestores, et Nuncios speciales, ad comparendum pro
 nobis et nomine nostro in instanti Convocatione Prelatorum et Cleri Can-
 tuariensis Provincie, in Ecclesia Sancti Pauli Londoniarum, die Lune
 proxima post instans Festum Sancte Trinitatis [30 May] facienda, cum
 continuacione et prorogacione dierum sequencium et locorum, nosque a
 personali comparicione ibidem excusandum, et super excusacione nostra et
 ejus causis, si oporteat, fidem legitimam faciendum ; necnon tractandum,
 deliberandum, et consulendum super omnibus et singulis que tunc inibi
 tractabuntur, et consciendum hiis que ibidem ex deliberacione communi
 contigerit ordinari ; provocandum, et appellandum ; unum vel plures loco
 suo, et eorum cuiuslibet substituendum et revocandum, quociens eis, vel
 eorum alicui, videbitur expedire ; omniaque alia et singula faciendum et
 expediendum que in premissis vel circa ea fuerint oportuna, eciam si
 Mandatum exigant speciale ; ratum habituri et gratum, sub obligacione
 et bonorum nostrorum omnium hypotheca, quicquid dicti Procuratores
 nostri, vel eorum aliquis, aut substitutus ab eis vel eorum aliquo, fecerint,
 aut fecerit, quomodolibet in premissis. In cuius rei testimonium sigillum
 nostrum, etc.—Datum apud Cliste, xxij die Maii.

[fol. 121b.] Parliament ; *[Procuratorium],*—

Excellentissimo Principi et Domino suo, Domino Edwardo, Dei gracia Regi
 Anglie et Francie illustri et Domino Hibernie, suus humilis Capellanus,
 Johannes, etc., salutem in Eo per Quem Reges regnant et Principes
 dominantur.—Celsitudini vestre Regie intimamus quod, propter corporis
 nostri adversam valitudinem aliasque causas legitimas, non possumus in
 instanti Parlamento vestro, apud Westmonasterium in Octabis Sancte
 Trinitatis [6 Junel] convocato, personaliter interesse, ideoque vestram
 requirimus Magestatem quatinus absenciam nostram, non voluntariam
 utique set invitam, habere dignemini excusatam. Dilectos, insuper, in
 Christo filios, Magistros Robertum Herewarde et Johannem de Northwode,
 Cathedralis Exonie, ac Thomam de Crosse, Collegiate Sancte Crucis Cridi-
 tonie, Ecclesiarum nostrarum Canonicos, et quemlibet eorum insolidum,
 ita quod melior non existat condicio occupantis, Procuratores nostros
 facimus et eciam Attornatos, ad comparendum pro nobis in dicto Parlia-
 mento et nostram absenciam excusandum ; necnon, super excusacionis
 hujusmodi fidem, si oporteat, faciendum, tractandumque et consciendum
 super omnibus et singulis que in eodem Parlamento pro honore et
 salvacione Sancte Ecclesie, Personae vestre atque Regni, Divina favente
 clemencia, contigerit ordinari. Ratum habituri et gratum quicquid iidem
 Procuratores nostri, vel eorum aliquis, fecerint in premissis. Excellenciam

A.D. vestram Regiam diu conservet Altissimus in prosperis successibus et
 1344. votivis! In cuius rei testimonium sigillum nostrum. Presentibus est
 Vol. I. appensum.—Datum apud Cliste, xxvj die Maii.

fol. Exeter Cathedral; dispute as to the possession of a Prebend,—
 121. Johannes, etc., dilecto filio, Decano Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, etc.
 —Cum super Canonicatu et Prebenda quos olim tenuit Reginaldus¹ de
 Campo Arnulphi in Ecclesia nostra Exoniensi, super quibus inter Dominos
 Johannem de Sancto Paulo, dicente eosdem Canonicatum et Prebendam ad
 se, ex Collacione Domini nostri Regis ex jure suo Regio sibi facta, et
 Willelmum le Guldene, asserentem ipsos Canonicatum et Prebendam ad se
 Auctoritate Apostolica pertinere, varie hactenus suborte fuerint materie
 questionum; idem Willelmus juri suo cuicunque, si quod sibi competit
 in eisdem Canonicatu et Prebenda, sub certa forma cesserit et renunciaverit,
 volens et consciens quod dictus Dominus Johannes eosdem Canonicatum
 et Prebendam pacifice obtineat et quiete; nosque, salvo sibi jure Regio, et
 absque prejudicio juris Regii, dictos Canonicatum et Prebendam eidem
 Domino Johanni, ex abundanti cautela, de novo auctoritate ordinaria
 contulerimus et providerimus de eisdem; vobis mandamus quatinus eun-
 dem Dominum Johannem, vel Procuratorem suum, ejus nomine et pro eo,
 in possessionem dictorum Canonicatus et Prebende, in quantum oportunum
 fuerit, inducatis seu induci faciat, atque Stallum in Choro et Locum in
 Capitulo eidem assignetis, et faciat sibi exnunc de juribus Canonicalibus
 integre responderi, ipsumque Dominum Johannem pro vero vestro Con-
 canonico et Confratre reputetis, dictumque Willelmum ab eisdem Canoni-
 catu et Prebenda amotum totaliter et exclusum. Et quid in premissis
 feceritis nos certificetis, cum fueritis requisiti.—Datum apud Cliste, iiiij^{to}
 die Junii, Anno predicto.

fol. 121b. [fol.] Exeter Cathedral; *Visitacio Ecclesie Exoniensis*,—
 100. Johannes, etc., dilectis filiis, Decano et Magistro Thome de Nassingtone,
 Archidiacono Exonie, ac Dominis Ricardo de Kirkeby et Johanni de Eysi,
 Ecclesie nostre Exoniensis Canonicis, salutem, etc.—Licet in diversis Visi-
 tacionibus nostris Ecclesie nostre prediche et Capituli ejusdem contra
 Canonicos ipsius Ecclesie ficticie et ymaginarie residentes inquisiverimus,
 sicut scitis, et inter cetera Statutum bone memorie Walteri Primi, quondam
 Exoniensis Episcopi, Predecessoris nostri, quo inter cetera cavetur quod
 ille Canonicus pro residente in prefata Ecclesia, etc. [*ut supra*; see page
 861], innovaverimus et mandaverimus firmiter observari, sub penis variis
 et censuris; nuper, tamen, non absque cordis amaritudine et dolore,
 intelleximus, gravi infamia divulgante, quod nonnulli dicte Ecclesie
 Canonici et precipue Scaccarii Senescalli, jure communi, quo contineri
 dinoscitur distribuciones cotidianas, in quibuscumque rebus consistant,
 vere residentibus et Divinis Officiis interessentibus tantummodo tribui
 et deberi, exceptis illis quos infirmitas, seu justa et rationabilis corporalis
 necessitas, aut evidens Ecclesie utilitas excusat, contraria quavis con-
 suetudine reprobata; necnon, Statutis dicti Predecessoris nostri, per bone
 memorie Octobonum, quondam Legatum, etc., confirmatis, et per nos
 Canonice, ut premittitur, innovatis, nostrisque Monitionibus, Mandatis, et
 Processibus, spretis et deductis dampnabiliter in contemptum, mercedem
 licet inmeritam hic captantes et eternam merito perdentes, et penam
 insuper promerentes, per plures dies, nedum noctes, in una ebdomada a
 dicta Ecclesia se absentant, et distribuciones cotidianas ut Christi fures
 percipiunt, ac si continue residerent et diurnis Officiis interessent; et,
 quod est admodum reprobum et absurdum, Senescalli supradicti, per
 majorem partem septimane se absentantes, et interdum, quod verecundum
 est dicere, per quatuor dies in fine septimane et totidem in principio

¹ Maginaldus, MS.

A.D. sequentis se absentantes, unam septimanam cum alia coacervantes et
 1344. nefarie cumulantes, pro libito sue perverse et reprobe voluntatis novas
 Vol. I. introducere presumunt supersticiose adinvencionibus corruptelas, integras
 distribuciones cotidianas diebus quibus absunt eciam aliquociens, licet in
 ebdomada in Ecclesia predicta per biduum tantum resederint, non absque
 sacrilegii crimine usurpando, immo furtum et rapinam spiritualiter com-
 mittendo ; unde, preter alia, Cultus Divinus diminuitur, hospitalitas sub-
 trahitur, scandalumque inter laicos gravissimum generatur, eidemque
 Ecclesie dispendium irrogatur, et Divino ac Ecclesie honori plurimum
 detrahitur consueto, eo quod, quamsepe pavit, vel nulli eciam de putativis
 residentibus in Ecclesia vel Capitulo remanent vel videntur. Vobis, igitur,
 mandamus, in virtute Sancte Obedience Jhesu Christi et sub interminac-
 cione maledictionis et dampnacionis perpetue firmiter injungentes, quatinus
 vos exnunc, nisi modo debito in prefata Ecclesia resederitis, juxta effectum
 Juris Communis et Statutorum predictorum, et eciam Consuetudinum
 approbatarum a jure et rationabilium in hac parte, Divinisque Officiis
 affueritis in eadem, nichil de distribucionibus hujusmodi exigere vel recipere
 presumatis. Auctoritate, eciam, nostra, modo simili, vestris omnibus et
 singulis Concanonicis injungatis, prout et nos modo premisso injungimus
 et mandamus, quod, nisi ipsi, et presertim Senescalli, taliter resideant
 et Divinis intersint Officiis, ut est dictum, nichil de distribucionibus seu
 commodis aliis, debitis presentibus in Divinis, sibi vendicent, recipient, vel
 usurpent. Ad hec, quia perceperimus quod absencie Vicariorum minime
 punctuantur, secundum quod Statuta Predecessorum nostrorum, et nostra,
 requirunt, quod est vestre, vos Decane, desidie et negligencie, immo late cul-
 pe merito impingendum, ut ad presens de ceteris taceamus, iterum injungi-
 mus et mandamus quatinus vos, Decane, faciatis eas exnunc cum diligencia
 punctuari, et voluntarie absentes debite puniri ; ita quod inter fideliter et
 infideliter in Vinea Domini laborantes distincio habeatur, et eorum sanguis
 de vestris manibus a summo Judice minime requiratur. De die, vero,
 receptionis Presencium, et quid feceritis et facere decreveritis de premissis,
 vos omnes nos, infra duodecim dies, certificetis per Literas vestras patentes,
 sigillis vestris consignatas, harum seriem continentest.—Datum in Manorio
 nostro de Cliste, xvij^{mo} die Junii, Anno Domini M^o. CCC^{mo} xluij^{to}, et
 Consecrationis nostre xvij^{mo}.—Quod, quidem, Mandatum certificatum
 fuit sub hac forma,—Venerabili in Christo Patri ac Domino, Domino
 Johanni, Dei gracia Exoniensi Episcopo, sui humiles et devoti filii, Decanus
 Ecclesie vestre Cathedralis Exonie, Thomas de Nassington, Archiaconus
 Exonie, Ricardus de Kirkeby, et Johannes de Eysi, ejusdem Ecclesie
 Canonici, obedienciam et reverenciam tanto Patri debitas, cum honore.—
 Mandatum vestrum reverendum vicesimo die mensis Junii recepimus,
 formam continens infrascriptam,—Johannes, etc., *ut supra*.—Quod, quidem,
 Mandatum, in quantum brevitas temporis permisit, quo ad presentes executi
 sumus diligenter ; quo ad absentes tempore oportuno pro viribus plenius
 exequemur.—Datum Exonie, die Jovis proxima post Festum Sancti Leonis,
 Pape [1 July], Anno Domini supradicto.

[fol. 122b.] Notaries Publick ; *Privilegium ad creandum iijor Notarios*,—
 [Granted by Pope Clement VI.—“ Datum apud Villamnovam, Avinionensis
 Diocesis, ij Nonas Julii, Pontificatus nostri Anno secundo [6 July, 1343].
 The Entry corresponds throughout *mutatis mutandis*, and with some
 trifling verbal variations, with the “ Privilegium ad creandum tres Notarios ”
 granted to Bishop Grandisson in 1331. See page 140, where it is printed
 at length. This Entry and the next are repeated on folios 131b, 132.]

[fol. 123.] *Creacio Magistri Roberti Shutlesworthe in Notarium Publicum*,—
 Johannes, etc., dilecto nobis in Christo, Magistro Roberto de Shuttelesworthe,
 clero, Coventrensis et Lichfeldensis Diocesis, non conjugato, nec in Sacris
 Ordinibus constituto, salutem, cum benedictione et gratia Salvatoris,—

- .D. Pridem Sanctissimus in Christo Pater et Dominus noster, Dominus Clemens, Divina Providencia Sextus, Papa presens, nobis, tunc apud Sedem Apostolicam constitutis, volens inter cetera illa concedere per que possemus nos aliis reddere graciosos, creandi iijor clericos ydoneos in Tabelliones et Notarios Publicos, Auctoritate Apostolica contulit facultatem, per suas Apostolicas Literas, quas receperimus in hec verba,—Clemens, etc., *ut supra*.—Nos, igitur, prorectis nobis in hac parte venerabilis et discreti viri, Magistri Henrici de Chaddesdene, Decani Ecclesie Beate Marie de Arcubus Londoniarum, supplicationibus favorabiliter inclinati, ac volentes personam tuam, Literarum sciencia, vite et morum honestate, neconon fidelitatis et conscientie puritate, ejusdem Decani et aliorum fide dignorum testimonio, multipliciter commendatam, favore prosequi gracio; quia, post sollertem et diligentem examinacionem et inquisitionem per nos habitam in hac parte, reperimus, et eciam reputavimus ac pronunciavimus, te non esse conjugatum, nec in Sacris Ordinibus constitutum, set esse dignum, habilem, et idoneum; consideratis circumstanciis universis que circa ydoneitatem personae tue in hac parte fuerant attendende, ad Tabellionatus Officium excercendum, recepto per nos a te, et per te prestito ad Sancta Dei Evangelia, manu tua corporaliter tacta, juramento, juxta formam in dictis Literis Apostolicis, ut premittitur, expressatam; tibi, qui primus existis de numero quaternario in eisdem Literis contento, Tabellionatus Officium Auctoritate Apostolica duximus concedendum; teque de ipso Officio presencialiter, in quantum possumus, investimus per tradicionem penne, calamarii, atque carte, ut exnunc hujusmodi Officium prudenter et fideliter ubilibet exercaris, et ad te, cum necesse fuerit, super hiis que ad Officium ipsum pertinent fiducialiter recuratur.—In quorum testimonium Presentes, seu presens Publicum Instrumentum, per Magistrum W. de Doune, Publicum Notarium infrascriptum, scribi et publicari mandavimus et nostri appensione sigilli muniri.—Acta, etc., apud Cliste, vij^o die Julii, Anno xlivij [1344], presentibus W. Doune, N. Auger, et Thoma David, Notariis Publicis.
- Item, xv die Julii, apud Cliste, Dominus creavit Robertum atte Hulle, clericum, Saresbiriensis Diocesis, non conjugatum, nec in Sacris Ordinibus constitutum, in Notarium Publicum Auctoritate Apostolica supradicta; qui juravit juxta formam in eisdem Literis Apostolicis comprehensam; qui, eciam, fuit secundus de numero quaternario supradicto.
- fol. 121b. Torre Abbey; [*Pro clero impetrante in forma pauperum*],—Johannes, etc., Executor unicus ad providendum Willelmo Alyam, pauperi clero, nostre Diocesis, de aliquo Beneficio Ecclesiastico spectante ad Collacionem vel Presentacionem Abbatis et Conventus Monasterii de Torre, nostre Diocesis predicte, sub certa forma a Sede Apostolica deputatus, dilecto filio, Magistro Hugoni de Setone, Rectori Ecclesie de Northulle, dicte Diocesis, salutem, ac Mandatis Apostolicis firmiter obedire.—De vestris discrecio; et prudencia confidentes, ad providendum dicto Willelmo de Vicaria Ecclesie de Shefteleare [*Shebbear*], nostre Diocesis, quam ipse asserit ad Presentacionem dictorum Abbatis et Conventus pertinere, et jam vacare, seque eam legitime acceptasse; et eandem Vicariam sibi conferendum, et ipsum Willelum faciendum induci in possessionem ejusdem Vicarie juriumque et pertinenciarum ipsius, si sit ita, et in quantum de jure sic fieri poterit et debebit, vobis Auctoritate Apostolica committimus vices nostras.
—Data xxvij die Septembbris.

A.D. 1344. [Mutatio Anni Consecrationis Domini.]

Vol. I. Anno Domini M°. CCC^{mo} quadragesimo quarto, et Consecrationis Domini xviiij [incipiente].

[fol. 123.] Notary Publick,—

Item, xx^o die Octobris, Anno predicto, Dominus creavit Magistrum Robertum de Assheforde in Notarium Publicum, Auctoritate Apostolica predicta ; qui fuit tertius de numero. Et juravit ut supra.

fol. 121b. West Buckland ; Master John de Thelebrigge, subdeacon, R.,— Dispensation ;—“ super Licenciam studendi (20 Oct.).

[Vol. II. Child-marriage and Divorce ; Commissio Apostolica super divorcio

fol. 242.] II. inter Comitem Arundellie et uxorem suam,—

Clemens Episcopus, Servus servorum Dei, Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopo Cantuariensi¹ et Episcopo Cicestrensi², salutem et Apostolicam benedictionem.—Oblate nobis pro parte dilecti filii, Ricardi, Comitis Arundellie³, Cicestrensis Diocesis, et dilecte in Christo filie, Isabelle, nata quondam Nobilis Viri, Hugonis de Dispensariis, dicte Diocesis, Petitionis series continebat quod olim Ricardus, in septimo vel circa, et Isabella predicta, in octavo vel circa sue etatis annis tunc constituti, non voluntarie, nec mutuo consensu, set metu propinquorum, sponsalia insimul contraxerunt. Et tandem idem Ricardus, cum ad annos pubertatis pervenit, dictis sponsalibus contradixit debite, et ab illis per dissensum resilivit (*sic*) expressum ; dictisque sponsalibus per dissensum hujusmodi debito modo sic sublatis prefatus Ricardus, cum eadem Isabella in eodem thoro per metum et verbera positus, eandem cognovit carnaliter, et filium ex ea eciam procreavit. Et postea, hujusmodi metu cessante, seorsum ab ipsa continuae habitavit, et habitat, in scandalum plurimorum. Quare pro parte dictorum Ricardi et Isabelle fuit nobis humiliiter supplicatum ut, cum ad matrimonium contrahendum inter eos non potuerit, nec possit, mutuus intervenire consensus, ipsique Ricardus pater et Isabella mater esse desiderent, eorum saluti et statui salubriter providentes, inter ipsos divorcium celebrari, et utrique ipsorum cum alio, seu alia, matrimonium contrahendi dari Licenciam de benignitate Apostolica mandaremus. Nos, igitur, eorundem Ricardi et Isabelle supplicationibus in hac parte sic annuere cupientes quod propterea juri minime derogetur, Fraternitati vestre, de qua in his et aliis plenam in Domino fiduciam obtinemus, per Apostolica Scripta committimus et mandamus quatinus, vocatis predictis Ricardo et Isabella et aliis qui fuerint evocandi, super premissis omnibus et singulis, Auctoritate nostra, quod Canonicum fuerit faciatis. Super quo vestram conscientiam oneramus.—Data Avinione, ij Nonas Decembris, Pontificatus nostri Anno tercio [4 Dec., 1344].

*Copia Petitionis que dicitur concessa per Papam, in forma in fine Fiat,
etc.,—*

Significant Sanctitati vestre devoti vestri, Ricardus, Comes Arundellie, et Alienora, nata Nobilis Viri, Henrici, Comitis Lancastrie,⁴ quod ipsi nuper, Sabbato in Sexagesima ultimo transacta matrimonium per verba de presenti, in Capella Illustrissimi Principis, Domini Regis Anglie, apud Dittone, et in dicti Domini Regis et Regine presencia et ad eorum instantiam, propter quedam pericula verisimiliter contingencia evitanda, clandestine contraxerunt, et id per carnalem copulam subsecutam consummarunt, licet uterque ipsorum, tempore hujusmodi contractus, sciret quod dictus Ricardus actu fornicario Isabellam de Dispensariis carnaliter cognoverat, et

¹ John de Stratforde.

1331-1376.

² Robert de Stratforde.

⁴ Henry Plantagenet, Earl of Lancaster,

³ Richard Fitz-Alan, Earl of Arundel,

1324—1345.

A.D.
1344.
[Vol.
II.]

filium suscitaverat ex eadem. Verum, quia dicta Isabella ex parte patris sui, ex uno latere, et dicta Alienora, ex parte matris dicte Alienore, ex altero, in secundo gradu consanguinitatis, ac eciam ex parte patris dicte Alienore et matris ipsius Isabelle in quarto et tertio gradibus consanguinitatis invicem se contingunt, et sic in dicto matrimonio absque Dispensacione Sedis Apostolice nequeunt licite remanere; quare iidem Ricardus et Alienora vestre Sanctitati humiliter supplicant et devote quatinus, ad tollenda gravia pericula et scandala quamplurima, que ex separacione dicti matrimonii, si, quod absit, fieret, exoriri timentur, cum ipsis quod in matrimonio sic contracto licite remanere valeant, de benignitate Apostolica dignemini misericorditer dispensare; prolem, vero, susceptam, si qua fuerit, et suscipiendam ex eisdem legitimam decernentes; cum omnibus nonobstanciis et clausulis necessariis et oportunis, non obstantibus omnibus premissis et quocumque jure seu Constitutione in contrariis edito.

—*Hec sunt verba Pape,—*

Fiat, si sit ita, per Diocesanum; ipsis ad tempus separatis et prius ab Excommunicacionis Sentencia absolutis, et injuncta bona Penitencia, et quod infra annum teneantur tres Capellas, quamlibet de decem marcis sterlingorum, fundare et dotare in Ecclesia Parochiali Loci principalis dicti Comitis.—Datum apud Villam novam, Avinionensis Diocesis, iiiij Nonas Marcii, Anno tercio [4 March, 1344-5].—Item, placeat Sanctitati vestre quod transeat sine alia leccione. Papa,—FIAT.

Vol. I. Testamentary; *Litere testimoniales super Testamento nuncupativo,—*

[fol. 119.] Johannes, etc., dilecto filio, Domino Johanni de Cheverestone, Militi, nostre Diocesis, salutem, etc.—Cum per probaciones, pro parte tua coram nobis productas, probatum sit legitime quondam dilectam filiam, Thomasiam, uxorem tuam, Testamentum nuncupativum in sua Voluntate ultima condidisse; videlicet, quod in primis legavit animam suam Deo Creatori suo, et corpus suum sacre Ecclesiastice sepulture; necnon, bona sua et porcionem suam contingencia tibi, quondam marito suo, in pios usus et liberorum vestrorum communium per te convertenda, et eciam eroganda; quodque te Testamenti sui Executorem ordinavit; nos pro Testamento hujusmodi pronunciavimus, et ipsam, in quantum de jure potuimus, testatam declaravimus decessisse; receptoque a te corporaliter juramento quod fideliter debita predice testatrixis persolves, et ejus, in quantum poteris, Voluntatem ultimam adimplebis; quodque super et de hiis que in hac parte gesseris fidelem reddes, in forma debita, cum requisitus fueris, rationem; Administracionem dictorum bonorum predictum concernencium Testamentum tibi concessimus et commisimus, in debita juris forma.—Data apud Chuddeleghe, xvij die Decembris, Anno Domini M°. CCC^{mo} xliij^{to}, et Consecrationis nostre xvij^o.—Facta fuerunt hec premissa, die, loco, et anno predictis, presentibus Domino Willelmo de Hole, Rectore Ecclesie de Duetone [Dolton], Domino Roberto, Vicario de Alvyngtone [West Alvington], Magistris Willelmo de Doune, Ricardo de Tremynnyn, Nicholao Kirkham, etc.

[fol. 122.] Launceston Priory; *Deputacio Coadjutoris Priori Lancestonie,—*
Johannes, etc., dilectis filiis, Fratribus Ricardo de Trelouny et Willelmo de Mershe, Canonicis Monasterii Lancestonie, nostrorum Diocesis et Patronatus, salutem, etc.—Cum, propter suspicionem dilapidacionis contra Fratrem Adam [de Knolle], Priorem Monasterii supradicti, in Visitacionibus nostris ejusdem Monasterii compertam legitimate et probatam, et ipsius impotenciam et debilitatem ac adversam validitudinem corpoream, necnon imprudenciam, ne pro Religionis honore aliter dicamus ad presens; de quibus, eciam, suspicione dilapidacionis, impotencia, debilitate, et indiscretione, nedum per probaciones legitimas rite habitas et receptas, set eciam per viam notiori, nobis constat, eidem Ade Coadjutorem decreverimus deputandum, et ipsum

A.D. ab administracione temporalium dicti Monasterii, pro utilitate et relevacione
 1344. ejusdem, ad presens per ipsius improvidum regimen gravibus debitibus et
 Vol. I. diversis oneribus multipliciter supra vires, prochdolor, pregravati, superse-
 dendum et eciam amovendum ; vos, de quorum vite puritate, discrecione,
 et prudencia plenam in Domino fiduciam obtinemus, eidem Fratri Ade, in
 persona et rebus, ac bonis quibuslibet ad predictum Monasterium spectan-
 tibus et pertinentibus, Curatores et Coadjutores, necnon Administratores
 bonorum hujusmodi, atque Gubernatores ejusdem Monasterii, interius et
 exterius, tenore Presencium deputamus, eodem Priore in administracione
 spiritualium remanente. Vobis, igitur, in virtute Obediencie mandamus
 quatinus, hujusmodi vobis injunctum Officium humiliiter suscipientes, adeo
 vigiliter et prudenter ipsum Officium gerere et exequi studeatis quod pre-
 dictum Monasterium, per vestrum vigilancie studium, possit a lapsibus
 quibus modo subjacet respirare, et laudabilibus proficere incrementis ;
 quodque vos de gestis et administratis per vos in hujusmodi Officio dignam
 valeatis annuatim reddere rationem. Priori, siquidem, supradicto et Con-
 ventui dicti Monasterii injungimus et mandamus quod vobis, in hiis que
 ad hujusmodi vestrum Officium pertinent, pareant et intendant. Remota,
 vero, ab eodem Monasterio inutili et onerosa familia, faciatis eisdem Priori
 et Conventui vite necessaria congrue ministrari.—Datum apud Chuddeleghe,
 xxij die Decembri.

A.D. —*Deputacio Administratorum in temporalibus Prioratus Lancestonie,*—
 1344. Johannes, etc., dilectis filiis, Dominis Willelmo Mershe, Ougero Bant, et
 5. David atte Hole, Canonicis Monasterii Lancestonie, nostre Diocesis, salutem,
 etc. —Cum, propter debilitatem et impotenciam corpoream dilecti filii,
 Fratris Ade, Prioris Monasterii predicti, ipse non possit bona ejusdem
 Monasterii utiliter administrare, nec temporalia ipsius Monasterii gubernare
 tam sollicite sicut esset et est oportunum ; vos, de quorum fidelitate et
 prudencia confidimus, Administratores temporalium predictorum, tenore
 Presencium, deputamus ; vobis in virtute Obediencie injungentes quatinus,
 remota, tam a dicto Monasterio quam a Maneriis et Loci ad ipsum Monas-
 terium pertinentibus, omni inutili familia, et utili et necessaria subrogata ;
 invocato et concurrente ad hoc, si oporteat, auxilio et consilio Dominorum
 Johannis de Aldestowe et Willelmi Jauna ac Johannis de Mountvyroun, et
 aliorum de consilio Monasterii predicti, bona predicta fideliter et prudenter
 administratis, et de statu tocius Monasterii, interius et exterius, curam
 geratis sedulam et exactam ; inde, omni anno, fidelem et plenarium, coram
 deputandis a Priore et Conventu ejusdem Monasterii, calculum reddituri ;
 Priore eodem ab administracione dictorum temporalium remanente suspenso
 totaliter, sicut prius.—Data apud Chuddeleghe, xij die Jauuarii.

—*Mandatum contra Priorem Lancestonie,*—
 Johannes, etc., Decanis Majoris Trigge et nostre Peculiaris Jurisdiccionis de
 Lawhittone ; necnon, Symoni [de Sancto Genesio], Rectori Ecclesie de Oter-
 ham, nostre Diocesis, salutem, etc. —Gravis infamia et amara nostro auditui
 patefecit quod, licet nos nuper, cupientes, ex Officii nostri debito, utilitatibus
 et necessitatibus Monasterii Beati Stephani, Lancestonie, nostrorum Dio-
 cesis et Patronatus, per regiunem inprovidum Fratris Ade, qui pro Priore se
 gerit ejusdem, in suis bonis et facultatibus, necnon domibus, juribus, atque
 honoribus et devocationibus ac Religione solitis, collapsi multipliciter et
 depressi, paternis studiis providere, cum constaret nobis legitime eundem
 Adam de dilapidacione dictorum bonorum et facultatum esse suspectum ;
 et incipientes de veritate rite inquirere contra eum, omne genus alienandi
 quicquam de bonis dicti Monasterii interdicendum sibi fore decreverimus,
 et interdixerimus per Decretum, ipsumque ab administracione temporalium
 ejusdem Monasterii duxerimus suspendendum ; et licet, pendente Inquisi-
 cione super veritate dilapidacionis predicte, potuissemus de jure, idque
 proposuisse, eidem Ade Curatorem deputasse, secundum Canonica
 Instituta ; ipsum, tamen, paterna mansuetudine prosequentes, hoc omissio,

A.D. 1344-5. tres Canonicos dicti Monasterii, videlicet Dominos Willelmum Mershe,
 Vol. I. Ougerum Bant, et David atte Hole, de discrecione et fidelitate commen-
 122b. datos, sub certa forma Administratores et Gubernatores dictorum tempor-
 alium, interius et exterius, curavimus deputare ; eis firmiter injungentes
 quatinus, remota celeriter a dicto Monasterio onerosa et dampnosa familia,
 utilem et necessariam subrogarent, et alias de statu ejusdem Monasterii in
 omnibus sollerter curam gererent et exactam, quibusdam Penis, Sentenciis,
 et Censuris in contrarios et rebelles, in nostris inde factis Processibus
 expressis, Canonice fulminatis ; set, ecce, predictus Adam, dampnacionis
 filius ut timemus, qui a multis annis vitam duxit Deo et hominibus, proch-
 dolor, detestandam, Mandatis nostris, Penis, et Sentenciis supradictis
 scienter spretis, et deductis, audacia dampnabili, in contemptum, quosdam
 Johannem Langa, qui in dilectum filium, Fratrem Ricardum Prideaux,
 Canonicum dicti Monasterii, usque ad sanguinis effusionem atrocem manus
 injecit temere violentas, cum quo, idcirco excommunicato, dictus Adam
 scienter eciam in criminis dicitur communicare ; necnon, Johannem Peverel,
 Johannem Skeyneke, et alios insolentes et rixosos, per dictos Administra-
 tores, de consilio et consensu sanioris partis Conventus dicti Monasterii,
 ab eodem Monasterio amotos, utpote distraccionis et dilapidacionis bonorum
 ipsius Monasterii autores et fautores, in suum et ejusdem Monasterii
 obsequium rebelliter et temere reassumpsit. Et, post et contra Suspensionem
 nostram predictam, arma quedam in magno numero, abolim de
 bonis dicti Monasterii comparata, temeritate sua propria alienavit quibus-
 dam suis complicibus, quorum adhuc nomina ignoramus. Proventus,
 insuper, altilagii Ecclesie Sancti Stephani, appropriate dicto Monasterio, sibi
 ipsi appropriavit et appropriat, et pro suo libito suis propriis usibus, immo
 nephariis, applicavit, contra substanciam Religionis et sui Ordinis, ac con-
 vertit. Item, victualia mense sue cuidam Johanne, uxori Henrici Cosyn,
 de qua idem Adam publice dinoscitur diffamatus, misit, et mittit continue,
 ut majus exinde scandalum suscitetur. Item, idem Adam, temeritate sua
 propria, sequens fatuum animi sui motum, dilectum filium, Fratrem Stephanum, Subpriorem dicti Monasterii, quia sue voluntati in reprobis
 non consensit, ab officio colleccionis et distribucionis pecunie ad fabricam
 Ecclesie ejusdem Monasterii deputate amovit ; et, irrequiso Conventu,
 duos juniores Canonicos, quorum alter nepos suus esse dicitur, inscios
 in talibus notorie et ignarus, temere subrogavit. Item, idem Adam, quasi
 inaniter Christiani Nominis nomen gerens, Horas Canonicas non consuevit
 dicere, nec Missas, eciam privatas, celebrare vel audire, set omisso officio suo,
 in Ecclesia et extra, commissacionibus, quo dolemus, et inebrietatibus
 inservire. Et generaliter multa alia reproba et absurdarum dicitur committere,
 que Literis retexere esset proculdubio dolor cordi et rubor ori. Nos, igitur,
 nequeentes tot et tantos excessus, in nostri contemptum et dicti Monasterii
 prejudicium tam dampnanda protervia perpetratos, sub dissimulacionis
 pallio tolerare ; vobis communiter et divisim mandamus quatinus citetis,
 seu citari faciat, predictum Adam, necnon Johannem Langa predictum,
 quod compareant coram nobis, vel nostro Commissario, in Ecclesia de Chuddeleghe, dicte Diocesis, secundo die Juridico post instans Festum
 Sancti David [1 March] ; idem, videlicet, Adam quibusdam articulis pre-
 missa et alia contingentibus, sibi tunc ex Officio nostro, modo debito,
 obiciendis, dictusque Johannes Langa super predicta temeraria et violenta
 manuum injeccione, simili modo iniciendis, responsuri, et de veritate
 dicenda personaliter juraturi ; facturi et recepturi quod justicia suadebit.
 Ad hec moneatis primo, secundo, et tertio ac peremptorie, eundem Adam,
 ex parte nostra, quatinus infra competeutem terminum, per nos prefigen-
 dum eidem, predictos Johannem Langa, Johannem Peverel, et Johannem
 Skeyneke, a se et sua comitiva, et a dicto Monasterio amoveat totaliter et
 expellat, sub pena Excommunicationis Majoris ; quam, nisi Monitionibus
 hujusmodi paruerit, decurso termino hujusmodi, in ipsius personam

A.D. Canonice proferatis, et extunc ipsum denuncietis hujusmodi Sentencia
 1344-5. involutum. Moneatis, preterea, eundem Adam, simili modo, quod arma
 Vol. I. predicta, sic per eum, ut premittitur, alienata temere et distracta, ad jus
 et proprietatem dicti Monasterii revocare procuret ; et quod exnunc dicte
 Johanne nichil de bonis dicti Monasterii mittat, conferat, neque donet, nec
 loca aliqua intret ubi inter ipsos peccati suspicio poterit suboriri. Moneatis,
 insuper, Henricum predictum quod ea que de bonis dicti Monasterii penes
 se detinet sine causa, eidem Monasterio et Administratoribus predictis
 infra competentem terminum, per vos sibi dandum, restituat et persolvat.
 De die, vero, recepcionis Presencium, et Citacionis predicte modo et forma
 ejusdem, necnon quid feceritis in premissis, nos dictis die et loco certificetis
 per Literas vestras patentes, harum seriem continentes.—Datum ix die
 Februarii. [These three (Launceston) Documents are repeated on folio
 131.]

[Mutatio Annī Encarnacionis Domini.]

Anno Domini M°. CCC^{mo} xlvi^{to} incipiente, et Consecraci-
 onis Domini xviiij^o.

A.D. Georgeham [Hamme, MS.]; Master William de Doune, deacon,

1345. R.,—

[fol. 123.] Dispensation : non-residence till Michaelmas, 1346, to study (Chudleigh,
 20 April).

fol. 123b. The procurations of the Legates of the Holy See ; *Processus pro*
procuracione Nunciorum Sedis Apostolice solvenda ; *videlicet de*
singulis xls. quadrante,—

Reverendo in Christo Patri ac Domino, Domino Johanni, Dei gracia Exoniensi
 Episcopo, Reverendi Patris, Domini Johannis [de Stratforde], Dei gracia
 Cantuariensis Archiepiscopi, ac Curie sue Cantuariensis Officialis, Nuncio-
 rumque Sedis Apostolice subscriptorum Commissarius ad infrascriptus specialiter deputatus, salutem, et Mandatis nostris, quin verius Apostolicis, firmiter obedire.—Literas recepimus infrascriptas,—Miseracione Divina
 Nicholaus, Archiepiscopus Ravennensis, et Petrus, Episcopus Astoricensis
 [of Astorga, in Spain], Apostolice Sedis Nuncii, Venerabilibus et discretis
 viris, Dominis Vicariis, Officialibus, sigilliferariis, procuratoribus seu receptoribus Reverendi in Christo Patris, Domini Dei gracia Archiepiscopi Can-
 tuariensis, vel eorum vices gerentibus, et eorum enilibet insolidum, salu-
 tem in Domino.—Literas Sanctissimi Patris et Domini nostri, Domini Clementis, Divina Providencia Pape VI^{ti}, ejus vera bulla plumbea in filo
 canapis more Romane Curie impendenti bullatas, non viciatas nec in aliqua
 sui parte suspectas, set omni vicio et suspicione carentes, nos recepisse
 noveritis, in hec verba,—Clemens Episcopus, Servus servorum Dei, Venerabili-
 bus Fratribus, Archiepiscopis et Episcopis, ac dilectis filiis Electis,
 Abbatibus, Prioribus, Decanis, Prepositis, Archidiaconis, Archipresbiteris,
 Plebanis, Rectoribus, et aliis Ecclesiarum Prelatis, vel eorum vices gerenti-
 bus, et Personis Ecclesiasticis quibuscumque, Religiosis et Secularibus, et
 Ecclesiarum ac Monasteriorum Capitulis et Conventibus, exemptis et non
 exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Cartusiensis, Premonstratensis, Sanc-
 torum Benedicti et Augustini, et aliorum Ordinum ; necnon, Magistris ac
 Preceptoribus Sancti Johannis Ierosolimitani, Sancte Marie Theutonicorum
 et Calatravensium Hospitalium sive Domorum, in Regno Anglie et Terris
 subjectis carissimo in Christo filio nostro, Edwardo, Regi Anglie illustri,

A.D. constitutis, salutem et Apostolicam benedictionem.—Cum Venerabiles
 1345. Fratres nostros, Nicholaum, Archiepiscopum Ravennensem, et Petrum,
 Vol. I. Episcopum Astoricensem, Apostolice Sedis Nuncios, ad carissimum in
 Christo filium nostrum, Edwardum, Regem Anglie illustrem, et Partes illas,
 pro quibusdam arduis negotiis presencialiter destinemus, Universitatem
 vestram rogamus et hortamur attente, per Apostolica vobis scripta man-
 dantes quatinus, eosdem Archiepiscopum et Episcopum, ob reverenciam
 Apostolice Sedis et nostram, benigne recipientes et honeste tractantes,
 diebus singulis quibus in Regno vel Terris predictis proseguendo negotia
 per nos eis imposita fuerint, Archiepiscopo in quindecim, et Episcopo, pre-
 dictis, in duodecim florensi auri, pro suis necessariis, et de securo con-
 ductu, necnon de evectionibus oportunis, si sue forsan in via decesserint
 vel defecerint (vobis, quamprimo fieri poterit, restituendis), cum super pre-
 missis per eosdem Archiepiscopum et Episcopum, vel eorum Nuncium,
 fueritis requisiti, liberaliter providere, et Mandatum nostrum sic efficaciter
 adimplere curetis quod nos devocationem vestram exinde commendare merito
 valeamus. Alioquin Sentenciam quam ipsi Nuncii, per se vel alium, rite
 tulerint in rebelles, super quibus plenam, tenore Presencium, eis Auctorita-
 tate Apostolica concedimus potestatem, ratam habebimus, et faciemus,
 Auctore Domino, usque ad satisfacionem condignam inviolabiliter obser-
 vari; non obstantibus si vobis, vel vestrum alicui aut aliquibus, seu quibus-
 vis aliis, vel Locis et Ordinibus, communiter vel divisim a Sede sit indulatum
 predicta quod Nunciis Sedis ejusdem procuracionem aliquam exhibere, vel
 in ea contribuere, nisi ad vos declinaverint, et ad id compelli, aut quod
 interdici, suspendi, vel excommunicari non possitis per Literas Apostolicas
 que de Indulto hujusmodi ac de toto tenore ipsius plenam et expressam
 non fecerint mencionem, et quibuslibet Privilegiis quibuscumque Locis, Per-
 sonis, et Ordinibus, sub quacumque forma vel expressione verborum ab
 eadem Sede concessis, de quibus quorumque totis tenoribus in nostris
 Literis mencio sit habenda, et per que presentis Mandati nostri effectus
 valeat quomodolibet impediri.—Datum Avinione, xj Kalendas Decembbris,
 Pontificatus nostri Anno tercio [21 Nov., 1344].—Cum, itaque, predictarum
 Apostolicarum Literarum virtute, a Domino Archiepiscopo Cantuariensi pre-
 dicto, per manus Venerabilium virorum, Dominorum Laurencii Fastolfe, Can-
 onici Londoniensis, et Hugonis de Setone, Rectoris Ecclesie de Northhulle,
 Exoniensis Diocesis, solvencium pro ipso Domino Archiepiscopo, pro nostris
 et familie nostre necessariis, nos, Archiepiscopus et Episcopus predicti, pro
 quingentis et quadraginta florensi auri, juxta tenorem predictarum Literarum
 Apostolicarum nobis debitum, pro viginti diebus quibus fuimus, et
 verisimiliter esse credimus, in Regno Anglie predicto, ad instanciam ipsorum
 Dominorum Laurencii et Hugonis, quatuor viginti et unam libram sterling-
 orum receperimus, cum florenos supradictos ad solvendum nobis dictus
 Dominus Cantuariensis Archiepiscopus paratos non haberet, ut prefati
 Domini Laurencius et Hugo dicebant, et quod, occasione retardate solu-
 cionis predictorum, reversionem nostram affectabant non impedire, prout
 nos ipsam ea occasione vel alia quacumque affectabamus non impediri, et
 in hujusmodi pecunie solucione idem Dominus Archiepiscopus Cantuariensis,
 ac omnes alii Prelati et Personae Ecclesiastice, Religiosi et Seculares, et omnes
 et singuli in supradicta Litera Apostolica contenti, exempti et non exempti,
 in Regno Anglie et Terris Domino Regi Anglie illustri subjectis constituti,
 contribuere teneantur; ut ab ipsis omnibus predictam pecunie quantitatem,
 et expensas debitas occasione premissorum factas et faciendas, moderatas
 tamen et racionables, et non alias, excepta et salva parte Domiuum
 Archiepiscopum contingente, cum non minus quam ceteri ad contribucionem
 et solucionem hujusmodi teneatur, moderata taxacione per vos facta vel
 facienda (adhibitis, tamen, in taxacione hujusmodi de Personis Ecclesi-
 asticis duabus vel tribus ad hec idoneis), petere, exigere, levare, ac recipere,
 et, si opus fuerit, ad solvendum eandem pecunie quantitatem per Cen-

A.D. suram Ecclesiasticam, prout ad quemlibet ipsorum pertinet, compellere
 1345. possitis ; et qui ex hoc Suspensionis, Interdicti, vel Excommunicacionis
 Vol. I. Sentenciam incurrerint, eosdem absolvere valeatis ; vobis, et vestrum
 cuilibet, tenore Presencium, Auctoritate Apostolica qua fungimur in hac
 parte, plenariam concedimus potestatem. Inhibentes vobis, et vestrum
 cuilibet, sub pena Excommunicacionis, quam, si contrarium feceritis, Canon-
 ica Monitione premissa, in vos et vestrum quemlibet ferimus in hiis
 Scriptis, ne, predictorum occasione vel pretextu, ultra quantitatem predi-
 tam quatuor viginti [et] unius librarum sterlingorum, pro predictis florenis
 fol. 124. nobis solutis et expensis debitis et rationabilibus dumtaxat que predictorum
 occasione occurrerint necessario faciente, aliquid exigatis, vel exigi per-
 mittatis ; neque in taxacione vel premissorum occasione scienter aliquem
 vel aliquos indebitate aggravetis, nec aggravari permittatis. Nos, eciam,
 super premissis et ea tangentibus, vobis, et vestrum cuilibet, tenore dictarum
 Literarum Apostolicarum concedimus et committimus vices nostras, donec
 eas ad nos duxerimus revocandas. In quorum omnium testimonium pre-
 sentes Literas recognitionis et contribucionis scribi et sigillorum nostrorum
 appensione fecimus communiri.—Datum Cantuarie, die quarta mensis Marcii,
 Anno a Nativitate Domini M°. CCCmo xl quinto [1344-5]. Indicacione xij^a
 Pontificatus prefati Domini nostri, Domini Clementis Pape VI^{ti}, Anno
 tertio.—Nos, siquidem, dicti Domini Cantuariensis Archiepiscopi et sue
 predicte Curie Officialis, ac Commissarius supradictus, volentes, ut tenemur,
 execucioni debite contenta in dictis Literis demandare, super taxacione in hac
 parte facienda cum Personis Ecclesiasticis idoneis deliberacionem fecimus et ha-
 buimus diligentem, prout dictarum tenor exigit Literarum ; videlicet, quid et
 quantum dictum Dominum Archiepiscopum Cantuariensem, ceterosque Viros
 et Personas, Capitula, et Conventus Ecclesiasticos, in Regno Anglie et Terris
 Regi Anglie subjectis constitutos, de quibus superiorius fit mencio, in dicta
 pecunie per eundem Archiepiscopum Cantuariensem nomine procuracionum
 tunc debitaram prefatis Nunciis exsolute, ut premittitur, neconon et expen-
 sarum factarum et fiendarum in hac parte soluzione contribuere seu solvere
 oporteat pro premissis ; ac, juxta deliberacionem hujusmodi, taxavimus et
 moderate taxamus, quod de et pro singulis quadraginta solidis sterlingorum
 valoris annui omnium et singulorum Beneficiorum et bonorum Ecclesiasti-
 corum ad quoscumque Viros seu Personas, Capitula, et Conventus Eccle-
 siasticos, quibus dicte Litere Apostolice diriguntur, pertinencium, juxta
 eorum taxacionem, secundum quam pro eisdem Beneficiis et bonis solvi
 decima consuevit, singuli quadrantes ab ipsis viris, personis, Capitulis, Con-
 ventibus Ecclesiasticis, pro procuracionibus et expensis hujusmodi exigau-
 tur pariter et leventur, sub penis et Censuris Ecclesiasticis per nos in hac
 parte rite et Canonice fulminandis. Auctoritate, itaque, nobis in hac parte,
 commissa, vos, tenore Presencium, in virtute Obediencie qua dicte Sedi tene-
 mini, requirimus, et sub infrascriptis penis, semel, secundo, et tertio monemus
 peremptorie, quod, infra viginti dies post receptionem Presencium inmediate
 sequentes, convocetis, aut convocari faciatis, coram vobis, aut alio vel aliis
 per vos in hac parte deputando vel deputandis, quoscumque hujusmodi
 Viros, Personas, Capitula, et Conventus Ecclesiasticos, exemptos et non
 exemptos, vestre Exoniensis Diocesis, ac presentes Literas nostrum con-
 tinentes Processum, contentaque in ipso, clarius publicetis eisdem, seu
 publicari coram eis sufficienter et solemniter faciatis ; ipsosque omnes et
 singulos, vice et auctoritate nostra, quin verius Apostolica nobis in hac
 parte commissa, ut premittitur, moneatis, seu moneri faciatis, perempto-
 rie ; quos, eciam, omnes et singulos, tenore Presencium monemus, primo,
 secundo, et tertio ac peremptorie, quatinus, citra instans Festum Beate
 Marie Magdalene proximo jam futurum [22 July], quem terminum ipsis
 et eorum cuilibet, ad infrascripta facienda, pro termino peremptorio et
 Monitione Canonica duximus assignandum et per vos, seu deputandum
 vel deputandos a vobis, eis et ipsorum singulis ad ea volumus assignari, de

A.D. et pro singulis quadraginta solidis sterlingorum valoris anni omnium et singulorum Beneficiorum et bonorum suorum Ecclesiasticorum vestre

Vol. I. Exouiensis Diocesis, juxta taxacionem eorum, secundum quam pro eis solvi decima consuevit, nomine ac occasione, seu ratione, procuracionum et expensarum hujusmodi, solvant quadrantes singulos, cum effectu, vobis, aut alicui alteri viro Ecclesiastico idoneo, vestre predite Exoniensis Diocesis, collectori per vos ad receptionem hujusmodi exsolvende peccunie deputando, sub pena Majoris Excommunicacionis Sentencie, quam in ipsis, et ipsorum quemlibet, qui Monitionibus vestris et nostris predictis non paruerint vel non paruerint in hac parte, culpa vel mora eorum precedente, ac Canonica hujusmodi Monitione premissa, exnunc prout extunc proferimus in hiis Scriptis. Ceterum, cum vos, Reverende Pater, pro vestris Beneficiis et bonis Ecclesiasticis, non minus quam alie Personae Ecclesiastice pro suis, ad contribucionem et solutionem procuracionum et expensarum tenemini predictarum; vos, harum tenore, semel, secundo, et tertio peremptorie monemus quatinus de et pro singulis quadraginta solidis sterlingorum valoris anni omnium et singulorum Beneficiorum et bonorum vestrorum Ecclesiasticorum, juxta taxacionem eorum secundum quam pro eis solvi decima consuevit, contribuatis, seu deputando in hac parte collectori, ut premittitur, citra dictum Festum Beate Marie Magdalene, nomine ac occasione, seu ratione, procuracionum et expensarum predictarum, solvi integre faciat, totamque peccuniam per vos, seu collectorem deputandum, ut est dictum, a vobis collectam seu receptam, nobis, in hospicio quod inhabitamus Londoniis, infra quindecim dies post dictum Festum Beate Marie Magdalene, solvi efficaciter, vestro periculo, faciat; necnon, omnia et singula in presenti nostro Processu contenta, quatenus ad vos attinent, execuciōi debite demandetis et faciat effectualiter demandari. Alioquin, si in premissis, vel eorum aliquo per vos expediendo, negligentes, quod absit, fueritis aut remissi, culpa vel mora vestris precedentibus, Monitioneque Canonica hujusmodi premissa, Suspensionis ab ingressu Ecclesie in vos Sentenciam proferimus in hiis Scriptis, vobis quo ad graviores Censuras parcentes hac vice, ob vestre Pontificalis reverenciam dignitatis; ad graviora, nichilominus, processuri, si vestre in hac parte rebellionis aut contumacie protervitas id exposcat. Nostre, autem, intencionis existit quod, si de summa collecta peccunie quadrantum solvendarum hujusmodi, ultra quantitatem per dictum Archiepiscopum Cantuariensem soluta[m] et expensas in hac parte factas et fiendas, quicquam contigerit superesse, quod illud quibus de jure tenemur restitu et retradi fideliter et integre faciemus. Quid, autem, feceritis in premissis, quantumque a vobis, et de qualibet Persona Ecclesiastica, exempta et non exempta, necnon Capitulis et Conventibus vestre Diocesis antedictis, quos premissa concernunt, receptum per vos, vel alium deputandum a vobis, fuerit et solutum, nos, in hospicio quod inhabitamus, Londoniis, infra quindecim dies post dictum Festum Beate Marie Magdalene inmediate sequentes, ac de nominibus non solvencium, si qui fuerint in hac parte, certificetis per Literas vestras patentes, harum seriem continentis.—Datum Londoniis, vjto Idus Maii [10 May], Anno Domini M^o. CCC^{mo} quadragesimo quinto.

—*Scriptum fuit singulis Archidiaconis, cum tenore Literarum predictarum, sub hac forma,—*

Cum, igitur, variis et arduis negotiis adeo occupemur quod premissis personaliter intendere non valeamus, vos, de quorum circumspeccione et prudencia plenam in Domino fiduciam obtineamus, quosque in levando et colligendo procuraciones et expensas predictas ab omnibus et singulis Personis Ecclesiasticis Archidiaconatus Exoniensis, que ad eorum solutionem et prestacionem, secundum premissa, sunt artati, reputamus fide et facultatibus idoneos, ac alios providos et discretos nostros, ad colligendum procuraciones et expensas easdem ab omnibus et singulis Personis hujusmodi dicti Archidiaconatus subcollectores, tenore Presencium, deputamus,

fol.
124b.

A.D. vobisque in hac parte subdelegamus insolidum vices nostras, donec eas ad
 1345. nos duxerimus revocandas ; vosque, nichilominus, primo, secundo, et tertio
 Vol. I. ac peremptorie, requirimus et monemus, vobisque in virtute Sancte Obedien-
 cie, ac sub Majoris Excommunicacionis Sentencie pena, quam in personas
 vestras, et vestrorum cuiuslibet, Canonica Monitione premissa, Auctoritate
 Apostolica, qua fungimur in hac parte, ferimus in hiis Scriptis, si in
 execuzione presentis Mandati nostri, quin verius Apostolici, negligentes
 fueritis vel remissi, injungimus et mandamus quatinus infra quindecim
 dies, a recepcione Presencium continue numerandos, omnia et singula
 contenta in dictis Literis ad omnium et singulorum quos contingunt in
 dicto Archidiaconatu noticiam, quantum in vobis est, deducere studeatis, et
 ea solemniter publicare ; et ab omnibus eis, et eorum singulis, dictas
 procuraciones et expensas, citra dictum Festum Beate Marie Magdalene,
 exigere, petere, colligere, et recipere, vice nostra, ac contra morosos et
 culpabiles procedere, secundum injunctam per dictas Literas nobis formam.
 Et pecuniarum summas per vos receptas in hac parte nobis, in dicto Festo
 Sancte Marie Magdalene, vel ad id deputandis a nobis, fideliter persolvatis ;
 nosque per vestras patentes Literas, harum seriem continentes, de die
 recepcionis Presencium, ac nominibus solvencium et non solvencium pro-
 curaciones et expensas predictas, et Beneficiis eorum, in Cedulis separatis,
 ac de omnibus et singulis que feceritis in premissis, tunc curetis reddere
 cerciores.—Datum in Manorio nostro de Clyste, xxvj die Maii, Anno Domini
 M°. CCCmo xl quinto, et Consecrationis nostre xvij°.

—Isto modo fuit certificatum,—

Quarum auctoritate Literarum, omnia et singula in eis contenta exequi, cum
 exacta diligencia, curavimus reverenter, et specialiter procuraciones et
 expensas predictas ab Abbatibus, Prioribus, Decanis, et ceteris Viris et
 Personis Ecclesiasticis, Capitulis, et Conventibus superius designatis,
 nostrarum Civitatis et Diocesis, peti, exigi, levavi, colligi, et recipi fecimus,
 prout et in quantum continetur plenius in Cedulis Presentibus annexis et
 sigillo nostro clausis ; in quibus, eciam, nomina non solvencium sunt
 inserta. Collectam, insuper, et receptam de dictis Personis et eorum
 Beneficiis, pro procuracionibus et expensis predictis, pecuniam, una cum
 porcione nos contingente, numerari fecimus et tradi Magistro Ade de
 Lycchfeld, clericu, nuncio nostro in hac parte, Presencium portatori, vobis
 differendam (*sic*) ; qui vobiscum in omnibus, prout justum et rationabile
 fuerit, calculabit.—Datum apud Peyngtone, etc.—Et fuit summa levata et
 missa Londonias per dictum Magistrum Adam de Lichfeld, de procuracione
 predicta, ls. iiijd. ; et in nominibus non solvencium ixd. ob.

Acquietancia de pecunia soluta dictis Nunciis,—

Pateat universis per Presentes quod nos, Officialis Curie Cantuariensis,
 Venerabilium Patrum, Dominorum Ravenniensis Archiepiscopi et Episcopi
 Astoricensis, Sedis Apostolice Nunciorum nuper in Angliam missorum, sub
 certa forma Commissarius deputatus, recepimus de Venerabili in Christo
 Patre, Domino Johanne, Dei gratia Exoniensi Episcopo, ratione procuracio-
 num Nunciorum predictorum, quinquaginta solidos, tres denarios, obolum,
 et quadrantem ; de qua, quidem, summa dictum Patrem acquietamus per
 Presentes, sigillo nostri Officii consignatas.—Data Londoniis, pridie Idus
 Augusti [12 Aug.], Anno Domini M°. CCCmo quadragesimo quinto.

Tavistock Abbey ; *Visitacio Tavistochie,—*

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Abbati et Priori Monasterii Tavy-
 stochie, Ordinis Sancti Benedicti, nostre Diocesis, salutem, graciam, et
 benedictionem.—Licet Visitacionem nostram nuper in Monasterio vestro,
 tam in capite quam in membris, videlicet xxvij° die mensis Julii proximo
 preteriti, per certos Commissarios nostros, auctoritate nostra procedentes,
 fol. 125. inchoatam, iidem Commissarii nostri usque ad secundum diem Juridicum
 post instans Festum Exaltacionis Sancte Crucis [14 Sept.] per Decretum
 contiuauerint, vobis, et utrique vestrum, necnon ceteris omnibus dicti

A.D. Monasterii Monachis, dictum diem, in loco quo prius, ad procedendum in
 1345. dicto Visitacionis negotio, ulterius assignantes; variis, tamen, de causis
 Vol. I. que ad id racionabiliter nos inducunt, dictum diem, per prefatos Com-
 missarios nostros vobis et ipsis, ut premittitur, assignatum, usque ad
 proximum diem Juridicum post Festum Sancti Martini [11 Nov.] per eos-
 dem Commissarios nostros, vel eorum alterum, quibus conjunctim et divisim
 ad id vices nostras commisimus, mandavimus prorogari. Ceterum, quia
 coram predictis Commissariis nostris quamplura gravamina sunt comperta,
 ex quibus aliqua—ut de majoribus et gravioribus ad presens taceatur—
 vobis clare describimus, ut celeri providencia et correccione debita refor-
 mentur; vobis, et utriusque vestrum, in virtute Sancte Obedience et sub
 Excommunicacionis Majoris Sentencie pena, quam in personas vestras,
 culpa, dolo, ve mora (*sic*) vestris precedentibus, Canonica Monitione pre-
 missa, ferimus in hiis Scriptis, firmiter injungimus et mandamus quatinus
 ea omnia et singula, prout et quantum vos, aut vestrum alterum, ceterosve
 Monasterii vestri Monachos quoscumque conjunctim concernunt vel
 divisim, citra dictum diem, quem terminum velut peremptorium vobis
 ad id assignamus, Canonice reformatis, et secundum Regulares Observan-
 cias faciatis debite reformari.—In primis, quia coram sepedictis Commis-
 sariis nostris delatum fuit et detectum quod vos, Domine Abbas, abjectis
 vestibus Religioni vestre, juxta Provincie et istius Regionis mores et statuta,
 convenientibus, adinstar Secularis Sacerdotis, cum capa duas aperturas pro
 manibus habente, capucioque clauso super humeros, non fisso, manicis
 eciam botonatis et calciaturis indecentibus, post et contra prohibiciones et
 precepta nostra super hiis alias vobis factas et facta, quas et que in tempore
 ad debitam correccionem prosequi intendimus, incedere presumpsistis;
 hortamur in Domino Jhesu Christo, et sub penis et Censuris suprascriptis
 vos monemus, quatinus, ut liberius et securius vobis subjectos Monachos, in
 inconvenientis habitus delacione delinquentes, arguere valeatis et punire, in
 hiis et omni alio gestu exteriori vos, secundum morem Regionis, ceteris
 vestri Ordinis Abbatibus, citra dictum diem, conformatis; sub eisdem
 penis et censuris districte precipientes utriusque vestrum, communiter et
 et divisim, ut contra Fratres Thomam de la Walle, Reginaldum Drake, et
 Thomam Coffyn, qui in abjeccione habitus Monachalis frequenter hactenus
 dicuntur excessisse, quatenus eorum singulos culpabiles fore repereritis,
 debita et condigna animadversione castigetis; Statuta Canonica super hiis
 edita contra eos et alios quoscumque firmiter observari facientes in futurum.
 —Item, quia coram prefatis Commissariis nostris est delatum quod per
 Commonachos vestros silencium debitum non servatur, quodque frequenter
 contingit vix duos ex eisdem in refectorio commedere, ceteris omnibus in
 cameris seorsum carnes et alia insolenter querentibus delicata; sub pre-
 dictis penis et censuris injungimus firmiter et mandamus quatinus exnunc
 silencium in Ecclesia, refectorio, et dormitorio continuum; in claustris,
 vero, certis horis et locis, secundum antiquas Religionis vestre approbatas
 Consuetudines, faciatis firmiter observari, singulisque diebus, et potissime in
 Festis Majoribus, ad minus duas partes Conventus, ipsum in tres dividendo,
 in refectorio commedere compellatis.—Item, quia coram eisdem Commissariis
 nostris est detectum quod vos, Domine Abbas, Monitionibus et Mandatis nos-
 tris alias vobis factis ductis dampnabiliter in contemptum, vobis secularium,
 eciam suspectorum, consorcia die et nocte copulatis; sub penis et censuris
 quibus supra injungimus firmiter et mandamus quatinus, secularium
 hujusmodi suspecta comitiva, aliquem de Commonachis vestris, moribus
 ornatum, vite puritate et scientia commendatum, assumatis, qui vobiscum,
 de nocte, continue in camera jaceat, Horasque Canonicas vobiscum dicat,
 et in ceteris agibilibus vobis semper sit intendens.—Item, quia coram
 eisdem Commissariis nostris est detectum quod uterque vestrum, tam
 Abbas quam Prior, familiaresque vestri, Domine Abbas supradicte, ac eciam
 Frater Thomas Coffyn, Commonachus vester, canes venanticos (*sic*) sump-

A.D. tibus Monasterii retinetis, et retinent, vestris vestigiis inherentes ; mone-
1345. mus, sub penis quibus prius, quatinus, dictos canes a vobis totaliter
Vol. I. abientes, dictum Fratrem Thomam, quem, ut insolencias evitet, claustro
fol. inmorari faciatis, necnon familiares vestros supradictos, ab hujusmodi
125b. canum retencione deinceps omnino faciatis cohiberi.—Item, quia communis
quasi omnium Fratrum et Monachorum querela est suggestum quod
quidam Willelmus Stacy, Jakeman (Camerarius Abbatis), et Walterus
Reve qui duas preposituras, videlicet de Leghe et Middeltole, tenuit jam
per quinque vel plures annos, mulctasque et magnas peccuniarum summas
recepit de bonis ipsius Monasterii, ac Willelmus et Jakeman supradicti
recepérunt ; de quibus ipsi, aut eorum aliquis, nunquam calcularunt ;
volumus et mandamus quatinus Willelmum, Jakeman, et Walteros (*sic*)
supradictos, ad calculandum de singulis peccuniarum summis suprascriptis,
necnon de omnibus et singulis receptis et administratis per eosdem, coram
duabus electis personis de Conventu faciatis, citra dictum diem, modis
omnibus calculare. Diem, autem, receptionis Presencium, et quid facere
decreveritis in premissis, nobis, citra instans Festum Sancti Michaelis,
Archangeli, intimetis Literis vestris patentibus, habentibus hunc tenorem.
—Datum in Manerio nostro de Clyste, xij die Septembris, Anno Domini
M° CCC^{mo} xlvi, et Consecrationis nostre xvij^o.

Et sic fuit certificatum per Abbatem et Priorem predictos,—

Reverendo in Christo Patri, etc., sui humiles et devoti filii, Frater Johannes,
Abbas Monasterii Tavystochie, et Alexander, Prior ejusdem Loci, Ordinis
Sancti Benedicti, etc., obedienciam et reverenciam tanto Patri debitas, cum
omni honore. Mandatum vestrum reverendum xvij die mensis Septembris
recepimus, in hec verba,—Johannes, etc., *ut supra*.—Licet hujusmodi
delata in Visitacione vestra, coram vestris Commissariis, et detecta, veri-
tatem per omnia in se non contineant ; in hiis, tamen, que nos concernunt,
et hactenus minus plene secundum Observanciam Regularem observata
fuerint, parati sumus, et erimus, eidem Mandato vestre Paternitatis reve-
rende humiliter, ut decet, in omnibus obedire ; quatenus, vero, hujusmodi
Mandatum et capitula in eodem contenta Commonachos nostros, et alias
personas in eodem expressas, concernunt, omnibus modis et viis quibus
melius et cieius poterimus exequi faciemus pro posse nostro, ut mandatur.
—Datum in Monasterio Tavystochie, xiiij^o die Octobris, Anno Domini
supradicto.

Canonsleigh Abbey ; *Eleccio Abbatisse de Canounleghe,—*

Memorandum quod decimo die Octobris, Anno Domini M° CCC^{mo} xlvi^o, in Do-
mo Capitulari Ecclesie Collegiate Sancte Marie de Otery, Exoniensis Diocesis,
quidam Adam de Baunton, Senescallus terrarum Monasterii de Canoun-
leghe, et Willelmus de Veer, domicellus dicti Monasterii, presentarunt et
exhibuerunt Venerabili Patri, Domino Johanni, etc., ibidem personaliter
constituto, duas Literas ex parte Priorisse et Conventus dicti Monasterii de
Canounleghe, sub sigillo eorum communi clausas, quarum tenores sequun-
tur in hec verba,—Reverendo in Christo, etc., sue humiles et devote filie,
Matillis de Haccombe, Priorissa Monasterii de Canounleghe, Ordinis Sancti
Augustini, vestre Diocesis, et ejusdem Loci Conventus, omnimodam obedi-
Compro-enciam, reverenciam, et honorem.—Reverentissime Pater,—Cum de consu-
missio. lendo nobis ac nostro Monasterio, jam vacanti per obitum bone memorie
Domine Margarete Aunger, ultime ejusdem Monasterii Abbatisse, repetitos,
prout licuit, haberemus tractatus ; tandem nobis, omnibus et singulis,
visum est quam plurimum expedire Eleccionis seu Provisionis negocium de
Abbatissa nostra futura committere arbitrio vestre Paternitatis. Hinc est
quod nos omnes Canonice predicti Conventus, ex deliberato nostro unanimi
et convenienti consensu, in vos, Patrem nostrum Spiritualem et Dio-
cesanum, eligendi personam de Conventu nostro, pro hac dumtaxat vaca-
tione, in Abbatissam nobis preponendam transferimus potestatem ; pro-
mittentes secure quod illam personam, absque contradiccionis obstaculo

A.D. qualicumque, pro Abbatissa nostra sumus recepture et eidem pariture;
 1345. quam de Conventu nostro vestra reverenda Paternitas, in virtute potes-
 Vol. I. tatis, vobis, ut premittitur, hac vice per nos attribute, per sequentes
 exnunc continuos octo dies, presenti die minime computata, durature,
 duxerit eligendam. Supplicamus, igitur, vestre pie Paternitati nos,
 Spirituales filie vestre et devote oratrices, quatinus, ad laudem Divini
 Nominis, et in augmentum meriti vestri ad Vitam Sempiternam, benivole,
 gracie, et celeriter, cum periculum sit in mora, exequi curetis que iu hac
 parte per vos fieri affectamus. Ad Gregis vobis commissi regimen vestram
 Paternitatem reverendam conservet Altissimus per tempora feliciter suc-
 cessura! — Data in Capitulo nostro, sub sigillo nostro communi, viij die
 fol. 126. mensis Octobris, Anno Domini, M°. CCC^{mo} quadragesimo quinto.

Recommendacio trium Canonicarum,—

Item, Reverendo in Christo Patri, etc., Priorissa cetereque ab infra nominatis
 Sorores Conventus Monasterii de Canounleghe, etc., omnimodam obedien-
 ciam, reverenciam, et honorem. — Cum per nostras certi tenoris Literas,
 communi nostro sigillo consignatas, ex deliberato et unanimi consensu
 vobis, Patri nostro ac Diocesano, eligendi personam in Abbatissam nostram
 futuram sub certa forma concesserimus potestatem, humiliter supplicando
 quatinus favorabiliter et effectualiter admitteretis eandem, propter solum
 Deum; siisque Consorores nostre, Cristina de Oxtone, Agatha de Hiwisse,
 et Juliana Lampre, multum religiose et devote, ac alias virtutum donis
 multipliciter insignite; ipsas, et ipsarum quanlibet, vestre reverende
 Paternitati, ex certa sciencia et ex causa, affectuose recommendamus. —
 Scripta in Monasterio nostro de Canounleghe, viij^o die Octobris.

— Quibus Literis visis et inspectis per dictum Venerabilem Patrem, et habita
 deliberacione cum juris peritis super contentis in eisdem, receptoque jura-
 mento a dictis Adam de Bauntone et W. de Veer, familiaribus dicti Mónas-
 terii, majorem et probabiliorem noticiam omnium Canonicarum dicte
 Domus obtainentibus, eisque per eundem Venerabilem Patrem secreto et
 singillatim examinatis, informacioneque recepta ab eis, et eciam aliunde,
 per quam constitit dicto Patri Dominam Julianam Lampre predictam esse
 meliorem et utiliorem eligendam in Abbatissam pro dicto Monasterio; idem
 Venerabilis Pater eandem Julianam in Abbatissam, virtute potestatis
 sibi attribute in hac parte, elegit, et Eleccionem legitime publicavit. Et
 Literas suas eidem Julianae de consenciendo Eleccióni hujusmodi de se
 facte direxit in hec verba, —

— Litera exhortatoria missa Electo ad consciendum Eleccióni de se facta,—

Johannes, etc., dilecte in Christo filie, Julianae Lampre, Canonice Professe
 Monasterii de Leghe Canonicarum, nostre Diocesis, salutem, graciā, et
 benedictionem. — Cum dilecte in Christo filie, Priorissa et Conventus dicti
 Monasterii, pro eligenda ipsi Monasterio Abbatissa, per certam formam in
 Scriptis redactam in nos compromisissent; nos, potestatem hujusmodi
 nobis in hac parte attributam, cum protestacione expressa de non preju-
 dicando vel aliquo modo derogando dicto Monasterio in jure elecciónis
 Abbatisse in proxima vacacione faciente, acceptantes, te, que plurium fide-
 dignorum laudabili testimonio nobis fuisti multipliciter commendata, in-
 vocato Spiritus Sancti gracia, in Abbatissam dicti Monasterii elegimus, jure
 Patroni ipsius Monasterii in omnibus semper salvo. Quocirca te, filiam
 nostram carissimam, requirimus et in Domino exhortamur quatinus, ad
 honorem Salvatoris nostri Jhesu Christi, Ejusque Matris Gloriose, ac Beati
 Johannis Evangeliste, in quorum honore Ecclesia dicti Monasterii dicitur
 esse consecrata, dictae Eleccióni de te facte consensum tuum celeriter pre-
 beas et assensum. — Data apud Cliste, xiiij die Octobris, Anno Domini M°.
 CCC^{mo} xlvi, et Consecrationis nostre xviij^o.

Responsio ad easdem—Consensus Electe,—

Reverendissimo, etc., Patri meo Spirituali, sua humilis et devota oratrix,
 Julianae Lamprey, Canonica Professa Monasterii de Canounleghe, etc.,

A.D. obedienciam humilimam, cum reverencia et honore debitis tanto Patri.—
 1345. Paternitatis vestre reverentissime Literas recepi exhortatorias ut Eleccioni
 Vol. I. de me in Abbatissam Monasterii supradicti, per vos facte, consentirem.
 Licet, igitur, ad tantum statum insufficienrem me recognoscam et indig-
 nam; volens, tamen, vestris exhortacionibus, ut obediencie filia, humiliiter
 obedire, ad honorem Dei, et Beatissime Marie, Matris Sue, ac Beati
 Johannis, Evangeliste, in cuius honore Ecclesia nostra est consecrata, hujus-
 modi Eleccioni de me per vos, ut premittitur, facte, consensum prebeo
 pariter et assensum, licet invita. In cuius rei testimonium, quia sigillum
 non habeo, sigillum commune dicti Monasterii Presentibus apponi pro-
 curavi, ad honorem Dei, et Virginis Marie, Genetricis Sue, Omnimque
 Sanctorum. Ad Ecclesie Sue Sancte regimen et munimen vestram Pater-
 nitatem conservet Altissimus per tempora feliciter successura.—Data in
 Monasterio nostro predicto, xiiij die mensis Octobris, Anno, etc. xlvt^o.

[Mutatio Annī Consecrationis Domini.

Anno Domini M^o. CCC^{mo} xlvt^o, et Consecrationis Domini
 xix^o incipiente.]

fol.
126b.

—Litera directa Priorisse et Conventui ad obediendum Electe Abbatisse,—
 Johannes, etc., dilectis in Christo filiabus, Priorisse et Conventui Monas-
 terii de Leghe Canonicarum, etc., salutem, graciam, et benedictionem.—
 Literas sigillo vestro communi signatas, pro parte vestra nobis presentatas,
 in Domo Capitulari Ecclesie nostre Collegiate Sancte Marie de Otery
 recepimus, tenoris infrascripti,—Reverendo in Christo Patri, etc. (*ut supra*).
 —Cum, itaque, dictarum Literarum tenorem et effectum diligenter pen-
 saremus, pium et Deo placitum reputavimus favorabiliter annuere votis
 vestris, et propterea devotis supplicacionibus vestris paterna mansuetudine
 condescendere cupientes, potestatem hujusmodi in nos recepimus, cum
 protestacione expressa quod per eam vobis, nec Monasterio vestro, in jure
 eleccionis Abbatisse collegialiter et capitulariter, post vacacionem pre-
 sentem, Canonice faciente, minime prejudicetur, quin pocius illud vobis in
 futurum maneat semper salvum. Habita, igitur, per nos consequenter
 tractatu cum peritis diligenti, quomodo vobis et Monasterio vestro utilius
 et expedicius possemus in hac parte providere, ad dilectam in Christo
 filiam, Julianam Lamprey, etatis legitime existentem, ac Ordinem vestrum
 in Monasterio vestro expresse professam, vestrisque Literis et aliorum quam-
 plurimum fidedignorum laudabili testimonio nobis multipliciter commend-
 atam, convertimus oculos mentis nostre; et, invocata Spiritus Sancti
 gracia, eandem Julianam, in virtute potestatis nobis, ut premittitur, per
 vos date, elegimus et prefecimus in Abbatissam vestram; spiritualium et
 temporalium dicti Monasterii vestri, velud rite electe et Canonice con-
 firmate, plenam et liberam administracionem eidem in Domino commit-
 tendo; jure Patroni ipsius Monasterii in omnibus semper salvo. Quocirca
 vobis, sub debito Sancte Obedience, firmiter injungendo, precipimus et
 mandamus quatinus predictam Julianam, per nos, ut premittitur, electam
 et confirmatam, recipiatis, et eidem obediatis ac pareatis reverenter in
 omnibus que ad Regularem Observanciam pertinent et disciplinam, secun-
 dum Ordinis vestre Canonica Instituta. De die, vero, receptionis Presen-
 cium, et quid feceritis in premissis et eciam duxeritis faciendum, nos,
 citra instans Festum Apostolorum Simonis et Jude [28 Oct.], certificetis
 Literis vestris patentibus, hunc tenorem habentibus, sigillo vestro com-

A.D. 1345-6. muni consignatis.—Data apud Otery Sancte Marie, [x]x° die Octobris, Anno, etc., xlv, et Consecrationis nostre xix°.

Vol. I. —*Commisso ad inducendum dictam Abbatissam in possessionem corporalem dicti Monasterii, etc.,—*

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Magistris Willelmo de Crouthorne, Canonico Ecclesie nostre Exoniensis, Officiali nostro Principal, Ricardo Giffard, Commissario nostro, et Ricardo de Bysshopleghe, Officiali nostre Peculiaris Jurisdictionis in Devonia, salutem, graciam, et benedictionem.— Vacante nuper Monasterio de Canounlegh, etc., per mortem Domine Margarete Aunger, ultime ejusdem Monasterii Abbatisse, habitoque super electione Abbatisse future dicti Monasterii inter Priorissam et ejusdem Loci Conventum tractatu diligenti et solempni; tandem dicti Priorissa et Conventus, singillatim et in communi, potestatem liberam eligendi personam, de gremio ejusdem Monasterii, eis et eorum Monasterio predicto in Abbatissam in nos unanimiter compromiserunt, ac Eleccionis et Provisionis negocium nostro arbitrio committentes, potestatem eligendi et providendi eis de Abbatissa futura totaliter transtulerunt; promittentes expresse quod illam, absque contradiccionis obstaculo, in Abbatissam reciperent quam, ut premittitur, duceremus eligendam. Nos, igitur, hujusmodi potestatem acceptantes, post deliberacionem providam quam super hiis habuimus diligenter, ad dilectam in Christo filiam, Dominam Julianam Lamprey, dicte Domus Canonicam et Ordinem predictum expresse professam, in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectam (quam, eciam, dicto Monasterio meliorem et utiliorem credidimus), nostre mentis oculos dirigentes, eandem Julianam in Abbatissam dicti Monasterii duximus eligendam; plenam et liberam administrationem spiritualium et temporalium dicti Monasterii eidem committendo. Munusque Benedictionis sibi impendimus, in forma que requiritur consueta. Quocirca vobis, communiter et divisim, committimus et mandamus quatinus prefatam Julianam in corporalem possessionem dicti Monasterii, jurium et pertinenciarum ejusdem, inducati; facientes sibi Stallum in Choro et Locum in Capitulo, cum plenitudine juris Abbatisse, assignari. Injungentes omnibus et singulis dicti Monasterii Canonicabus quod eidem Domine Julianae, ut vere earundem Abbatisse, in hiis que ad Regularem disciplinam pertinent, devote pareant et intendant. Et quid feceritis in premissis, nos, cum per partem dicte Domine Julianae congrue fueritis requisiti, certificetis Literis vestris patentibus, habentibus hunc tenorem. Datum apud Chuddeleghe, iiiij^{to} die Januarii, Anno, etc. xlv., et Consecrationis nostre xix°.

Certificatorium Inductionis,—

Venerabili in Christo Patri, etc., suus humilis et devotus filius, Willelmus de Crouthorne, Canonicus, etc., et ad infrascripta Commissarius specialiter constitutus, obedienciam [et] reverenciam, tam debitas quam devotas, cum omni honore.—Mandatum vestrum recepi, formam continens infrascriptam, —Johannes, etc., *ut supra*.—Cujus auctoritate Mandati, quinto die predicti mensis Januarii, ad predictum Locum de Canounlegh personaliter accessi, et dictam Dominam Julianam Lamprey, extra portam dicti Monasterii tunc ibidem existentem, in corporalem possessionem dicti Monasterii, eidem die, induxi; et eidem Domine Julianae, dictum Monasterium ingressesse, Stallum in Choro et Locum in Capitulo, cum plenitudine juris Abbatisse, assignavi; plenamque et liberam administrationem tam spiritualium quam temporalium dicti Monasterii, ac jurium et pertinenciarum ejusdem, eidem commisi; omnibusque et singulis dicti Monasterii Canonicabus quod dicte Julianae, ut vere earundem Abbatisse, in illis que ad Regularem disciplinam pertinerent, devote parerent et intenderent injunxi. Et sic Mandatum reverende Dominacionis vestre plenarie sum executus.—Datum Anno Domini, die, et loco supradictis.

Benedic和平 dicte Abbatisse,—

Die Sancti Thome, Apostoli [21 Dec.], Anno supradicto, apud Chuddeleghe,

A.D. 1345-6. Dominus benedixit predictam Dominam Julianam Abbatissam, que Professionem suam, scriptam in quadam Cedula, quam in manu sua tenuit, legit Vol. I. et fecit, sub hac forma,—Ego, Julianus, Ecclesie de Canounlegh Electa Abbatissa, profiteor Sancte Exoniensi Ecclesie, tibique, Pater Johannes, ejusdem Ecclesie Episcopi, tuisque Successoribus in ea Canonice substituendis, Cauonicam in omnibus Obedienciam et Subjeccionem. Et statim dicta Julianus eidem Cedule tria Signa Crucis propria manu apposuit cum calamo et incausto, in signum Professionis hujusmodi facte; presentibus Dominis Willelmo de Wolveye, Willelmo de Londay, Fratre Johanne Fartheyn, Magistris David Alyam, Ricardo de Todeworthe, Nicholao Aunger, et aliis.

[fol.] Georgeham ; Master William de Doune, deacon, R.—

125b. Dispensation : non-residence for a year, to study, etc. (Chudleigh, 19 Oct.).

fol. 127. Torre Abbey ; *Benedic和平 Abbatis de Torre*,—

Item, eisdem die et loco [Chudleigh, 21 Dec.], Dominus benedixit Fratrem Johannem Gras, Electum Abbatem Monasterii de Torre ; qui profitebatur sub hac forma,—Ego, Johannes, Ecclesie de Torre Electus Abbas, profiteor Sancte Exoniensi Ecclesie, tibique, Pater Johannes, ejusdem Ecclesie Episcopi, tuisque Successoribus in ea Canonice substituendis, Cauonicam in omnibus Obedienciam et Subjeccionem. Et idem Abbas manu propria se subscrispsit ; presentibus *ut supra*.

fol. 136.* Launceston Priory ; *Litera directa Subpriori Lancestonie ad eligendum*,—

A.D. 1346. Johannes, etc., dilecto filio, Subpriori Prioratus Lancestonie, nostrorum Patronatus et Diocesis, salutem, etc.—Volentes, ad honorem Dei, inchoata jam negocia super statu Domus vestre per submissionem dilecti filii, Fratris Ade, Prioris ejusdem, celerius quo comode poterimus terminare ; tibi, in

* It will be observed, here, that I have omitted many folios, passing from fol. 127 to fol. 136. There is much confusion in this part of the Register, arising not from any misplacement of folios by the comparatively recent binder of the volume, but, mainly from the insertion of folios containing *duplicate* copies of many of the Entries given above. And this must have been done in, or soon after, Grandisson's time; for not only is the numbering of the folios continuous throughout, but it is evidently contemporaneous, or nearly so. Immediately after the "Benediction of the Abbat of Torre" follows a copy of this Launceston Document, an imperfect copy, being dateless: it occurs again, and in a complete form, on fol. 136, followed by the remainder of the Launceston series. Folios 127^b—130^b contain a long document belonging to the year 1348; it will be given, below, in its proper place. On fol. 131 we find the *first* Launceston series repeated (see page 989). On fol. 131^b is a duplicate copy of the *Privilegium*

for the creation of four Notaries; and on fol. 132 the creation of three of them, viz., Shuttelesworthe, atte Hulle, and Ayshforde; also, W. de Doune's Dispensation (all duplicates). Folios 132^b—134 are occupied by a duplicate copy of the "Processus pro procuracionibus Nunciorum" (see page 992). The Ordinance for Tavistock Abbey (see page 996) is repeated on fol. 134; and on folios 134^b—136 all the Canonsleigh Documents are repeated (followed by the Benediction of the Abbat of Torre). On this folio the repetitions come to an end, but not (as will be seen presently) the confusion in the arrangement of this part of the Register. I have, of course, re-arranged all the Entries in chronological order, and the marginal references indicate the folios to which they belong; a task involving no little labour, but absolutely necessary in order to insure clearness. There are *no* Entries between 21 Dec., 1345, and 19 June, 1346.

A.D.
1346. virtute Obedientie, injungimus firmiter et mandamus quatinus, cum nos ex
matura deliberacione, pro utilitate Domus prediete, commodo et quiete
Vol. I. dicti Fratis Ade, ordinaverimus quod, receptis Literis nostris, quas provide
sibi mittimus in presenti, cum omni acceleracione possibili, coram Con-
canonicis Domus in Domo Capitulari congregandis, adhibitis aliquibus
testibus (clericis, videlicet, secularibus, et Notario, si alicujus copia faciliter
valeat optineri), cure et regimini Prioratus cedat antedicti, ipsumque in
manus nostras renunciet absolute, pure, simpliciter, et omnino, in continenti
post dictam renunciaciōnem sic, ut prediximus, expeditam aliquem brevem
diem ad eleccionem de futuro Priore cum Dei gracia celebrandam, celeriter
cures prefigere, et Concanonicos ac Confratres Domus omnes qui evocandi
fuerint ad eundem diem debite facias convocari; te ac ceteros Confratres
et Concanonicos tuos antedictos, per aspersionem preciosi Sanguinis Jhesu
Christi firmiter adjurantes, quatinus, postpositis quibuscumque odio, ami-
cicia, et favore in tractatu eleccionis vestre hujusmodi (quam, absque alia
a nobis velud a Patrono petenda Licencia, tenore Presencium per te et eos
fieri concedimus), habeas, et habeant, pre oculis solum Deum. Et, quia
Custodia exterior et interior prefate Domus rerumque ac possessionum
ejusdem, data vacacione in eadem, ad nos jure Patroni pertinebit, prout ad
Precessores et Predecessores nostros, Episcopos Exonie, pertinuit ab anti-
quo, pro jure nostro hujusmodi et Ecclesie nostre Exoniensis conservando,
dilectos filios, Dominum Willemum Janne, Rectorem Ecclesie de Wythel,
clericum nostrum, et Johannem Somerey, domicellum nostrum, posuimus
in omnibus loco nostri; quibus in hiis que ad nos, premissa occasione, per-
tinere contigerit, ipsa vacacione durante, debite studeas, ac ceteri Con-
canonici tui studeant, intendere et parare. Data apud Clyste, xix^o die
mensis Junii, Anno Domini M^o. CCC^{mo} quadragesimo sexto, et Consecra-
cionis nostre xix^{no}.

—*Directa Priori Lancestonie, ad cedendum,—*

Venerabili in Christo Patri, etc., suus humilis et devotus filius, Frater
Adam Knolle, nuper Prior Prioratus Lancestonie, obedienciam et reveren-
ciam tanto Patri condignas omnimodo, cum honore.—Mandatum vestrum
reverendum die Sabbati in Festo Nativitatis Sancti Johannis Baptiste in
hec verba recepi,—Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Fratri Ade, Priori
Prioratus Lancestonie, nostrorum Patronatus et Diocesis, salutem, graciam,
et benedictionem.—Nuper super statu tuo quem in dicto Prioratu gessisti,
et adhuc gerere te pretendis, laudo, arbitrio, ac ordinacioni nostris, ex certis
causis, quas ad presens silencio committimus, te simpliciter submisisti. Ne,
igitur, dicto statu tuo diu sic sub dubio eventu nostre Ordinacionis pen-
dente, propter defectum debiti regiminis negotia Domus spiritualia, vel
eciam temporalia, collabantur detrimentumve paciantur in aliquo vel jac-
turam, provida deliberacione duximus ordinandum, ac eciam realiter
ordinamus, ut statim visis Literis nostris presentibus Subpriorem et Con-
canonicos tuos, omnes et singulos infra Prioratum tunc presentes, ad
Domum Capitularem facias celeriter convocari; in quorum—necnon, Notarii
Publici, si talis copia haberi valeat—presencia, alioquin per scripturam
aliquam super hoc conficienda, et tuo ac dicti Prioratus communī sigillo,
sub testimonio trium vel quatuor clericorum vel presbiterorum secularium,
sigillatam, cure et regimini dicti Prioratus absolute cedas, ipsumque in
manus nostras renuncies pure, simpliciter, et omnino; ut sic cum omni
celeritate possibili, absque supervacua solemnitate, que Domui obesse
posset forsitan, quod nollemus, ad honorem Dei tuumque comodum et
quietem ad Eleccionem alterius procedatur. Nec tibi in aliquo timeas ob
premissa quin, per Dei graciā, sic curabimus ordinare quod de Ordinacione
nostra hujusmodi habebis merito contentari. Et quid in premissis feceris,
seu faciendum duxeris, nos, infra sex dies a tempore receptionis Presencium
continue numerandos, sub pena Excommunicacionis Majoris,—quam in
personam tuam, Canonica Monitione premissa, dolo seu culpa exigentibus,

A.D. nisi hoc feceris, ferimus in hiis Scriptis distinete et aperte,—reddere cures
 1346. cerciores per Literas tuas patentes, harum seriem continentes, sigillo
 Vol. I. autentico consignatas.—Data in Manerio nostro de Cliste, xxj die mensis
 Junii, Anno Domini M°. CCC^{mo} xlvj^{to}, et Consecrationis nostre xix^{no}.—
 Quibus, quidem, Literis per me visis, Subpriorum et Concanonicos, omnes
 et singulos infra Prioratum existentes, ad Domum Capitularem predicti
 Loci convocari feci; in quorum et subscriptorum testium presencia, vide-
 licet discretorum virorum, Dominorum Johannis de Aldestowe et Willelmi
 Janne, Sancte Mabene et Whithyel Rectorum, Roberti Gova, capellani,
 Johannis Whisforde, et Johannis Goudman, clericorum, cum copiam Notarii
 Publici non haberem, per quandam Scripturam in hac parte confectam et
 sigillis de quibus premittitur consignatam, presenti Certificatorio annexam,
 cure et regimini dicti Prioratus pure et absolute cessi, prout in eadem
 Scriptura plenius et seriosius continetur. Sicque Mandato vestro reverendo,
 quatenus ad me pertinet, in omnibus et per omnia, ad omnem ipsius
 effectum, humiliter et devote parui. In cuius rei testimonium sigillum
 discreti viri, Decani vestre Peccularis Jurisdiccionis de Lawhittone, Pre-
 sentibus apponi procuravi, eo quod autenticum sigillum non habeam.—Et
 ego, Decanus antedictus, sigillum Officii mei, ad personalem rogatum pre-
 dicti Fratris Ade, presentibus Literis certificatoriis apposui.—Datum Lan-
 cestonie, xxvij^{mo} die mensis predicti, Anno Domini supradicto.

—Tenor *Cedula Cessionis*,—

IN DEI NOMINE, AMEN.—Ego, Frater Adam Knolle, humilis Prior Prioratus
 Lancestonie, ex certis causis et legitimis, cure et regimini predicti Prioratus,
 oneri et honori ejusdem, pure, sponte, et absolute cedo, ipsumque Pri-
 oratum, et statum quem in eodem habeo, in venerabiles manus Domini
 Johannis, Dei gratia Exoniensis Episcopi, dicti Loci Patroni et Diocesani
 mei (a cuius Predecessore Eleccionis alias de me in hac parte facte con-
 firmacionem recepi), simpliciter et omnino resigno, et eidem totaliter
 renuncio per Presentes et in hiis Scriptis. Et in testimonium et fidem pre-
 missorum sigillum quod in Officio et statu Prioris hactenus gessi, et altero
 usus usus extiti (*sic*), necnon sigillum commune Prioratus antedicti, Pre-
 sentibus apponi feci.—Data et acta in Capitulo Conventuali Lancestonie, in
 presencia tocius Conventus tunc ibidem congregati, et aliorum, xxvj^{to} die
 mensis Junii, circa horam primam diete diei, Anno Domini M°. CCC^{mo}
 quadragesimo sexto.

*Acta super exhibitione Decreti Eleccionis facte de Fratre Thoma de Bur-
done*,—

Et postea, tercio die Julii, Anno Domini M°. CCC^{mo} quadragesimo vj^{to},
 Indicacione xiiij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini,
 Domini Clementis, Divina Providencia Pape Sexti, Anno iiiij^{to}, discretus vir,
 Magister Johannes Goudman, asserens se esse Procuratorem Subprioris et
 Conventus Monasterii Lancestonie, coram Venerabili Patre, Domino Jo-
 hanne, Dei gratia Exoniensi Episcopo, in deambulatorio de Clyst com-
 paruit, et eidem Patri tunc exhibuit quandam Literam Procuratoriam,
 sigillo communi dicti Monasterii, ut prima facie apparuit, consignatam, pro
 parte dictorum Subprioris et Conventus sibi factam; produxit, eciam, et
 exhibuit quandam Literam magnam clausam, dicto sigillo communi et
 sigillo Decanatus Peccularis Jurisdiccionis de Lawyttone eciam in pendentii
 fol. 137. consignatam, quam dixit esse Decretum Eleccionis dictorum Subprioris et
 Conventus facte de quodam Fratre Thoma de Burdone, Concanonomico dicti
 Monasterii, tunc presente; produxit, eciam, et exhibuit quatuor alias
 Literas, dictis communi et Peccularis Jurisdiccionis prediecte sigillis in
 pendentii sigillatas, pro fundamento dicti Decreti; et produxit, eciam,
 Fratres Augerum Bant et Rogerum de Lanrake, dicti Monasterii Con-
 canonicos, predicti Decreti et Eleccionis, ut dixit, Instructores, et illos
 petivit examinari; et, super Decreto Eleccionis et super ipsa Eleccione
 plena informacione habita, eandem confirmari, et in omnibus justicie fieri

A.D. complementum. Et tunc idem Pater, receptis hujusmodi Literis et
 1346. Eleccionis Decreto, dixit se esse paratum facere omnia que sibi incumbunt in hac parte; premissis, tamen, juris solempniis juxta juris exigentiam, et ut in talibus est fieri consuetum. Et dictam Literam Decreti aperuit et inspexit; dictosque Instructores in forma jurandorum testium jurare fecit; et prefato Magistro Johanni, Procuratori predicto, ad videndum attestaciones dictorum Instructorum et eas audiendum publicari, ulteriusque faciendum in toto negocio quod est justum, diem crastinum tunc sequentem prefixit et assignavit. Presentibus Magistro Benedicto de Pastone, Canonico Sancti Probi, Dominis Johanne de Aldestowe, Sancte Mabene, Johanne Perour, de Lansant [Lezant], Willelmo Janne, de Whithyel Ecclesiarum Rectoribus, Ricardo de Todeworthe, clericu, Publico Auctoritate Apostolica Notario, Johanne Trencreke, et aliis. Quo die, videlicet iiiij^{to} die Julii, loco quo prius comparuit coram dicto Patre dictus Magister Johannes, Procurator predictus; exhibitisque dicto Patri attestacionibus dictorum Instructorum, idem Pater, ad audiendum voluntatem et delibera-cionem suam super exhibitis et productis, et ulterius faciendum quod est justum, diem Mercurii proximum post Festum Translacionis Sancti Thome, Martiris, prefixit et assignavit. Presentibus prefatis Magistro Benedicto de Pastone, Johanne de Aldestowe, Johanne Perour, Magistris Roberto de Peyke et Ricardo de Todeworthe, Publico Auctoritate Apostolica Notario, et aliis. Quo die, videlicet xij^{mo} die mensis Julii predicti, coram dicto Patre, apud Clyste, comparuerunt Frater Thomas de Burdone, Electus, personaliter, et dictus Magister Johannes, Procurator predictus; dicto Procuratore petente Eleccionem de dicto Electo confirmari, et habita aliquali disputacione super viribus Eleccionis hujusmodi, idem Pater prefixit et assignavit dictis Electo et Procuratori diem Veneris proximo tunc sequentem [14 July], ad recipiendum et faciendum in toto hujusmodi negocio quod est justum. Presentibus Magistris Nicholao Marschal et Ricardo de Todeworthe, Publico Auctoritate Apostolica Notario, Domino Henrico Bouet, Radulpho de Halforde, et aliis. Unde, xijj^{mo} die Julii sequente, dicti Electus et Procurator, diem Veneris predictum gratis pre-venientes, comparuerunt coram dicto Patre, in deambulatorio juxta Capellam Maneri sui de Clyste pro tribunali sedente, et in hanc diem expresse consenserunt, petieruntque instanter ut idem Pater in hujusmodi Eleccionis negocio procederet prout foret justum. Et tunc idem Pater, habita deliberacione cum juris peritis tunc eidem assidentibus, dictam Eleccionem minus idoneam et Canonicam reputavit, ac eam irritavit et cassavit, ac potestatem pronunciavit sibi esse devolutam providendi de Priore Monasterio predicto; ac prefatum Fratrem Thomam subsequenter in Priorem dicti Prioratus prefecit, et dicto Prioratu de eo providit. Presentibus Magistris Thoma de Buyngham, Benedicto de Pastone; Augero Bant, Ricardo Lanrake, Canonicis dicti Prioratus; Ricardo de Todeworthe, Publico Auctoritate Apostolica Notario, et aliis.

—*Provisio Prioratui Lancestonie facta de Fratre Thome de Burdone*,—
 Johannes, etc., dilecto filio, Fratri Thome de Burdone, Canonico Professo Prioratus Lancestonie, Ordinis Sancti Benedicti, nostrorum Patronatus et Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem.—Vacante nuper Prioratu Lancestonie predicto per liberam et spontaneam Cessionem sive Renun-ciationem Fratris Ade de Knolle, Prioris ibidem immediati, in manibus nostris factam, et per nos demum acceptatam; quamquam ejusdem Prioratus Subprior et Conventus ad Eleccionem futuri Prioris, Licencia a nobis primitus obtenta, procedentes per viam compromissi te in eorum Priorem duxerint forsitan eligendum, ac tu Eleccioni hujusmodi de te facte con-sciens ac propter hoc ad nos recurrens, presentato nobis ipsius Eleccionis Processu, eandem Eleccionem confirmari a nobis humiliter postulasses; demum Eleccionem ipsam, non tue persone vicio vel defectu, set person-arum eligencium, ut, in substancialibus omissa forma que requiritur, minus idoneam et Canonicam pronunciavimus, prout erat, irritam et inanem;

A.D. prefatos, nichilominus, eligentes occasione premissa potestate eligendi priva-
 1346. vimus, ea vice ; Provisionem eidem Prioratui de Priore faciendam ad nos ea
 Vol. I. occasione devolutam esse declarantes. Et deinde; ne hujusmodi Prioratus
 diu vacacionis dampnose incurreret dispendia sollicite cogitantes, ac talem
 illi cupientes personam preesse que tanto conveniat oneri et honori ; post
 deliberacionem quam super hoc habuimus diligentem, in te, quem morum
 honestas, sciencia, concors eciam, licet invalida, ipsius Conventus de te cele-
 brata Eleccio, et alia laudanda tue probitatis merita multipliciter suffra-
 gantur, direximus oculos mentis nostre, ac, consideracione premissorum, de
 persona tua eidem Prioratui providemus, teque eidem in Priorem prefici-
 mus et Pastorem, curam animarum et administracionem temporalium et
 spiritualium ejusdem Prioratus tibi in Domino committendo ; teque per
 Libri nostri tradicionem investimus presencialiter de eodem ; firma concepta
 fiducia quod idem Prioratus, Deo auctore, per tue vigilancie studium a
 lapsu quem sustinet respirabit, ac a noxiis preservabitur et adversis. In
 quorum omnium testimonium sigillum nostrum Presentibus duximus
 apponendum.—Data in Manerio nostro de Clyste, xij^{mo} die mensis Julii,
 Anno Domini M^o. CCC^{mo} quadragesimo sexto, et Consecrationis nostre
 xix^{mo}.

—Mandatum ad inducendum et installandum Priorem Lancestonie,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Magistro Bartholomeo de Castro, Sancti Iwonis,
 Dominis J. de Aldestowe, Sancte Mabene, et Wilelmo Janne de Whythiel,
 Ecclesiarum, nostre Diocesis, Rectoribus, salutem, etc.—Vacante nuper
 Monasterio de Lancestone, nostrorum Patronatus et Diocesis, per liberam
 et spontaneam Cessionem sive Resignacionem Fratris Ade de Knolle,
 ultimi et immediati Prioris Prioratus Lancestonie predicti, in manibus
 nostris factam et per nos acceptatam ; quamquam ejusdem Prioratus Sub-
 prior et Conventus ad Eleccionem futuri Prioris, Licencia a nobis primitus
 obtenta, procedentes per viam compromissi, Fratrem Thomam de Burdone,
 Canonicum Professum Prioratus predicti, in eorum Priorem duxerint
 forsitan eligendum, ac idem Frater Thomas Eleccioni hujusmodi de se
 facte consciens et propter hoc ad nos recurrens, presentato nobis ipsius
 Eleccionis Processu, eandem Eleccionem confirmari a nobis humiliter
 postulasset ; demum Eleccionem ipsam, non persone sue vicio vel defectu,
 set personarum eligencium, et utpote omissa in substancialibus forma que
 requirebatur minus ydoneam et Canonicam pronunciavimus, prout erat,
 irritam et inanem ; ac prefatos eligentes occasione premissa potestate eligi-
 gendi privavimus ea vice, Provisionem eidem Prioratui de Priore faciendam
 ad nos ea occasione devolutam esse declarantes. Et deinde, ne hujusmodi
 Prioratus diu vacacionis dampnose incurreret dispendia sollicite cogitantes,
 ac talem illi cupientes personam preesse que tanto conveniat oneri et
 honori ; post deliberacionem quam super hoc habuimus diligentem, in
 prefatum Thomam, quem morum honestas, sciencia, concors licet eciam
 invalida ipsius Conventus de eo celebrata Eleccio, et alia laudanda sue
 probitatis merita multipliciter suffragantur, direximus oculos mentis nostre,
 ac, consideracione premissorum, de persona sua eidem Prioratui providimus,
 ac ipsum in ejusdem Prioratus Priorem prefecimus, curam animarum et
 administracionem temporalium et spiritualium ejusdem eidem in Domino
 committendo ; ipsumque per Libri nostri tradicionem investivimus presen-
 cialiter de eodem. Quocirca vobis, et cuilibet vestrum, communiter et
 divisim, committimus et mandamus quatinus eundem Fratrem Thomam
 in corporalem possessionem ejusdem Monasterii et Prioratus, cum suis
 juribus et pertinenciis universis ad Priorem dicti Loci de jure vel con-
 suetudine spectantibus, inducatis ; facientes eidem Stallum in Choro et
 Locum in Capitulo, juxta juris exigenciam et ipsius Prioratus Regularem
 Disciplinam, assignari, ac a Canoniceis ejusdem Domus debitam obedienciam
 exhiberi sibique de temporalibus et spiritualibus ejusdem Prioratus respon-
 deri, ac ut vero Priori pareri et intendi ; contradictores et rebelles Canonice

A.D.
1346. compescendo. De die, vero, recepcionis Presencium, et quid feceritis in
premissis, nos, cum per partem ipsius Prioris congrue fueritis requisiti,
Vol. I. certificetis, seu certificet ille qui presens Mandatum nostrum fuerit exec-
cutus, Literis vestris vel suis patentibus, habentibus hunc tenorem, sigillo
autentico consignatis.—Datum in Manerio nostro de Clyste, xij^{mo} die
mensis Julii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo sexto, et Con-
secrationis nostre xix^o.

—Certificatorium Prioris Lancestonie super quodam Mandato Domini sibi
directo,—

Venerabili in Christo Patri et Domino, ac Patrono suo, Domino Johanni, Dei
gracia Exoniensi Episcopo, suus humilis et devotus filius, Frater Thomas,
Prior Monasterii Sancti Stephani Lancestonie, obedienciam et reverenciam
tanto Patri condignas omnimodo cum honore.—Mandatum vestrum rever-
endum die Lune proxima ante Festum Sancte Margarete, Virginis [17 July],
sub eo quā sequitur tenore verborum recepi,—Johannes, etc., dilecto in Christo
filio, Fratri Thome, Domus Lancestonie, Ordinis Sancti Augustini, nostrorum
Patronatus et Diocesis, Priori, salutem, et viciarum tribulos in orto a Deo
et nobis tibi commisso radicitus extirpare, sanctaque virtutum plantaria
inserere ac rigare.—Quum, ut credimus, Deo vocante, per nostrum quamvis
indignum Ministerium ejusdem Domus Prepositus es effectus, quodque
Sacris Literis et Canonum Institutis, maximeque Beati Patris et Doctoris
eximii Augustini Regula, quam tu et omnes Confratres tui professi estis,
sufficienter es edoctus; attamen, carissime, ut ad cautele studium mens
tua evigilet et ne alicujus ignorancie nebulis tenebrescat, set semper eam et
timor sollicitet et in hono opere sollicitando confirmet, presencia ad te
dirigimus nostra Monita et Mandata. In primis, igitur, tibi in virtute
Obedience injungimus firmiter et mandamus quatinus, cum Concanonicis tuis
Conventualibus, in Ecclesia, Horarum diurnarum pariter et nocturnarum
tempore, ac eciam in Capitulo, Claustro, Dormitorio, et Refectorio, fre-
quenter, et quociens ac quando comode poteris, studeas conversari, juxta
Professionis tue Regulam vivendo, aliosque facto et verbo ut idem faciant
informando. Item, ut Canonici tui supradicti, juxta Beati Augustini
Regulam eis datam, unanimes in Domo habitent, et sit eis in Deo una
anima et cor unum; quodque nullius eorum aliquid proprium sit, set
omnia habeant in communī, cameras et quascumque alios habitaciones vel
diverticulars separatas eisdem et eorum cuiilibet, officia certa et obedientias
ex tua speciali deputacione habentibus dumtaxat exceptis; necnon,
armariola, cistas, curas, aliaque loca separata quecumque, in quibus escu-
lenta vel poculenta per eos, vel eorum aliquem, sub quocumque colore
hactenus claudebantur, penitus interdicas. Et, ut omnis eidem Concanonicis
tuis evagacionis et dissolucionis materia subtrahatur, ut prius precipimus et
mandamus quatinus nullum predictorum equum, canem, vel garcionem,
ortum per se separatum herbarum, columbariumve aut aliud quocumque
simile, exnunc habere permittas quomodolibet vel tenere, et hactenus
habita eisdem subtrahas penitus et ex toto. Quociens, vero, eorum aliquis
vel aliqui, pro recreacione habenda, vel alias, ex causa licita et honesta,
temporibus ad id aptis, exire debeat, vel debeant, quandocumque de tua, aut
Subprioris, vel saltem Tercii Prioris, licencia speciali, plures simul exeant et
redeant, tres ad minus. Inhibemus, eciam, tibi, sub Divini obtestacione
Judicii, ne exnunc aliqua esculenta vel poculenta, in quibuscumque rebus
consistant, ex parte alicujus Concanonicorum tuorum supradictorum mitti
extra Prioratum pernittas ad aliquem vel deferri. Set aliquem de ipso
Conventu, virum utique Deum timentem et pauperum zelatorem, in
elemosinarie officio preficias indilate, qui temporibus prandii et cene
personaliter, vel in casu impedimenti per alium fidelem et idoneum,
presens sit in Refectorio omni die, et omnia que post comeditionem Confrat-
rum tuorum supererunt de fragmentis, eo dumtaxat excepto quod de re-
manentibus in prandio pro cena fuerit reservandum, reccolligat et conservet,

A.D. 1346. in usus pauperum fideliter eroganda. Tibi, preterea, firmiter injungimus et mandamus quatinus bonum commune Prioratus tui predicti in omnibus Vol. I. juxta prudenciam et discretionem tibi a Deo datam procurare studeas, et carnales affecciones penitus evitare. Ne, autem, per alicujus vel aliquorum subdolas procuraciones, comodum suum cum detrimento gravi tui ac Prioratus predicti prosequentes, circumveniri valeas in futurum, tibi ut prius, ac nichilominus sub Majoris Excommunicacionis Sentencie pena, quam, Canonica Monitione premissa, in personam tuam, si secus attemptaveris, ferimus in hiis Scriptis, districcius inhibemus ne res ipsius Prioratus quascumque immobiles imperpetuum vel ad tempus non modicum alienare, corrodiae aut pensiones, vel feoda, alicui vel aliquibus, sub quocumque titulo vel colore, concedere, servos vel ancillas manumittere presumas, nostro super hoc, vel Successorum nostrorum, consensu primitus non obtento; memor similiter existens juramenti quod alias super hoc in manibus nostris corporaliter prestitisti; cujus penam, si contra feceris, merito poteris formidare. De die, vero, recepcionis Presencium, et quid in premissis duxeris faciendum, nos, infra quindecim dies a tempore recepcionis hujusmodi, certifies Literis tuis patentibus, habentibus hunc tenorem.—Datum apud Clyst, xiiij^o die mensis Julii, Anno Domini Mille-simo CCC^{mo} quadragesimo sexto, et Consecrationis nostre xix^o.—Quo, quidem, Mandato vestro reverendo per me recepto et plenius intellecto, fol. 138b.* ego, Frater Thomas antedictus, Monitionibus, Ordinacionibus, Mandatis, Statutis, Inhibicionibus, et ceteris omnibus et singulis in eodem contentis et expressatis, pro meis posse et viribus humiliter pareo et parebo; et omnia et singula in dicto Mandato contenta, prout idem Mandatum in se exigit et requirit, cum Dei adjutorio et vestro diligenter et attencius observabo, et inviolabiliter faciam observari. In cujus rei testimonium, quia sigillum Officii mei michi adhuc minime parare potui, presentibus Literis Certificatoriis sigillum Decani vestre Peccularis Jurisdiccionis de Lawytton apponi procuravi. Et ego, Decanus antedictus, ad personalem rogatum Prioris antedicti sigillum Officii mei Presentibus apposui.—Datum Lancelstonie, xxij^o die mensis antedicti, Anno Domini supradicto.

Exeter Cathedral; *Contra Archidiaconos Ecclesie Exoniensis* [in a later hand],—

Johannes, etc., dilecto filio, Officiali nostro Principali, etc.—Quamvis olim felicis memorie Dominus Petrus [Quivil], Exoniensis Episcopus, Predecessor noster, debite considerans et advertens quod, dum Archidiaconi suorum Archidiaconatum personas et loca visitantes temporalis lucri comoda querunt, corrigendi et reformandi defectus in ipsorum Visitacionibus compertos curam negligunt et omittunt, provide statuerit inter cetera et decreverit ut, cum aliqui ad reparacionem vel emendacionem defectuum in hujusmodi Visitacionibus compertorum per penas peccuniarias sunt artandi, pene ipse, si committantur, non ipsis Visitatoribus, set pocius Ecclesiarum visitatarum usibus, debeant applicari; aliter, vero, recipientes, preter peccuniarum sic receptarum restitucionem, iu duplum pene sic apposite in Fabrice Ecclesie nostre Exoniensis subsidium sanxerit puniendos; quorundam, tamen, ut intelleximus, Archidiaconorum in dicta Ecclesia nostra tam meutis quam administracionis oculos, quorum alter purus, alter providus, esse debet, sic ambicionis vicium excecauit quod zelo justicie, sicut debent, qua illos ad quos reparandi et supplendi defectus in ipsorum

* From this point, as the marginal references shew, many folios of the Register are in a state of confusion. The Entries were, evidently, copied into the Register from separate *Memoranda*, without any regard to chrono-

nological order. I have, of course, arranged them according to their dates; except that groups of documents are printed as they stand, continuously, whatever may be the date of each document,

A.D. 1346. Visitacionibus eminentes ex debito spectat onus, per aliquales coherciones Ecclesiasticas, eciam per modicam substraccionem spiritualis gladii, non procedunt; set pro eis peccuniarias penas ponunt et statuunt plurimum excessivas. Et, cum commisso fuerint ex ipsorum quos res tangit negligencia vel defectu, eas statim levant diligencius et rigidius per Censuras, quas a principio pro dictorum defectuum reparacione contra easdem personas non curaverant, ut prediximus, fulminare. Volentes, igitur, dicti Predecessoris nostri Statutum hujusmodi justum et racionabile, quod ex nimia facilitate nostra per aliquos ducitur in contemptum, efficaciter exequi in hac parte, vobis injungimus firmiter et mandamus quatinus dilectos filios, Archidiaconos in dicta nostra Exoniensi Ecclesia omnes et singulos, sub aliquarum valencium personarum aut duarum saltim fidei dignarum testimonio, moneatis ut de omnibus et singulis pecuniarum summis, quas per supradictum modum illicitum per se vel alios haetenus receperunt, et ad suum lucrum proprium imbur sarunt, Ecclesiis Locorum quibus, in virtute dicti Statuti, quod velud Sanctum et Canonicum fore decernimus observandum, restitucio fuerat, et est, facienda, eciam in presenti, infra unius mensis continuum spacium, integraliter numerent et persolvant, sub pena in Statuto hujusmodi limitata; videlicet, prestacionis dupli sic recepti, in predicte nostre Exoniensis Ecclesie Fabrice subsidium convertendi. Super qua, nisi Monicionibus vestris, quin pocius nostris, paruerint cum effectu, contra ipsos et ipsorum quemlibet, viis et modis omnibus quibus de jure poterimus, procedemus. Diem, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nobis, citra instans Festum Sancti Petri ad Vincula [1 Aug.], distinete certificetis per Literas vestras patentes, etc.—Datum, etc. [Undated].

[fol. 127.] Georgeham [Hamme, MS.]; Master W. Doune, deacon, R.,—
Licence of non-residence for a year, to study (Chudleigh, 18 Sept.).

[Blisland [Bliston, MS.]; *Dimissorie*,—

Philip de Bartone, R.; ordained priest by Benedict, Bishop of Cardica (in Thessaly), in the Conventual Church of Southwark, 23 Sept. (*Register of William de Edyndone, Bishop of Winchester*, fol. D).—F. J. B.]

[fol. 127.] Nymet St. George; Roger Inkpenne, subdeacon, R.,—
A similar Licence to W. Doune's (Chudleigh, 30 Sept.).

[Mutatio Anni Consecrationis Domini.

Anno Domini M°. CCCmo xlviijt°, et Consecrationis Domini
xxmo incipiente.]

145. Bodmin Priory; [*Mandatum pro Visitacione Prioratus Bodminie*],—
Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Dominis Ricardo de Gomersale, de Dydesham, et Johanni de Aldestowe, Sancte Mabene, Ecclesiarum, nostre Diocesis, Rectoribus, salutem, graciā, et benedictionem.—Quum, ex fidei dignorum testimonio et fama publica acclamante, audivimus displicenter quod Prioratus Bodminie, nostrorum Patronatus et Diocesis, adeo iu spiritualibus et temporalibus est inprovide gubernatus quod, nisi remedium competens et oportunum super hiis celeriter apponatur, idem Prioratus ad lapsum perpetuum irreparabiliter declinabit; nos, igitur, circa premissa remedium, quale cum Deo possumus, juxta vires apponere pronis affectibus cupientes, discrecioni vestre, de qua quam plurimum confidimus, committimus et mandamus quatinus, ad dictum Prioratum personaliter accedentes, de hiis que ibidem credideritis reformacionis officio indigere studeatis sollicite

A.D. inquirere veritatem, et eam fideliter in Scriptis redactam, sub sigillis vestris
 1346. quacmicius comode poteritis, transmittatis inclusam; ut, vestra informa-
 Vol. I. cione recepta, circa statum predicti Prioratus quod racionis fuerit et con-
 veniens Canonicis Institutis facere valeamus.—Datum in Manerio nostro de
 Chuddeleghe, primo die Decembris, Anno Domini M°. CCC^{mo} quadragesimo
 sexto, et Consecrationis nostre xx^{mo}.

A.D. —*De Priore Bodminie,*—

1346. Venerabili in Christo Patri, etc., aut vestro in hac parte Commissario, sui
 7. humiles filii et devoti, Decanus Minoris Trige et Vicarius Ecclesie Bodminie,
 obedienciam et reverenciam tanto Patri debitas, cum honore.—Mandatum
 vestrum Paternitatis vestre reverende xxj^o die mensis Januarii, sub hoc
 tenore, recepimus,—Johannes, etc., dilectis filiis, Decano Minoris Trige et
 Perpetuo Vicario Ecclesie Parochialis Bodminie, salutem, graciā, et bene-
 diccionem.—Pridem statui Prioratus Bodminie, nostrorum Patronatus et
 Diocesis, per incuriam et negligenciam Prioris et Canonicorum ejusdem,
 ipsorumque, neconon, ministrorum ac familie superflue et iutilis eorundem
 insolencias multiformes, ere alieno supra vires, ut audivimus, onerati,
 paterno affectu compacientes, dilectis filiis, Dominis Ricardo de Gomersale,
 de Didesham, et Johanni de Aldestowe, Sancte Mabene, dicte nostre
 Diocesis, Ecclesiarum Rectoribus, per nostras certi tenoris Literas dedimus
 in mandatis ut, ad dictum Prioratum personaliter accedentes, super statu
 ejusdem, ac eciam super omnibus et singulis dictum Prioratum concernen-
 tibus, tam in capite quam in membris, que reformacionis auxilio indigerent,
 per solerter inquisitionem investigarent, quantum eis possibile foret, veri-
 tatem, nobisque super detectis et compertis per Literas suas quantocius
 relacionem facerent plenariam et fidelem. Presentatis, itaque, nobis dic-
 torum Commissariorum nostrorum certificatoriis Literis, nonnulla describi
 vidimus in eisdem que ad presens ex certa causa silencio duximus commit-
 tenda; propter que, nichilominus, contra prefatum Priorem Prioratus
 autedicti ad valde gravia et penalia merito habemus procedere, si sint vera.
 Volentes, igitur, examinacione predicti Prioris personali super detectis
 hujusmodi plenius informari, ut sic, ipsorum veritate comperta, super illis
 et eorum reformacione, ad honorem Dei et dicti Prioratus relevamen, prout
 ex Alto nobis attributum fuerit procedamus, vobis, et utrique vestrum
 divisim injungimus firmiter et mandamus quatinus citetis, seu citari
 faciatis, peremptorie, prefatum Priorem quod compareat personaliter coram
 nobis, vel nostro Commissario, in Capella Manerii nostri de Chuddeleghe,
 proximo die Juridico post instans Festum Sancte Agathe, Virginis [5 Feb.],
 detecta hujusmodi visurus et seriosius auditurus, ac super eisdem,
 quatenus ipsius personam ejusve negligenciam vel defectum concernere
 poterunt, responsurus, et de veritate dicenda, si oporteat, personaliter
 fol. juraturus; facturus ulterius et recepturus quod Canonicis convenit Insti-
 145b. tutis. Diem, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis,
 nobis, vel nostro Commissario, dictis die et loco intimetis, vel intimet
 uterque vestrum, Literis vestris patentibus, habentibus hunc tenorem.—
 Datum in Manerio nostro predicto, xvj^o die Januarii, Anno Domini M°.
 CCC^{mo} xlvj^{to}, et Consecrationis nostre vicesimo.—Quod, quidem, Mandatum
 vestrum reverendum, juxta ipsius exigenciam, reverenter sumus executi.—
 Datum Bodminie, primo die Februarii, Auno Domini supradicto.

[*Procuratorium*],—

—Pateat universis per Presentes quod nos, Johannes, permissione Divina
 Prior Prioratus Bodminie, dilectos michi in Christo Dominum Johannem
 de Aldestawe, Rectorem Ecclesie Sancte Mabene, et Fratrem Rogerum de
 Honytone, Concanonicum nostrum, nostros veros et legitimos Procuratores,
 negotiorum Gestores, et Nuncios speciales ordinamus, facimus, et consti-
 tuimus per Presentes. Dantes eisdem, et eorum cuiilibet in solidum,
 potestatem specialem nomine nostro coram Venerabili Patre ac Domino,
 Domino Johanui, etc., aut ipsius Commissario in hac parte, pro nobis et

A.D.
1346-7. nomine nostro comparendi, ac in quibuscumque negociis statum nostrum,
eciam si ad amocationem a Prioratu predicto, vel eciam suspensionem ab
Vol. I. administracione spiritualium et temporalium Prioratus predicti agatur,
agendi et defendendi; nosque et statum nostrum ordinacioni, laudo, et
arbitrio dicti Patris, in premissis, alto et basso submittendi, ac Ordina-
cionem suam audiendi, admittendi, et eidem acquiescendi; ac omnia alia
et singula faciendi et excercendi que in premissis necessaria fuerint vel
oportuna. Ratum et gratum habituri quicquid per dictos Procuratores,
vel eorum aliquem, actum, gestum, vel procuratuni fuerit, sub hypotheca
omnium rerum nostrarum promittimus et exponimus cauciones. In cuius
rei testimonium sigillum nostrum Presentibus duximus apponendum.—
Datum Bodminie, tertio die mensis Februarii, Anno Domini Millesimo
CCCmo quadragesimo sexto.

—*Ordinacio Prioratus Bodminie [A.D. 1347],*—

Venerabili in Christo Patri, etc., sui humiles et devoti in Christo filii, Prior
Prioratus Bodminie et ejusdem Loci Conventus, obedienciam tam debitam
quam devotam, cum honore.—Mandatum vestrum reverendum Die Do-
minica proxima ante Festum Sancti Marci, Evangeliste [22 April], recepi-
mus, sub tenore verborum qui sequitur,—Johannes, etc., dilectis filiis,
Priori Prioratus Bodminie et ejusdem Loci Conventui, nostrorum Patronatus
et Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem.—Cura Pastoralis Officii,
quo vobis, vestroque, prout et ceterorum nostri Gregis, regimini, permittente
Domino, presidemus, circa reformationem et reparacionem eorum que ves-
tre Religionis decus dehonstant vestramque prosperitatem impediunt et
quietem, tanto sollicius (*sic*) vigilare nos angit quanto vos, et dictum vest-
rum Prioratum, ad nostram sollicitudinem immediacius novimus pertinere.
Nuper, siquidem, super statu vestro et Prioratus vestri antedicti, ex Officii
nostri debito, per certos nostros Commissarios diligencius inquirentes, inter
cetera detegi vidimus et probari legitime coram eis, quod idem Prioratus
vester, per vestram ac ministrorum vestrorum incuriam et negligenciam
aliasque insolencias inibi factas, adeo est ere alieno pregravatus, ipsisusque
facultates in tantum dissipate pariter et consumpte, quod, nisi debita pro-
visione celerius occurratur, idem Prioratus ad irreparabilis desolacionis
deducetur dispendium et jacturam. Nos, igitur, vos et Prioratum vestrum
antedictum a dictis debitis aliisque oneribus que vos premunt, quantum
cum Deo possumus, relevare et in statum debitum ac felicem reducere
modis omnibus affectantes, infrascripta, ad honorem Dei vestramque utili-
tatem per nos, de peritorum consilio, cum summa diligentia ordinata, vobis
mittimus, per vos et vestrum singulos, in virtute Sancte Obedience, ac sub
Majoris Excommunicacionis Sentencie pena, firmiter observanda,—In primis

Incipe hic. De Divino Servi Regula servan. De canibus. De ludis inhones. De con-
ordinamus et districte precipimus ut Divinum Officium, diurnum pariter
et nocturnum, in ipso Prioratu vestro congrue et debitis horis, ac cum devo-
cione debita, celebretur; Regularisque Observancia, tam in jejuniis, vigiliis,
cilio. Et silencio, oracionibus, quamaliis que ad vestram Religionem, secundum Regu-
lam Beati Augustini, pertinent, a vobis omnibus observetur.—Item, sub pena
servant. Excommunicacionis districcius prohibemus ne aliquis vestrum, cujuscumque
sit condicionis vel status, tunicis utatur botonatis capuciis secularibus, aut
De ocreis, vel sotularibus rostratis, seu alio quocumque consimili habitu inde-
habitum. De ocreis, vel sotularibus rostratis, seu alio quocumque consimili habitu inde-
centi, per quem videamini ab honestate Regularis Observancie in aliquo
De deviare.—Inhibemus, eciam, sub eadem pena, ne aliquis vestrum intra-
canibus. scepta (*sic*) Prioratus, vel extra ubicunque, canes maiores retineant vel
minores, proprios vel alienos, nisi forte tales sint qui custodie ostiorum
pistripe vel stabuli deputantur.—Interdicimus, insuper, vobis et vestrum
singulis, sub pena supradicta, ludum alearum, tabularum, et scacciariorum,
omnemque alias occupationem inutilem que dissolutionis valeat materiam
De con- generare.—Item, interdicimus omnino vobis quarumcumque consorcia aut
sorco mulier. colloquia mulierum de quibus aliqua posset sinistra suspicio suboriri.
um. Districte precipiendo mandantes ut, quoziens et quando aliquem vestrum de

112 THE REGISTER OF BISHOP GRANDISSON.

De se dendo ad Libros. die in Ecclesia circa Officium Divinum, aut in refectorio aut dormitorio temporibus ad id deputatis, pro necessaria corporis refectione et recreacione, occupari non contigerit, in claustro ad Libros cum Confratribus sedeat et moretur.—Inhibemus, eciam, sicut prius, ne garciones aut alii seculares, occasione qualicumque, in claustro stent vel sedeant, aut refectorium intrent dum Conventus se reficiat in majori prandio vel in cena, nisi id, ex certa causa, de Supprioris et seniorum qui pro tempore fuerint precesserit fol. 146. De ele- mosinis. licencia specialis.—Item, ordinamus quod elemosine debite et consuete in ipso Prioratu, sine diminuacione aliqua, de cetero integraliter, sub pena Anathematis, erogentur; quodque Frater Vincencius Waseke, qui elemosinarie officium per sex annos tenuit, ut audivimus, et de receptis vel administratis per eum nunquam hucusque, ut dicitur, calculavit, citra Festum Sancte Trinitatis jam futurum [27 May], coram dilectis filiis, Domino Johanne de Aldestauwe, Rectore Ecclesie Sancte Mabene, nostre Diocesis, et Fratre Rogero de Honytone, vestro Concanonicco et Confratre, sub debito juramenti coram eisdem per dictum Vincencium corporaliter De com- prestandi, plene calculet de premissis.—Item, per omnia quo ad calculum potored. similem, citra dictum Festum Trinitatis, coram Johanne de Aldestowe et dendo. Confratre vestro antedicto exhibendum modo simili et reddendum, de Sacrista et aliis predicti Monasterii officiariis, qui bona ad ipsa officia pertinencia hactenus ministrarunt, ordinamus et volumus observari.—Item, De sus- quia per simplicitatem supradicti Prioris multa incomoda ipsi Prioratui pensi- ante liec tempora novimus accidisse, prout super hoc per Confratrum et oris Concanonicorum deposicionem et testimonium sumus plenus informati, propter ipsum Priorem, qui se et statum suum, in omnibus, nostris ordinacioni simpli- submiserat atque laudo, ab administracione temporalium quorumcumque citatem. Prioratus ejusdem, ad tempus per nos alias limitandum, suspendimus et totaliter amovemus; eidem, sub pena Excommunicacionis Majoris, distric- cius inhibentes ne ad aliqua Loca vel Maneria dicti Prioratus (Loco Sancte Margarete, quem pro competenti et honesta sui et familie sue mora interim deputamus, dumtaxat excepto), presumat quomodolibet se conferre, nostra Demorasuper hoc licencia primitus non obtenta.—Item, ut prius, volumus et man- Prioris. damus quatinus idem Prior, cum uno honesto Canonicco, a Conventu de vestro consensu unanimi assumendo, qui eidem habebit assistere de die continue et de nocte, tribusque garcionibus sibi in agendis necessariis ser- vituris, infra quindecim dies a tempore receptionis Presencium continue numerosados ad dictum Locum Sancte Margarete transferre se studeat, ibidem extunc continue moraturus, preterquam in Festis Prime et Secunde Dignitatis, in quibus, pro honore Dei et Religionis honestate, ipsum volumus in Ecclesia vestra Conventuali suam presenciam exhibere; et in illis Festis tam ipsum quam dictum Canonicum suum in refectorio De per- reficere cum Conventu.—Ordinamus, eciam, quod idem Prior, pro seipso et cepti- one Pri- oris. Canonico suo hujusmodi, tantum de pane quantum quatuor Canonici infra Domum, et de cervisia quantum tres; ac pro dictis garcionibus suis quinque panes nigros et duas lagenas cervisie, percipiat omni die. Pro ceteris, vero, ut puta vino, carnibus, piscibus, et hujusmodi, que sub cibi et potus generibus continentur; vestiario, eciam, tam pro seipso quam pro dictis Canonico et garcionibus, ac aliis necessariis quibuscumque, volumus et ordinamus quod idem Prior, omni mense Kalendari, viginti solidos per- cipiat sterlingorum.—Item, quia facultatibus dicti Prioratus sic exhaustis, usque ad tempus uberioris fortune, hospitalitatem divitium oportet sub- familie trahere in eodem, ordinamus quod omnis onerosa et inutilis familia, ut onerosa. puta que circa admissionem et recreationem talium hospitum fuerat hac- tenus occupata; necnon, Ricardus de Carhorta, Ricardus Cocus, Johannes Symon, Nicholaus Nelond, Radulphus Barbour, et Rogerus Canville, quos onerosos vobis et inutiles fore didicimus, ab ipso Prioratu, infra octo dies a receptione Presencium, penitus expellantur.—Item, ut prius, ordinamus quod exnunc nullus Canonicorum de Conventu liberacionem vini percipiat aliqualem, usquequo, debitiss vestris eminentibus integraliter persolutis,

De interdicione camearum. possitis absque mutuo vina emere et de proprio precium solvere pro eisdem.—Item, quia separate camere inter Religiosos dissolucionis materiam solent parere quam frequenter, sub pena Excommunicacionis Majoris districcius inhibemus ne Subprior qui nunc est, aut qui pro tempore erit, aliasque quiscumque (*sic!*) Canonicus de Conventu, deputandis per nos administracioni bonorum vestrorum communium dumtaxat exceptis, camere aut diverticulum aliquod habeat separatum, set, juxta Beati Augustini Regulam, quam professi estis, vos omnes simul, ut quilibet vestrum conversacionis alterius testis esse valeat, conversari et vivere volumus in communi. Ut, autem, pro tempore absencie Prioris, et ipso ab administracione bonorum vestrorum communium sic suspenso, Regularis ibidem Observancia non pereat quovismodo, injungimus firmiter dilecto filio, Subpriori vestro, qui pro tempore fuerit, in periculo anime sue et sub obtestacione Divini Judicii, ut, commissa scienter ante hec tempora et omissa in ipso officio necligenter totisnisibus reformando, sic de cetero vigilare studeat super Gregem, quod nedum a nobis sit proinde merito commendandus, set eciam retribucionem eternam digne valeat promerer. Et, quia ad regimen bonorum Prioratus vestri, Priore, ut premittitur, ab administracione suspenso, tales personas expedit assumere que sint in exterioribus providi et interius dispensando discreti, prefatos Dominos Johannem de Aldestowe et Rogerum de Honytone, Concanonicum et Confratrem vestrum, de fidelitate, circumspecione, et industria plurimum commendatos, administratores et gubernatores providimus deputandos; ita quod ipsi, et alii quos, eorum periculo, ad se assumere voluerint, ad relevandum Prioratum vestrum et exterminandum ejus debitum vigilanter insistant, et in omnibus interioribus et exterioribus sedulam curam gerant; firma concepta fiducia quod sub eorum regimine idem Prioratus salubriter dirigetur, et a noxiis et pressuris quas sustinet respirabit. Et quid in premissis feceritis et duxeritis facendum, nos, citra Festum Sancti Barnabe [11 June], reddatis cerciores per Literas vestras patentes, harum seriem et diem receptionis Presencium, ac statum Prioratus predicti, dilucide continentis, sigillo vestro communi consignatas.—Datum in Manerio nostro de Clyst, xx^{mo} die Aprilis, Anno Domini M^o. CCC^{mo} quadragesimo septimo, et Consecrationis nostre vicesimo. —Dono Obediencie astricti, vestris Ordinacioni et Mandato premissis paremus in omnibus in presenti, et in futurum, Deo cooperante, duximus parendum. Set, quia Domino Johanni de Aldestowe, diu absenti et diversis negotiis prepedito, raciones officiariorum bona nostra actenus ministrancium audire non vacavit, ac Dominus Vincencius, Concanonicus et Frater noster, in Scaccario Domini Regis calculaturus de Decima triennali, illustri Regi nostro Anglie concessa, occupatus et absens, de administratis per eundem de bonis nostris calculare non potuit, adeo quod de statu Domus nostre, ut nobis injungitur, vestram Reverendam Paternitatem in presenti certificare non valemus, vestram benignam Clemenciam humiliter postulamus ut, super hiis et omnibus aliis nos quovismodo contingentibus, [nos] habere velitis excusatos.—Data Bodminie, in Domo nostro Capitulari, sub sigillo nostro communii, die Sabbati in Festo Translacionis Sancti Edmundi Archiepiscopi [9 June], Anno Domini supradicto.

fol. 146b.

[A.D.] Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Priori et Conventui Prioratus Bodminie, nostrorum Patronatus et Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem.—Cum nos dilectos filios, Dominum Johannem de Oldestowe, Rectorem Ecclesie Sancte Matrone, et Fratrem Rogerum de Honytone, vestrum Concanonicum et Confratrem, ex certis causis que in nostris patentibus Literis, vobis alias directis et per vos admissis et certificatis plenius sunt descripte, quorumcumque bonorum vestrorum temporalium, tam infra dictum Prioratum vestrum quam extra, administratores, dispendatores, ac gubernatores deputaverimus et custodes; vobis omnibus, et singulis vestrum singulariter, in virtute Obediencie et sub Majoris Excommunicationis Sentencie pena, injungimus firmiter et mandamus quatinus,

1347.]

[A.D. dictos Johannem et Rogerum devote, prout convenit, admittentes, eisdem
 1347.] in commissa sibi sollicitudine in omnibus humiliter intendatis.—Datum in
 Vol. I. Manerio nostro de Clyste, decimo die Junii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo}
 quadragesimo septimo, et Consecrationis nostre vicesimo.

Johannes, etc., dilectis filiis, Domino Johanni de Oldestowe, Rectori Ecclesie
 Sancte Mabene, et Fratri Rogero de Honytone, Canonico Regulari Prioratus
 Bodminie, nostrorum Patronatus et Diocesis, salutem, graciam, et benedic-
 cionem.—Cum nuper, super statu dicti Prioratus Bodminie ex nostri Officii
 debito per certos nostros Commissarios inquirentes, inter cetera comperimus
 facultates ipsius Prioratus per simplicitatem Prioris ejusdem, incuriam,
 eciam, et negligenciam ministrorum ministrancium in eodem, aliasque
 insolencias inibi factas, dissipatas, distractas multipliciter et consumptas ;
 nos, prefatum Priorem, nostris ordinacioni, laudo, et arbitrio se ac statum
 suum provide totaliter submittentem, ab administracione temporalium
 quorūcumque dicti Prioratus ad tempus, prout secundum Deum nobis
 expedire videbitur limitandum, exigentibus suis meritis rationabiliter
 duximus suspendendum, certis sufficientibus porcionibus pro sua et familie
 sue sustentacione sibi interim assignatis, prout in patentibus Ordinacionis
 nostre Literis premissa inter alia plenius continentur. Verum, ne propter
 defectum circumspecti regiminis, dicto Priore ab administracione tempor-
 alium sic suspenso, idem Prioratus in suis hujusmodi temporalibus, detri-
 mentum aliquod paciatur, vos et utrumque vestrum conjunctim, de quorum
 fidelitate et circumspeccionis industria fiduciam in Domino gerimus
 pleniorem, administratores et dispensatores, gubernatores, eciam, et custodes
 quorūcumque bonorum temporalium Prioratus antedicti, tenore Presenti-
 ciuni, deputamus ; vobis et utrique vestrum, sub debito Obedience et in re-
 missionem peccatorum vestrorum, firmiter injungentes quatinus, lapsum
 ipsius Prioratus reparando, et dispersa ac indebite alienata, quantum
 vobis possibile fuerit, congregando et in statum debitum reponendo, ad
 relevacionem ejusdem, ad presens ere alieno onerati plurimum et depressi,
 studeatis totis viribus insudare ; contradictores quoslibet et rebelles in
 commisso vobis per nos hujusmodi ministerio per quascumque Censuras
 Ecclesiasticas compescentes. Ad que omnia et singula facienda, excer-
 cenda, et exequenda vobis conjunctim vices nostras committimus, cum
 cohercionis Canonice potestate.—Data in Manerio nostro de Clyste, x^{mo}
 die Junii, Anno Domini M^o. CCC^{mo} xl^{mo} septimo, et Consecrationis nostre
 vicesimo.

A.D. [Dimissorie,—

1346. Thomas de Lyndewode, of the Diocese of Exeter, was ordained subdeacon,
 24 Feb., 1346-7, by the Bishop of Winchester, in his Chapel at Southwark ;
 "ad titulum Abbatis et Conventus de Fertelande" (*Register Edyndone*,
 fol. E^b).

On the same day

—Roger Ouger was ordained priest ; "ad titulum Prioris et Conventus Sancti
 Germani," and

—Stephen Stabbe, of Tregony, also priest ; "ad titulum Abbatis et Conventus
 Monasterii de Loco Regali [Rewley], juxta Oxonię" (*ibid.* fol. E^{*}).—
 F. J. B.]

[Mutatio Annī Incarnationis Domini.]

Anno Domini M^o. CCC^{mo} quadragesimo septimo incipiente,
 et Consecrationis dicti Patris vicesimo.

A.D. Polsloe Priory ; Pro Custodia Prioratus de Polslo, ipsius vacacione
 1347. durante,—

[fol. 143.] Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Magistro David Alyam, Canonico

A.D.
1347. Ecclesie nostre Collegiate Sancte Crucis Criditonie, et Willelmo de Doune,
domicello nostro, salutem, graciam, et benedictionem.—Cum Prioratus de
Vol. I. Polslo, nostrorum Patronatus et Diocesis, nobis tam in spiritualibus quam
temporalibus pleno jure subjectus, per mortem dilecte quondam filie,
Domine Margerie de Wydepole, ultime ejusdem Prioratus Priorisse, dinos-
catur jam vacare; ne idem Prioratus, cuius regimen et custodia, durante
vacacione ejusdem, ad nos non est dubium pertinere, in bonis seu facul-
tatis suis detrimentum paciatur, vos, de quorum fidelitate et industria
quam plurimum confidimus, in bonis ejusdem Prioratus, tam mobilibus
quam immobilibus quibuscumque, Custodes, tenore Presencium, deputamus.
Proviso quod de bonis hujusmodi debitam curam geratis, ac ea, excepta
sustentacione congrua ministrancium ibidem in Divino Cultu, et necessarie
eorum familie, quam de bonis hujusmodi deduci volumus, sub arto et salvo
custodiatis Sequestro, seu faciat, vestro periculo, custodiri. Ad que
facienda vobis, communiter et divisim, vices nostras committimus, cum
cohercionis Canonice potestate.—Data apud Clyste, xvij^o die Aprilis, Anno
Domini M^o. CCC^{mo} quadragesimo septimo, et Consecrationis nostre vice-
simo.

Postulatoria Licencie eligendi Priorissam de Polslo,—

Et memorandum quod [x]viiij^o die mensis Aprilis, Anno Domini M^o. CCC^{mo}
xlvij^o, Indicione xv^a, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini,
Domini Clementis, Divina Providencia Pape VI^{ti}, Anno quinto, comparue-
runt coram Venerabili Patre, Domino Johanne, Dei gratia Exoniensi
Episcopo, in Manerio ejusdem Patris apud Clyste, Domine Matillis Gam-
bon, Subpriorissa Monasterii de Polslo, et Margareta de Brankescombe,
ejusdem Monasterii Monialis, presentantes dicto Patri quasdam Literas
postulatorias Licencie ad eligendum Priorissam eis, et eorum Monasterio
Priorisse solacio, ut dicebant, destituto; quarum Literarum tenor talis
est,—Reverendo in Christo Patri, etc., sue humiles et devote in Christo
filie, Johanna atte Wode, Monialis Professa et Tercia Priorissa Monasterii
de Polslo, Ordinis Sancti Benedicti, Exoniensis Diocesis, et ejusdem Loci
Conventus, obedienciam [et] reverenciam tanto Patri debitas, cum honore.
—Vestre Reverende Paternitati per dilectas in Christo Sorores nostras,
Dominas Matillidem Gambon, dicti Monasterii Subpriorissam, et Margare-
tam de Brankescombe, Moniales, duximus intimandum quod nuper bone
memorie Domina Margeria de Wydepole, nostra, dum viveret, et dicti
Monasterii Priorissa, viam universe carnis fuit ingressa, ac septima decima
die mensis Aprilis, Anno Domini M^o. CCC^{mo} quadragesimo septimo, ipsius
corpus sacre, eciam, traditum sepulture. Quas Matillidem et Margaretam,
dicti Monasterii Moniales et nostras Sorores predictas, ipsi Reverende
Paternitati vestre mittimus, per Presentes, ad petendum Licenciam
eligendi, ut moris est, unam de Conventu nostro in Priorissam nostram, in
spiritualibus et temporalibus circumspicciorem. In cuius rei testimonium
sigillum nostrum commune Presentibus est appensum.—Data apud Polslo,
in Domo nostra Capitulari, Anno, die, et mense supradictis.—Quibus
Literis per dictum Patrem inspectis et lectis, idem Pater concessit et dedit
Licenciam dictis Monialibus et Conventui de Polslo ut futuram Priorissam
eligerent et ad Eleccionem procederent; et Literas suas inde licenciales
fieri mandavit. Presentibus Domino Johanne, Vicario Ecclesie de Budde-
legh, et Willelmo Doune, domicello, Domino Johanne Perour, Magistris
David Aliam et Ricardo de Toudeworthe, Publicis Auctoritate Apostolica
Notariis, etc.—Tenor Litere licencialis de qua supra fit mencio talis est,—

Licencia eligendi Priorissam concessa,—

Johannes, etc., dilectis filiabus in Christo, Religiosis Mulieribus, Subpriorisse
Monasterii Beate Katerine de Polslo, nostrorum Patronatus et Diocesis, et
ejusdem Loci Conventui, salutem, graciam, et benedictionem.—Devotis
postulacionibus vestris, legitime nobis porrectis, pio affectu annuere
cupientes, eligendi Canonice personam idoneam in futuram Priorissam

A.D. ejusdem Monasterii, nunc vacantis, vobis Licenciam concedimus per Pre-
 1347. sentes, juribus Episcopalibus et Ecclesie Exoniensis dignitate in omnibus
 Vol. I. semper salvis.—Data apud Clyst, xvij^o die mensis Aprilis, Anno Domini
 M^o. CCC^{mo} quadragesimo septimo, et Consecrationis nostre vicesimo.
 —Item, ultimo die mensis Aprilis, Anno predicto, Domine Matillis Gambon
 et Johanna de Baketone, Moniales dicti Monasterii et Procuratrices et
 Instructrices in dicta Eleccionis negocio, exhibuerunt dicto Venerabili Patri,
 in Manerio suo de Clyst, Decretum Eleccionis hujusmodi, sub sigillo Con-
 ventus ejusdem Monasterii, ac signo et subscripcione Magistri David Alyam,
 clerici, Publici Auctoritate Apostolica Notarii; cuius tenor sequitur in
 hunc modum,—

Decretum Eleccionis Priorisse de Polslo,—

Reverendo in Christo, etc., Monasterii Patrono infrascripti ac propicio Pro-
 tectori, sue humiles et devote filie, Matillis Gambon, Subpriorissa Monas-
 terii Beate Katerine de Polslo, Ordinis, etc. (*ut supra*), locum tenens
 [fol. 143b.] in Capitulo, Isabella de Maundeville, Johanna de Baketone, Beatricia
 Beauchamp, Johanna atte Wode, Mulieris Prodromine, Agnes de Watforde,
 Anastasia Denebaud, Finis de Netherhavene, Margeria de Dodescombe,
 Johanna Prodromine, Margareta atte Wode, Margareta de Brankescombe,
 Johanna Dauney, Argentela de Stauforde, Thomasia Puddyng, Cecilia
 Sweteheye, Moniales dicti Monasterii de Polslo, Conventum ejusdem
 Monasterii facientes, obedienciam [et] reverenciam tam debitas quam
 devotas tanto Patri, cum honore.—Cum Sacris Canonicis cautum sit, ut
 didicimus a peritis, quod ultra sex nienses Eleccio, eciam ad Prelaturam
 Regularem vacantem, differri non debet, ne Ecclesia ipsa ex diuturniori
 vacacione in spiritualibus et temporalibus paciatur detrimentum; eapropter,
 pie memorie Domina Margeria de Wydepole, dicti nostri Monasterii
 nuper Priorissa, defuncta quintadecima die mensis Aprilis, Anno Domini
 M^o. CCC^{mo} quadragesimo septimo, Indicione quintadecima, Pontificatus
 Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Domini Clementis, Divina
 Providencia Pape Sexti, Anno quinto; et ejus corpore, cum ea reverencia
 qua decebat, Ecclesiastice tradito sepulture septimadecima die mensis, Anni,
 Indicacionis, et Pontificatus predictorum; nunciataque vestre Paternitati
 vacacione dicti nostri Prioratus, ac per vos, Patronum nostrum et Protec-
 torem, ut premittitur, data gracie Licencia eligendi; conveniebamus in
 Capitulo nostro, Sororibus nostris, Emma scilicet Guldene, jam defuncta, et
 Agatha de Ferers tunc languentibus, nec valentibus interesse; quarum
 utraque, requisita de voto suo prebendo in agendis circa Eleccionem Prior-
 isse tunc instantem, dixit quod placaret eis quod cetere facerent de Con-
 ventu; nobismet ipsis diem, videlicet vicesimum dicti mensis, Anno, Indic-
 ione, et Pontificatu predictis (presentibus Magistro David Alyam, Notario
 infrascripto, et Dominis Johanne, Perpetuo Vicario Ecclesie de Buddeleghe,
 et Waltero de Sancta Tettha, capellano, testibus ad hoc vocatis et rogatis),
 pro Eleccione future Priorisse Canonice facienda statuentes. Qua die,
 summo mane, nos, Subpriorissa et Moniales prediche, languentibus supra-
 tactis exceptis, una cum Juliana de Brutone, Consorore nostra, Chorum
 Ecclesie nostre ingressse personaliter interfuius Misse de Sancto Spiritu
 solemniter celebrate; ac postea, Verbo Dei in presencia nostra proposito
 in eodem Choro, et deinde ympno Sancti Spiritus, videlicet *Veni, Creator*
Spiritus, in Capitulo solemniter et devote decantato, ad negocium Elec-
 cionis tunc imminentis processimus, secundum subsequentem effectualem
 modum; videlicet, quod lecto primitus, sicut moris est, coram nobis,
 Capitulo seu Decretali divulgata, que incipit *Quia propter*, et ipsius
 intellectu diligenter per Instructorem nobis exposito, ut conveniebat pro-
 tunc, quantum ad formas Eleccionis Canonice observandas, finaliter consen-
 siebamus in viam compromissi pro Eleccione facienda, ut Canonicam,
 expeditissimam, ut didicimus, a minoribus periculis subjacentem. Ad
 perficiendam, siquidem, compromissi preelectam viam, ex unanimi et

A.D. 1347. deliberato nostro consensu et assensu, sex numero Consorores nostri Conventus expresse Professe unanimiter electe extiterunt in continenti; vide-

Vol. I. licet, Matillis Gambon, Subpriorissa, Johanna atte Wode, Tercia Priorissa, Mulieris Proudhomme, Cantarissa, Johanna de Baketone, eciam Cantarissa, Juliana de Brutone, Sacrista, et Isabella de Maundeville. Et eisdem Commonalibus nostris, sic electis, potestatem dedimus specialem, per residuum illius diei duraturam, Prioratui nostro de Priorissa providendi, sub forma que sequitur; videlicet, quod illam admitteremus in Priorissam nostram et pro Priorissa haberemus et teneremus quam omnes, vel major pars dictarum Compromissariarum de aliis Monialibus de Capitulo nostro dumtaxat eligerent, vel major pars ipsarum Compromissariarum eligeret de seipsis. Postea, statim, predice Moniales Compromissarie, trahentes ad se partem Capituli a ceteris Commonalibus remanentibus seorsum versus claustrum, diligentem inter se tractatum habuerunt de aliquibus personis, primo de seipsis, postea de aliis personis de Conventu, loquendo et conferendo de moribus, vita, et meritis earundem. Et postquam inter se sic contulissent, tandem predictis Consororibus nostris Compromissariis placuit quod Soror Juliana de Brutone, earundem Compromissaria, diverteret se ab eis; quod et fecit, ad locum vicinum. In cuius absencia de ipsa Sorore Juliana cetere, ipsius Compromissarie, habuerunt sermones, notando et affirmando quod, inter omnes alias de Conventu nostro, in spiritualibus simul et in temporalium negotiorum direccione, et in bono regimine omnes alias de Conventu precellebat. Et finaliter, attendentes predice Juliane merita et valorem ad regimen Prioratus nostri, in virtute compromissarie potestatis eius date a ceteris de Conventu, eam unanimiter et concorditer elegerunt in dicti Prioratus nostri Priorissam, prout predice Sorores, nostre Compromissarie, expressata superius in compromissario hujusmodi negocio per easdem fuisse acta et gesta fideliter et seriose nobis postea retulerunt. Et statim post relacionem nobis factam hujusmodi, cetere nos Consorores de Conventu presentes, ut premittitur, unanimiter et gratanter Eleccionem hujusmodi approbavimus. Et in continenti, sine intervallo, Sorores nostre Compromissarie, Electrices predice, ac cetere presentes de Conventu, dictis Juliana et Subpriorissa exceptis, potestatem specialem dedimus et concessimus Subpriorisse nostre supratacte ad faciendum, nomine tocius Conventus nostri, communem Eleccionem de Consorore nostra Juliana supradicta in nostram et nostri Monasterii Priorissam. Dicta, vero, Subpriorissa nostra hujusmodi potestatem in se recipiens, post aliquantulum pausam ad incorporandum sibi verba preferenda in eligendo ut nobis videbatur, in presencia tocius Conventus, in vulgari intelligibiliter protulit verba que sequntur,—Ego, Matillis, Subpriorissa Prioratus Monialium de Polslo, Ordinis Sancti Benedicti, Exoniensis Diocesis, habens potestatem Eleccionem faciendi in communione Sorore nostra, Juliana de Brutone, per Compromissarias suas Canonice electa, prout ipsis eligere competebat in virtute potestatis eius attribute, ipsam Sororem Julianam, in spiritualibus et temporalibus multipliciter, ut convenit, circumspectam, bene morigeratam, legitime etatis existentem, Ordinem Sancti Benedicti expresse Professam, et aliunde, eciam, sufficientem et habilem,—In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, nomine meo, et nomine tocius Conventus, eligo in communione Priorissam Monasterii et Prioratus nostri de Polslo, Diocesis Exoniensis predice. Quam, vero, Eleccionem nos omnes et singule presentes de Conventu, alie a dicta Electa, expresse approbantes, predictam Julianam, Electam nostram, de Capitulo nostro ad Majus Altare Ecclesie nostre Conventualis adduximus, laudantes Deum et decantantes *Te Deum laudamus*, sicut in talibus actibus decantari est consuetum. Et postea, ne Eleccio nostra hujusmodi clandestina videretur, quod vetant Canones ut intelleximus, publicari eam fecimus in Ecclesia nostra Conventuali intelligibiliter popularibus, qui interfuerunt copiose. Postea in continenti, in Ecclesia nostra predicta, per nos omnes Sorores alias presentes de Conventu requisita

A.D. fuit dicta Electa nostra quod Eleccioni de se communiter et concorditer
 1347. facte suum preberet assensum. Que respondit et dixit quod magis suffi-
 Vol. I. cientes erant Sorores de Conventu quam ipsa pro statu Priorisse, et quod super hujusmodi requisitione volebat deliberare. Presentibus hujusmodi actis et gestis per nos, in dictis Ecclesia nostra, Choro, et Capitulo, Anno, die, mense, Indicione, et Pontificatu predictis, Magistro David Alyam, Notario infrascripto, Domino Johanne, Perpetuo Vicario Ecclesie de Buddeleghe, predictis, Roberto Berwa, Vicario in Ecclesia Cathedrali Beati Petri Exonie, et aliis testibus, ad premissa vocatis specialiter et rogatis.—In crastino, vero, videlicet vicesima prima die dicti mensis, Anno, Indicione, et Pontificatu predictis, in quadam camera nostro Monasterio contigua, infra portam clausi Monasterii nostri de Polslo situata, Subpriorissa nostra predicta, Johanna de Baketone, Anastasia Denebaude, et Johanna Dauney, nostri Monasterii Commoniales, de consensu nostro, ad consenciendum Eleccioni de ipsa facte eam interpellabant ex parte nostra et instanter. Electa, vero, predicta respondit ut prius, sicut predicte Sorores nostre residuis de Conventu referebant, presentibus dictis Notario et testibus supra proximo prescriptis. In crastino, vero, videlicet vicesima secunda die dicti mensis, Anno, Indicione, et Pontificatu predictis, in Capella Sancti Thome, Martiris, vicina Ecclesie nostre Conventuali, venientes ad dictam Electam nostram dicte Subpriorissa, Johanna de Baketone, Margareta de Brankescombe, et Johanna Dauney, Consorores nostre, ex parte nostra requirentes eam, ut prius et instanter, de assenciendo Eleccioni de ea facte secundum Canonicas Tradiciones, et ipsa Soror Juliana, Electa nostra, finaliter respondit quod Voluntati Divine, per quam reputavit voluntates Consorum suarum ad eam eligendam fuisse informatas, noluit reluctari; et dixit,—In Nominis Patris et Filii et Spiritus Sancti, confisa quod Eleccio de me facta Deo placeat, et Reverendo in Christo Patri, Domino Johanni, Dei gratia Exoniensi Episcopo, Ordinario, Patrono, et Protectori nostro placebit, Eleccioni de me facte in Priorissam Monasterii hujusmodi de Polslo assencio; prout predicte Sorores nostre requirentes consensum dicte Eleccioni nostre referebant. Presentibus Magistro David Aliam, Notario Publico Auctoritate Apostolica, Domino Roberto Berwa, Vicario, predictis, Johanne de Wyldelaunde, Johanne de Hoddeforde, viris literatis, dictae Exoniensis Diocesis, et aliis testibus, ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Supplicamus, igitur, Paternitati vestre reverende, tam devote quam humiliter, voto unanimi et consensu, quatinus Eleccionem eandem, sic debite et Canonice celebratam, dignemini confirmare, et alia postea exequitive adimplere que vestro in hac parte incumbunt Officio et dictaverint Canonice Sancciones; ut, Deo auctore, nobis, ac nostro Monasterio, velud Priorissa idonea, in hiis que ad Priorissam spectare dinoscuntur, preesse valeat utiliter et prodesse, nosque sub ipsa in vera obediencia ut vere Priorisse nostre, vestra auctoritate ordinaria nobis preferende, parendo et obediendo, ut convenit Canonici Institutis, mereri possimus apud Deum. Ceterum, ut Paternitas vestra reverenda evidencius cognoscat vota nostra in predictis omnibus et singulis, ac in petizione hujusmodi nos existere unanimes et concordes, presens nostre Eleccionis Decretum Paternitati vestre reverende transmittimus. Quod, quidem, Decretum, ad majorem fidem, per infrascriptum Publicum Auctoritate Apostolica Notarium scribi, et in hanc formam publicam redigi fecimus, et sigillo nostro communi sigillari.—Datum et actum diebus, mense, Anno, Indicione, Pontificatu, et locis predictis; presentibus testibus suprascriptis.—Et ego, David Alyam, clericus, Exoniensis Diocesis predicte, Publicus Auctoritate Apostolica Notarius, decimo octavo die dictorum mensis Aprilis, Anni, Indiccionis, et Pontificatus, in dicta Domo Capitulari Monasterii de Polslo, una cum dictis Domino Johanne, Perpetuo Vicario Ecclesie de Buddeleghe, Waltero de Sancta Thetha, presbitero, dictae Diocesis, testibus prescriptis ad hoc vocatis et rogatis, presens fui, vidi, et audivi, quando dicti

A.D.
1847. Subpriorissa et Conventus presens convenientes sibi ipsis diem et locum
supradictos, videlicet vicesimum diem dicti mensis, Anno, Indicione, et
Vol. I. Pontificatu predictis, pro Eleccione future Priorisse, ut dicebant, in dicta
Domo Capitulari facienda, statuerunt. Premissorum, eciā, Missa de
Sancto Spiritu celebracioni, Verbi Dei proposicioni, Ympni, videlicet *Veni,*
Creator Spiritus, decantacioni, Decretalis sive Constitutionis *Quia propter*
lecture et exposicioni, et in formam Eleccionis faciende per viam com-
promissi consensui; et Eleccioni de dictis Consororibus Compromis-
sariis unanimiter facte, et earum specialis, ut premittitur, potestatis de
eligendo donacioni sive dacioni, sub forma prescripta; et dictarum Compro-
missariarum tractatui, locucioni, et collacioni seorsum a Conventu habitis;
ac Eleccioni concordi dictarum Compromissariarum, virtute hujusmodi
potestatis eis date, de dicta Domina Julianā facte; relationi, eciā, facte
Conventui de Eleccione per ipsas Compromissarias concorditer facta; hujus-
modi, eciā, Eleccionis approbacioni per dictum Conventum; potestatis,
eciā, dacioni dicte Subpriorisse ad Eleccionem faciendam, in communi
nomine tocius Conventus, de dicta Domina Julianā, et hujusmodi potestatis
receptioni per dictam Subpriorissam, et dicte Subpriorisse in virtute potes-
tatis ad hoc, ut premittitur, sibi date, Sancte Trinitatis Nomine invocato,
Eleccioni facte, in communi nomine tocius Conventus, de dicta Domina
Julianā; hujusmodi Eleccionis in communi facte, eciā, approbacioni ex-
presse per dictum Conventum, et dicte Electe ad Majus Altare adduccioni,
ac Psalmi *Te Deum laudamus* decantacioni; ipsiusque Eleccionis publicacioni
popularibus; ac requisitioni facte in dicta Ecclesia dicte Electe ad consencien-
dum hujusmodi Eleccioni de se concorditer facte; et responsioni per dictam
Electam date, prima vice, una cum dicto Domino Johanne, Perpetuo Vicario
dicte Ecclesie de Buddeleghe, et Roberto Berwa, Vicario Chorali in Ecclesia
Cathedrali Exonie, testibus, dicte Diocesis, in supradicto Eleccionis negocio
presencialiter existentibus, ad hec vocatis specialiter et rogatis; sub dicto vic-
esimo die dicti mensis Aprilis, Anno, Indicione, Pontificatu, et locis predictis,
presens fui, eaque sic fieri vidi et audivi. Subsequenter, vero, vicesima prima
die dicti mensis predicta, Anno, Indicione, et Pontificatu predictis, in quadam
camera Monasterio de Polslo predicto contigua, ut premittitur, dicte Electe
consensus iterate peticioni, et ejusdem Electe responsioni, una cum dicto
Domino Johanne, Perpetuo Vicario Ecclesie de Buddeleghe, Johanne de
Huddeforde, viro literato, et aliis testibus, dicte Diocesis, ad hoc vocatis et
rogatis; demum vicesima secunda die dicti mensis Aprilis, Anno, Indicione,
et Pontificatu predictis, in Capella Beati Thome, Martiris, predicta,
una cum dictis Domino Roberto Berwa, Vicario, Johanne de Huddeforde,
Johanne de Wyldelaunde, viris literatis, et aliis testibus dicte Diocesis in
multitudine copiosa, ad hoc vocatis specialiter et rogatis, dicte Electe pre-
bendi consensus peticioni et ipsius Electe assensus prestacioni Eleccioni de
se facte, ut superius in Decreto exprimitur, presens interfui; eaque omnia
et singula sic fieri vidi et audivi, scripsi, publicavi, et in hanc publicam
formam redigi, signoque meo et nomine consuetis signavi, rogatus, in fidem
et testimonium premissorum.

Reverendo in Christo Patri, etc., Johanni, etc., devotus suus, Hugo de Setone,
sue Exoniensis Ecclesie Canonicus, et ipsius Patris Officialis, obedienciam,
reverenciam, et honorem.—Vestre Paternitatis injunctum michi literatorie
Mandatum recepi, in hec verba,—Johannes, etc., dilecto filio, Magistro
Hugoni de Setone, Canonico Exoniensi, Officiali nostro, salutem, graciam,
et benedictionem.—Vacante nuper Monasterio Beate Katerine de Polslo,
nostrorum Patronatus et Diocesis, per mortem pie memorie Religiose
Mulieris, Domine Margarete de Wydepole, dicti Monasterii ultime et inme-
diata Priorisse; nunciataque nobis hujusmodi vacacione dicti Monasterii
per Literas dilectorum filiarum Religiosarum Mulierum, Matillidis Gambon,
dicti Monasterii Subpriorisse, et ejusdem Conventus; et petita Licencia a
nobis per easdem Religiosas Priorissam eligendi et obtenta; deinde dicta

A.D. Subpriorissa et Moniales de dicto Conventu, ad Eleccionem procedentes,
 1347. quamdam Julianam de Brutone, Monialem dicti Monasterii, Ordinis Sancti
 Vol. J. Benedicti, nostre Diocesis, expresse Professam, concorditer et Canonice, ut
 dicitur, elegerunt ; eni, quidem, Eleccioni dicta Julianam Electa suum postea
 prebuit assensum ; cuius, quidem, Eleccionis approbacio et ipsius Electe
 Confirmacio a nobis, cum instancia, ex parte Subpriorisse et Conventus
 predictorum literatorie est petita. Attendentes, igitur, quod, sicut absque
 deliberacione sufficienti et matura, ad inpugnacionem Eleccionis concordis
 maxime, et Electe persone periculosum esset valde, inconsulte prosilire, ita
 iuxta Apostolicam doctrinam, secundum quam nemini cito manus appro-
 batoria est imponenda, ad Confirmacionem earundem jure ordinario
 repentine non est procedendum ; vobis, firmiter injungendo, mandamus
 quatinus, predicte concordis, ut dicitur, Eleccionis ac aliorum premissorum
 primitus denunciacione ac publica et solemni proclamacione in Monasterio
 predicto et alibi, coram Clero et populo in multitudine congregatis, publice
 facta, peremptorie citetis, seu citari faciatis, in genere omnes et singulos
 quorum interesse poterit et sua juste crediderint interesse, qui se opponere
 voluerint in hac parte, quod compareant coram nobis, vel nostro Commis-
 sario, in Capella nostra de Clyste, die Lune proxima post Festum Sancti
 Marci, Evangeliste [30 April], suas oppositiones prosecuturi, ac precise et
 pro termino peremptorio dicturi et proposituri, in forma juris, quare ad
 Confirmacionem Eleccionis et Electe, ut petitur, minime procedere
 debeamus, et ad probandum et sufficienter ostendendum contradiccionem et
 compositionem, si que legitime et admissibiliter fiant, veritatem adesse
 plenam, et faciendum et recipiendum in hujusmodi negocio ulterius quod
 ipsius negotii natura requirit et Canonice dictaverint Sancções. Et quid
 super hiis feceritis nos, vel nostrum Commissarium, dictis die et loco
 certificetis per Literas vestras patentes, harum seriem et nomina hujusmodi
 opponeucium, si qui sint, seriosius continentis.—Datum apud Clyst, xxij^o
 die mensis Aprilis, Anno Domini M^o. CCC^{mo} quadragesimo septimo, et
 Consecrationis nostre vicesimo.—Quod, quidem, Mandatum vestrum in
 Consistorio vestro publico Exonie, et in predicta Ecclesia vestra Conven-
 tuali de Polslo, publicando, proclamando, et citando, temporibus oportunis,
 ut precipitur, reverenter sum executus ; nulla omnino persona se opponente
 seu reclamante contra dictas Eleccionem seu Electam, quod scire potui,
 existente.—Data Exonie, ultimo die mensis [Aprilis], Anno Domini supradicto.

[*Confirmacio Eleccionis*].—

IN DEI NOMINE, AMEN.—Examinato per nos, Johannem, etc., diligenter negocio
 Eleccionis concorditer facte in Prioratu de Polslo, nostrorum Patronatus et
 Diocesis, de Julianam de Brutone, Moniali ibidem expresse Professa, etatis
 legitime et conversacionis honeste, et alias habili et idonea, ad statum
 Priorisse in Prioratu supradicto ; quia sufficienter invenimus et nobis
 constat dictam Eleccionem rite et Canonice factam esse de persona habili, ut
 premittitur ; observatis omnibus que substancialiter de jure requiruntur in
 hac parte ; eandem Eleccionem ut Canonice factam, auctoritate nostra
 ordinaria, ex certa sciencia approbamus et confirmamus in hiis Scriptis.

fol. 146b. Colaton-Raleigh ; *Composicio Vicarie de Coletone [Raulegh, in a*
later hand],—

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis ad quos presentes Litere pervenerint,
 Johannes, etc., salutem, graciam, et benedictionem, ac presentis rei geste
 perpetuam memoriam. —Sacrorum Canonum nos instruunt Instituta ut
 subditos nostros invicem discordantes ad pacem et concordiam inducere
 studeamus. Hinc est quod, cum inter dilectos filios Dominum Ricardum,
 Decanum Ecclesie nostre Exoniensis, ex parte una, et Dominum Robertum,
 Vicarium Perpetuum Ecclesie nostre Parochialis de Coletone, nostre Diocesis,
 ex altera, dicto Decanatu Canonice unite, occasione decimatarum, tam majorum
 quam minorum, de locis et terris infra fines et limites ac decimaciones dicte

A.D. 1347. Parochie situatis proveniencium, nuper fuerit gravis subhorta materia questionis, ac in nostro Consistorio inter Partes predictas lis diutina ventilata ; Vol. I. tandem dicte Partes invicem, de consensu nostro, Compositionem super fol. 147. premissis inierunt in hunc modum,—videlicet, quod dictus Vicarius suo tempore, et sui successores in Vicaria antedicta, percipient et habebunt, nomine Vicarie predice, totum Sanctuarium apud Coletone, manso Domini Decani cum suis gardenis nunc existentibus exceptis ; necnon, decimas garbarum de Boystoke et decimas majores omnium veterum curtilagiorum per vangam excultarum, ac eciā omnes decimas minores, tam veterum curtilagiorum quam novorum curtilagiorum nunc existencium. Percipient, insuper, [et] habebunt Vicarius antedictus et successores sui omnem decimam feni a loco qui vocatur Coyssche provenientem versus Occidentem usque Blakedone ; ac, eciā, totum altilagum superius non expressatum ; videlicet, omnes oblationes, mortuaria, obvenciones, et minutas decimas, omnes et singulos, ad ipsam Ecclesiam de Coletone quomodolibet spectantes ac provenientes, seu ad Altare dicte Ecclesie delatas, vel eidem Ecclesie de jure ac consuetudine debitas, una cum oblationibus Capelle Sancti Andree ; salvis Decano predicto et successoribus suis omnibus decimis majoribus et minoribus, aliis a predictis, que pro porcione Vicarii qui est, aut pro tempore erit, superius designantur, de quibuscumque terris provenientibus aratro vel vanga excultis ; una cum oblationibus ad Capellam Sancti Theobaldi et decima silve cedue, in eadem Parochia provenientibus ; que ad dictos Decanum et successores suos spectabunt imperpetuum. Nos, vero, bonum pacis affectantes, ac dictam Compositionem, tam in materia quam in forma, bonam et congruam invenientes, ut inter Partes predictas vigeat tranquillitas, fervor caritatis estuet, et invalescat de cetero concordie unitas, quodque prefata Compositio realis permaneat, ipsam auctoritate nostra Diocesana, in hiis Scriptis, et ex certa scientia, confirmamus, et ex Officio nostro Pastorali firmam facimus et vallamus, ipsamque sigilli nostri appensione munimus et approbamus. Data apud Clyste, viij^o die mensis Maii, Anno Domini M^o. CCC^{mō} quadragesimo septimo, et Consecrationis nostre xx^{mō}.

Episcopal Visitation ; Mandatum pro Visitacione exercenda et ad interdicendum Archidiaconis exercicium Jurisdiccionis durante Visitacione,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Archidiacono Barnastapolie et ejus Officiali, salutem, graciam, et benificacionem.—Quia, juxta Officii nostri debitum, Ecclesias, Clerum, et populum tam nostre et cuiuscumque alterius Peccularis quam eciā Archidiaconalis Jurisdiccionis Archidiaconatus Barnastapoliensis, diebus et locis in cedula Presentibus annexa seriosius expressatis, Deo nostrum adimplente propositum, visitare intendimus, et ea debite corrigere et reformare que ibidem tunc invenerimus corrigenda seu, eciā, reformanda ; vobis, communiter et divisim, committimus et in virtute Obedience, firmiter injungendo, mandamus quatinus citetis, seu citari faciatis, peremptorie, omnes et singulos Ecclesiarum Rectores, Vicarios, Presbiteros Parochiales, ac alios Presbiteros in eisdem Ecclesiis Divina celebrantes ; Clericos, eciā, Beneficiarios earundem, Zenodochiorum Magistros, Fratres, et Conversos ; necnon, de qualibet Parochia tres vel quatuor viros fidedignos, tam dictarum Peccularium quam, eciā, Archidiaconalium Jurisdiccionum, quod compareant coram nobis, vel vices nostras in hac parte gerentibus, diebus et locis in eadem cedula contentis, cum continuacione et prorogacione dierum et locorum sequentium, super tunc inquirendis ab eisdem, in negocio Visitacionis hujusmodi, veritatem quam noverint personaliter deposituri ; prefatique Rectores et ceteri Beneficiati Beneficiariorum suorum titulos, et tam ipsi quam alii Presbiteri supradicti Ordinum suorum, necnon Presbiteri de aliena Diocesi oriundi eciā suarum conversationum Literas exhibituri, seu alias de Ordinibus eorum et conversationibus, ut premittitur, fidem legitime facturi, ulteriusque facturi et

A.D. recepturi quod justum fuerit et consonum racioni. Citetis, eciam, per-
 1347. emptorie omnes et singulos in dicto Archidiaconatu pluralitatem Benefi-
 Vol. I. ciorum, cum cura animarum, seu aliunde Beneficia Ecclesiastica tanquam
 sibi appropriata obtinentes; necnon, quoscumque alios Pensiones aliquas
 ab Ecclesiis, seu Porciones aut Decimas infra limites alterius Parochie
 contra jus commune percipientes, aut Cantarias aliquas in Domibus suis,
 Mansis, vel Maneriis habentes; quod, eisdem diebus et locis, in forma
 premissa compareant coram nobis, vel vices nostras in hac parte gerentibus,
 hujusmodi Dispensaciones suas, aut jus speciale vel factum, si quod habe-
 ent, quibus opitulantibus dictam pluralitatem Beneficiorum et alia Beneficia
 tanquam sibi appropriata obtineant, Pensiones et Decimas predictas percipi-
 ant, prefatasque Cantarias possideant, pro termino peremptorio, proposituri
 et probaturi; facturi ulterius et recepturi quod justicia suadebit. Interdic-
 mus, eciam, vobis cujuscumque Jurisdictionis exercicium in dicto Archi-
 diaconatu progressu Visitacionis nostre perdurante. De die, vero, recep-
 tionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nos, die Lune proxima
 post instans Festum Translacionis Sancti Thome, Martiris [9 July], ubi-
 cumque tunc fuerimus in nostris Civitate vel Diocesi, redditis cerciores per
 Literas vestras patentes, harum seriem et citatorum nomina, cum plena
 expressione pluralitatis Beneficiorum et Ecclesiarum proprietatarum, Pen-
 sionum et Decimarum, ac Cantariarum predictarum, dilucide continentis.
 —Datum in Manorio nostro de Clyst, xix^o die mensis Junii, Anno Domini
 Millesimo CCC^{mo} quadragesimo septimo, et Consecrationis nostre vicesimo.

Armagh; *Acta Consecrationis Archiepiscopi Armachani*,—

Memorandum quod Anno Domini Millesimo CCC^{mo} xlviij^o, Indicione xv, Pon-
 tificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini, Domini Clementis, Divina
 Providencia Pape VI^{ti}, Anno sexto, et Consecrationis Venerabilis Patris,
 Domini Johannis, Dei gratia Exoniensis Episcopi, xx^{mo}, viij^o die mensis
 Julii, videlicet Dominicana in crastino Translacionis Sancti Thome, Martiris,
 dictus Venerabilis Pater, Exoniensis Episcopus, ex Commissione dicti
 Domini Clementis Pape Sexti, cuius tenor inferius describitur, in Ecclesia
 Cathedrali Exonie, consecravit Venerabilem Virum, Magistrum Ricardum
 filium Radulphi, Doctorem Sacre Theologie, Decanum tunc Licchefelden-
 sem, in Archiepiscopum Armachanum, Hibernie Primatum; assistantibus
 sibi Venerabilibus Patribus, Dominis Radulpho [de Salopia], Bathoniensi et
 Wellensi, Roberto [Wyville], Saresburiensi, et Johanne,¹ Assevensi, Episcopis.
 Et, post munus Consecrationis impensum, dictus Consecratus juramentum
 quoddam prestitit, cuius tenor inferius continetur. Presentibus in Con-
 secratione hujusmodi, de Hertlonde, Torre, Nywenham, et Bucfestria Abbati-
 bus, Priore de Plymptone, et aliis, clericis et laicis, Militibus, et multis
 aliis. Et idem Consecratus postea equitavit per medium Civitatis Exonie,
 indutus Pontificalibus, super palefridum albo panno coopertum, prout in
 Romana Curia fieri consuevit. Et postea, ex Commissione dicti Domini
 Exoniensis Episcopi, idem Consecratus circumivit fere totam Diocesim
 Exoniensem, pueros confirmingo et Ecclesias dedicando, etc.

fol. —*Bulla Consecrationis*,—

148. Clemens Episcopus, Servus servorum Dei, dilecto filio, Ricardo, Electo Arma-
 chano, Hibernie Primate, salutem et Apostolicam benedictionem.—Cum
 nos pridem Armachane² Ecclesie, Pastoris solacio destitute, de persona tua
 nobis et Fratribus nostris tuorum exigencia meritorum accepta, de Fratrum
 predictorum consilio, Auctoritate Apostolica duxerimus providendum, pre-
 ficiendo te illi in Archiepiscopum et Pastorem, prout in nostris inde confectis

¹ See page 178 (note 1).—There “John” is mentioned as Bp. of St. Asaph in 1328, and here in 1347. Was there a Bp. John between David ap Blethin and John Trevar? or was there a

clerical error in both cases? David occurs as Bishop in the Patent and Close Rolls, continuously, from 1328 to 1345.

² Armachanum, MS.

A.D.
1347. Literis plenius continetur ; nos, ad ea que ad tue comoditatis augmentum
cedere valeant favorabiliter intendeentes, tuis supplicacionibus inclinati,
Vol. I. tibi, ut a quocumque malueris Catholico Antistite, graciā et communionem
Apostolice Sedis habente, ascitis et in hoc sibi assistentibus duobus vel
tribus Catholicis Episcopis similem graciā et communionem habentibus,
munus Consecrationis recipere valeas ; et eidem Antistitit, ut munus pre-
dictum Auctoritate nostra impendere libere tibi possit, plenam et liberam,
tenore Presencium, concedimus facultatem. Volumus, autem, quod idem
Antistes qui tibi prefatum munus impendet, postquam illud tibi impenderit,
a te, nostro et Ecclesie Romane nomine, fidelitatis debite solitum recipiat
juramentum, juxta formam quam tibi, sub bulla nostra, mittimus inter-
clusam, ac formam juramenti quod te prestare contigerit, nobis de verbo ad
verbum per tuas patentes Literas, tuo sigillo signatas, per proprium
Nuncium quantocius destinare procures.—Data Avinione, ij^o Idus Januarii
Pontificatus nostri Anno quinto [12 Jan., 1346-7].

—Juramentum,—

Ego, Ricardus, Archiepiscopus Armachanus, Hibernie Primas, ab hac hora in
antea fidelis et obediens ero Beato Petro, Sancte Apostolice Romane
Ecclesie, et Domino meo, Domino Clementi Pape VI, suisque Successoribus
Canonice intrantibus. Non ero in consilio vel facto quod vitam perdant
aut membrum, vel capiantur mala capcione. Consilium, vero, quod michi
credituri sunt, per se aut Nuncios, vel per Literas, ad eorum dampnum, me
sciente, nemini pandam. Papatum Romanum ac Regalia Sancti Petri
adjutor eis ero ad retinendum et defendendum, salvo Ordine meo, contra
omnem hominem. Legatum Apostolice Sedis, in eundo et redeundo,
honorifice tractabo, et in suis necessitatibus adjuvabo. Vocatus ad Sinodum
veniam, nisi prepeditus fuero Canonica prepédicione. Apostolorum Limina,
Romana Curia existente citra, singulis bienniis ; ultra, vero, montes
singulis trienniis, visitabo, aut per me aut per Nuncium meum, nisi Apo-
stolica absolvar Licencia. Possessiones, vero, ad mensam mei Archiepi-
scopatus pertinentes non vendam, neque donabo neque inpignorabo, neque
de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, inconsulto Romano Pontifice.
Sic me Deus adjuvet, et hec Sancta Dei Evangelia, etc.

[fol. 147b.] Archdeaconry of Barnstaple ; *Commissio Visitacionis Archidia-
conatus Barnastapoliensis,—*

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Magistris Thome de Bokyngham, Can-
cellario, et Hugoni de Setone, Officiali nostro Principali, nostre Exoniensis,
et Benedicto de Pastone, Collegiate Sancti Probi, in Cornubia, Ecclesiarum
Canonicis, salutem, graciā, et benedictionem.—Quia, variis et arduis ad
presens prepediti negociis, ad visitandum Ecclesias, Clerum, et populum
tam nostre Peccularis quam, eciam, Archidiaconalis et cujuscumque
alterius Jurisdictionis Archidiaconatus Barnastapoliensis, juxta effectum
Mandati nostri super hoc nuper directi, personaliter intendere non valemus ;
vobis, de quorum fidelitate et industria circumspecta plenam in Domino
fiduciam optinemus, et cuiilibet vestrum divisim et insolidum, ad visitan-
dum Ecclesias, Clerum, et populum hujusmodi, ac cetera dicte Visitacionis
officium concernientia exercendum et expediendum ; ne non inquirendum,
corrigendum, et Canonice puniendum quorumcumque subditorum nostro-
rum crima et excessus in hujusmodi Visitacione comperienda seu dete-
genda ; vices nostras committimus cum cohercionis Canonice potestate. In
cujus rei testimonium sigillum nostrum Presentibus est appensum.—Data
apud Clyst, decimo die mensis Julii, Anno Domini M^o. CCC^{mo} quadragesimo
septimo, et Consecrationis nostre vicesimo.

[fol. 147.] Suffragan-Bishop ; *Commissio facta Archiepiscopo Armachano,—*
Venerabili in Christo Patri ac Domino, Domino Ricardo, Dei gracia Archie-
piscopo Armachano, Hibernie Primi, Johannes, etc., salutem, et fraternalm
in Domino caritatem.—De Paternitatis vestre circumspicione et industria

A.D. plurimum confidentes, ad dedicandum Ecclesias et Altaria Majora et
 1347. Principalia que de jure debeant dedicari; necnon, ad reconciliandum
 Vol. I. Ecclesias et Cimiteria quecumque in nostra Diocesi Dedicacionis et Recon-
 ciliacionis ministerio indigencia; puerosque quoscumque nostre Diocesis
 confirmandum seu crismandum; ac Calices, Vestimenta, et alia Ornamenta
 Ecclesiastica benedicendum et consecrandum; ac omnes quorum interest
 in procuracionibus occasione Dedicacionum et Reconciliacionum hujusmodi
 debitum et consuetis condempnandum, et ab eis securitates idoneas in ea
 parte recipiendum; vestre Paternitati reverende vices nostras committimus
 per Presentes; rogantes attente quatinus, hanc nostram Commissionem, si
 libeat, amplectentes, dignemini, peractis dictarum Dedicacionum et Recon-
 ciliacionum solempniis, nos de eis, cum expressione nominum et cogno-
 minum in hujusmodi procuracionibus condempnatorum, per vestras patentes
 Literas, harum seriem continentem, efficere cerciores.—Data in Manerio
 nostro de Clyst xij^o die mensis Julii, Anno Domini M^o. CCC^mo quadra-
 gesimo septimo, et Consecrationis nostre xx^{mo}.

[fol. 138b.] Kilkhampton; *Sequestracio pro defectibus Beneficii non reparatis*,—
 Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Archidiacono Cornubie, vel ejus
 Officiali; necnon, Decano Majoris Trigge, et Rectoribus Ecclesiarum de
 Suttecombe et Mertone, nostre Diocesis, salutem, etc.—Cum dudum
 defectus graves in edificiis, clausuris, Cancello, Libris, et aliis Ornamentis
 Ecclesie Parochialis et curate de Kilkamptone, dicte nostre Diocesis,
 quorum correccio et debita construccio ad Rectorem ejusdem Ecclesie
 pertinebat, enormiter et notorie iminerent; nos, ex hiis et aliis causis
 legitimis, de quibus, cause cognitione prehabita in forma juris, informa-
 tionem legitimam receperimus et fidelem, omnes fructus, redditus, et proventus
 ejusdem Ecclesie, salva sustentacione congrua Presbiteri Parochialis eidem
 Ecclesie deservientis, donec ille ad quem pertinuit hujusmodi defectus
 effectualiter reficeret, seu de ipsis reficiendis competenter nobis idoneam
 exponeret caucionem, cum per aliam viam remedium oportune provisionis
 nequiremus apponere in hac parte, sequestravimus, et hujusmodi Sequestrum
 in ipsa Ecclesia et aliis vicinis fecimus solempniter publicari. Et, ecce, quidam
 Walterus de Mertone, filius, ut dicitur, quondam Domini Ricardi de Mertone,
 non solum alienum concupiscens indebit, set manus ad vetita extendens
 impudenter, hujusmodi fructus et proventus sub Sequestro nostro consis-
 tentes, sicut ipse super hoc ad judicium coram nobis evocatus, post
 aliquales frivolas et cavillosas allegaciones, judicialiter est confessus, con-
 sumere, dissipare, et Sequestrum nostrum violare presumpxit; adeo
 quod dicti defectus, qui jam horribiliter creverunt in ruinam, debite refici
 nequeunt absque magno profluvio expensarum; Mandatum nostrum
 Canonicum in hac parte contemnitur; Cultus Divini Nominis minuitur,
 et—quod amarius est dolendum—animatorum cura negligitur, fomentum
 periculose prebetur semitis viciorum. Nos, igitur, tot malis tantisque dis-
 criminiibus remedio quali cum Deo possumus adhuc occurrere cupientes,
 omnes fructus, redditus, et proventus ad dictam Ecclesiam de Kilkamptone
 provenientes, ex causa premissa providimus, sicut alias, sequestrandos,
 quos et tenore Presencium sequestramus; vobis, communiter et divisim,
 hujusmodi Sequestri Custodiā committendo; firmiter, nichilominus, ia-
 virtute Obedience, et sub Majoris Excommunicacionis pena, injungentes
 quatinus hujusmodi Sequestrum nostrum publicare, et ad noticiam omnium
 quorum interest deducere, ipsosque fructus colligere et unire, sumendo inde,
 si oporteat, expensas necessarias moderatas, ac eos sub arto et salvo Seqnestro
 custodire, donec aliud a nobis habueritis in mandatis, modis et viis quibus de
 jure melius poteritis, studeatis. Inhibentes dicto Waltero specialiter, ac aliis
 quibuscumque in genere, prout tenore Presencium inhibemus, sub pena Ma-
 joris Excommunicacionis, quam in contravenientes, Canonica Monitione pre-
 missa, dolo et culpa precedentibus, ferimus in hiis Scriptis, ne hujusmodi

[fol. 139.]

A.D.
1347. Sequestrum nostrum presumat, aut presumant, quomodolibet violare. Et,
ne prefati Walteri inmoderate rebellionis et presumptionis temeritas aliis
Vol. I. transeat in exemplum, vobis, communiter et divisim, firmiter injungendo,
committimus et mandamus quatinus ipsum Walterum, quem in Sentenciam
Majoris Excommunicacionis, contra Sequestri violatores tam in Concilio
Provinciali ultimo Londoniis celebrato, quam eciam in Constitucione Sino-
dali a bone memorie Dominio Petro, quondam Exoniensi Episcopo, Prede-
cessore nostro, edita, latas et publice promulgatas, prout super hoc alias
pronunciatum extiterat, non est dubium incidisse, sic excommunicatum
esse, et fuisse, in Ecclesia Parochiali de Kilkamptone predicta, ac aliis
Ecclesiis vicinis, intra Missarum Solempnia, cum major Cleri et populi
multitudo convenerit ad Divina, pulsatis campanis, candulis accensis et in
terram projectis, singulis Diebus Dominicis et Festivis, quousque aliud a
nobis super hoc habueritis in mandatis, denunciatis, et per Locorum Curatos
denunciari faciatis; communionem Fidelium eidem illicitam penitus inhi-
bendo. Inquirentes de nominibus illicite commuicancium cum eodem;
de quibus cum vobis constiterit, eos nominatim monendo ab hujusmodi
communione desistere compellatis. Diem, vero, recepcionis Presencium, et
quid feceritis in premissis, nobis, citra instans Festum Sancti Bartholomei
[24 Aug.], intimetis Literis vestris patentibus, harum seriem et illicite
communicancium nomina, ac modum et formam Processus vestri contra
eos, et executionis Mandati nostri, una cum qualitate et quantitate fructuum
sequestratorum, continentibus, sigillo autentico consignatis.—Data in
Manerio nostro de Clist, xxj^o die mensis Julii, Anno Domini M° CCC^{mo}
quadragesimo septimo, et Consecrationis nostre vicesimo.

—*Certificatorium sub hac forma,—*

Cujus auctoritate Mandati, Sequestrum vestrum in hujusmodi fructibus
interpositum, ut mandatur, denunciavimus, et ad noticiam eorum quorum
interest deduximus; ipsos, tamen, fructus colligere et unire, propter
potenciam dicti Magistri Walteri ac amicorum suorum, ac aliorum sibi
adherencium in ea parte, nobis resistencium, non audemus seu aliquis
nostrum audet; nec aliquos qui vice nostra hujusmodi fructus colligere et
unire velint ex causa premissa invenire potuimus. Inhibuimus, eciam,
omnibus et singulis, in genere, ne aliquis hujusmodi Sequestrum ves-
trum quomodolibet presumeret violare. Et ego, Officialis antedictus,
predictum Magistrum Walterum, per me personaliter inventum, prout
mandatur, excommunicatum denunciavi et per alios denunciari feci; ac de
omnibus et singulis in dicto Mandato contentis eidem intimavi, et, prout
inmandatur, specialiter inhibui. Nos, autem, Decanus et Rectors de Sutte-
combe et Mertone antedicti, eundem Walterum ad nominatiū et specialiter
sibi inhibendum, quatenus nobis injungitur, ut mandatur, a tempore
receptionis Presencium personaliter apprehendere minime potuimus. Nec
nos, Officialis, Decanus, seu Rectors antedicti, aliquos illicite communi-
cantes cum eodem Waltero hucusque invenimus. Denunciavimus omnes
fructus, redditus, et proventus Ecclesie antedictae, qui consistunt in majori-
bus decimis nondum maturis nec a solo separatis, ad estimacionem com-
munem quadraginta librarum, et in fructibus in Sanctuario ipsius Ecclesie
excultis et crescentibus, estimacionis centum solidorum; ac, eciam, in
feno ad estimacionem viginti solidorum; neconon, in peccunia et candelis
ibidem oblatis, ad valorem, ut estimamus, decem solidorum; que, quidem,
candele et pecunia consistunt in custodia Johannis Gille; et quas penes se,
nobis invitis, idem Johannes detinet asportatas. Et sic Mandatum vestrum
reverendum, quatenus potuimus, sumus executi. In quorum fidem et testi-
monium ego, Officialis antedictus, ad personalem rogatum dictorum Decani
et Rectorum, et per me, sigillum Officii mei Presentibus apposui.—
Datum apud Launcestone, die Martis proxima ante Festum Sancti Bar-
tholomei, Apostoli [21 Aug.], Anno Domini supradicto.

A.D. Bishop's Tawton ; *Processus contra invasores Manerii de Tauton*
 1347. *Episcopi* [in a later hand],—

Vol. I. Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Dominis Thome de Hegheham, de Tau-
 stoke, Willelmo Inge, de Heauntone, et Reginaldo de Welyngtöne, de
 [fol. 139b] Athringtone Ecclesiarum, nostre Diocesis, Rectoribus, salutem, graciam, et
 benedictionem.—Contra Ecclesias et Ecclesiasticas personas tanto validius
 inflammatur persecutorum impietas quanto tepidiores invenit objectores.
 Ac eo magis eorum crudelitas exardescit quo eorum presumpcio sacrilega
 inulta diminuitur vel sub silencio preteritur. Sane, licet in Concilio per
 Venerabilem Patrem, Dominum Johannem [de Stratford], Dei gracia Can-
 tuariensem Archiepiscopum, et ejus Suffraganeos, ultimo Londoniis cele-
 brato, Excellentissimus Princeps et Dominus noster, Edwardus, Dei gracia
 Rex Anglie et Francie illustris, pacem Ecclesie Anglicane atque Regni
 cupiens firmiter observari, prefatos Venerabiles Patres, Archiepiscopum et
 ejus Suffraganeos, ut omnes pacis Sancte Ecclesie, atque sue, turbatores et
 violatores, in singulis eorum Diocesibus, Ecclesiastica compescerentur Cen-
 sura, ipsos desiderans pro suis gravibus in hoc excessibus Majoris Excom-
 municacionis Sentencia innodari, seu excommunicatos publice nunciari,
 devote rogaverit et instanter ; ac ipsi Venerabiles Patres, audaciam hujus-
 modi perfidorum compescere cupientes, omnes et singulos hujusmodi pacis
 perturbatores in Cantuariensi Provincia delinquentes Majoris Excommuni-
 cacionis Sentenciam statuendo pronunciaverunt incurrire ; quidam, tamen,
 Theobaldus de Greneville, juvenis Miles sive thiro, status militaris quem
 pretendit prodigus, Dei timore contempto et Ecclesie reverencia prorsus
 abjecta, immo tocius humanitatis et fame pudore deposito, qui eam, si
 gratus foret vel fidelis eidem Domino nostro Regi, in guerra sua assistere
 teneretur, domi vecorditer latitans et miliciam deserens, ac cum gladio,
 quem in Christi blasphemos et pro defensione Ecclesie et rei publice
 vibrandum suscepit, contra Deum, Ecclesiam, et ipsius Ministros, necnon
 simplices, pauperes, et innocentes, rabie deseviens inaudita, die Sabbati
 proxima post Festum Sancti Benedicti ultimo transacta [24 March], iu-
 aurora, una cum Thoma de Mertone, Ricardo Tyrel, Johanne de Lunescote,
 Johanne Trenger, et aliis complicibus suis, famosis malefactoribus, in mul-
 titudine numerosa circiter quingentos congregatis, variisque armorum
 generibus, tam invasivis quam defensivis, ad modum mortale bellum
 ineuncium munitis, ad Manerium de Tautone, nostre Diocesis, hostiliter
 accesserunt, illudque, necnon Sanctuarium Ecclesie de Tautone et Vicarii
 ipsius Ecclesie, dispositis turmis undique circumdantes, ipsaque Manerium,
 Sanctuarium, ac Mansa et loca tam ipsius Ecclesie quam, eciam, liberorum
 et aliorum tenencium ejusdem, seruris hostiorum efractis (*sic*), ingressi,
 varia bona Ecclesiastica, sub proteccione Ecclesiastica ibidem existencia, ad
 valorem ducentarum marcarum et amplius, contra voluntatem Dominorum
 hujusmodi locorum, et eorum qui hujusmodi custodis fuerant deputati,
 consumere, auferre, et contractare dampnabiliter presumpserunt ; ac non-
 nullos tenentes de Ecclesia ac in Manorio et locis predictis manentes,
 gravissimis plagis inpositis, trucidarunt, ac tumultum et clamorem, velud
 bellorum cuneis invicem appropinquantibus, adeo vociferando emiserunt quod
 terrorem et timorem habitatoribus ibidem undique vicinis horribiliter incus-
 serunt, ac pacem et tranquillitatem Domini nostri Regis multiplicititer
 perturbarunt ; que omnia coram Commissariis nostris, tunc in Partibus
 illis vice et nomine nostro actualiter visitantibus, vocatis in hac parte
 vocandis debitoque servato Processu, vera esse atque notoria sunt comperita,
 ac alias sunt adeo famosa, publica, et manifesta quod tergiversacione
 aliqua celari nequeunt quovismodo. Unde non est dubium omnes et
 singulos hujusmodi sacrilegos, necnon consumpcionem et contractacionem
 dictorum scelerum perpetrationem, suo nomine factas, ratas habentes et
 acceptas, in varias Majoris Excommunicacionis Sentencias, tam in dicto
 Concilio quam, eciam, in Constitutionibus Dominorum Othonis et Octoboni,

A.D.
1347. quondam Apostolice Sedis in Anglia Legatorum, necnon Stephani et Symonis, quondam Archiepiscoporum Cantuariensium, super hoc editis et publice promulgatis, dampnabiliter incidisse. Quocirca vobis, communiter et divisim, in virtute Obedientie et sub Majoris Excommunicacionis pena, firmiter injungendo, committimus et mandamus quatinus, assumptis vobis-
cum dilectis filiis, Prioribus de Piltone et Barnastaplia, ad Ecclesiam Parochialem Barnastaplie, necnon Ecclesiam Beate Marie Magdalene ibidem, hac Die Dominica in Festo Beate Marie Magdalene [22 July], personaliter accedentes, omnes et singulos malefactores et sacrilegos antedictos sic excommunicatos, a liminibus Sancte Matris Ecclesie sequestratos, et Sathane, donec resipuerint, traditos, intra Missarum Solempnia, seu cum major Cleri et populi multitudo convenerit ad Divina, pulsatis campanis, Cruce erecta, candelis accensis et extinctis, assistentibus vobiscum omnibus et singulis presbiteris in eisdem Ecclesiis Divina celebrantibus, stolis et superpelliciis induitis, publice et solempniter denuncietis; ac in Ecclesiis vestris et aliis circumquaque vicinis, alias Diebus Dominicis et Festivis, donec aliud a nobis habueritis in Mandatis, nichilominus denuncietis, et per Locorum Curatos denunciari faciatis. Inhibentes ne quis Christianus cum dictis excommunicatis communicare presumat, casibus a jure permissis dumtaxat exceptis. Inquirentes, eciam, de nominibus illicite communicantium¹ cum excommunicatis antedictis. De quibus cum vobis constiterit, illos nominatim monere et ab hujusmodi communione abstinere legitime compellere studeatis. Ad que facienda vobis, communiter et divisim, vices nostras committimus, cum cohercionis Canonice potestate. Proviso quod hoc Mandatum nostrum diligenter et sollerter publicare, ac omnia et singula contenta in eo intelligibiliter studeatis exponere in Vulgari. De die, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis, nos citra Festum Sancti Bartholomei, Apostoli [24 Aug.], reddatis cerciores per Literas vestras patentes, harum seriem, ac modum et formam execucionis per vos facte, dilucide continentes, sigillo autentico consignatas.—Datum in Manerio nostro de Clyste, xxix^{no²} die mensis Julii, Anno Domini Millesimo CCC^m quadragesimo septimo, et Consecrationis nostre vicesimo.

fol.
148. Dartmouth, the Augustinian Friars of, and the Archbishop of Damascus ; *De Archiepiscopo Damasceno*,—

Johannes, etc., discretis viris, Magistris Johanni de Lecche, Saresburie, et Laurencio Fastolfe, Londoniarum Canonicis, salutem, etc.—Venerabilis in Christo Patris et Domini nostri, Domini Johannis [de Stratforde], Dei gracia Cantuariensis Archiepiscopi, et Tocius Anglie Primatis, votivis precibus annuentes ut Fratrem Hugonem, pro Archiepiscopo Damaceno (*sic*) se gerentem et nominantem, Deo et Ecclesie seipsum humiliantem, tam in confitendo simpliciter contumaciam suam coram nobis contractam, ex eo quod personaliter apprehensus, et nostra auctoritate citatus ad comparendum coram nobis, certis die et loco, responsurus super quibusdam excessibus sibi tunc expositis, quos notorie per ipsum perpetratos fuisse ex nostro Officio sibi imponere intendebamus, comparere non curavit; quam, eciam, devote exorando quod a Sentencia Excommunicacionis, pro hujusmodi sua contumacia in eum lata, sibi beneficium Absolucionis impendatur, valeatis absolvere in forma juris; vobis et utrique vestrum, tenore Presencium, committimus vices nostras. Proviso quod in virtute juramenti, per dictum Fratrem Hugonem ante Absolucionem hujusmodi coram vobis prestandi, de parendis Mandatis Ecclesie, ut est moris, injungatur eidem quod nudam

¹ communicantibus, MS.

² Sic MS.—There is a clerical error somewhere. For the Commissaries are told in a Mandate dated 29 July to proceed to Barnstaple on 22 July; which latter day is, moreover, re-

ferred to as “*hac Die Dominica*.” Probably the Mandate was actually issued at the later date, although it was prepared “*hac die*”; and the necessary corrections were not made, at any rate in this copy.

A.D. et plenam quam novit veritatem dicat, absque admixtione falsitatis cuiuscumque, super excessibus supratactis, quos in cedula Presentibus annexa
 1347. Vol. I. duximus clarius describendos; et quod, subsecutis, in ea parte, ejusdem Fratris Hugonis pertinentibus et sufficientibus responsionibus, dicto Domino nostro Cantuariensi seriose recitatis et plenius intimatis, per ejusdem Domini nostri discretum requisitum et expectatum consilium ordinetur, statuatur, et reformetur per omnia, secundum debitam excessuum exigenciam repertorum, in favorem Ecclesiastice Discipline. Certificantes nos, si placet, cum vacaverit, plene et distincte, de singulis gestis et exercitis per dictum Dominum nostrum et vos, quoad suprascripta.— Data apud Chuddeleghe, viij^{mo} die mensis Augusti, Anno, etc., quadragesimo septimo; Consecrationis, vero, nostre xx^{mo}.

fol. 148b. Tenor, vero, articulorum in cedula de qua superius fit mencio talis est,—

—De Fratribus apud Dertemuthe,—

In primis sciendum quod alias Fratres Ordinis Heremitarum Sancti Augustini quemdam locum in Villa de Dertemuthe, que est infra Parochiam Ecclesie Parochialis de Tounstalle, Abbati et Conventui Monasterii de Torre, dicte Diocesis, Ordinis Premonstratensium, unite et appropriate, temeritate propria receperunt, ac ibidem Capellam erigere et construere incepserunt, contra varias Inhibiciones dicti Domini Exoniensis Episcopi, et ipsius Commissarii, eis factas; propter que, pro parte dictorum Abbatis et Conventus, a Sede Apostolica privilegiatorum quod nullus infra suas vel Ecclesiarum suarum, seu eis appropriatarum, Parochias possit Oratorium construere seu Capellam, extitit contra dictos Fratres ad Sedem Apostolicam, et pro tuicione Curie Cantuariensis, appellatum, et per Officiale dicte Curie inhibicio, et demum tuicio, eisdem Abbati et Conventui concessa; decretumque legitime et mandatum quod opus dicti Oratorii, sic incepti, demoliretur. Et subsequenter in Curia Romana Causa inter dictos Abbatem et Conventum et Fratres fuit, eciam ad supplicacionem et petitionem dictorum Fratrum commissa in eadem Curia Auditori; qui demuni sententialiter et diffinitive pronunciavit et declaravit dictum Oratorium injuste fuisse, et esse, edificatum, et super hoc nullum jus competitivisse, vel competere, Fratribus supradictis; eis imperpetuum silencium imponendo. Et post hec, die xiiij^{ma} mensis Marcii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} xliij^o, venit ad dictam Villam de Dertemuthe dictus Frater Hugo, clanculo et quasi subito, in habitu laicali, cum longo gladio et boculario, stricta botonata et curta cota indutus, dicens se, in primo adventu suo, clavarium et ministerium Domini Regis, missum ad arrestandum naves ibidem; et, ingressus locum Fratrum predictorum, ibidem exxit cotam predictam, et induit se in habitu pertinente ad statum Fratris Ordinis Heremitarum Sancti Augustini, et statim assumpsit Baculum Pastoralem in manibus et Mitram posuit in capite, ac Parochianos dicte Ecclesie de Tounstalle fecit vocari et in magna multitudine congregari; ac publice dixit et clamavit quod fuit Episcopus de Damasco, missus ad Locum ipsum dictorum Fratrum per Dominum nostrum Papam et per omnes Dominos Cardinales, ad consecrandum Oratorium suorum Fratrum ibidem; et quod ipsi Fratres, in Curia Romana, contra dictos Abbatem et Conventum habuerunt totam voluntatem suam atque victoriam; et sparsit aquam et circumvivit Oratorium predictum. Et, post hec, dictis parochianis et aliis Indulgencias eciam centum dierum concessit, parvulos et pueros confirmavit et in fronte crismavit, Confessiones dictorum parochianorum audivit, et quosdam excommunicatos a Canone illo *Si quis, suadente diabolo* propter injeccionem manuum violentam eciam in dicta Villa commissam, ut dixit, absolvit, et Literas concessit taliter per eum absolutis. Et postea ad tabernas multas in dicta Villa accessit et in eis potavit, et ostendit mulieribus et maribus manum suam et quendam anulum quem gestavit; et dixit quod Dominus Papa manibus suis propriis eum sibi dedit. Et, cum peteretur ab eo quare et quomodo talia in Diocesi aliena potuit facere, et diceretur sibi quod Dominus Exoniensis Episcopus

- A.D.
1347. Loca sue Diocesis dedicare, ac pueros confirmare, absolvare, et cetera facere
haberet, et non alias eo irrequisito, ipse respondit et dixit quod de ipso
Vol. I. Domino Episcopo non curavit, aliasque abusiones fecit et dixit, in Domini
nostri Pape et Dominorum Cardinalium Sedisque Apostolice, necnon
Ecclesie Exoniensis, scandalum et ignominiam ; que, pro Religionis honore,
ad presens silencio committuntur.—Et subsequenter dicti Magistri Johannes
et Laurencius, prefatam Commissionem admittentes, dictum Archiepiscopum
juxta prefatos Articulos interrogarunt, et ipse Archiepiscopus, apud Lam-
hethie, in camera ibidem existens, responsiones ad hujusmodi interrogatoria
dedit et fecit, tercio die mensis Septembbris, Anno Domini Millesimo CCC^{mo}
xlvij^{mo}, Indicione xv, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini,
Domini Clementis, Divina Providencia Pape Sexti, Anno sexto ; presentibus
Magistris Rogero Brian et Willelmo de Tirryngtone, Publicis Notariis, etc.,
sub hac forma,—Dominus Hugo, Archiepiscopus Damascenus, quoad pri-
num Articulum, quo continetur quod ipse, xiiij^o die mensis Marci, Anno
Domini Millesimo CCC^{mo} xluij^{to}, venit ad Villam de Dertemuthe, Exoni-
ensis Diocesis, clanculo, hoc fatetur dictus Dominus Archiepiscopus,
fol. 149. et quod venit in habitu laicali, deferens gladium et non bokelarium ut
dicit, indutus stricta botonata curta cota. Aserit, tamen, quod in declin-
ando versus Dertemutam, incipiendo iter suum a Cantebrigia, usque ad
Civitatem Exonie incedebat in habitu Regulari, duobus Fratribus sui
Ordinis concomitantibus eundem. Et dicit quod in Civitate predicta
recepit informacionem, a quibusdam amicis Ordinis sui, quod oportuit eum
incedere per quandam Villam de dominio Abbatis de Torre ; et quia
divulgatum erat quod venturus erat unus Episcopus apud Dertemuthe
ad consecrandum Cimiterium Oratorii Fratrum Sancti Augustini apud
Dertemuthe, parabantur, ut retulerunt dicti amici, tales insidie quod si
fuisset scitum ipsum tunc venisse ob illam causam, sui periculum corporis
incurrisset ; et ob illam causam, et non aliam, assumpsit sibi et induit pro
illo itinere habitum secularem. Et incedendo in dicto itinere et habitu
pretendebat se clavarium Domini Regis, missum ad illas Partes ad arres-
tandum naves ibidem. Et fatetur quod ipse statim postquam ingressus
fuit Locum Fratrum apud Dertemuthe exuit cotam predictam, et induit
se in habitu pertinente ad statum Fratrum Ordinis Heremitarum Sancti
Augustini, et statim assumpsit Baculum Pastoram in manibus et Mitram
posuit in capite, cum aliis indumentis sacris, ut dicit. Contenta, vero, in
Articulo, videlicet quod ipse parochianos Ecclesie de Tounstalle, Exoniensis
Diocesis, fecit vocari et in magna multitudine congregari, ac publice dixit
et clamavit quod fuit Episcopus de Damasco, missus ad Locum ipsorum
Fratrum per Dominum nostrum Papam, et per omnes Dominos Cardinales,
ad consecrandum Oratorium suorum Fratrum ibidem, et quod ipsi Fratres
in Curia Romana contra Abbatem et Conventum de Torre habuerunt
totam voluntatem suam atque victoriam, negat. Quoad contenta in
Articulo, quod ipse sparsit aquam et circumivit Oratorium Fratrum pre-
dictorum ibidem, hec negat. Fatetur, tamen, quod ipse in Cimiterio
Fratrum ibidem benedixit aquam solemnitate et eam sparsit in Cimi-
terium et circa illud ; et aream dicti Cimiterii, quantum in eo fuerat,
consecravit. Contenta insuper in Articulo, videlicet quod ipse parochianis
de Tounstalle et aliis presentibus in Consecratione Cimiterii predicti, quam
fecit quantum in eo erat, Indulgencias centum dierum concessit, negat.
Fatetur, tamen, quod, sub confidencia ratificationis Diocesani, Indulgencias
xl dierum concessit eisdem interessentibus. Contentum, eciam, in Articulo,
videlicet quod ipse parvulos et pueros ibidem confirmavit et in fonte cris-
mavit, fatetur. Contenta, eciam in Articulo, quod ipse Confessiones
parochianorum predictorum audavit, et quosdam excommunicatos a Canone
illo *Si quis, suadente diabolo* propter injecctionem manuum violentam et in
dicta Villa commissam, ut dixit, absolvit et Literas concessit taliter per
eum absolutis in forma qua scribuntur in eisdem, negat. Set dicit quod

A.D. quidam nauta, de Sancto Albano oriundus ut dixit, cuius nomen ignorat ut
 1347. dicit, irruit in ipsum indutum habitum Pontificalem, et de quodam arcu
 Vol. I. quem habuit in manu percussit eum in brachio, credens ipsum fuisse
 Abbatem de Torre, ut asseruit, et venisse ad expellendum Fratres de dicto
 Loco : et dicit idem Dominus Archiepiscopus quod idem nauta, cum multis
 aliis complicibus suis, intulit sibi minas feroes quod, nisi eum absolveret,
 nunquam vivus a dicta Villa recederet ; et timore ductus, qui cadere potuit
 in constantem virum, illum absolvit, et super Absolucione hujusmodi
 Literas sibi fecit. Prius, tamen, sibi dixit quod ad dictum Archiepiscopum
 pertinuit sola remissio injurie, set ad Loci Episcopum Absolucio. Quoad
 hoc quod continetur in Articulo, quod ipse ad tabernas in dicta Villa
 accessit, et in eis potavit, dicit quod invitatus per Willelmum Smale, tunc
 Majorem Ville de Dertemouthe, et per Willelmum Bakon, Burgensem dictae
 Ville, declinavit ad domos eorum, et cum eis potavit in aula et cameris ejus
 principalibus, et non alibi in dicta Villa. Contenta, eciam, in Articulo quod
 ostendit mulieribus et maribus manum suam et quendam anulum quem
 gestavit, et dixit eis quod Dominus Papa manibus suis propriis eum sibi
 dedit, negat. Contenta, eciam, in dicto Articulo quod, cum peteretur ab
 eo quare et quomodo talia in Diocesi aliena potuit facere, et diceretur sibi
 quod Dominus Exoniensis Episcopus Loca sue Diocesis dedicare, ac pueros
 confirmare, absolvere, et cetera facere haberet, et non alias, eo irrequisito,
 ipse respondit et dixit quod ipse de dicto Domino Episcopo non curavit,
 negat se sic respondisse ; et dum venerat Exonię, in redeundo, petebatur
 ab eo per Magistrum Hereward, Canonicum Ecclesie Exoniensis, et duos
 fol. alios, qua auctoritate talia fecisset. Quoad Consecrationem dicti Cimiterii,
 149b. dicit quod Fratres sui Ordinis retulerunt sibi se habere Privilegium Sedis
 Apostolice, quo indulgetur eisdem quod, si Diocesani Locorum recusent
 eorum Cimiteria, Ecclesias, vel Oratoria consecrare, vel se in ea parte
 reddant difficiles, possint iidem Fratres hec fieri facere per quemcumque
 Episcopum Catholicum eis volentem impendere. Set Privilegium non
 vidit, ut dicit. Et rogatus si nunquam fuerat citatus ex parte Episcopi
 Exoniensis ad respondendum sibi super premissis, sibi obiciendis ex Officio
 per eundem, dixit quod, cum rediret a Villa de Dertemuthe usque Exonię,
 dum ibidem fuerat in prandio, accessit ad eum unus famulus, gestans
 virgam in manu, et asserens se Apparitorem Episcopi Exoniensis, et dixit
 Domino Archiepiscopo,—Domine, cito vos ad comparendum coram Domino
 meo Exoniensi—certis die et loco sibi expositis et designatis per dictum
 famulum,—et ad respondendum super premissis vobis obiciendis ex Officio
 per eundem. Afferuit, tamen, idem Archiepiscopus quod illa Citacio sibi
 non videbatur legitima, quia dictus famulus non exhibuit sibi Commis-
 sionem suam, nec exposuit capitula super quibus citavit eundem ; et ideo
 ad diem sibi assignatum ad comparendum coram Domino Episcopo Exoni-
 ensi non comparuit, sicut dixit. Facta fuit ista Confessio per Dominum
 Archiepiscopum Damascenum coram Magistris Johanne de Lecche et
 Laurencio Fastolfe, apud Lameheth, in camera sua ibidem existente, tertio
 die mensis Septembris, Anno Domini M^o. CCC^mo xlviij^{to}, Indicione xv, Pon-
 tificatus, etc., ; presentibus tunc ibidem Magistris Rogero Brian et W. de Tir-
 ryngton, Notariis, etc.—Postmodum, iiiij^{to} die Septembris, apud Croydone,
 infra Manerium Domini Cantuariensis Archiepiscopi, in quadam camera
 supra portam situata ibidem, Dominus Archiepiscopus Damascenus, coram
 Magistris J. de Lecche et Laurencio Fastolfe, Commissariis Domini Exoni-
 ensis Episcopi in hac parte, personaliter existens, petiit Absolucionem sibi
 impendi a Sentencia Excommunicacionis Majoris qua per dictum Dominum
 Exoniensem Episcopum, propter suam contumaciam, fuerat innodatus. Et,
 post recitationem Confessionum alias factarum per dictum Dominum
 Archiepiscopum, idem Magister Johannes de Lecche, vice sua et college sui,
 ipsum Dominum Archiepiscopum a Sentencia Excommunicacionis hujus-
 modi absolvebat ; et prefixit eidem Domino Archiepiscopo tertium diem

A.D. 1347. Juridicum post Festum Sancti Ieronimi [30 Sept.], in Capella Manerii de Lamhethie, ad comparendum personaliter coram Domino Cantuariensi Archi-Vol. I. episcopo et dictis Commissariis, in presencia Domini Episcopi Exoniensis, vel alterius de suis qui ad Provinciale Concilium venerit, ad recipiendum super dictis confessatis suis, in ea parte, quod juxta deliberacionem dicti Domini Archiepiscopi Cantuariensis videbitur expedire. Presente Willelmo de Tyrryngtone.

[Testamentary ; *Probacio Testamenti Thome Prideux, Militis, Comitatus Devonie,*—

Probatum fuit Testamentum Thome Prideux, Militis, Comitatus Devonie, qui apud Suthwerke diem suum clausit extremum, coram Venerabili in Christo Patre, Domino Willelmo, Dei gracia Wyntonensi Episcopo, in Manorio de Suthwerke, xxvij die Augusti, Anno Domini Millesimo CCC^o xlviij, et legitime pronunciatum pro eodem. Et commissa Administracio bonorum dictum Testamentum concernencium Ricardo Pedegrew et Willelmo Trevayne, Executoribus in dicto Testamento nominatis, onus Administracionis hujusmodi admittentibus in forma juris.—*Register of Bishop William de Edyndone, vol. II, fol. 10^b* (F. J. B.)].

Whitstone (*Cornwall*) ; Master Richard Truwe, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study at Oxford, etc. ; but he was to take Subdeacon's Orders within a year from his Institution (Chudleigh, 12 Sept.). And, on the same day, Letters Dimissory were granted to him for all Minor Orders and the Subdiaconate.

Dunchideock [Donshidiroke, MS.] ; Master John Hauker, of Bristol, subdeacon, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study. He was not bound to proceed to higher Orders (Chudleigh, 13 Sept.).

Nymet-St. George ; Master Roger de Enkepenne, subdeacon, R.,—

Licence of non-residence for a year "modo predicto" (Chudleigh, 14 Sept.).

Georgeham [Hammie, MS.] ; Master Wm. de Doune, deacon, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study (Chudleigh, 16 Sept.).

Bigbury [Bykebury, MS.] ; Master Richard de Halghewelle, subdeacon, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study (same date).

Plympton Priory ; *De vacacione Prioratus Plymptonie*,—

Venerabili in Christo Patri, etc., Prioratusque de Plymptone, Ordinis Sancti Augustini, vestre Exoniensis Diocesis, vero Patrono, vestri humiles et devoti filii, Subprior et ejusdem Loci Conventus, obedienciam et reverenciam omnimas, tanto Patri et Patrono tam debitas quam devotas, cum omni honore.—Reverende Paternitati vestre per Presentes intimamus quod bone memorie Dominus Johannes de Engleborne, nuper Prior noster, viam jam universe carnis ingressus extitit, et, sicut Deo placuit, hoc instanti Festo Exaltacionis Sancte Crucis [14 Sept.], mane, extremum diem clausit. Ne, igitur, Ecclesia nostra de Plymptone diuicius maneat Pastoris solacio destituta, et viduitatis sue deploret incomoda, eidem Paternitati vestre reverende dilectum nobis in Christo, Dominum Ricardum de Gatepathe, Concanonicum nostrum, latorem Presencium, cum fiducia dirigimus ; eidem Paternitati humiliiter et devote supplicantes quatinus alium in Priorem et Pastorem nostrum libere eligendi Licenciam nobis concedere dignemini. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune Presentibus est appensum.—Data in Domo nostra Capitulari de Plymptone, xiiij^o die mensis Septembbris, Anno Domini M^o. CCC^mo quadragesimo septimo.

[*Licencia eligendi Priorem.*]

Johannes, etc., dilectis filiis, Subpriori et Conventui Prioratus Plymptonie,

A.D. etc., salutem, graciam, et benedictionem.—Accedens ad presenciam nostram
 1347. dilectus filius, Frater Ricardus de Gatepath, Confrater et Concanonicus
Vol. I. vester, cum Literis vestris patentibus, nobis ex parte vestra humiliter sup-
 plicavit ut, cum Prioratus vester antedictus per mortem bone memorie
 Fratris Johannis de Engleborne, qui in Festo Exaltacionis Sancte Crucis
 proximo jam decurso, ut idem Frater Ricardus nobis asseruit, dies suos,
 quod dolenter referimus, terminavit, sit Prioris et Pastoris solacio desti-
 tutus, ne idem Prioratus viduitatis incomoda diuicius pateretur, alium vobis
 eligendi in Priorem et Pastorem Licenciam vobis concedere dignaremur.
 Nos, igitur, ipsius Ricardi ac vestris precibus favorabiliter annuentes, alium
 ydoneum vobis eligendi Canonice in Priorem specialem vobis Licenciam,
 tenore Presencium, impartimur; vos omnes et singulos admonentes, et per
 aspersioinem Preciosi Sanguinis Ihesu Christi firmiter adjurantes, ut, carnali
 Sieut favore et amicicia odioque quolibet exulatis, abiciatis opera discordiarum
 pro et induamini vestes pacis, ac talem vobis studeatis eligere in Priorem qui Deo
 Sancto et hominibus sit acceptus nobisque commendabilis esse possit, ac qui spiritu-
 alium et temporalium vestrorum fidelis et prudens sciat esse dispositor at-
 que rector. Ceterum, quia de conscientie puritate et circumspeccionis indus-
 tria dilecti Clerici nostri, Domini Ricardi de Gomersale, Canonici Ecclesie
 nostre Collegiate Criditonie, plenam fiduciam obtinentes, eundem temporalia
 vestrorum quorumeunque, tam infra Prioratum quam extra, durante
 tempore vacacionis hujusmodi, Rectorem deputamus et Custodem; vobis
 omnibus et singulis injungimus firmiter et mandamus quatinus, in hujus-
 modi commissa sibi sollicitudine, vos eidem studeatis humiliter intendere
 et parere.—Datum in Manorio nostro de Chuddeleghe, xvij^{mo} die mensis
 Septembris, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo septimo, et Con-
 secrationis nostre vicesimo.

—*Custodia Prioratus Plymptonie,*—

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Domino Ricardo de Gomersale, Canonico
 Ecclesie nostre Sancte Crucis Criditonie, nostroque Clerico familiari, salu-
 tem, graciam, et benedictionem.—Ad regendum et custodiendum et ser-
 vandum omnia et singula vacantia ad presens bona temporalia Prioratus
 Plymptonie, nostrorum Patronatus et Diocesis, tam infra eundem Prioratum
 existencia quam extra, vacacione Prioratus hujusmodi perdurante; vobis,
 de cuius conscientie puritate et circumspeccionis industria plenam fiduciam
 obtinemus, vices nostras committimus per Presentes; mandantes et firmiter
 injungentes quatinus omnem inutilem et onerosam familiam quam in ipso
 Prioratu repereritis amoveatis penitus ab eodem, aliam necessariam et
 honestam loco illius, si oporteat, subrogantes. Si, vero, ex aliqua occupa-
 cione necessaria, durante vacacione predicta, a dicto Prioratu vos oporteat
 absentare, ut alium vel alias fideles et ydoneos, vestro periculo, ponere
 poteritis, loco vestri, vobis tenore Presencium indulgemus.—Datum apud
 Chuddeleghe, xvij^o die mensis Septembris, Anno Domini Millesimo CCC^{mo}
 quadragesimo septimo, et Consecrationis nostre vicesimo.

[fol. 151b.] Lympstone; Inquisition as to the vacancy of the Benefice, etc.—
 Johanes, etc., dilectis in Christo filiis, Decano Ecclesie nostre Exoniensis, et
 Magistro Hugoni de Setone, dicte nostre Ecclesie Exoniensis Canonico,
 salutem, etc.—Cum nuper dilectus filius, Johanes Boys, dilecti filii,
 Domini Willelmi Daumarle, Militis, in remotis agentis, Procurator et
 Attornatus, ut dicitur, specialis, quendam Themam Boys, clericum, ad
 Ecclesiam Parochialem de Limenystone, vacantem, et de Patronatu prefati
 Domini Willelmi, ut pretenditur, existentem, nobis, ejusdem Domini
 Willelmi vice et nomine presentaverit; nos, de sufficientibus estate et litera-
 rum sciencia dicti Thome presentati aliqualiter [h]esitantes, ad exami-
 nadum Inquisitionem quam super vacacione predicte Ecclesie, meritis eci-
 am Presentantis et Presentati, ceterisque consuetis articulis, per Rectores et
 Vicarios Decanatus de Ayllesbeare, in quo ipsa Ecclesia consistit, capi-
 fecimus; quamque vobis, clausam sigilli nostri impressione mittimus con-

A.D.
1347. signatam. Et in eventum quo per eandem, aut alia quecumque legitima Documenta, ipsum Thomam etatis et sciencie sufficiencium fore repereritis,
Vol. I. nichilque aliud sibi obstet de Canonis Institutis; [ad] eundem Thomam ad prefatam Ecclesiam admittendum et instituendum Canonice in eadem, ac in ejusdem possessionem corporalem inducendum, inducere mandandum, vobis, de quorum conscientie puritate et circumspectionis industria ad plenum in Domino confidimus, cum coercionis Canonice potestate, coniunctim committimus vices nostras.—Data apud Hemyoke, xxij^{mo} die mensis Septembris, Anno Domini M^o. CCC^{mo} xlviij^{mo}, et Consecrationis nostre xx^{mo}.

[*Dimissorie*,—

—Severinus de Tyntagel and John Michel (Dioc. Exon.) were ordained acolites by the Bishop of Winchester, 22 Sept., 1347, in the Parish-Church of South Waltham. (*Register Edyndone*, fol. G^b).—The former was ordained subdeacon by the same Bishop, in his Chapel in the Manor of Southwark, 15 March, 1347-8 (*ibid.*, fol. K); deacon, “ad titulum Prioris et Conventus de Lancistone,” in Coveham [*hodie Cobham*] Church, 7 March, 1348-9 (*ibid.*, fol. P); and priest (same title) in the Chapel of Farnham Castle, 28 March, 1349 (*ibid.*, fol. R): the latter subdeacon at Cobham, 7 March, 1348-9, “ad titulum Prioris et Conventus Sancti Germani” (*ibid.*, fol. O).—F.J.B.]

[Mutatio anni Consecrationis Domini.

Anno Domini M^o. CCC^{mo} xlviij^o, et Consecrationis Domini
xxj^{mo} incipiente.]

Plympton Priory (*continued*),—

fol. 150. Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Decano Plymptonie, ac Magistro Willelmo de Carslake, de Newetone Ferers, et Domino Johanni de Shyreforde, de Mewy, nostre Diocesis, Ecclesiarum Rectoribus, salutem, graciam, et benedictionem.—Vacante nuper Prioratu Plymptonie, Ordinis Sancti Augustini, nostrorum Patronatus et Diocesis, per mortem quondam Fratris Johannis de Englebourne, ejusdem dum vixit Prioris; et vacacione ipsa nobis per Subprioris et Conventus ejusdem Loci patentes Literas intimata; ac petita instanter a nobis, vero dicti Prioratus Patrono, Licencia et obtenta, alium ydoneum eligendi Canonice in Priorem; corporeque quondam dicti Fratris Johannis Ecclesiastice tradito sepulture; demum Subprior predictus omnesque et singuli prefati Prioratus Canonici, Conventum plenum facientes, die ad Eleccionem celebrandam assignata, post Missam de Sancto Spiritu in Choro Ecclesie devote et solemniter decantata, in Domo Capitulari hora debita congregati, factis certis debitibus protestacionibus per eosdem, et lecto ac exposito coram eis Generali Concilio *Quia propter*; expulsisque et exclusis laicis, ac eciam, unico Notario dumtaxat excepto, clericis secularibus quibuscumque, nullo tractatu alio interveniente; statim, subit, et repente, Spiritus Sancti gracia, prout firmiter creditur, inspirati, una voce, nullo penitus discrepante, in Fratrem Robertum de Forde, ipsorum et dicti Conventus Concanonicum et Confratrem, virum utique, ut asservetur, providum et discretum, ac sciencia et moribus multipliciter commendatum, Ordo Linenque et Regulam Beati Augustini in ipso Prioratu expresse Professum, et in etate legitima et Sacerdotali Ordine constitutum, vota sua concorditer direxerunt, ipsumque Fratrem Robertum in continentis in suum et Prioratus predicti Priorem et Pastorem, una voce et uno spiritu, ut dicitur, elegerunt. Subsequenterque, dicta Eleccione per unum de Concanonicis, de communis omnium consensu, coram Clero et populo publicata,

A.D. 1347. prefati Subprior et Conventus eidem Electo, ut de se facte Eleccioni hujusmodi consentiret, cum maxima instancia supplicarunt; qui finaliter, Vol. I. quamvis non sine difficultate, Confratrum devictus instancia importuna, predictie Eleccioni assensum suum prebuit humiliter et consensum; [et] Decreto postmodum memoratae Eleccionis per deputatos sufficientes et ydoneos instructores nobis debite presentato, pro parte Subprioris et Conventus predictorum fuimus instantissime requisiti ut Eleccionem sic in caritate et concordia celebratam dignaremur modis omnibus confirmare. Verum, ne per talem confirmationem repentinam, nullis quos negotium hujusmodi concerneret evocatis; aut, ipso negocio indiscusso, cito, contra doctrinam Apostoli et Sacrorum Canonum Instituta, Electo hujusmodi manus impouere videamur; vobis, et vestrum cuilibet communiter et divisim injungimus firmiter et mandamus quatinus in Ecclesia Prioratus de Plymptone antedicti, in instanti Festo Apostolorum Symonis et Jude [28 Oct.], intra Missarum Solempnia, fieri faciatis proclamationem publicam et solempnem, ut, si qui sint qui se opponere velint contra dictam Eleccionem personasve eligencium aut Electi, sufficienter compareant coram nobis, aut nostro in hac parte Commissario, in Capella Manerii nostri de Chuddeleghe, die Mercurii proxima ante Festum Omnium Sanctorum [31 Oct.], quem terminum sufficientem fore arbitramur et ad id peremptorie assignamus, oppositiones suas hujusmodi in forma juris proposituri et eas effectualiter prosecuturi, ulteriusque facturi et recepturi, cum continuacione et prorogacione dierum tunc sequencium et locorum, quod dictaverit ordo juris. Denunciantes eisdem quod, sive venerint sive non, ad finalem expidicionem ipsius negotii procedemus, quatenus et prout de jure fuerit procedendum. De die, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis, aut, eciam, fecerit unus vestrum, modoque et forma quibus presens Mandatum nostrum fueritis executi, nos, dictis die et loco, distincte et aperte certificetis, seu saltim certificet ille vestrum qui presens Mandatum nostrum fuerit executus, per suas patentes Literas, harum seriem continentest.— Datum in Manerio nostro de Chuddeleghe, xxij^o die mensis Octobris, Auno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo septimo, et Consecrationis nostre xxj^{mo}.

—Certificatorium de contentis in dicto Mandato,—

Venerabili in Christo Patri, etc., sui humiles et devoti filii, Decanus Plymptone et Willelmus de Carslake, Rector Ecclesie de Nywetone Ferrers, obedienciam et reverenciam tanto Patri tam debitas quam devotas, cum omni honore.—Mandatum vestrum reverendum xxv^{to} die mensis Octobris, sub anno infrascripto, in hec verba recepimus,—Johannes, *ut supra*.—Cujus auctoritate Mandati vestri reverendi ad Ecclesiam Prioratus de Plymptone antedictam in Festo Apostolorum Symonis et Jude, ut mandatur, accessimus, et in eadem Ecclesia, intra Missarum Solempnia, proclamationem publicam et solempnem fecimus, ut, si qui essent qui opponere vellent contra dictam Eleccionem, personas eligencium aut Electi predicti, sufficienter comparent coram vobis, Venerabili Patre antedicto, aut vestro in hac parte Commissario, in Capella Manerii vestri de Chuddeleghe, die Mercurii proxima ante instans Festum Omnium Sanctorum [31 Oct.], quem terminum sufficientem fore arbitrati fuistis, et ad id peremptorie assignastis, oppositiones suas hujusmodi (*etc., ut supra*). Denunciaivimus, insuper, publice, palam, et expresse, quod, sive venerint sive non, ad finalem expidicionem ipsius negotii procederetis, quatenus et prout de jure fuerit procedendum. Et sic Mandatum vestrum reverendum sumus reverenter executi. In quorum testimonium ego, Willelmus, Rector antedictus, sigillum Decani Decanatus de Plymptone Presentibus apponi procuravi. Et ego, Decanus de Plymptone prefatus, sigillum quo in Officio utor, pro me, ac per dictum Willelmum, ut premittitur, Rectorem, specialiter requisitus, Presentibus apposui.—Datum apud Plymptone, xxvij^o die dicti mensis Octobris, Anno Domini supradicto.

A.D. — Die, vero, Mercurii supradicto, exhibito dicto Certificatorio sub sigillo
 1347. Decani Plymptonie per Magistrum Robertum Peyke, Procuratorem Sub-
 Vol. I. prioris et Conventus Plymptonie, una cum Decreto Eleccionis, de quo supra
 fit mencio, in Manerio de Chuddeleghe supradicto, dictus Venerabilis Pater
 proclamacionem hujusmodi fieri fecit ex habundanti, in porta dicti Manerii,
 publicam et solemnem. Et, quia non apparuit de aliquo oppositore in ea
 parte, dictus Venerabilis Pater preclusit viam in ea parte opponendi; et
 dictus Magister Robertus, Procurator dictorum Subprioris et Conventus,
 produxit duos Canonicos dicti Prioratus, videlicet Fratres Ricardum de
 Gatepathé et Johannem Bacoun, prefati Decreti et Eleccionis hujusmodi,
 ut asseruit, Instructores, et illos petiit examinari, habitaque super Decreto
 Eleccionis plena informacione, eandem confirmari et justicie fieri comple-
 mentum. Receptoque juramento ab eisdem Instructoriis, ut moris est,
 dictus Venerabilis Pater prefixit et assignavit predicto Magistro Roberto,
 fol. 151. Procuratori proximum diem Juridicum post Commemoracionem Animarum
 [2 Nov.] ad videndum attestaciones dictorum Instructorum et eas audiendu-
 dum publicari, et ulterius faciendum in toto negocio quod justum fuerit et
 consonum racioni. Quo die, videlicet tercio mensis Novembris, comparuit
 dictus Procurator; publicatisque attestacionibus hujusmodi, et, habita
 super eisdem ac toto Processu in dicto Eleccionis negocio habito [plena in-
 formacione], petiit idem Procurator, in presencia predicti Fratris Roberti,
 Electi, ut idem Venerabilis Pater in hujusmodi Eleccionis negocio procederet,
 et justicie faceret complementum. Et tunc idem Venerabilis Pater, habita
 deliberacione cum juris peritis tunc eidem assistentibus, dictam Eleccionem
 minus ydoneam et Canonicam, non persone Electi vicio vel defectu, set
 utpote omissa in substancialibus forma que necessario requirebatur, re-
 putavit, ac eam irritavit et cassavit; et pronunciavit potestatem sibi devolutam
 esse providendi eidem Prioratu de Priore; ac prefatum Fratrem Robertum
 de Forde in Priorem dicti Prioratus subsequenter prefecit, et de eodem
 predicto Prioratu providit, et sibi Literas Provisionis et Inductionis, ac
 eciam Installationis fecit, in forma que sequitur, et concessit.

—Cassacio Eleccionis Plymptonie, et Collacio ejusdem per Episcopum,—

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Roberto de Forde, Canonico Professo
 Prioratus Plymptonie, Ordinis, etc., salutem, graciā, et benedictionem.
 —Regimini Ecclesiarum Diocesano jure nobis subjectarum, quamquam insufficien-
 tibus meritis, disponente Domino presidentes; et si pro earum
 omnium statu salubriter dirigendo, quantum nobis ex Alto permittitur,
 sollicite cogitemus; earum, tamen, propensior sollicitudo nos excitat, que
 ad nostram sollicitudinem immediacius pertineat atque curam, et presentim
 cum eas, propriis carentes Pastoribus, vacacionis incomodis cernimus sub-
 jacere, ut tales eis per nostre Provisionis ministerium in Pastores preficere
 studeamus, de quibus, pensatis eorum meritis ac virtutibus, considerare
 possimus verisimiliter et tenere quod sub eorum fructuoso regimine
 Ecclesie ipse, tam spiritualibus quam temporalibus comodis, Auctore
 Domino, feliciter valeant ampliari. Nuper, siquidem, Religioso Viro, Fratre
 Johanne de Engleborne, tuo et dicti Prioratus Plymptonie dum viveret
 Priore, viam universe carnis ingresso; quamquam tunc Subprior et Conven-
 tus dicti Loci, ad Eleccionem futuri Prioris procedentes, te in eorum
 Priorem per quendam modum duxerint forsitan eligendum, tuque, Eleccioni
 hujusmodi de te facte consciens et propter hoc ad nos recurrens, Eleccio-
 nem eandem, nobis ipsius presentato Processu, confirmari, vel alias Senten-
 ciam ferri super ea, a nobis sepius postulasses; demum Eleccionem ipsam, non
 persone tue vicio vel defectu, set utpote omissa in substancialibus forma
 que necessario requiritur, minus ydoneam et Canonicam pronunciavimus,
 prout erat, irritam et inanem; prefatos, nichilominus, eligentes occasione
 premissa potestate eligendi [privavimus] ea vice, Provisionem eidem Prioratu
 de Priore faciendam ad nos ea occasione devolutam esse declarantes. Et
 deinde, ne hujusmodi Prioratus diu vacacionis dampnose incurreret dis-

A.D. pendia sollicite cogitantes, ac talem illi cupientes preesse personam que
 1347. tanto conveniat et congruat oneri et honori; post deliberacionem quam
 Vol. I. super hoc habuimus diligentem, in te, quem vite et morum honestas, fama
 persone, et alias concors, licet invalida, ipsius Conventus de te celebrata
 Eleccio, et alia laudanda tue probitatis merita multipliciter suffragantur,
 direximus oculos mentis nostre; ac, consideracione premissorum, de persona
 tua eidem Prioratui providemus, teque eidem in Priorem preficimus et
 Pastorem; curam animarum et administracionem spiritualium et tempora-
 lium ejusdem Prioratus tibi in Domino committendo. Teque per Libri
 nostri tradicionem investimus presencialiter de eodem, firma concepta
 fiducia quod idem Prioratus per tue vigilancie studium, Deo Auctore, a
 noxiis preservabitur et adversis. In enjus rei testimonium sigillum nostrum
 Presentibus est appensum.—Data apud Chuddeleghe, iij^o die Novembris,
 Anno Domini M^o. CCC^{mo} xlviij^o, et Consecrationis nostre xxij^{mo}.

—Mandatum ad inducendum,—

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Archidiacono Tottonie, vel ejus Officiali,
 salutem, etc.—Nuper Religioso Viro, Fratre Johanne de Engleborne, Priora-
 tus Plymptonie, etc., Priore, vitam universe carnis ingresso; quamquam
 Subprior et Conventus ejusdem Prioratus, ad Eleccionem futuri Prioris
 procedentes, per quandam modum Fratrem Robertum de Forde, eorum in
 dicto Prioratu Concanonicum et Professum, duxerint forsitan eligendum,
 idemque Frater Robertus, Eleccioni hujusmodi de se facte consciens et
 propter hoc ad nos recurrens, Eleccionem eandem, nobis ipsius presentato
 Processu, confirmari, vel alias Sentenciam ferri super ea, a nobis sepius
 humiliter postulasset; demum Eleccionem ipsam, non persone sue vicio vel
 defectu, set utpote omissa in substancialibus forma que requirebatur, minus
 ydoneam et Canonicam pronunciavimus, prout erat, irritam et inanem;
 prefatos, nichilominus, eligentes occasione premissa potestate eligendi
 privavimus ea vice, Provisionem eidem Prioratui de Priore faciendam ad
 nos ea occasione devolutam esse sententialiter eciam declarantes. Et
 deinde, ne dictus Prioratus diu vacacionis dampnose (*etc., ut supra*) . . .
 ipsumque per Libri nostri tradicionem investivimus presencialiter de
 eodem. Quocirca vobis, et utrique vestrum, communiter et divisim,
 salvo jure nostro et Ecclesie nostre Exoniensis, specialiter ista vice com-
 mittimus et mandamus quatinus predictum Fratrem Robertum in corpora-
 lem possessionem ejusdem Prioratus, cum omnibus suis juribus et per-
 tinenciis universis, ad Priorem dicti Loci de jure vel consuetudine spectanti-
 bus, per vos vel alium inducatis; facientes eidem Stallum in Choro et
 Locum in Capitulo, juxta juris exigenciam, cum plenitudine juris Prioris,
 assignari. Injungentes, nichilominus, omnibus et singulis ejusdem Priora-
 tus Cancnicis quod eidem Fratri Roberto, ut vero eorundem et ipsius
 Prioratus Priori, in hiis que ad Disciplinam Regularem pertinent, humiliter
 fol. 151b.
 et devote pareant et intendant. De die, vero, receptionis Presencium, et
 quid feceritis in premissis, nos, cum per partem ipsius Prioris congrue
 fueritis requisiti, certificetis Literis vestris patentibus, habentibus hunc
 tenorem.—Datum in Manorio nostro de Chuddeleghe, quarto die Novem-
 bris, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo septimo, et Consecra-
 tionis nostre vicesimo primo.

St. Wendron; Taxacio Vicarie Sancte Wendrone,—

Universis presentes Literas inspecturis, Johannes, etc., salutem in Domino
 sempiternam.—Ad Universitatis vestre noticiam deducimus per Presentes
 quod, cum inter Religiosos Viros, Abbatem et Conventum Regalis Loci
 juxta Oxonię [Rewley Abbey], Ordinis Cisterciensis, Ecclesiam Parochiale
 Sancte Wendrone, cum Capellis eidem adjacentibus, nostre Diocesis, in
 proprios usus, ut dicitur, optinentes, ex parte una, et dilectum filium,
 Dominum Johannem Bret, Perpetuum Vicarium ejusdem Ecclesie, ex
 altera, super porcionibus ejusdem Vicarie suscitata fuisset briga et materia
 questionis; nos demum, de Abbatis et Conventus ac Vicarii predictorum,
 cum quibus super hoc tractatum habuimus diligentem, consensu unanimi

A.D.
1347. et expresso; subductis et remotis Ordinacionibus seu Taxacionibus aliis quibuscumque super ipsa Vicaria vel ipsius porcionibus, per quemcumque
 Vol. I. habitis haetenus sive factis; quas, eciam, ex habundanti onnes et singulas, si que sint, subducimus et, tenore Presencium, revocamus; consideratisque diligenter facultatibus et possessionibus et proventibus Ecclesie antedictie, ordinamus quod Vicaria ipsa ex nunc in perpetuum consistat in obvencionibus et porcionibus infrascriptis; videlicet, in omnimodis mortuariis, berbiagiis, omnibusque decimis minoribus, ac obvencionibus et proventibus tocius altilagii Ecclesie Sancte Wendlone predice et eidem adjacencium Capellarum; necnon, in omnibus decimis majoribus provenientibus de superiori parte et inferiori Ville de Hellestone, ac eciam quadam crofta nuncupata vulgariter de Kestelwary, et de Helleescothe, Pencoys, et Tregaseke. Et preter hec, cum de habitacione aliqua Vicario qui nunc est, aut pro tempore erit, adhuc nullatenus sit provisum, ordinamus quod dicti Abbas et Conventus in solo sive dominico Ecclesie Sancte Wendlone infra Villam de Hellestone, quanto vicinius fieri poterit Capelle ejusdem Ville, unum mansum, ad minus valoris quatuor solidorum sterlingorum annui redditus, pro habitacione dicti Vicarii suorumque successorum, celeriter construi faciant competentem. Volumus, eciam, et ordinamus quod omnia onera ordinaria, ut puta procuraciones dilecti filii, Archidiaconi Cornubie, Synodaticum, Cathedraticum, et stipendia Capellanorum; reparacionem, eciam, quoad coopturam et emendacionem Cancellerum, Librorum, et fol. 152. aliorum Ornamentorum que ad ipsos parochianos non pertinent, in dictis Ecclesia et Capellis insolidum; onera, vero, extraordinaria dumtaxat pro tercia parte idem Vicarius suique successores, suis sumptibus, subeant et agnoscant. Eorundem, vero, onerum extraordinarioruin, necnon oneris reedificacionis Cancellerum, et aliorum onerum que de novo ibidem exnunc fuerint facienda, duas partes ad ipsos Religiosos ipsorumque successores volumus pertinere; potestate dictam Ordinacionem immutandi, et aliam de novo faciendi, nobis et Successoribus nostris, prout nobis aut ipsis expedire videbitur, specialiter reservata. In cuius rei testimonium sigillum nostrum, una cum sigillo Abbatis pro se et Conventu suo, ac Vicarii, predictorum, fecimus hiis apponi.—Data in Manorio nostro de Chuddeleghe, xxvij^o die Octobris, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo septimo, et Consecrationis nostre vicesimo primo.

[fol. 151b.] St. Phillack [Sancte Felicitatis, MS.]; Master Thomas de Carmynou, accolite, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study. He was to take Subdeacon's Orders within a year from his Institution (Chudleigh, 8 Nov.). And Letters Dimissory were granted to him, on the same day, "ad titulum Ecclesie sue predice."

[fol. 151b.] Instow [Yunstowe, MS.]; *Dimissorie*,—

—Sir Philip Flemmyng, subdeacon, R., "[ad] Ordinem Diaconatus . . . ad titulum Ecclesie sue predice" (16 Nov.).

[fol. 151b.] Glasney Collegiate Church [*Commenda Prepositure*],—

Johannes, etc, dilecto in Christo filio, Magistro Willelmo Heghes, presbitero, Canonico Ecclesie nostre Collegiate Beati Thome, Martiris, Glasneye, nostrorum Patronatus et Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem.—De tue discretionis et circumspectionis industria plurimum confidentes, Preposituram Ecclesie predice jam vacantem, premissa inde omni cognitione debita, ac utilitate evidenti tam ipsius Ecclesie Collegiate quam, eciam, Prepositure predice considerata diligenter,—tibi, tenore Presencium, commendamus, usque ad tempus a jure prefinitum nomine Commende possidendum. Sperantes quod Ecclesia et Prepositura predice quibus ad presens ex certis defectibus subjacent sument per tue vigilancie studium relevamen. In ejus rei testimonium sigillum nostrum fecimus hiis apponi.—Data (*sic*).

A.D. Broadwoodkelly [fol. 153] ; Master William de Coletone, R.,—
 1347. Licence of non-residence for a year, to study (Chudleigh, 4 Dec.).

Vol. I. Doddiscombsleigh ; *De variacione Presentantis*,—

[fol. 147.] Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Magistro Ricardo de Bisshopleghe,
 147. Rectori Ecclesie de Clovely, Officiali Peccularis Jurisdiccionis nostre in
 Devoniam, salutem, graciam, et benedictionem.—De vestre circumspencionis
 industria plurimum confidentes, ad audiendum et examinandum negotia
 Presentacionum, primo de Domino Andrea Averay, et secundo de Domino
 Willemo de Shillyngforde, ad Ecclesiam Parochialem de Leghe Peverel,
 nostre Diocesis, velud ad vacantem, per dilectam in Christo filiam, Ceciliam
 relictam Johaunis de Dodiscombe, ejusdem Ecclesie hac vice, ut preten-
 ditur, Patronam, nobis factam, ac illum ex ipsis Presentatis quem,—Patrona
 predicta, dictis Presentatis, ac aliis qui de jure fuerint evocandi in hac parte,
 primitus evocatis,—per Inquisitionem consuetam, seu alias probaciones
 legitimas coram vobis exhibendas,—pinguiori et pociori inveneritis uti
 jure, dummodo Presentanti aut Presentato hujusmodi Canonicum aliquod
 non obsistat, ad dictam Ecclesiam admittendum et Rectorem instituendum
 in eadem, ipsumque in corporalem [possessionem] ejusdem inducendum,
 seu induci faciendum ; salvo nobis jure nostro et Ecclesie nostre Exoni-
 ensis, si ejusdem Ecclesie de Leghe Peverel Collacio ad nos fuerit devoluta ;
 vices nostras committimus, cum cohercionis Canonice potestate. Proviso
 quod de Processu per vos inde habito curetis nos, finito negocio, reddere
 cerciores per Literas vestras patentes, harum seriem continentem.—Data
 apud Chuddeleghe, viij^o die mensis Decembbris, Anno Domini Millesimo
 CCC^{mo} quadragesimo septimo, et Consecrationis nostre vicesimo [primo].

[Farway [Farewcy, MS.] ; Richard Donecastre, R.,—

Ordained acolyte by the Bishop of Winchester, 22 Dec. 1347, in the Chapel of
 the Manor of Southwark (*Register Edyndone*, fol. Ib).—F. J. B.].

[fol. 153b.] Parkham [Parkam, MS.] ; Master Thomas de Bodrugan, sub-
 153b. A.D. deacon, R.,—

1347. Licence of non-residence for a year, to study (Chudleigh, 12 Jan.).

8. Lawhitton [Lawytton, MS.] ; Master W. Heghes, R.,—

[fol. 153b.] Licence, "sub eadem forma" (Chudleigh, 14 Jan.)

fol. 152. Excommunication ; *De diversis Articulis Excommunicacionis Ma-
 joris*,—

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Archidiacono Barnastapolie, vel ejus
 Officiali, salutem, graciam, et benedictionem.—Dudum in Concilio Pro-
 vinciali in Ecclesia Sancti Pauli Londoniarum celebrato, Venerabilis Pater,
 Dominus Johannes [de Stratforde], Dei gracia nunc Cantuariensis Archie-
 piscopus, Tocius Anglie Primas, de Fratrum suorum Suffraganeorum et
 Coepiscoporum Cantuariensis Provincie unanimi consilio et consensu, ad
 excitacionem, eciam, laudabilem inclitissimi Principis et Domini nostri,
 Domini Edwardi, Dei gracia Regis Anglie et Francie illustris, eis inde
 factam, Saero tunc approbante Concilio, statuit et pronunciavit com-
 munes malefactores pacis Sancte Ecclesie atque Regni Anglie turbatores
 et violatores ; felonies, necon, feloniarum manutentores, conspiratores,
 falso juratores in Assisis et juratis coram Justiciariis Regiis dejerantes
 scienter, falsarum querelarum assumptores, manutentores, et fautores
 earum ; per quos turbacionem pacis et violacionem libertatis ac juris

De illis Ecclesie atque Regni non ambigitur procurari. Clericos, vero, et laicos, qui
 qui universa bona sua, seu quotam eorum adeo notabilem donare inter vivos,
 bona seu aliter per fraudem vel maliciam alienare presumunt, quod Ecclesie suis
 sua remediis excluduntur, seu Rex et creditores suis juribus, ac uxores et liberi
 dant in suis porcionibus defraudantur ; ac hujusmodi fraudis consciens taliter bona
 bona Ecclesie recipientes, et ad hoc dantes consilium, auxilium, vel favorem ; Sentenciam

A.D. Majoris Excommunicacionis incurre ipso facto, ipsorum omnium Absolucionis Locorum Diocesanis specialiter reservata ; donantes, insuper, et sua bona in Cantuariensi Provincia taliter alienantes, propter sui gravitatem exaut ali-cessus, non obstante quacumque Absolucione impensa a predicta Sentencia, orum. statuit carere debere Ecclesiastica sepultura. Et, ut hujusmodi delinquencium facinora eo amplius vitarentur quo ipsi malefactores solempniter fuerint excommunicati nunciati, voluit et decrevit Venerabilis Pater antedictus ipsos in singulis Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatis, et Parochialibus Cantuariensis Provincie excommunicatos, ad minus quater in anno, publice et solempniter fore nunciandos. Quocirca vobis, in virtute Obedience firmiter injungendo, committimus et mandamus quatinus omnes et singulos malefactores predictos, in singulis Capitulis vestris in eodem Archidiaconatu, usque ad Festum Pasche celebrandis; necnon, singulis Diebus Dominicis instantis Quadragesime, et precipue Dominicis in Passione Domini et Ramis Palmarum, ac Diebus Parasceues et Pasche, in singulis Ecclesiis infra fines et limites Archidiaconatus Barnastapoliensis existentibus, intra Missarum Solempnia, cum major in eisdem intererit Cleri et populi multitudine, pulsatis campanis, candelis accensis et in eorum vituperium projectis et extinctis, Cruce que erecta, cum intimacione Absolucionis in hoc casu nobis, ut predictitur, reservate, publice et solempniter nuncietis, et per alias faciatis modo simili nunciari; dictasque Sentencias et sepulture Ecclesiastice denegacionem publicetis, ac contenta in dictis Literis nostris exponatis, et faciatis exponi, intelligibiliter in vulgari. Et quid feceritis in premissis nos, citra Octabas Pasche reddere curetis cerciores Literis vestris patentibus, habentibus hunc tenorem.—Datum in Manerio nostro de Chuddeleghe, primo die mensis Marcii, Anno Domini M° CCC^m quadragesimo septimo, et Consecrationis nostre xxj^m.

St. Crantock Collegiate Church ; *De domibus Canonicorum Sancti Carentoci,*—

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Decano Ecclesie nostre Collegiate Sancti Carentoci, nostrorum Patronatus et Diocesis, salutem, etc.—Intelleximus quod nonnulli in dicta nostra Collegiata Ecclesia Canonici prebendati domos et habitaciones, pro ipsorum residencia in ipsa Ecclesia facienda constructas et antiquitas ordinatas, ac terras ad Prebendas suas hujusmodi pertinentes, quas verum Sanctuarium ejusdem Ecclesie esse nemo hesitat, personis laicis locaverunt et ad firmam, contra Sacrorum Canonum Instituta Sanctorumque Patrum Constituciones, id expresse prohibentes fieri, tradiderunt; qui, in eisdem domibus et mansis Ecclesie, cum suis uxoribus, liberis, et familia habitantes, tabernas publicas in eisdem faciunt, et alios questus excerceant indies turpis lucri; quorum pretextu rixe, contenciones, et clamores in ipsis domibus pluries oriuntur, et propter eas ballivis et ministris secularibus frequenter datur occasio Sanctuarium ingrediendi, et ibidem, prout in solo laicali, homines arrestandi animaliaque et bona quecumque mobilia capiendi, ac extra Sanctuarium ipsius limites abducendi, in Dei offensam, libertatis et immunitatis Ecclesie violacionem, atque scandalum plurimorum. Nolentes, itaque, dictos abusus et excessus ulterius sub velo silencii palliare, tenore Presencium monemus, semel, secundo, ac tertio et peremptorio, et per vos modo simili moneri volumus et mandamus publice Monitionis edicto, Diebus Dominicis et Festivis in ipsa Ecclesia proposito et exposito in vulgari, cum major ibidem convenerit multitudo Fidelium ad Divina, omnes et singulos in memorata Collegiata Ecclesia Canonicos prebendatos quatinus, infra triginta dies a tempore Monitionis hujusmodi numerandos (quorum decem pro primo, decem pro secundo, et reliquos decem pro tertio et peremptorio termino ac Monitione Canonica, eisdem Canonicis, communiter et divisim, assignamus), prefatos laicos firmarios, cum ipsorum liberis et familia a dominibus et habitacionibus ad Prebendas suas predictas pertinentibus expellant ac excludant penitus et ex toto; eis, aut aliis quibuscumque similis condicionis, seu eciam clericis

A.D. prefatas Prebendas suas ad firmam exnunc nullatenus tradituri absque
 1347-8. nostra collaudacione et Licencia speciali. Denunciantes eisdem quod, si
 Vol. I. secus in aliquo premissorum exnunc presumpserint attemptare, contra
 eosdem omnes et singulos ad Canonicam punicionem, prout justum fuerit,
 procedemus. De die, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis in
 premissis, nos, citra instans Festum Pasche [20 April], curetis reddere
 cerciores per Literas vestras patentes, harum seriem continentibus.—Datum
 in Manorio nostro de Chuddeleghe, undecimo die mensis Marcii, Anno
 Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo septimo, et Consecrationis nostre
 vicesimo primo.

[Blisland [Blistone MS.]; John de Yewswiche, R.,—

Ordained subdeacon by the Bishop of Winchester in his Chapel in the Manor
 of Southwark, 15 March, 1347-8 (*Register Edyndone*, fol. K).—F. J. B.]

fol. 152b. Kilkhampton,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Officialibus Archidiaconorum Cornubie
 et Barnastapolie, necnon Ecclesiarum de Toustone, de Magna Torytone, de
 Bydeforde, et de Mertone, nostre Dioecesis, Rectoribus, salutem, etc.—
 Dudum fructus omnes et proventus Ecclesie Parochialis et Curate de
 Kylkamptone, dicte nostre Dioecesis, salva Ministrorum ejusdem in exer-
 cicio cure sustentacione necessaria, per Decretum nostrum, ex certis causis
 veris, justis, et legitimis sequestrantes, dilectis filiis, Officiali Archidiaconi
 Cornubie ac Decano Majoris Trigge, necnon de Suttecombe et Mertone,
 nostre Dioecesis antedicta, Ecclesiarum Rectoribus, per nostras certi tenoris
 Literas clausas nostri hujusmodi Sequestri [Decretum] inter cetera con-
 tinentes, dedimus in mandatis ut, ipsum Sequestrum nostrum publicantes
 solemnitatem et ad omnium quorum intererat aut interesse poterat noticiam
 deducentes, dictos fructus et proventus fideliter colligi et uniri, ac sub arto
 et salvo Sequestro facerent custodiri, usquequo a nobis aliud receperissent in
 mandatis; inhibentesque ex habundanti, nichilominus, vice nostra, sub
 pena Majoris Excommunicacionis, quam in contravenientes, Canonica
 Monitione premissa, tulimus tunc in Scriptis, ne quis predictum Seques-
 trum violare presumeret quoivis modo. Et, quamvis Officialis, Decanus, et
 Ecclesiarum Rectores antedicti Mandatum hujusmodi solemnitatem publi-
 cassent, idque, una cum omnibus contentis in eodem, ad omnium quorum
 intererat in genere, et specialiter cujusdam Walteri de Mertone, clerici, filii
 quondam Domini Ricardi de Mertone, defuncti, iudubitatem noticiam
 deduxissent, prout in eorum relativis et certificatoriis Literis clare vidimus
 contineri; dictus, tamen, Walterus, Claves Ecclesie dicens dampnabiliter in
 contemptum, dictum Sequestrum nostrum per se et alias, de suis precepto
 et mandato, ex certa scientia temere violavit, prout super hoc informa-
 tionem in forma juris recepimus plenariam et fidelem, reique exitus id pos-
 te patefecit. Cumque super premissis prefatum Walterum, coram nobis
 vel nostro Commissario responsurum, ad certos peremptorios competentes
 terminos, fecissemus ad judicium evocari, ac postquam per ipsius con-
 fessionem judicialiter emissam liquide constiterat de eisdem, et in termino
 sibi dato et assignato ad allegandum, proponendum, et probandum, si quid
 haberet pro se rationabile, quare in Censuras contra Sequestrorum viola-
 tores, tam in Constitutione Synodali a bone memorie Domino Petro, quon-
 dam Exoniensi Episcopo, Predecessore nostro, quam in Concilio Provinciali
 per Venerabilem Patrem, Dominum Johannem, Cantuariensem Archiepi-
 scopum, dudum Londoniis celebrato, latae et publice promulgatas, ac per
 nos exhabundanti communiatam Sentenciam pronunciari non deberet incidisse
 et declarari eisdem Sentenciis esse dampnabiliter involutum; nichil in
 facto vel in jure proponere voluerit aut quomodolibet allegare; nos, Christi
 Nomine invocato, pro tribunal sedentes, et habentes pre oculis solum
 Deum, memoratum Walterum predictas Excommunicacionum Sentencias
 in Scriptis pronunciavimus et declaravimus incurrisse, eisque fuisse, et esse,

A.D.
1347-8 propter premissa multipliciter involutum. Ne, igitur, predictus Walterus, per nostram hujusmodi pronunciacionem a consoreio Fidelium et Sancte Matris Ecclesie liminibus sequestratus, aliquam Ovili nostri ovem contagiosa inficiat labe sua, vobis, conjunctim et divisim, injungimus firmiter et mandamus quatinus ipsum Walterum sic excommunicatum esse, et fuisse, in Ecclesiis Parochialibus de Kilkampstone, Turytone Magna, Toustoke, Bydeforde, Barnastapolia, et de Mertoue, ac aliis circumvicinis, Diebus Dominicis et Festivis, intra Missarum Solempnia, dum major Cleri et populi multitudo convenerit ad Divina, pulsatis campanis, candelis accensis et extinctis, Cruceque erecta, publice et solemptiter nuncietis, et faciat simil modo per alios nunciari; ab hujusmodi denunciacione non cessantes quoisque aliud a nobis super hoc habueritis in mandatis. Inhibentes, nichilominus, Christi Fidelibus universis ne quis cum eodem excommunicato communicare presumat; casubus a jure permissis dumtaxat exceptis. Quis, vero, vestrum presens Mandatum nostrum primo receperit, retenta sibi copia, exinde id alteri non habenti transmittere studeat indilate. Et quid feceritis in premissis; necnon, de modo et forma denunciacionis hujusmodi, nos, citra Octabas Pasche proximo futuras [27 April] certificet quilibet vestrum suis Literis patentibus, harum seriem et ordinem continentibus, sigillo autentico consignatis.—Datum in Manerio nostro de Chuddeleghe, xx^{mo} die mensis Marci, Anno Domini M^o. CCC^{mo} quadragesimo septimo, et Consecrationis nostre xxj^{mo}.

Yealmpton : Case of Assault ; De insulto facto in Commissarios Archidiaconi Tottonie,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Fratribus Johanni [de Courtenay], Abbatii Monasterii Tavystochie, et Roberto [de Forde], Priori Prioratus Plymptonie, ac Dominis Waltero Pollard, de Northbovy, et Johanni Mymylonde, de Tavipetri, Ecclesiarum Rectoribus; necnon, Thome, Vicario Ecclesie de Suttone, nostre Diocesis, salutem, etc.—Olim Romani Principes, Orthodoxe Fidei Professores, illos presumptores sacrilegos qui ausu nephario in Ecclesiis, vel Ecclesiasticas Personas in ipsis Ecclesiis existentes, hostiliter irruere presumpserunt, ac super hiis confessos vel convictos, statuerunt debere ultimo supplicio subjacere; non expectato ut ipse persone Ecclesiastice vindictam injurie proprie deposcerent, quibus sanctitas ignoscendi gloriam dereliquerunt. Set, prochdolor, modernis temporibus nonnulli laici in tantam furoris audaciam inciderunt, ut quo magis contumelias, dampna, et opprobria Ecclesiis et Personis Ecclesiasticis intulerunt eo magis congaudent et intimius gloriantur. Dudum, siquidem, patrati sceleris evidencia ae infamia longe lateque diffusa, quasi in communem incolarum Civitatis et Diocesis nostrarum Exonie, deduxit in publicam nocionem quomodo nonnulli dampnacionis alumpni ac Ecclesie persecutores crudelissimi, cum turmis hominum circiter ducentorum, more guerrino arinatorum, ad Ecclesiam Parochialem de Yalmetone, dicte nostre Diocesis, terribiliter concurrentes, in discretum virum, Magistrum Willelmum de Tounstalle, sacerdotem, et pro tunc dilecti filii, Archidiaconi Tottonie Commissarium, in prefata Ecclesia de Yealmetone, in honorem Dei et Beati Bartholomei, Apostoli, dedicata, juxta Majus Altare ejusdem Ecclesie ad iura reddenda pro tribunalii sedentem, ac de morum disciplina, peccatis, et excessibus subditorum dicti Archidiaconi actualiter inquirere inchoantem, ensibus nudis extractis, arcubus extensis, ac ad sagittandum sagittis in eis positis et paratis, aliquique armorum generibus subito et horribiliter irruerunt, Rotulosque, Regestra, et Munita ejusdem Archidiaconi de manibus dicti Commissarii et clericorum ejusdem violenter eripuerunt et asportarunt, nonnullosque Advocatos, Procuratores, aliasque juris peritos clericos et viros Ecclesiasticos, qui pro justicia prosequenda et consequenda tunc in multitudine convenerant, terruerunt, et in quosdam manus sacrilegas injecerunt, dictumque Commissarium et suos Ministros exire a dicta Ecclesia compulerunt; et, nisi

A.D. iidem Commissarius et Ministri ad quandam municionem domus dilecta
 1317-8. filie, Nobilis Mulieris, Domine Margarete de Monte Hermery, que prope
 Vol. I. dictam Ecclesiam sita extiterat, celerius confugissent, mortem vel mem-
 brorum detruncacionem nullatenus, ut dicitur, evasissent; sicque pacis
 fol. 153. Ecclesie et Regni tranquillitas et immunitas enormiter lesa, Jurisdiccion
 Ecclesiastica offensa, ac Prelati Inquisicio, pro morum reformatio[n]e ordinata,
 ab hujusmodi Sathanae satellitibus opprobriose extiterat suspensa et nequiter
 impedita. O miseri et infelices! quis locus poterit esse tutus, quis securi-
 tate gaudet, si Ecclesia talibus casibus subicitur, et clerici, filii ejusdem
 speciales, hujusmodi periculis exponuntur? Cum, igitur, non sit dubium
 omnes et singulos hujusmodi presumptores sacrilegos, eorumque in pre-
 missis complices et fautores, variis Excommunicacionum Majorum Senten-
 ciis a Romanis Pontificibus et aliis Sanctis Patribus fuisse, et esse, dampna-
 biliter involutos, ac de eorum nominibus nondum fuerimus informati; ne
 hujusmodi tam graves excessus per iniquitatem trahantur ab aliis in
 exemplum, vobis, communiter et divisiu[m], in virtute Obedientie et sub
 Majoris Excommunicacionis pena, quam, nisi quod injungimus feceritis,
 formidare potestis, committimus et mandamus quatinus, instanti Dominica
 in Ramis Palmarum [13 April], ad Ecclesiam Parochialem de Suttone
 personaliter accedentes, assumptis vobiscum Rectoribus et Vicariis ibidem
 viciniis, et aliis in Ecclesia de Suttone Divina celebrantibus, prefatos
 sacrilegos, eorumque complices et fautores, excommunicatos et a linnibus
 Sancte Matris Ecclesie sequestratos, necnon diabolo et ejus angelis traditos,
 stolis et superpelliciis induiti, pulsatis campanis, candelis accensis et ex-
 tinctis, elevata Cruce, in dicta Ecclesia de Suttone, infra Missarum Solemp-
 nia, dum major populi multitudo convenerit ad Divina, publice et solemp-
 niter denuncietis; hiis verbis, vel similibus, in extincione candelarum
 utentes,—*Sicut lumen candele istius extinguitur, ita eorum bona opera*
extinguantur ante Deum, nisi resipiscant! Fiat; fiat, Amen. Absolucionem,
 vero, dictorum sacrilegorum omnium et singulorum, complicum, et
 fautorum eorundem, intimetis publice nobis esse specialiter reservatam.
 De nominibus, autem, dictorum sacrilegorum, eorundem complicum et
 fautorum, per viros fidelegos majorem noticiam de premissis verisimiliter
 optinentes juratos diligenter inquiratis. Et quos per Inquisitionem
 vestram hujusmodi culpabiles esse repereritis, seu notabiliter infamatos,
 citetis, seu citari faciat, eosdem, peremptorie, quod compareant coram
 nobis aut nostro Commissario, quinto die Juridico post Festum Invencionis
 Sancte Crucis [3 May], ubicumque tunc fuerimus in nostris Civitate vel
 Diocesi, super hujusmodi sceleribus perpetratis responsuri, et de veritate
 dicenda personaliter juraturi, ulteriusque facturi et recepturi quod justum
 fuerit et consonum racioni. Inhibentes Capellanis Parochialibus de Suttone,
 et aliis, ne, cum et quando eis de eorum personis et nominibus constiterit
 in forma juris, ipsos ad Sacra[m]enta ve[re] Sacramentalia admittere presumant,
 preterquam in casu a jure expresso et permisso. Proviso quod hujusmodi
 Mandatum nostrum ac omnia contenta in eo tunc, ibidem, exponatis, seu
 exponi faciat, clarius in vulgari; idemque Mandatum alii Diebus
 Dominicis Festivis, in Ecclesiis Ville de Suttone vicinioribus, quo ad
 denunciaciō[n]em similem exequi, seu execucionem hujusmodi demandari,
 absque figura aliquo, studeatis. Quis, vero, vestrum presens Mandatum
 primo receperit, retenta inde sibi copia, id indilat transmittat alteri nou-
 habenti. Et quid feceritis in premissis, necnon de modo et forma denun-
 ciacionis et execucionis hujusmodi, nos, dictis die et loco, certificetis Literis
 vestris patentibus, habentibus hunc tenorem.—Datum in Manorio nostro de
 Chuddeleghe, xxij^{mo} die mensis Marcii, Anno Domini M^o. CCC^{mo} xlviij^{mo}, et
 Consecrationis nostre vicesimo primo.

The Court of Rome; *Procuratorium in Curia Romana*,—

Universis pateat per Presentes quod nos, Johannes, etc., in casu et causa
 et causis, negocio et negocis, quas et que contra Walterum de Mertone,

A.D.
1347-8. clericum, nostre Diocesis, in Romana Curia coram quocumque vel quibus-
cumque Judice vel Judicibus, Auditore seu Auditoribus, deputato aut
Vol. I. deputatis seu in posterum deputandis, monimus, monemus, et monere
intendimus, dilectos nobis in Christo, discretos viros, Magistros Rogerum de
Motelowe, Legum Doctorem, Licchfeldensis, Johannem de Holande et
Henricum Peyke, clericos, nostre Exoniensis, Diocesum, nostros ordinamus,
facimus, et constituimus veros ac legitimos Procuratores, Actores, Defen-
sores, negotiorum Gestores, et Nuncios speciales. Dantes et concedentes
eisdem, conjunctim et divisim, ac eorum cuilibet in solidum et in totum,
ita quod non sit melior condicio occupantis, set quod unus eorum incepit
alius prosequi valeat et finire, potestatem generalem et Mandatum speciale
in Causis et negociis hujusmodi dumtaxat, ad agendum et defendendum;
excipiendum et replicandum; libellum dandum; litem contestandum;
terminos et dilaciones petendum et recipiendum; de calumpnia et cuius-
libet alterius generis licitum sacramentum in animam meam prestandum,
ponendum, et articulandum; testes et Instrumenta producendum; ac dicti
Walteri, adversarii nostri, probaciones et munimenta videndum, et eas seu
ea reprobandum; beneficium restitucionis in integrum ac absolucionis
simpliciter et ad cautelam, quo ciens et quando principaliter seu in-
cidenter opus fuerit, petendum et optimendum; crimina et defectus
opponendum et probandum, allegandum, et concludendum; Sentenciam
et Sentencias, tam interlocutorias quam diffinitivas, proferri petendum et
optimendum, provocandum et appellandum; ac appellaciones hujusmodi
illi et illis quorum interest intimandum, appellacionumque causas pro-
sequendum; alium, vel alios, Procuratorem, seu Procuratores, in premissis
et eorum singulis, loco ipsorum et cuiuslibet eorundem substituendum,
ac substitutum seu substitutos revocandum, onusque Procuracionis in se,
et eorum quemlibet, resumendum, quo ciens eis vel eorum alicui videbitur
expedire; et generaliter ad omnia et singula faciendum et expediendum que
per verum [et] legitimum Procuratorem fieri et expediti possent quomodo-
libet in premissis. Ratum, gratum, et firmum perpetuo habituri quicquid
per dictos Procuratores nostros, aut eorum aliquem, substitutum vel sub-
stitutos eorum aut alicujus eorundem, actum, gestum, seu procuratum
fuerit in predictis seu aliquo predictorum. Volentes, insuper, memoratos
Procuratores nostros, substitutum et substitutos ab eisdem et eorum
quilibet, a satisdandi onere relevare, judicio sisti et judicatum solvi, cum
omnibus suis clausulis, sub omnium nostrorum obligacione et hypotheca
bonorum, promittimus per Presentes. In cuius rei testimonium sigillum
nostrum Presentibus apposuimus.—Datum in Manerio nostro de Chudde-
leghe, nostre Exoniensis Diocesis antedicta, xxij^o die mensis Marcii, Anno
Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo septimo, et Consecrationis nostre
vicesimo primo.

fol. 153b. Pateat universis per Presentes quod nos, Johannes, etc., ordinamus, facimus,
et constituimus dilectos nobis in Christo, discretos viros, Magistros J. de
Holande et Henricum Peyke, clericos, nostre Exoniensis Diocesis, con-
junctim et divisim, et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior
condicio occupantis, set quod unus eorum incepit aliis prosequi valeat et
finire, nostros veros et legitimos Procuratores, Sindicos, Actores, et Nuucios
speciales, ad inpetrandum pro nobis, ac nostro et nostre Exoniensis Ecclesie
nomine, in Sacrosancta Romana Curia, Privilegia, Indulgencias, et quas-
cumque Literas, tam simplices quam legendas graciā seu justiciam con-
tinentes; neenon, ad contradicendum et in locum seu loca ac Judicem seu
Judices conveniendum, et eosdem eligendum et recusandum, cauciones
solitas prestari petendum et optimendum, ac propter premissa et eorum
singula, quo ciens et quando opus fuerit, appellandum, et Appellaciones
hujusmodi prosequendum, in animam nostram jurandum, et generaliter
omnia alia et singula faciendum in premissis, et circa ea, que necessaria
fuerint seu quomodolibet oportuna. Ratum, gratum, et firmum perpetuo

A.D. habituri quicquid iidem Magistri Johannes et Henrieus, vel eorum alter, 1347-8. fecerint aut fecerit in premissis seu aliquod (*sic*) premissorum. In cuius rei Vol. I. testimonium sigillum nostrum Presentibus apposuimus.—Datum in Manorio nostro de Chuddelegh, nostre Exoniensis Diocesis antedicta, vicesimo tercio die mensis Marcii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo septimo, et Consecrationis nostre vicesimo primo.

[Mutatio Annī Encarnacionis Domini.]

Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo octavo, et Consecrationis dicti Patris vicesimo primo.

A.D. St. Mawnan [Sancti Maunani, MS.], Master John Bodrugan, 1348. deacon, R.,—

[fol. 154.] Licence of non-residence for a year, to study, "ubicumque in Anglia, etc." (Chudleigh, 4 April).

fol. 155. Glasney; *Canonicis Glasneye, de interessendo Horis diurnis et nocturnis ut Canonici Exonie; et ne admittantur ad residenciam nisi in Sacerdotio constituti, sub pena Excommunicacionis,*—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Preposito et Capitulo Ecclesie nostre Collegiate Glasneye, salutem, graciam, et benedictionem.—Olim bone memorie Dominus Walterus Primus [Bronescombe], Exoniensis Episcopus, Predecessor noster, cum dictam Ecclesiam vestram, ex magna devocatione, in honorem Beati Thome, Martiris, construxisset, certumque in eadem Canonorum numerum statuisset, inter cetera que pro regimine ipsius Ecclesie ordinaverat ut sic filia sue matris condiciones, quantum fieri posset, in omnibus sequeretur, pronunciando statuit et decrevit ut Statuta et laudabiles approbatas ac approbandas nostre Exoniensis Ecclesie Consuetudines Canonicorum Ecclesie Collegiate antedictae ibidem perpetuo observarent. Cum, igitur, Statutis predictis nostre Exoniensis Ecclesie, per memoratum Predecessorem nostrum editis et Sedis Apostolice Auctoritate confirmatis, expressius caveatur quod Canonicorum in ipsa Ecclesia residentes Horis diurnis et nocturnis, nisi Canonicum impedimentum aut causa racionabilis eos, de sui Superioris licencia, excusaret, teneantur, sine fraude, personaliter interesse, honores et onera ipsius Ecclesie presencialiter sustinere, ac Divinum Officium in Ordine Sacerdotali celebrando perficere et perficiendo celebrare, cum eorum singuli certis saltim ebdomadis Sacerdotale Officium personaliter agnoscere teneantur; vobis in virtute Obedientie, et sub Majoris Excommunicacionis Sentencie pena, injungimus firmiter et mandamus quatinus inter vos omnes prefatum Statutum faciatis, quantum ad vestrum singulos attinet, modis omnibus observari; vobis, nichilominus, sub debito prestite nobis Obedientie firmiter inhibentes ne exnunc aliquem Canonicum nisi in Sacerdotali Ordine constitutum ad residenciam in ipsa Ecclesia faciendum munera-quomodolibet admittere presumatis. Diem, vero, receptionis Presencium, et quid super hiis duxeritis faciendum, nobis, citra instans Festum Sancti Johannis ante Portam Latinam [6 May] intimetis Literis vestris patentibus, habentibus hunc tenorem. Datum in Manorio nostro de Chuddelegh, decimo die mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo octavo, et Consecrationis nostre vicesimo primo.

Nota sub pena Excom. Et quod super hiis duxeritis faciendum, nobis, citra instans Festum Sancti Johannis ante Portam Latinam [6 May] intimetis Literis vestris patentibus, habentibus hunc tenorem. Datum in Manorio nostro de Chuddelegh, decimo die mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo octavo, et Consecrationis nostre vicesimo primo.

Curious Arts; *Contra quandam mulierem sortilegum, et super usum et exercicio magice artis infamatam,*—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Officiali Archidiaconi Tottonie in Ecclesia nostra Exoniensi, et Vicariis Ecclesiarum de Modbury et Tounstalle,

A.D.
1348. nostre Diocesis, salutem, graciā, et benedictionem.—Cum clamor validus
 et infamia publica nuper ad nostrum auditum, non sine gravi cordis dispi-
 Vol. I. cencia, deduxissent quod quedam mulier scelerata, nuncupata Margeria
 Ryvel, retro post Sathanam conversa, arte sortilega ac superstitionibus et
 illusionibus suis nephariis subditos nostros seduceret, ac multos ad infide-
 litatis interitum pertraheret et a recta fide faceret deviare ; nos, qui juxta
 Canonicas Sancciones tenemur illam perniciosaē et a zabulo inventam
 sortilegam et magican artem ex nostra Parochia penitus extirpare, ipsam
 Margeriam, ad certos diem et locum competentes, super usu et exercicio
 hujusmodi dampnate artis responsuram, mandavimus et fecimus coram
 nobis ad judicium evocari. Cumque in termino nullatenus compareret,
 Sentenciam Majoris Excommunicationis pro sua contumacia proferri fecimus
 in eandem. Quocirca vobis, communiter et divisim, committimus et manda-
 mus quatinus ipsam sic excommunicatam esse, vos, Officialis predicte, in
 singulis Capitulis vestris ; vos, vero, Vicarii in Ecclesiis Parochialibus
 predictis et aliis Ecclesias vicinis, intra Missarum Solempnia, cum major
 affuerit Cleri et populi multitudo, publice et solemniter denuncietis, et
 per alios Curatos in locis ad que est magis solita declinare, faciatis similiter
 nunciari ; inhibentes, sub pena Majoris Excommunicationis, omnibus et
 singulis subditis nostris ne ad dictam Margeriam, que phitonissa¹ demoniaca
 reputatur, pro responsis seu consultacionibus ab eadem optinendis pre-
 suūt accedere, seu illam interrogare vel consulere quoivismodo ; quia,
 secundum Beatum Augustinum, qui tales et quascumque divinaciones, aut
 facta aut auguria observat aut attendit, aut consentit observantibus, aut
 talibus credit, aut ad eorum domum vadit, aut in sua domo introducit ut
 interroget, sciat se Fidem Christianam prevaricasse, et paganum et apostatam,
 id est retro abeuntem et Dei inimicum, et iram Dei graviter incurtere
 in eternum, nisi Ecclesiastica Penitencia emendatus Deo reconcilietur.
 Citantes, nichilominus, seu citari facientes, prefatam Margeriam quod com-
 fol. 151. pareat coram nobis, vel nostro Commissario, proximo die Juridico post
 Dominicam qua cantatur Officium *Quasimodo geniti*, ubicumque nos fuerimus
 in nostris Civitate vel Diocesi, super premissis et ea contingentibus respon-
 sura, et de veritate dicenda personaliter juratura, ulteriusque factura et
 receptura quod est justum. Et quid feceritis in premissis nos, dictis die
 et loco, certificetis Literis vestris patentibus, habentibus hunc tenorem.
 Quis, vero, vestrum presens Mandatum nostrum primo receperit, retenta
 ipsius copia, id alteri transmittat indilate.—Datum in Manerio nostro de
 Chuddeleghe, xiiij^{mo} die mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo CCC^{mo}
 quadragesimo octavo, et Consecrationis nostre vicesimo primo.

Barnstaple ; *Commissio super lite mota inter Priorem et Vicarium
 Barnastapolie, super Ordinacione Vicarie et pensionis annue
 centum solidorum,—*

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Magistro Hugoni de Setone, Canonico
 Ecclesie nostre Exoniensis, Officiali nostro Principali, salutem, etc.—Ad
 audiendum et fine debito terminandum Causam seu negocium quam, vel
 quod, dilectus filius, Dominus Robertus de Ewyas Lacy, Vicarius Ecclesie
 Barnastapolie, nostre Diocesis, contra Religiosos Viros, Priorem et Mon-
 chos Barnastapolie, Ecclesiam predictam in proprios usus optinentes, super
 et de Ordinacione Vicarie Ecclesie antedictae, per bone memorie Dominum
 Walterum, quondam Exoniensem Episcopum, Predecessorem nostrum,
 edita, ac pensione centum solidorum a dicta Vicaria dictis Religiosis, prout
 in eadem Ordinacione dicitur contineri, debita, et eorum occasione, coram
 vobis mouere intendit, ac ipsam Ordinacionem, si et quatenus hoc liqueat
 fieri debere de jure et justum fuerit, auctoritate nostra reformatum,
 corrigendum, moderandum, interpretandum, immutandum, augmentandum,

¹ Pro *pythonissa* (Epist. Innoc. PP. III).—D'Arnis.

A.D. vel diminuendum, ac alia faciendum que in hac parte juste et rationabiliter
 1348. facere possemus; vobis, de cuius fidelitate et industria ad plenum confidi-
 Vol. I. mus, vices nostras committimus, cum coercionis Canonice et quod decre-
 veritis exequendi potestate. In cuius rei testimonium sigillum nostrum
 Presentibus est appensum.—Data in Manerio nostro de Chuddeleghe,
 penultimo die mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} xlviij^o, et
 Consecrationis nostre vicesimo primo.

St. Teath; *Ad inquirendum de natalibus Johannis Cavel, oriundi de Parochia Sancte Tethe,—*

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Decanò Ecclesie nostre Collegiate
 Sancti Carentoci, ac Domino Johanni de Oldestowe, Rectori Ecclesie Sancte
 Mabene, nostre Diocesis, salutem, etc.—Literas Venerabilis in Christo
 Patris, Domini Willelmi [Bateman], Norwicensis Episcopi, recepimus;
 per quas nos cum instancia requisivit ut super legitimitate et natalibus
 ejusdam Johannis Cavel, Rectoris Ecclesie de Syslond [*Sisland, Norfolk*],
 Norwicensis Diocesis, filium naturalem et legitimum Hamonis Cavel, de
 Parochia Sancte Tethe, dicte nostre Diocesis, se dicentes, inquirem faceremus
 cum diligencia veritatem, ac super hiis que per depositionem testium
 legitimate producendorum compereremus ipsum patrem clare certificaremus
 per Literas nostras, deposiciones ipsorum testium eorumque nomina con-
 tinentes. Volentes, igitur, dicti Patris votis annuere favorabiliter in hac
 parte, vobis et utriusque vestrum, conjunctim et divisim, injungimus firmiter
 et mandamus quatinus, per viros fide dignos majorem premissorum noticiam
 obtinentes, super eisdem diligenter et sollerter studeatis inquirere veri-
 tatem; eos, autem, per quos predictorum veritas erui poterit, si se sub-
 traxerint, gracia, odio, vel timore, compellatis arcus, vice nostra, per
 Censuras Ecclesiasticas veritati testimonium perhibere. Ad que omnia
 vobis, conjunctim et divisim, cum cuiuslibet coercionis Canonice potestate,
 committimus vices nostras. Proviso quod, Inquisitione hujusmodi expedita,
 quid per eam inveneritis, aut invenerit alter vestrum, una cum nomi-
 nibus testium per quos capta fuerit, clarisque depositionibus eorundem, nobis
 dilucide rescribatis per vestras patentes Literas, harum seriem continentem.
 —Datum in Manerio nostro de Chuddeleghe, primo die mensis Maii, Anno
 Domini M^o. CCC^{mo} quadragesimo octavo, et Consecrationis nostre vicesimo
 primo.

St. Constantine; *Commissio admittendi Presentatum ad Vicariam
 Sancti Constantini,—*

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Magistro Hugoni de Setone, Canonico
 Ecclesie nostre Exoniensis, Officiali nostro Principali, salutem, etc.—De
 vestre circumspectionis prudencia plurimum confidentes, ad admittendum
 dilectum filium, Dominum Johannem Reve, presbiterum, ad Vicariam Eccle-
 sie Parochialis et Curate Sancti Constantini, in Cornubia, nostre Diocesis;
 ad quam nobis per dilectos filios, Decanum et Capitulum Ecclesie nostre
 Exoniensis predicte, ipsius Vicarie veros Patronos se dicentes, velud ad
 vacantem presentatus existit, ipsumque Perpetuum Vicarium instituendum
 Canonice in eadem, et in corporalem ipsius, jurium et pertinenciarum
 ejusdem induci faciendum, si et quatenus Inquisicio super vacacione dicte
 Vicarie, jure Patronatus ejusdem, ac aliis consuetis articulis, auctoritate
 nostra capta et vobis, pro parte dicti Presentati, exhibenda, pro Presentan-
 tibus et Presentato faciat antedictis, nichilque obviet in hac parte de
 Canonicis Institutis; vobis vices nostras committimus, cum cuiuslibet
 coercionis Canonice potestate. Proviso quod, expedito per vos hujusmodi
 negocio, de hiis que feceritis in premissis curetis nos reddere cerciores per
 Literas vestras patentes, harum tenorem et tocius rei geste in hac parte
 seriem dilucide continentem.—Data (*sic*).

^{fol.}
 155.] Buckfast Abbey; [*Benedic和平 Abbey Buffestrie*],—

A.D. Item, octavo die mensis Junii, Dominica, videlicet, in Festo Pentecostes, in 1348. Capella Manerii Episcopalis de Chuddeleghe, Dominus benedixit Fratrem

Vol. I. Stephanum de Cornubia, Abbatem Buffestrie; qui profitebatur sub hac forma,—Ego, Frater Stephanus, Abbas Buffestrie, Ordinis Cisterciensis, Subjeccionem, Obedientiam, et Reverenciam a Sanctis Patribus constitutam, secundum Regulam Sancti Benedicti, tibi, Domine Pater, Exoniensis Episcope, tuisque Successoribus Canonice substituendis, et Sancte Sedi Apostolice, ac Exoniensi Ecclesie, salvo Ordine meo, perpetuo me exhibitum promitto. Qua, quidem, Professione per eum lecta, eidem propria manu subscrispsit, ac eam Magistro Nicholao Aunger, Notario, tradidit.

fol. 154. Barnstaple; *Approbacio donacionis cuiusdam aree in Villa Barnastaplie, facte Fratrilnis Heremitarum Sancti Augustini,*—

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Nobili Viro, Domino Jacobo Daudelye, Mili, ac Domino Rubei Castri, salutem, etc.—Piam et devotam intentionem vestram in Domino commendantes, donacioni cuiusdam aree in Villa Barnastaplie, nostre Diocesis, pauperibus Fratribus Heremitarum Sancti Augustini per vos facte; ita quod ipsi aliquem alium locum pro ipsis habitacione infra dictae nostre Diocesis limites non retineant; consensum nostrum prebemus pariter et assensum; ipsamque, sicut rite et rationabiliter facta est, quantum ad nos attinet, salvo jure in omnibus alieno, Pontificali auctoritate, tenore Presencium, approbamus et presentis Scripti patrocinio communius.—Data apud Chuddeleghe, ix° die mensis Junii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo octavo, et Consecrationis nostre viceximo primo.

[fol. 141b.] Colcombe; *Ordinacio Cantarie seu Capellanie de Colecoumbe,*—

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis ad quos presentes Literæ pervenerint, Johannes, etc., salutem in Domino Jhesu Christo.—Noveritis quod ad honorem Dei, et ad devotam petitionem dilecti in Christo filii, Nobilis Viri, Domini Hugonis de Courtenay, Comitis Devonie, pro salute sua ac Domine Margarete, consortis ejusdem, liberorumque suorum; necnon, pro animabus parentum dictorum Comitis et Comitisse, et omnium Fidelium defunctorum; de bonis ejusdem Comitis temporalibus juste adquisitionis titulo ad eum pertinentibus, videlicet uno mesuagio, novem acris gardini, quinquaginta septem acris terre arrabilis (*sic*), tribus acris cum dimidia prati, tribus acris et dimidia alneti, in Manorio suo de Colitone, sicut in diversis campis jacent et bundantur, una cum duodecim annui redditus denariatis percipiendis de Waltero Baret pro quinque acris terre, dimidia acra, et quarta parte unius acre, quas tenet de dicto Comite ad terminum vite sue; una cum reversione post decessum dicti Walteri quandocumque acciderit; prout hec predicta in Cartis Domini Regis et dicti Comitis inde confectis plenius continentur et describuntur; que bona temporalia sufficere reputamus pro Cantaria seu Capellania ejusque oneribus infrascriptis; auctoritate Pontificali et ordinaria creamus, constituimus, et ordinamus Cantariam seu Capellaniam ut Beneficium Ecclesiasticum simplex, non curatum, in antiqua et precipua Capella Manerii de Colecombe, nostre Exoniensis Diocesis, perpetuis temporibus duraturam. Ad quam, quidem, Cantariam seu Capellaniam Personam ydoneam, in Ordine Sacerdotali constitutam, per dictum Dominum Comitem nobis presentari volumus infra quadraginta dies a data Presencium continue numerandos; dictamque Cantariam seu Capellaniam in hujusmodi Persona per dictum Dominum Comitem presentanda, et nostra auctoritate Canonice instituenda, et in personis extunc successorum et Capellanorum instituendorum in eadem, sub modis, conditionibus, et formis perpetualiter subsistere volumus et permanere debere ordinamus; infrascriptis eciam accendentibus ad ordinata per nos infrascripta, prefati Domini Comitis, Fundatoris, consensu et expressa voluntate.—In primis, igitur, volumus et ordinamus quod, in vacacione dictæ Cantarie seu Capellanie, quandocumque et qualitercumque contingente, ad Dominum

A.D. predicti Manerii de Colecombe qui pro tempore fuerit, seu ad habentem
 1348. gardiam Domini et heredis dicti Manerii, presentare pertineat ad eandem
 Vol. I. Cantariam seu Capellaniam, Sede Exoniensi plena vel ea vacante, illi, seu
 illis, ad quem, vel ad quos, de jure vel consuetudine, exercitium Jurisdic-
 cionis Episcopalis pro tunc spectabit, pleno jure.—Item, quod infra quadra-
 ginta dies a tempore note vacacionis hujusmodi in Ecclesia et Parochia de
 Colytone, infra quam dicta Capella et habitacio pro Cantore seu Capellano
 supradicto consistunt, teneatur dicti Manerii Dominus, vel gardiam
 [fol. heredis, ut premittitur, tunc optinens, presentare; ne diuinus—quod
 142.] absit—in dicta cesseretur Capella a Celebracione subscripta Divinorum;
 alioquin ad Episcopum Exoniensem pro tempore, vel ad illum, seu illos,
 penes quem, seu quos, exercitium Jurisdiccionis Episcopalis pro tunc fuerit,
 ut est dictum, pertineat dictae Cantarie seu Capellanie de ydoneo Sacerdote
 Canonice providere.—Item, volumus et ordinamus quod presentanda per-
 sona quandocumque ad dictam Cantariam seu Capellaniam tempore Pre-
 sentacionis facte sit in Sacerdotio constituta.—Item, volumus et ordinamus
 quod in dicta Cantaria seu Capellania instituendi singuli in futuris, suo
 tempore, ultra Officium Matutinale cotidie perdicendum, cum aliis Canonicis
 Horis secundum Usum Saresburiensem, una cum Officio pro mortuis, in
 supradicta Capella vel extra, cum devocione quanto valebunt majori, eciam
 Missam in Capella prenominata celebrant singulis diebus, cessante excusa-
 bili impedimento, et salva Ordinis Sacerdotalis honestate.—Habeat, eciam,
 ipsorum Capellanorum quilibet, suo tempore, propriis sumptibus et
 expensis, clericum sciolum et honestum in moribus secum communiter
 commorantem, pro necessario, presertim in Celebracione Missarum, et utili
 eciam adjutore in Horis Canonicis expediciis et competencius perdicendis,
 ac eciam pro evidenti testimonio bone vite et conversacionis honeste, sicut
 decet.—Et, quia nos, Episcopus supradictus, sufficienter informati sumus
 dictum Dominum Comitem, dictae Cantarie seu Capellanie Fundatorem,
 sepedicte Capelle, et ejus Capellani pro tempore, Calices deauratos,
 urciolos argenteos, Libros Matutinales et Missales, superpellicia et alia
 Vestimenta Sacerdotalia, apparamenta et ornamenta Capelle et Altaris
 Divino Cultui conveniencia et coaptata, liberaliter et devote dedisse et
 contulisse copiose, ordinamus et districte precipimus in virtute Sancte
 Obedience, et sub pena Canonica, firmiter injungendo, mandamus, quod
 singuli exnunc dictae Capelle Capellani, quilibet scilicet suo tempore, solli-
 cita et pervigili cura studeant et procurent donaria supradicta, et alia
 exnunc ex devocione conferenda, honeste conservare et salvo custodire,
 prout permittet usus eorundem debitus et consuetus, ad quem sunt dis-
 posita et ordinata.—Exhortamur in Domino Jhesu Christo dictae Cantarie
 seu Capellanie singulos Capellanos pro tempore quatinus et ipsi, quoad
 apparatum seu apparamenta dictae Capelle in superius descriptis rebus,
 adipere current, quilibet scilicet secundum virium suarum facultatem; ad
 quorum onus, pro tempore cuiuslibet eorundem, pertinere volumus inven-
 tionem consimilium, vel saltem competencium et decencium, in quo casu
 data et collata, ut prefertur, defecerint, vel opus exegerit ea innovari.—Inter-
 dicimus, quoque, ipsorum Capellanorum seu Cantorum cuilibet pro futuro,
 et tenore Presencium expresse adimimus eisdem potestatem, ex quacumque
 et qualicumque pretendenda causa, alienandi perpetuo vel ad tempus, seu
 ad firmam concedendi, vel parciario colono temporaliter tradendi possessi-
 onem immobilem qualemcumque in Cartis Domini Regis ac Comitis et
 Fundatoris prenotatis descriptam et nominatam, preterquam in casu quo
 ad hoc expressa Licencia Episcopi Exoniensis, et illius, eciam, ad quem
 Manerium predictum de Colecombe pro tempore pertinebit, misericorditer
 accesserit, pro necessitate relevanda vel utilitate procuranda Cantarie seu
 Capellanie supradicte.—Eandem, vero Prohibicionem quo ad Calices, ur-
 ciolos, Libros, et Ornamenta prefatae Capelle jam collata, et in futurum
 conferenda, exceptis Ornamentis illis que ipso usu consumuntur, quorum

A.D.
1348. mutacionem et renovacionem aliquando facere expedit, volumus observari.
 Vol. I. Hanc, vero, presentem nostram Ordinacionem stabilem et inconcussam
 perpetuis temporibus volumus et precipimus inviolabiliter permanere; salva nobis, et Successoribus nostris Episcopis Exoniensibus, et Ecclesie Exoniensi, in omnibus, dignitate, ac potestate nobis et Successoribus nostris reservata corrigendi et inuovandi ac reformandi suprascripta, prout secundum Deum videbitur expedire.—Data in Manerio nostro de Chuddeleghe,
 undecimo die mensis Junii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo octavo, et Consecrationis nostre vicesimo primo.

fol. 154b. Exeter, St. Leonard's; *Commissio ad admittendum et instituendum
 alterum Presentatorum Sancti Leonardi*,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Decano et Precentori Ecclesie nostre Exoniensis, salutem, etc.—Cum dilecti filii, Nobilis Vir, Dominus Hugo de Courtenay, Comes Devonie, Dominum Walterum Power, capellani, et Willelmus de Boyecote Petrum Poyer, clericum, ad Ecclesiam Parochialem et Curatam Sancti Leonardi, nostre Diocesis, virtute juris Patronatus quod ad se singulariter pertinere asserunt, nobis presentassent, fecissemusque super jure et meritis Presentancium ac Presentatorum hujusmodi inquire debite, ut est moris; ad inspiciendum et diligenter examinandum Inquisiciones ipsas, Cartas, ecam, Instrumenta, et alia Documenta quecumque, per dictas Partes, pro fundanda earundem intencione singulari, exhibenda et producenda, racionesque et allegaciones ipsarum Parcium audiendum, ac super predictis omnibus, prout justum hinc inde fuerit, pronunciandum; necnon, Presentatum per illum qui jure innititur pociori (dum tamen, aliud sibi non obvet de Canonicis Institutis), ad predictam Ecclesiam admittendum et instituendum Canonice in eadem, ac in corporalem possessionem ejusdem Ecclesie, juriusque et pertinenciarum ejusdem, inducendum, inducive mandandum, ac juramentum Fidelitatis et Obediecie ab eodem, exigendum, et nostro nomine admittendum; vobis, de quorum fidelitate et circumspectionis industria ad plenum in Domino confidimus, conjunctim et divisim, cum cuiuslibet cohercionis Canonice potestate, committimus vices nostras. Proviso quod, negotio hujusmodi per vos, aut vestrum alterum, finaliter expedito, nos, infra decem dies extunc, de eo quod feceritis in premissis curetis reddere cerciores, aut curet alter vestrum qui presentem Commissionem nostram fuerit executus, per vestras aut suas patentes Literas, harum seriem continentem.—Data apud Chuddeleghe, xj^{mo} die mensis Junii, Anno Domini M^o. CCC^{mo} quadragesimo octavo, et Consecrationis nostre xxj^{mo}.

—Venerabili in Christo Patri ac Domino, Domino Johanni, etc., suus humilis et devotus filius, Johannes de Sharryshulle, Precentor Ecclesie Exoniensis, obedienciam et reverenciam debitas, cum honore.—Mandatum Paternitatis vestre recepi, sub eo qui sequitur tenore verborum,—Johannes, *ut supra*.—Auctoritate, igitur, Mandati vestri predicti, Inquisiciones super jure et meritis Presentancium ac Presentatorum predictorum auctoritate vestra captas, necnon Cartas, Instrumenta, Documenta, raciones, et allegaciones dictarum Parcium, coram me proposita, exhibita, et allegata, pro fundanda earundem intencione singulari in hac parte, inspexi et diligenter examinavi; ac, omnibus que in dicta Commissione vestra continentur rite per omnia observatis, quia prefatum Dominum Walterum Power, capellani, inveni presentatum per illum qui juri innititur pociori, cui nichil obviat de Canonicis Institutis, ipsum ad predictam Ecclesiam Sancti Leonardi, secundo die mensis Julii, hora prima ejusdem diei, anno predicto, admisi et Rectorem Perpetuum institui in eadem; ac ad inducendum eundem in corporalem possessionem ejusdem Ecclesie, ipsiusque jurium et pertinenciarum, discreto viro, Archidiacoно Exonie, vel ejus Officiali, mandavi; ac juramentum Fidelitatis et Obediecie ab eodem exegi, nomine vestro, et recepi. Sicque Mandatum Paternitatis vestre reverende predictum reverenter sum executus.—Data Exonie, tercio die mensis Julii, Anno Domini supradicto.

A.D. The Archdeacons ; *De iiii Archidiaconis*,—

1348. *Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Officiali nostro Principali, necnon
Vol. Commissario nostro Generali, ac Officialibus nostre Peculiaris Jurisdiccionis
I. in Devonia et Cornubia, salutem, etc.—Sicut ex frequentibus subditorum
nostrorum clamoribus intelleximus querelis, nonnulli Archidiaconi nostri in
nostra Ecclesia Exoniensi, qui in numero consistunt quaternario, adeo
sunt dampnande ambitionis vicio excecati quod procuraciones, que solum
personaliter visitantibus et spiritualia seminantibus a Sacris Canonibus
conceduntur, a Personis et Locis per eos personaliter minime visitatis per se
et suos Officiales, aliasque interdum in honestos suos Commissarios et
Ministros, per Censuras Ecclesiasticas, Suspensionem, videlicet, et Excom-
municacionem, necnon bonorum dictarum Personarum Ecclesiasticarum
Sequestracionem, injuste et indebite, quin pocius sacrilege, penas varias
incurrendo, exigunt et levant pariter et extorquent, in Sacrorum Canonum
Constitucionumque Ecclesiasticarum offensam et suarum grave periculum
animatorum; necnon, subditorum nostrorum predictorum, suorumque Bene-
ficiorum evidens dispendium, prejudicium, et gravamen. Volentes, igitur, ex
debito nostri Officii Pastoralis, tam contagiose pesti salubri remedio obviare,
ac predictos clamores, qui adhuc cotidie invalescunt, scandala eciam ex hiis
suborta seducere quantum poterimus et cedare (*sic*), prefatosque subditos
nostros, in quorum quiete quiescimus et inquietudine commovemur, ab
oneribus, injuriis, et pressuris hujusmodi protegere et tueri; vobis, con-
junctim et divisim, in virtute Sancte Obedience committimus, injungimus
firmiter, et mandamus quatinus omnibus et singulis quatuor nostris Archi-
diaconis antedictis, ipsorumque Officialibus et Ministris aliis quibuscumque,
quocumque nomine censeantur, inhibeatis, inhibeive faciatis per alium seu
alios, publice et expresse, sub pena Canonica, ac eciam ex abundanti sub
pena Majoris Excommunicacionis, vice nostra, prout eciam nos, tenore
Presencium, eisdem omnibus et singulis superius nominatis, sub ejusdem
Majoris Excommunicacionis pena, quam in contravenientes, Canonica
Monitione premissa, dolo ipsorum aut alicuius eorum et culpa exigentibus,
ferimus in hiis Scriptis, districcius inhibemus, ne exnunc—ut de preteritis
ipsorum Archidiaconorum, suorumque Officialium ac ceterorum Minis-
trorum eorundem, ad presens excessibus taceamus; super quibus contra
eosdem, prout justum fuerit, procedere tempore intendimus oportuno—
aliquas procuraciones, aut, sub ipsarum colore, qualescumque pecuniarum
summas, a quibuscumque Personis sive Locis per ipsorum Locorum Archi-
diaconos minime visitatis, per se, alium, vel alios, quovismodo presu-
mant exigere, recipere, seu levare, nisi forte ipsi Archidiaconi, eorumve
aliqui, super percepcione et exaccione hujusmodi muniti fuerunt Privilegio
speciali; super quo, eciam, ante omnia, si sit ita, nobis fieri volumus
fol. 155. plenam fidem. Vobis et vestrum singulis ulterius injungentes quatinus
omnibus nostris subditis antedictis inhibeatis districcius, inhibeive modo
simili faciatis, ne procuraciones hujusmodi qualescumque Locorum suorum
Archidiaconis eorumve Officialibus, aut cuivis ali eas ipsorum nomine
exigenti, presumant solvere quovismodo, seu eciam ad solutionem hujus-
modi faciendam aliquos excitare, nisi in casu quo dicti Archidiaconi subditos
nostros supradictos ipsorumque Beneficia Canonice visitaverint, ut est
dictum.—Diem, autem, receptionis Presencium, et quid feceritis in pre-
missis, nobis, citra instans Festum Beati Petri quod dicitur ad Vincula
[1 Aug.], Literis vestris patentibus, harum seriem continentibus, rescribatis.
—Datum apud Chuddeleghe, xxv^{to} die Junii, Anno Domini Millesimo
CCC^{mō} quadragesimo octavo, et Consecrationis nostre vicesimo primo.*

Tavistock Abbey ; *De Tavystoke*,—

[i].—*Johannes, etc., dilectis filiis, Priori, Subpriori, Elemosinario, et Sacriste
Monasterii Tavystochie, Ordinis [Sancti] Benedicti, nostre Diocesis, salutem,
graciam, et benedictionem.—Non sine cordis amaritudine gravi ad nostrum*

A.D. 1348. pervenit auditum quod Frater Johannes de Courtenay, Abbatem vestri Monasterii se pretendens, qui per multos annos bona mobilia ipsius Monasterii dilapidavit notorie et consumpsit; cum jam porcio aliqua dictorum bonorum mobilium, ex qua satisficeri ulterius poterit suis voluptatibus, non supersit; adinventa via dictum Monasterium irremediabiliter destruendi, predia, possessiones, et redditus ejusdem, in temporalibus uniformiter et spiritualibus existentes, obligare incipit ac eciam vendere et donare; et hec ut liberius in futurum agere valeat ut incepit, sigillum vestrum commune, quod fuit sub certorum Monachorum custodia deputatum, ab ipsa, ut intelleximus, custodia eripuit violenter, Professionis sue totaliter immemor et oblitus, ac, eciam, de non alienandis bonis dicti Monasterii nobis Beneficiorum sue tempore prestiti juramenti. Et, licet dicto Fratri Johanni, apud nos alias, super pluribus vobis et toti Conventui notis excessibus et criminibus diffamato, ac coram nobis, inter cetera, super dilapidacione bonorum dicti Monasterii increpato judicialiter et suspecto comperto, voluissemus ob Generis sui nobilitatem, et sub spe melioracionis, favorabiliiter pepercisse, absque reali execucione contra eum Suspensionis ab administratione bonorum predicti Monasterii Sentencie per nos late; videntes, tamen, quod nichil proficimus expectando, set quod sibi parcere et deferre in hoc negocio est nocere, predictam Suspensionis Sentenciam decrevimus, urgente conscientia, exequendam. Vobis, igitur, et vestrum singulis in virtute Sancte Obedientie injungimus, communiter et divisim, quatinus, dictam Sentenciam nostram in vestra Conventuali, ac eciam in omnibus et singulis vobis appropriatis et vestri Patronatus Ecclesiis, solemniter publicantes, inhibeatis publice, vice nostra, prout eciam nos tenore Presencium inhibemus, ne quis cum dicto Fratre Johanne super quibuscumque rebus ad dictum Monasterium pertinentibus presumat contrahere aut pactum facere qualecumque; denunciantes, denunciarive facientes, palam et expresse, quod contractus cum dicto Fratre Johanne initi, aut obligaciones facte super bonis Monasterii per eundem, quamvis dicto sigillo vestro communi, cui, dum extra debitam et solitam custodiam fuerit, nullam fidem decrevimus adhiberi, contractus hujusmodi sive obligaciones fuerint signillati, vires aliquas non habebunt. Inhibeatis, insuper, memorato Fratri Johanni, sub pena Majoris Excommunicacionis, prout eciam nos eidem presencium Literarum nostrarum serie sub eadem pena, quam in personam ipsius, dolo et culpa ejusdem exigentibus, ferimus in hiis Scriptis, districcius inhibemus ne de bonis quibuscumque ad dictum Monasterium pertinentibus, per se vel per alium presumat disponere quovismodo, usquequo questio dilapidacionis antedictae plene discussa fuerit coram nobis, et judicialiter terminata. Ceterum, ne bona quecumque ad dictum Monasterium pertinencia, propter defectum regiminis et custodie, dissipacionis aut consumpcionis incommodo interim supponantur, ea omnia et singula, in quibuscumque rebus consistant, propter evidens dilapidacionis ulterioris et consumpcionis periculum, providimus sequestranda, vobis eorum ac dicti Sequestri nostri custodiam committentes; in virtute Obedientie, ac sub Majoris Excommunicacionis Sentencie pena, firmiter injungentes quatinus predicta bona omnia, excepta supportacione onerum vestri Monasterii debitorum, necessariaque sustentacione vestra et Confratrum, ac familie necessarie vobis et vestro Monasterio servientis, sub Sequestro hujusmodi studeatis areius custodire, donec aliud super hiis, ad honorem Dei ac pro vestro ac predicti Monasterii comodo, per nos fuerit ordinatum. Diem, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis et singulis premissorum, nobis, citra instans Festum Translacionis Beati Thome, Martiris [7 July], intimetis Literis vestris patentibus, harum seriem, modumque et formam executionis vestre in hac parte facte, continentibus, sigillo aliquo autentico consignatis.—Datum in Manerio nostro de Chuddeleghe, xxvij^o die mensis Junii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo octavo, et Consecrationis nostre vicesimo primo.

A.D. [ii] Johannes, etc., dilectis filiis, Fratribus Bartholomeo de Lanrake, Subpriori,
 1348. Ricardo de Esse, Sacriste, et Stephano de Langedene, Elemosinario Monasterii Tavystochie, Ordinis Sancti Benedicti, nostre Diocesis, salutem, gratiam, et benedictionem.—Quamvis alias dilecta filio, Priori vestro, et vobis tribus, communiter et divisim, nostris dederimus certi tenoris Literis in mandatis ut Decretum nostrum Suspensionis ab administracione rerum et bonorum vestri Monasterii antedicti, contra Fratrem Johannem de Courtenay, Abbatem ejusdem Monasterii, ex certis causis legitimis et expressis, servato processu debito, promulgatum, in omnibus et singulis vobis appropriatis et vestri Patronatus Ecclesiis, publicassetis et fecissetis solemniter publicari, inhibuissetisque publice, vice nostra, ne quis cum dicto Fratre Johanne super quibuscumque rebus vel bonis ad dictum Monasterium pertinentibus contraheret clam vel palam, aut pactum faceret qualemque; ac res et bona predicta, que omnia, propter evidens periculum, sequestravimus, custodissetis arcus sub Sequestro; fecissetisque alia multa in dictis nostris Literis recitata; volentes, tamen, predicto Fratri Johanni, ob Generis sui reverenciam, et potissime dilecti filii, Nobilis Viri, Domini [Hugonis] Comitis Devonie, fratris sui, ad tempus parcere et deferre; vobis et singulis vestrum injungimus firmiter et mandamus quatinus a publicacione dictarum Literarum nostrarum usque ad Diem Dominicam in Festo Sancte Margarete, proximo jam venturo [20 July], inclusive, totaliter desistatis, dictumque Priorem vestrum desistere faciat in omnibus et cessare; extunc ad dictarum Literarum nostrarum executionem et publicationem per omnia processuri, nisi aliud interim a nobis receperitis in mandatis. Intencionis, tamen, nostre non existit Sequestrum nostrum in rebus et bonis vestris ipsius Monasterii interpositum revocare aut quomodo libet suspendere per premissa; set illud volumus per vos tres interim arcus custodiri sumptusque necessarios fieri interim faciendos.—Datum apud Chuddeleghe, quinto die Julii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo octavo, et Consecrationis nostre vicesimo primo.

Kilkhampton; *De Ecclesia de Kilkhampton,*—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Abbati Monasterii de Hertilande, ac Priori Prioratus Lancestonie, Ordinis Sancti Augustini, nostre Diocesis, salutem, gratiam, et benedictionem.—Elacionis vicium estuans in libidine dominandi ad omnem tortum tramitem se divertit, et quod est prohibitum ardencius appetit quam quod licet. Sane presentatis nobis olim ad Ecclesiam de Kilkhampton, dicte nostre Diocesis, tunc sicud et nunc vacantem, dilecto filio, Dominio Thoma de Cruce, presbitero, ejusdem nostre Diocesis, per Dominum Johannem de Ralegh, de Charles, Militem, verum ejusdem Ecclesie Patronum, et quodam Magistro Waltero de Mertone per Theobaldum de Greneville, asserentem se ejusdem Ecclesie verum Patronum esse; cum non esset, sicud rei exitus nunc declarat; nos, de jure Presentantium et meritis Presentatorum hujusmodi inquire fecimus, ut est moris. Cumque de jure dicti Domini Johannis et meritis sui Presentati, et non jure dicti Theobaldi, per Inquisitiones hinc inde captas et nobis transmissas, aliasque informaciones legitimas super hoc habitas et receptas, nobis constaret ad plenum, eundem Dominum Thomam ad dictam Ecclesiam admisisimus et Rectorem instituimus Canonice in eadem, prout, exigente justicia, ex nostri Officii debito tenebamur. Et subsequenter, inter dictos Presentantes super jure Patronatus dicte Ecclesie in Curia Domini nostri Regis, et dictos Compresentatos, super ipsa Ecclesia et ejus occasione, in Curia Cantuariensi, lite mota, prefatus Theobaldus pro se, et contra dictum Dominum Johannem de Ralegh, coram Justiciariis de Banco ejusdem Domini Regis judicium habuit per errorem; et prefatus Magister Walterius per tunc Curie Cantuariensis Presidentem, qui judicium sic per errorem redditum sequebatur, se in dicta Ecclesia institui, quin verius obtinuit in eadem. Et, ecce, hujusmodi Admissio et Institucio sic de eodem Magistro Waltero ad dictam Ecclesiam per dictam Curiam Cantuari-

A.D.
1348. Vol. I. ensem facte, quatenus de facto processerunt, tanquam nulle, quia post et contra Appellationem dicti Domini Thome ad Sedem Apostolicam legitime interjectam, temere et in contemptum Sedis Apostolice attemptate, penitus existunt revocate ac casse, nulle et irrite, et tenere non debere in Romana Curia pronunciate; prefato Domino Thoma ad possessionem dicte Ecclesie, qua spoliatus extiterat, per Decretum restituto, dictoque Magistro Waltero, ipsius Ecclesie injusto occupatore et detentore, in summis magne quantitatibus, occasione fructuum dicte Ecclesie per ipsum indebito perceptorum, una cum expensis in lite factis, in eadem Curia condemnato; judiciumque coram dictis Justiciariis, pro dicto Theobaldo et contra dictum Dominum Johannem de Ralegh, ut premittitur, redditum per errorem in Curia Domini nostri Regis, revocatur, subducitur, et totaliter adnullatur; ac in eadem Curia, ut verbis eorum utamur, consideratur quod dampna que idem Theobaldus, occasione premissorum, in Curia Domini Regis a prefato Domino Johanne recuperavit erronee eidem Domino Johanni, tanquam soluta indebita, refundantur; et quod nos Personam ydoneam ad dictam Ecclesiam, velud ad vacantem, ad Presentacionem dicti Domini Johanniss admittamus reclamacione; prout hec et alia in Processibus tam coram Auditoribus Curie Romane factis, quam eciam coram Justiciariis Domini Regis inde habitis et nobis transmissis, liquide poterunt apparere. Cum, autem, prefatus Magister Walterus fructus, redditus, et proventus dicte Ecclesie indebito perciperet et consumeret, sicud adhuc notorie, premissis non obstantibus, percipit et consumit, domosque dicte Ecclesie ruinis permetteret horribiliter subjacere; nos olim, ex hiis et aliis variis rationabilibus et justis causis, fructus, redditus, et proventus ipsius Ecclesie, salva sustentacione congrua ministrancium in eadem, duximus sequestrados, et hujusmodi Sequestrum ad dicti Magistri Walteri indubitatam noticiam fecimus specialiter pervenire. Verum idem Magister Walterus prefatum Sequestrum, per se, et alios de suis precepto et mandato, scienter et temere violavit, sicud ipse, coram nobis personaliter comparens, et super hoc impetus judicialiter, est confessus; propter que nos eundem Magistrum Walterum, servato Processu debito, in Sententias Majoris Excommunicationis, tam in Constitucione Synodali a bone memorie Domino Petro [Quivil], quondam Exoniensi Episcopo, Predecessore nostro, quam in Concilio Provinciali per Venerabilem Patrem, Dominum Johannem [de Stratforde], Dei gracia Cantuariensem Archiepiscopum, dudum Londoniis celebrato, latas et publice promulgatas, declaravimus et pronunciavimus incidisse; ipsumque sic excommunicatum, ac fructus, proventus, et obventiones, ad dictam Ecclesiam pertinentes, fuisse et adhuc esse sequestratos, in Ecclesia nostra Cathedrali et Consistorio nostro Exoniensi aliisque Locis insignibus, adeo mandavimus et fecimus publice et solemniter multociens nunciari quod nullus nostrorum subditorum pretendere poterit ignoranciam probabilem de premissis. Set, quod dolenter referimus, idem Magister Walterus, in profundum malorum veniens, spretis dictis Sentenciis, Judicibus, Processibus, et Censuris, in elacione permanens obstinata, eandem Ecclesiam, velud Castrum ab hostili inpugnacione protegendum, munit notorie atque parat; ac, eciam, sua temeritate propria, violenter et nefarie occupat, seque armis qui juribus non valet defendere nititur in eadem. Ne, igitur, tam horrendos excessus, in Sedis Apostolice et Regie Majestatis contemptum, ac nervorum Ecclesiastice Discipline dissolucionem, presumptione dampnabili attemptatos, videamus sub silencio pertransire, seu dictus excommunicatus Gregem Dominicum inficiat labe sua; vobis, et cuilibet vestrum, in virtute Obedience et sub Majoris Excommunicationis Sentencie pena, firmiter injungendo, committimus et mandamus quatinus, ad dictam Ecclesiam et alias Ecclesias ibidem vicinas, aliquibus Diebus Dominicis vel Festivis, personaliter accedentes, prefatum Magistrum Walterum excommunicatum, ac dictos fructus sic esse, et fuisse, ut premittitur, sequestratos, palam et publice nuncietis, ac premissa omnia et singula exponatis et exponi faciat intelligibiliter in vulgari. Et, quoniam eidem Magistro

fol. 156.

A.D. Waltero, eciam aliis rationibus cessantibus, velud excommunicato sunt,
 1348. juxta Canonicas Sancciones, fructus Ecclesiastici subtrahendi, ac fructus,
 Vol. I. redditus, et proventus ejusdem Ecclesie, jam vacantis, durante vacacione
 hujusmodi ad nos, et non ad alium, noscantur notorie pertinere; vobis, ut
 supra, committimus et mandamus quatinus omnibus et singulis ejusdem
 Ecclesie parochianis et aliis, sub pena Majoris Excommunicacionis singu-
 lariter in singulos, ac Suspensionis et Interdicti in Ecclesiam predictam
 ferenda, vice et auctoritate nostra inhibeatis ne predicto Magistro Waltero,
 tanquam eorum Rectori, de decimis, juribus, obvencionibus, aut emoli-
 mentis ejusdem Ecclesie satisfaciant vel respondeant, seu ab eodem emant,
 vel super eis contrahant, nec ei ut Rectori pareant vel intendant; seu alicui
 preterquam nobis, vel nostris in hac parte deputandis, de obvencionibus
 dictae Ecclesie satisfaciant quovismodo. Denunciantes eisdem quod, si
 secus fecerint, nos extunc contra eos ad penalia, cum justicia, quantum
 possumus, procedemus. De die, vero, recepcionis Presencium, et quid
 feceritis in premissis, et an parochiani predicti vestris Inhibicionibus effectu-
 aliter paruerint, vel non, nos, citra instans Festum Beati Petri quod
 dicitur ad Vincula [1 Aug.], reddatis, et reddat uterque vestrum, cerciores
 per Literas vestras et suas patentes, harum seriem, ac modum et formam
 execucionis vestre in hac parte facte, plene et dilucide continentes, sigillo
 autentico consignatas. Proviso quod quis vestrum presens Mandatum
 nostrum primo receperit, retenta sibi copia ejusdem, id indilat transmittat
 alteri exequendum.—Datum in Manorio nostro de Chuddeleghe, quinto die
 mensis Julii, Anno Domini M°. CCC^m quadragesimo octavo, ac Consecra-
 tionis nostre vicesimo primo.

—*The Abbat of Hariland's answer,*—

Reverendo in Christo Patri, etc., suus devotus filius, Frater Rogerus, Ejusdem
 permissione Monasterii de Hertilonde humilis Minister, subjeccionem
 et obedienciam tanto Patri ac Domino suo debitas ac devotas, cum omni
 reverencia et honore.—Mandatum vestre Reverende Paternitatis recepi
 octavo die Julii proximo preterito, sub eo qui sequitur tenore,—Johannes,
 etc., *ut supra*.—Super cuius, quidein, Mandati vestri execucione, in facto tam
 arto quam difficulti facienda, per aliqua tempora penes me deliberavi; et de-
 dum, die Festi Beate Marie Magdalene proximo preterito [22 July], ut melius
 et liberius ipsum Mandatum debite et effectuali execucioni demandari posset,
 prefatus Dominus Prior, collega meus, et ego, de communicato consilio, ad
 predictam Ecclesiam de Kilkamptone accedendi simul iter arripuimus. Et,
 cum ad quamdam venellam artam, situatam juxta domos Rectorie dicte
 Ecclesie de Kilkamptone, appropinquaverimus, occurrit nobis multitudo
 hominum armatorum et insensatorum, faciebus larvatis et depictis, ne
 agnoscerentur, inhibencium nobis, sub pena mortis illico incurrende, ne ad
 prefatam Ecclesiam accederemus; et statim posuerunt sagittas in archus suis,
 et sagittaverunt ad nos et homines nostros, et equos quibus insede-
 bamus cum baculis in capitibus et dorsis verberaverunt; sicque timore
 mortis deterriti rediebamus, vix mortem evadentes, eo quod dicti insensati
 homines per spacium unius miliaris persecabantur nos fugientes, et aliqui
 eorum lapidibus nos obruentes. Et statim ego, Abbas antedictus, cum
 collega meo antedicto, ad Ecclesias de Launcelys, Stratton, et Poghewylle
 [Poughill], eidem Ecclesie de Kilkamptone vicinas, personaliter accessi.
 Quarum, quidem, Ecclesiarum Vicarios per prius premunivi de protelando
 et prorogando Servicium Divinum, et retinendo populum in Ecclesia, pro
 publicacione predicti Mandati in eisdem facienda, si contingaret ne impediri
 quominus possem ad dictam Ecclesiam de Kilkamptone absque impedimento
 accedere. Et prefatum Magistrum Walterum excommunicatum, ac pre-
 dictos fructus sic esse, et fuisse, quatenus premititur sequestratos, palam
 et publice in eisdem nunciavi, ac premissa omnia et singula exposui populo
 causa Divinorum audiendorum ibidem congregato, intelligibiliter in vulgari.
 Inhibui, eciam, parochianis dicte Ecclesie de Kilkamptone, et aliis in

A.D. 1348. Ecclesiis de Launceels, Stratton, et Poghewylle, publice et solemniter, sub
 penis et censuris in dicto Mandato contentis, ne predicto Magistro Waltero,
 Vol. I. tanquam eorum Rectori, de juribus, obvencionibus, aut emolimentis
 ejusdem Ecclesie satisfacerent vel responderent, seu ab eodem emerent vel
 super eis contraherent; nec ei, ut Rectori, parerent vel intenderent, seu
 alicui preterquam vobis, Pater reverende, vel vestris in hac parte per vos
 deputandis, de obvencionibus dictae Ecclesie satisfacerent quovismodo.
 Denunciavi, insuper, modo quo supra, quod si secus facerent, quod vos
 extunc contra eos ad penaliam, quantum possetis, cum instance procederetis.
 Set an predicti parochiani hujusmodi Inhibitionibus aut Monitionibus
 effectualiter paruerint, vel parere voluerint, an non, vestram Paternitatem
 reverendam certificare nescio, eo quod, ex causis premissis, non patuit
 michi accessus ad eosdem. Verumtamen, ex fide dignorum relatu didici
 quod decime garbarum Ecclesie predice multo tempore elapso erant
 vendite. Et, in fidem et testimonium premissorum presenti Certificatorio
 sigillum Officii mei et sigillum Decani de Hertilonde, ad mei rogatum,
 apposui et apponi procuravi. Sicque Mandatum vestrum reverendum pro
 possibilitate mea diligenter sum executus. Et ego, Decanus antedictus, ad
 personalem rogatum predicti Domini Abbatis, sigillum Officii mei Presenti-
 bus apposui.—Datum apud Hertilonde, penultimo die mensis Julii, Anno
 Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo octavo.

Exeter; *Litera pro iniqua fraternitate de Brothelyngham*¹,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Officiali Archidiaconi Exonie ac Decano
 Christianitatis Exonie, necon Domino Roberto de Eglosayl, Rectori Ecclesie
 Sancti Pauli Exonie, salutem, graciā, et benedictionem.—Cum Sacra Reli-
 gio ad hoc in Agro Domini sit plantata ut in eo producat honoris flores et
 fructus n̄beres honestatis, merito, ex Officii nostri debito, provocamur ad
 succidendum vepres et tribulos, quibus tam sancta plantacio de honestari
 valeat seu turbari. Ad nostrum, siquidem, non sine inquietudine gravi,
 pervenit auditum quod in Civitate nostra Exonie secta quedam abhomina-
 bilis quorundam hominum malignorum, sub nomine Ordinis, qui pocius
 erroris, de Brothelyngham, procurante satore malorum operum, noviter
 insurrexit; qui, non Conventum set conventiculam facientes evidenter
 illicitam et suspectam, quemdam lunaticum et delirum, ipsorum utique
 operibus aptissime congruentem, sibi, sub Abbatis nomine, prefecerunt,
 ipsumque Monachali habitu induentes ac in Theatro constitutum velud
 ipsorum idolum adorantes, ad flatum cornu, quod sibi statuerant pro
 campana, per Civitatis ejusdem vicos et plateas, aliquibus jam elapsi

fol.
156b.

¹ I must confess that I cannot understand this. There was no such Order, and I believe that there was no such place. I have consulted several well-known experts, but in vain: all were puzzled and interested, but none could help me. The outbreak was, probably, purely local; and it is distinctly stated that these troublesome people had secured the use of the Exeter "Theatre," under the pretence that they were performing a "Play." My own idea was that the Bishop, in his indignation, invented a name for them, and stigmatized them as the iniquitous fraternity of scoundrelism. A "brething" was "a worthless person"; a "brothel" was "a wretch" (*Halli-*

well's Dictionary, i, 210, 214); and "ham" is a termination which in Devonshire everybody would understand. But my friends will not accept this interpretation, though they suggest no other. Apart from their violence and brutality, there is a curious resemblance between the methods of these fanatics and those of the so-called Salvationists of our own day, which must strike everyone who reads this remarkable record. The allusion to the Exeter Theatre and to the performance of plays therein at this early date is noteworthy, especially when taken in connection with the still more remarkable reference to the same which will be found below (fol. 172b).

A.D. diebus, cum maxima equitum et peditum multitudine commitarunt (*sic*) ;
 1348. clericos eciam laicos ceperunt eis obviam tunc prestantes, ac aliquos de
 Vol. I. ipsorum domibus extraxerunt, et invitatos tam diu ausu temerario et inter-
 dum sacrilego tenuerunt, donec certas pecuniarum summas loco sacrificii,
 quin verius sacrilegii, extorserant ab eisdem. Et, quamvis hec videantur
 sub colore et velamine ludi, immo ludibrii, attemptari, furtum est, tamen,
 proculdubio, in eo quod ab invitis capitum et rapina. Volentes, igitur, pre-
 dictam sectam obprobriosam et detestabilem, Sacre Religioni dampnabiliter
 irridentem, ac devocioni virorum religiosorum inquietudines multipliciter
 afferentem, necnon pacis Regni et Ecclesie perturbationem verisimiliter
 comminantem, ne ulterius, cum animarum dispendio ac corporum et rerum
 periculo, propagetur ; vobis, conjunctim et divisim, injungimus firmiter et
 mandamus quatinus, hac instanti Die Dominica, in Ecclesia nostra Cathedra-
 rali, ac singulis dicte Civitatis ejusque suburbii Ecclesiis et Capellis,
 inhibeatis, seu inhiberi faciatis, publice et expresse, prout eciam nos, tenore
 Presencium, districcius inhibemus, ne quis exnunc in dictis Civitate vel
 suburbio, sub pretextu hujusmodi, non Ordinis, ut prediximus, set horroris,
 tales conventiculas facere, eisve interesse, aut dictam sectam periculosam
 plurimum et suspectam presumat quomodolibet inire, defendere, seu
 tenere, sub pena Majoris Excommunicacionis, in contrafacentes et ipsorum
 quemlibet fulminande. Denunciantes, eciam, in genere, omnibus quos
 res tangit quod, si Monitionibus vestris, quin verius nostris, hujusmodi non
 paruerint cum effectu, non solom (*sic*) contra eos at eorum singulos, prout
 cujusque ipsorum culpa exegerit, juxta Sancções Canonicas procedemus,
 set eciam rem tam periculosam et perniciosa exemplo Majestati Regie
 describemus, ut quos Disciplina Ecclesiastica non coheret temporalis
 severitas celeri remedio cohipeat et castiget. Diem, autem, recepcionis
 Presencium, et quid feceritis in premissis, nobis, citra instans Festum
 Beati Jacobi Apostoli [25 July], intimetis vestris patentibus Literis,
 habentibus hunc tenorem.—Datum in Manorio nostro de Chuddeleghe,
 xj^{mo} die Julii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo octavo, et
 Consecrationis nostre vicesimo primo.

Paignton and Marldon; *De Ecclesia de Peyntone et Capella de Merledone,—*

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Perpetuo Vicario Ecclesie de Gabryele-
 stoke [*Stoke-Gabriel*], nostrarum Diocesis et Peculiaris Jurisdictionis, salutem,
 graciā, et benedictionem.—Licet locorum distanca inundacionesque
 aquarum aliquando sint causa infra Parochiarum limites Capellas in
 favorem parochianorum gracie permittendi et concedendi, sine gravi
 prejudicio Ecclesiarum Parochialium, ut est juris ; contingit, tamen, proch-
 dolar, permissionem vel concessionem hujusmodi indevocationis dissensi-
 onisque ac scandali fomentum ministrare, dum illi qui parochianos
 Capellarum abusive se vocant, erecta elataque cervice contra eorum Matricem
 Ecclesiam et vere Parochialem, variis viis et exquisitis coloribus ac per-
 suasionibus periculosis, ac contra ipsius Ecclesie Parochialis honorem et
 libertatem, ut filii degeneres, studiose moliuntur, seipso verius doctrinis
 variis et peregrinis, contra doctrinam Apostoli, periculose seducentes. Sane,
 fama nobis publica referente, et ex subscriptorum excessum notorietate,
 ac alias sufficienter informati, conperimus manifeste quod parochiani
 quidam Parochialis Ecclesie de Peyntone, nostrarum Diocesis et Juris-
 dictionis Peculiaris, seipso parochianos Capelle de Merledone nominantes,
 nullum habentis Cimiterium proprium, vel specialem aut perpetuum
 Rectorem nec animarum Curatorem, Divina audire et Sacraenta percipere
 iu eadem hactenus tollerati, communī eorum voto communīque judicio,
 prelocutione temeraria super hoc frequencius inter seipso habita et
 repetita, consenserunt, non absque conspiracionis nota, quod, propter litem
 motam in Consistorio inter Vicarium prediche Ecclesie et eos super juribus
 Vicarie sue pretensis, lite ipsa durante, cum funere ipsorum quocumque ad

A.D.
1348. prefatam Ecclesiam eorum Parochialem pro Ecclesiastica sepultura delato,
nulla omnino luminaria deferantur, et quod, preter denarium principaliter
Vol. I. in Missa pro defunctis celebrata ex more offerendum, oblatio non fiat per
ipsorum quemcumque. Cum, tamen, pro expiacione et salute defunctorum
sperandum cercius non solum orandum, set in Ecclesiis offerendum eciam
de substancia temporali, Apostolica doctrina, exemplo Jude Machabeorum,
exhortati sunt salubriter omnes Christiani, et ubique locorum Catholicorum
cum allacione luminarium, in signum Lucis Eterne que eis luceat, ut
Ecclesia petit, mos sit Christianis sepeliri; hujusmodi, vero, consensum
seu precondictum prefati parochiani operis execucione studiose prosequi
cupientes, absque allatis luminaribus quibuscumque ad Ecclesiam predictam
et oblatione facta in eadem ultra denarium, aliquarum personarum funera
de seipsis in Cimiterio dicte Ecclesie de novo fecerunt sepeliri, panem
pecunia collecta inter se emptum, facta quadam pietate invidie veneno
mixta, pauperibus erogando pro defunctis; dicendo, eciam, publice, et absque
consideracione undequaque debita pertinaciter asserendo, quod in casu in
quo parochiani necessitari non possunt ad offerendum, commutare in aliud
eis liceat, quod alias offerre de eorum libera voluntate erant consueti; et,
quod inhumanum est sine dubio, et horrendum pietati cogitationique
humane sortis examine, corpus quoddam parochianorum predictorum,
lintheo involutum et in feretro positum, ablato sacrilege pallio quo tege-
batur, presentibus tunc in Ecclesia predicta nonnullis parochianis antedictis,
humano aspectui expositum fuit et miserabiliter derelictum. Nos, vero,
non absque amaricato corde, premissa, et alia que ad presens omittimus ex
causa, sedulo advertentes quam sint nephanda et detestanda de se et suis
perpetratoribus periculosa, tanquam exquisite et ex proposito communiter
fol. 157. per dictos parochianos, ut premittitur, gesta, dicta, et asserta, in offensam
Divine Majestatis et in lesionem Ecclesiastice libertatis manifestam, et quod
in exemplum, eciam, generacioni postere perniciosum nimis tenderent, si
sub dissimulacione pertransirent inulta; cum Apostolo, dicente se paratum
omnem inobedientiam ulcerisci, assurgentibus, invocato Dei Nominis, auctoritate
qua fungimur Pontificali, dictam Capellam de Merledone, in punicionem
parochianorum predictorum, sic, ut prefertur, communiter delinquencium,
tenore Presencium suspendimus; expresse inhibentes ne in ipsa Capella
celebrentur vel administrentur Divina, nec in quacunque alia Capella seu
Oratorio infra Parochiam supradictam, ex causa nos rationabiliter ad hoc
movente. Ad pronunciaciōnēm, vero, et denunciacionēm incursionis Cen-
surarum contra singulares personas dictorum parochianorum, tanquam
contra violatores libertatis Ecclesiastice, et ad penas alias Canonicas prout
plus vel minus prebuerint causam Suspensionis predicte, legitime procedere
intendimus, prout erit justum. Vobis, insuper, Vicario supradicto, in
virtute Sancte Obedience firmiter injungentes, mandamus quatinus dictam
Capellam de Merledone, necnon Capellas alias seu Oratoria alia infra
Parochiam dicte Ecclesie de Peyngtone, nostra auctoritate sic suspensas et
suspensa fore, in dicta Parochiali Ecclesia de Peyngtone, hac instanti Die
Dominica, intra Missarum Solempnia, publice denuncietis, singula per
ordinem in presenti Mandato nostro contenta parochianis dicte Ecclesie
clare et intelligibiliter exponendo in vulgari; nos, citra Festum Sancti
Petri quod dicitur Ad Vincula [1 Aug.], certificantes distincte quomodo
presens Mandatum nostrum fueritis executi, per Literas vestras patentes,
harum tenorem continentis, sigillo autentico consignatas.—Datum in
Manorio nostro de Chuddelegh, xvij^{mo} die mensis Julii, Anno Domini
M^o. CCC^mo quadragesimo octavo, et Consecrationis nostre xxj^{mo}.

Tavistock Abbey; *De Tavystoke,—*

Johannes, etc., dilectis in Christo filii, Priori et Conventui Monasterii Tavy-
stochie, Ordinis Sancti Benedicti, nostre Diocesis, salutem, etc.—Intellexi-
mus, non solum aliorum fide dignorum set eciam quorundam vestrum
depositionibus informati, quod decime et fructus omnium et singularium

A.D. 1348. vobis ac ipsi Monasterio appropriatarum Ecclesiarum jam crescentes, sub colore vendicionum simulatorum pro minori quam medietas, et in aliquibus, ut asseritur, pars quarta justi precii se extendit, nonnullis certis personis, notorie demeritis et suspectis, per stulticiam et incuriam Presidentis vestri, aliquorum fraudibus circumventi, non sine ipsis et illorum grandi periculo animarum, vestrique ac ipsis Monasterii gravissimo dispendio, conceduntur. Ne, igitur, distractis taliter et consumptis decimis et fructibus hujusmodi, que, ad augmentum Cultus Divini, pro vestra ac pauperum sustentacione ex devocione Fidelium sunt collata, vobis in Vinea Domini laborantibus stipendia debita subtrahantur, ipsaque Vinea inculta sic remaneat sine fructu, vobis injungimus firmiter et mandamus quatinus, cum Abbas vester, aliquali administracioni bonorum ipsius Monasterii ex certis cansis legitimis impeditus, se ingerere nequeat, ista vice, ad veram vendicionem decimarum et fructuum Ecclesiarum de Northpyderwyn, Antone, Hatherlegh, et Burryngton, que magis a dicto Monasterio sunt remote, dilectos filios, Frates Stephanum de Langedene et Johannem de Manetone; necnon, ad similem vendicionem decimarum et fructuum Ecclesiarum de Tavystoke, Lamertone, Middeltone [*Milton-Abbot*], Capellariumque de Brentetorre et Leghe faciendam, et in casu quo vendi non poterunt dictas decimas et fructus fideliter colligendas, dilectos filios Fratres Johannem de Brendone et Ricardum de Asshe, vestros Commonachos et Confratres, celeriter transmittatis; quibus, et eorum singulis, in virtute Sancte Obedience qua nobis tenentur injungimus et mandamus quatinus, dictis simulatis vendicionibus prius factis non obstantibus, cum jure aliquo Divino seu humano aliqualiter non subsistant, in commissa eis hujusmodi sollicitudine procedere studeant circumspecte; et, ut ipsorum diligencia et fidelitas evidencius clarere valeat in futurum, volumus quod dictorum Locorum Vicarii singuli, videlicet in suis Parochiis, et in quibus non fuerint Capellani Parochiales, ipsorum facta supervideant atque gesta. Proviso quod de omnibus et singulis que per dictos Stephanum, Johannem, Johannem, et Ricardum, in forma suprascripta singulariter gesta fuerint in hac parte, ac eciam de summis ad quas singulorum Locorum vendiciones hujusmodi se extendent, nobis, citra instans Festum Assumptionis Beate Marie Virginis [15 Aug.], vestris patentibus Literis intimetis.—Datum in Manorio nostro de Chuddeleghe, xxij^o die mensis Julii, Anno Domini M°. [CCC^m] quadragesimo octavo, et Consecrationis nostre vicesimo primo.

Marldon; *De Capella de Merledone,—*

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Rectori Ecclesie de Devenebury [*Denbury*] et Perpetuis Vicariis Ecclesiarum de Gabrie[l]stok, Tottonia, Bury [*Berry-Pomeroy*], et Magna Hemestone [*Broadhempston*], ac Capellanis de Ippelpenne, Torre Bryan, et Torre Mohoun, nostre Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem.—Nuper ex certis causis, veris, sufficientibus, et legitimis inducti, Capellam de Merledone, infra fines et limites Parochie Ecclesie Matricis de Peyngtong, dicte nostre Diocesis, situatam, ut dicta Capelle parochianos se abusive nuncupantes eorum veram Matricem et Parochiale Ecclesiam de Peyntone, quam graviter studioseque ac multipliciter offenderunt, veneracione debita faceremus frequentare, suspendere curavimus per Decretum; ac illi, ut audivimus, in illusionem Suspensionis hujusmodi, elacionis stimulis agitati, erga ipsorum Matricem Ecclesiam supradictam indepcionem more solito continuantes, animo pertinaci Ecclesias alias circumvicinas, Parochiali dimissa, Diebus Dominicis et Festis adeunt et frequentant, contra Canonica et Synodalia Precepta, in animarum suarum periculum et aliorum exemplum scandalosum. Quocirca vobis, communiter et divisim, districte precipiendo committimus et mandamus quatinus in vestris et aliis singulis Ecclesiis, prediche Matrici Ecclesie de Peyngtong circumvicinis, Suspensionem dicte Capelle de Merledone, per nos, ut premittitur, factam, solemniter publicetis, et ad omnium quorum interest noticiam deducatis. Interdicentes, eciam, vice nostra, sub pena

A.D.
1348. Canonica statuta in hac parte, prout nos eciam interdicimus per Presentes,
ne in vestris et aliis circumvicinis Ecclesiis, in presencia dictorum affugen-
Vol. I. cium ipsorum Ecclesiam Matricem, ut prefertur, Diebus Dominicis seu
Festivis Divina Officia, ut premittitur, celebrentur; precipientes Curatis
singulis dictarum Ecclesiarum circumvicinarum, prout nos eciam vobis et
eis precipimus et injungimus, quod, si tales invenerint in eorum Ecclesiis,
seu vos in vestris inveneritis, eos exire moneant et expellant, ac vos
moneatis et expellatis, prout juris Canonici Institutis convenit et Preceptis.
fol.
157b. Et, si quos contradictores in hac parte et rebelles inveneritis, de quibus per
vos inquiri volumus diligenter, citetis eosdem, seu citari faciatis, peremp-
torie, quod compareant coram nobis, vel nostro in hac parte Commissario,
die Lune proxima post instans Festum Assumptionis Beate Marie Virginis,
ubicumque, etc., super contemptu et rebellione, hujusmodi ac aliis articulis
animarum suarum correccionem concerentibus, eis tunc divisim ex Officio
nostro obiciendis et exponendis responsuri et, si necesse fuerit, personaliter
juraturi, tempore messium non obstante, cum de ipsorum animarum salute
in hac parte agatur; facturique ulterius et recepturi quod justum fuerit et
consonum rationi. Et quid feceritis in premissis nos, dictis die et loco,
certificetis Literis vestris patentibus, harum seriem et nomina per vos cita-
torum continentibus, sigillo aliquo autentico consignatis. Quis, vero,
vestrum presens Mandatum nostrum primo receperit, retenta inde sibi
copia, id alteri college non habenti indilat transmittere studeat exe-
quendum.—Datum apud Chuddeleghe, xxvj^{to} die mensis Julii, Anno
Domini Millesimo CCC^m quadragesimo octavo, et Consecrationis nostre
vicesimo primo.

Kilkhampton ; *De Ecclesia de Kylkhamptone,—*

[i] Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Archidiacono Cornubie et ejus
Officiali, neconon, Domino Roberto, Rectori Ecclesie de Wyke Sancte Marie,
et Mauricio, Vicario Ecclesie de Morstowe [*Morwenstowe*], nostre Diocesis,
salutem, graciā, et benedictionem.—Dudum Magistrum Walterum de
Mertone, qui in Ecclesia de Kilkamptone, nostre Diocesis, de dilecto filio,
Domino Thoma de Cruce, presbitero, plena et consulta, fecerat se intrudi,
pro suis rebellionibus, culpis, et excessibus, anathematis vinculo involutum
ac communionem Fidelium illicitam eidem fuisse, et esse, penitus inter-
dictam, per Ecclesias nostre Diocesis et alia Loca insignia adeo publice et
solempniter mandavimus et fecimus nunciari quod nullus nostre Diocesis
ignoranciam probabilem pretendere valeat in hac parte. Et, cum noviter
contra eum, tam in Curia Romana quam Domini nostri Regis, super dicta
Ecclesia et ejus occasione varie fuissent Sentencie promulgatae, nec ex
hujusmodi denunciacione, Sentenciis, aliisve remediis contra illius maliciam
adhibitis, fieret in rebellione remissior, set in committendo cotidie pejora
prioribus fervencior; nos dilectos filios, Abbatem Monasterii de Hertilonde
et Priorem Prioratus de Lancestone, dicte nostre Diocesis, ad publicandum
et exequendum in dicta Ecclesia tam dictarum Curiarum quam, eciam,
Mandata nostra Canonica, et ad monendum et inhibendum, tam in genere
quam in specie, ne dicte Ecclesie parochiani cum dicto excommunicato
communicando participarent illicite, seu eidem ut Rectori intenderent vel
parerent, cum Literis nostris inhibitoriis curavimus destinare. Qui, quidem,
Abbas et Prior, Executores et Commissarii nostri, per nos, ut premittitur,
deputati, ad Villam de Kilkamptone, quodam die solempni, pro execucione
Mandatorum hujusmodi facienda personaliter accedentes, invenierunt paro-
chianos ejusdem Ecclesie et alias facinorosos homines, gladiis, fustibus,
archibus, et aliorum armorum tam offensibilium quam defensibilium
generibus armatos, ad custodiam dicte Ecclesie contra nos et Commissarios
nostros positos; qui, archus tendentes et sagittas trahentes, in ipsos hos-
tiliter irruerunt, ipsosque contemptibiliter effugarunt, et in fugam causa
mortis vitande conversos per unum miliare insequebantur, ac nonnullos
eorum servitores et equos percusserunt et atrociter verberaverunt; dic-

A.D. tamque [Ecclesiam] sic violenter tenuerunt, et adhuc tenent, ac in ea
 1348. diurnis et nocturnis temporibus quasi continue decubantes, in honestaque et
 Vol. I. illicita in ea committentes, de Ecclesia, que juxta Canonicas Sancções
 in castellari seu propugnaculum fieri non debuit, faciunt, prochdolor, recep-
 taculum sordium ac speluncam sceleratorum hominum seu latronum; ex
 quibus, non est dubium, Deus offenditur, inclitissimi Principis Regis nostri
 pax turbatur, ac Universalis Ecclesie Pontificalique Prerogative injuria
 irrogatur. Cum, igitur, dictus Magister Walterus, dictorum parochianorum
 et aliorum malefactorum fultus presidio, a sue notorie rebellionis audacia,
 ipsique parochiani ab eorum protervia et participacione illicita in crimine
 cum dicto criminoso continuata, nequeant per dicta remedia revocari,
 cogimur, urgente conscientia, gravius animadvertere in eosdem. Ideoque
 Inter- dictum. dictam Ecclesiam de Kilkamptone et ejus Parochiam, necnon Capellas
 et Oratoria infra dictam Parochiam consistencia, quasi inviti Ecclesiastico
 supposuimus per nostram Sentenciam Interdicto. Quapropter vobis,
 communiter et divisim, sub debito Obedientie ac Majoris Excommunicatio-
 nis Sentencie pena firmiter injungendo, committimus et mandamus
 quatinus, ad dictam Ecclesiam de Kilkamptone personaliter accedentes, si
 ad eam accessus pateat vobis tutus, Interdictum nostrum hujusmodi, ac
 omnia et singula premissa, in ipsa Ecclesia, alioquin in vicinioribus Ecclesiis
 et Capitulis Archidiaconatus Cornubiensis generalibus, diebus ad hoc aptis
 et oportunis, sclemniter publicetis, et publicari similiter faciatis. Et quid
 feceritis et repereritis in premissis, nos, citra instans Festum Sancti Mathei,
 Apostoli [21 Sept.], reddatis cerciores per Literas vestras patentes, harum
 seriem continentes.—Datum in Manerio nostro de Clyste, xxiiij^o die mensis
 Augusti, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo octavo, et Conse-
 cracionis nostre vicesimo primo.

[ii] Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Decano, Precentori, Archidiacono
 Exonie, et Magistro Paulo Brey, Canonico in Ecclesia nostra Exoniensi,
 salutem, graciam, et benedictionem. Cum dudum Magister Walterus de
 Mertone in Ecclesia de Kilkamptone, nostre Diocesis, ut asseruit, institutus,
 eandem Ecclesiam per nonnulla tempora occuparet, sicut adhuc occupat,
 violenter, ac fructus et proventus ex eadem Ecclesia provenientes indebet
 perciperet et consumeret, domosque dicte Ecclesie ruinis permitteret
 horribiliter subjacere; nos hujusmodi fructus, ex hiis et aliis variis justis
 causis, salva sustentacione congrua in dicta Ecclesia ministrancium, seques-
 travimus, ac hujusmodi Sequestrum per nostram Diocesim, et nichilominus
 fol. 158. illud ad dicti Magistri Walteri noticiam specialiter pervenire [fecimus].
 Verum, quia idem Magister Walterus ac Theobaldus de Greneville, sororius
 suus, et quidam Magister Thomas de Mertone, frater ejusdem Magistri
 Walteri germanus, per se, et alios de eorum preceptis et mandatis, Seques-
 trum nostrum contemptibiliter violarunt, sicut adhuc violare ac fructus
 hujusmodi dissipare, et in usus sacrilegos et nepharios, pro eorum libito
 voluptatis, convertere non desistunt; nos, eundem Magistrum Walterum
 super hiis coram nobis confessum judicialiter et convictum, in Sentencias
 Majorum Excommunicacionum tam in Constitucione Synodali a bone
 memorie Domino Petro [Quivil], quondam Exoniensi Episcopo, Predecessore
 nostro, quam in Concilio Provinciali per Venerabilem quondam Patrem,
 Dominum Johannem [de Stratforde], Dei gratia tunc Cantuariensem
 Archiepiscopum, ultimo Londoniis celebrato, latas et publice promulgatas,
 servato Processu debito, pronunciavimus et declaravimus incidisse. Et,
 licet eundem Magistrum Walterum sic excommunicatum esse in Ecclesia
 nostra Exoniensi, sicut vos ipsi scitis, ac aliis Ecclesiis et convocationibus
 Cleri et populi, et Locis variis insignibus, nostre Diocesis, adeo quod nullus
 ignoranciam probabilem pretendere valeat, fecerimus nunciari, ac, sua con-
 tumacia de malo in pejus cotidie succrescente, tam in genere omniibus
 subditis nostris, quam in specie nominatim multis, et precipue prefatis
 Theobaldo et Thome, ac ejusdem Ecclesie parochianis arcis inhiberi,

A.D.
1348. eosque requiri nichilominus et moneri, ne cum dicto excommunicato illicite
1348. participare seu communicare, aut ei ut Rectori dicte Ecclesie presumerent
Vol. I intendere vel parere ; prefati, tamen Theobaldus et Thomas, ac nonnulli
alii viri, eorum complices, fautores, et fotores, Moniciones, Requisiciones, et
Inhibiciones nostras elata obstinacione dampnabiliter contempnentes, eidem
excommunicato in criminis participare non formidant ; prout super hiis,
cause cognitione prehabita, per viam notorii et alias legitime existimus
informati ; propter que ac alias excessus, culpas, rebelliones, contumacias,
et offensas, contra immunitatem libertatis Ecclesiastice temere et notorie
perpetrata, anathematis vinculo tam a nobis quam a Canone existunt rite et
legitime involuti. Et, cum prefati Magister Walterus, Theobaldus, et
Thomas, ex hujusmodi Censurarum incursu et earum publicacione, seu ex
Sentenciarum tam in Romana quam in Domini nostri Regis Curia contra
Magistrum Walterum et Theobaldum super dicta Ecclesia de Kilkamptone
et ejus occasione prolacione, aliisve remediis contra illorum maliciam adhibi-
tis, nullatenus fierent in rebellione remissiores, set pejora prioribus cotidie
committentes ; nos dilectos filios, Abbatem Monasterii de Hertilonde et
Priorem Prioratus de Launcestone, dicte nostre Diocesis, ad aggravandum
Censuras predictas, necnon publicandum et exequendum, in dicta Ecclesia,
tam dictarum Curiarum quam eciam Mandata nostra Canonica, curavimus
destinare. Qui, ad Villam de Kilkamptone, quodam die solemni, pro
execucione Mandatorum hujusmodi in dicta Ecclesia facienda, personaliter
accidentes, invenerunt ibidem parochianos ejusdem Ecclesie et alios faci-
norosos homines, per dictos Magistrum Walterum, Theobaldum, et
Thomam congregatos, gladiis, fistibus, archibus, et aliorum armorum tam
offensibilium quam defensibilium generibus armatos, ad custodiam dictae
Ecclesie contra nos et predictos Abbatem et Priorem positos ; qui archus
tendentes et sagittas trahentes in ipsos hostiliter irruerunt, ipsosque con-
temptibiliter effugarunt, et ipsos nichilominus, causa mortis vitande
fugientes, ad distanciam unius miliaris insequebantur, ac nonnullos ser-
vatores eorum et equos percusserunt et atrociter verberarunt, ac nonnullas
fenestras ejusdem Ecclesie cum muris obstruxerunt, ipsamque Ecclesiam,
que juxta Canonicas Sancciones incastellari seu propugnaculum fieri non
debuit, violenter occupant, ac in ea diurnis et nocturnis temporibus quasi
continue decubantes, inhonesta et illicita in ea committunt, et de Ecclesia
faciunt, prochdolor, receptaculum sordium ac speluncas sceleratorum
hominum seu latronum ; ex quibus, non est dubium, Deus offenditur,
inclitissimi Principis Regis nostri pax turbatur, ac Universalis Ecclesie
Pontificalique Prerogative injuria irrogatur. Cum, igitur, dicti Magister
Walterus, Theobaldus, et Thomas, eorumque complices et fautores nequeant
per dicta remedia ab eorum rebellione et detestanda audacia revocari,
parochianique ejusdem Ecclesie, post varias Moniciones eis factas, cum
eisdem criminosis participare in crimine non formident, cogimur urgente
consciencia, gravius animadvertere in eosdem, ideoque dictam Ecclesiam
de Kilkamptone, quasi inviti, Ecclesiastico supposuimus per nostram Sen-
tenciam Interdicto. Quia, vero, Processum nostrum hujusmodi contra dictos
sacrilegos, eorumque complices, fotores, et fautores per nos habitum, ut
ceteri ab eorum communione arceantur, expedit esse notum ; vobis, com-
muniter et divisim, committimus et mandamus quatinus prefatos Magistrum
Walterum, Theobaldum, et Thomam, nominatim et in specie, eorumque in
premissis complices, fotores, et fautores, in genere, sicut premittitur, ex-
communicatos et a liminibus Sancte Matris Ecclesie sequestratos, pulsatis
campanis, candelis accensis et in vituperium eorum in terra projectis et ex-
tinctis, hac die Dominica proxima ante Festum Nativitatis Beate Marie Vir-
ginis [7 Sept.], et in Festo Nativitatis ejusdem [8 Sept.], in Ecclesia nostra
Exoniensi, cum major Cleri et populi multitudo ibidem convenerit ad Divina,
necnon dictam Ecclesiam sic per nos fuisse, et esse, interdictam, publice et
solempniter nuncietis, ac omnia et singula premissa exponatis intelligibiliter
in vulgari ut, frequenti et sonoro preconio multociens recitata, quasi sin-

A.D. 1348. gulorum auribus dici valeant inculcata, adeo quod in premissis nullus
 nostre Diocesis ignoranciam pretendere valeat colorate. Et vos, Domine
Vol I. Archidiacone, consimiles nichilominus denunciaciones in Ecclesiis Civitatis
 et Archidiaconatus Exonie, quuncicu[m] comode poterit fieri, diligenter et
 sollerter facere studeatis. Et quid feceritis in premissis nos, citra instans
 Festum Sancti Mathei, Apostoli [21 Sept.], reddatis cerciores per Literas
 vestras patentes, harum seriem continentis, sigillis vestris et cuiuslibet
 vestrum pendentibus consignatas.—Datum in Manorio nostro de Clyst,
 quinto die mensis Septembris, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo
 octavo, et Consecrationis nostre vicesimo primo.

The procurations of the Cardinals; *Nota de procuracionibus
 Cardinalium Nunciorum,*—

[fol. 127b.] —Anno Domini M^o. CCC^{mo} quadragesimo octavo, die Sabbati, videlicet
 terciodecimo die mensis Septembris, apud Chuddeleghe, Dominus recepit
 Literas infrascriptas,—

—*Tenor hujusmodi Literarum,*—

Miseracione Divina Anibaldus Episcopus Tusculanus, et Stephanus, Tituli
 Sanctorum Johannis [et Pauli] Presbiter Cardinalis, Apostolice Sedis
 Nuncii, Venerabili in Christo Patri, Domino [Johanni], Dei gracia Episcopo
 Exoniensi, vel ejus Vicariis, seu locum tenentibus vel vices gerentibus
 ejusdem Episcopi, uni vel pluribus, et cuicunque ipsorum qui sunt vel
 erunt pro tempore Administratores Episcopatus Exoniensis, ad quem, vel
 ad quos, presentes Litere pervenerint, salutem in Domino.—Sanctissimus
 Pater, Dominus noster, Dominus Clemens, Divina Providencia Papa VI, ad
 Anglie Regnum pro magnis et arduis negotiis nos destinans, nobis, et
 cuiilibet nostrum, ut possimus expensarum onera nobis incumbencia filius
 supportare, super inscriptis suas nobis concessit Literas in hac forma,—
 Clemens Episcopus, Servus servorum Dei, Venerabili Fratri, Anibaldo,
 Episcopo Tusculano, et dilecto filio, Stephano, Tituli Sanctorum Johannis
 et Pauli Presbitero Cardinali, Apostolice Sedis Nuncii, salutem et Aposto-
 licam benedictionem.—Cum vos, etc. (*as on page 864, lines 10—37*).—Data
 Avinione, ij^{do} Kalendas Novembris, Pontificatus nostri Anno quarto [31
 Oct., 1345].

—*Item, Clemens Episcopus, etc., Anibaldo, etc., et Stephano, etc., (ut supra).*—
 Cum vos ad Regnum Anglie (*etc., ut supra¹, as far as compescendi*), vobis,
 et unicuique vestrum, concessimus per alias nostras Literas facultatem, etc.—
 Data Avinione, ij^{do} Kalendas Novembris, [Anno] quarto.—Cum, itaque,
 grandia onera expensarum in prosecucione eorundem negotiorum, cui ad
 presens insistimus, oportuerit et oporteat vos subire, ne, propter ipsarum
 expensarum carenciam, prosecucionem hujusmodi impediri aut retardari
 contingat, procuraciones que pro primo anno, qui prima die mensis Decem-
 bris proximo preteriti inchoavit, vobis a predictis Archiepiscopis et Epi-
 scopis, Electis, Abbatibus, et aliis, eorumque Ecclesiis Matricibus² atque
 Locis superius designatis, in dicto Regno Anglie consistentibus, earundem
 Literarum Apostolicarum vigo[re] debentur, juxta ipsarum tenores decrevi-
 mus fore petendas, exigendas, levandas, atque recipendas. Ideoque,
 Auctoritate Apostolica nobis per dictas Literas in hac parte concessa,
 discrezioni vestre, de qua plenam in Domino gerimus fiduciam, petendi,
 exigendi, levandi, et recipiendi, pro nobis ambobus et nomine nostro,
 dictorum prosecucione negotiorum, cui, ut prefertur, insistimus, perdurare,
 tam in presencia quam in absencia nostra, per vos, vel alium seu alios, in
 vestris Civitate et Diocesi Exonie, ab omnibus et singulis Abbatibus, Priori-
 bus, Decanis, Prepositis, Archidiaconis, Archipresbiteris, et aliis Ecclesiarum
 Prelatis, Rectoribus, ac Ecclesiasticis Personis, Religiosis et Secularibus,
 eorumque Capitulis et Conventibus, exemptis et non exemptis, Cister-

[fol.
 128.]

¹ See page 864, line 28.

² Matricis, MS.

A.D.
1348. ciensis, Cluniacensis, Cartusiensis, Premonstratensis, Sanctorum Benedicti
et Augustini, Camaldulensis, Sancti Gilhelmi, et aliorum Ordinum ; necnon,
Vol. I. Magistris, Prioribus, Preceptoribus, et Fratribus Sancti Johannis Iero-
solemitani, et aliorum quoruncumque Hospitalium sive Domorum ceteris
Administratoribus Ordinum et Locorum, Communitatis et Diocesis pre-
dictarum, pro nostris porcionibus ejusdem primi auni, similes videlicet
procuracionibus illis quas unus de Cardinalibus ejusdem Romane Ecclesie,
Legatis seu Nunciis Sedis ejusdem, in dicto Regno Anglie recipere con-
suevit, et que, videlicet, ad majorem summam ascendere dinoscuntur ;
necnon, eosdem Abbates, Piores, Decanos, et alias superius designatos,
ad contribuendum in eisdem procuracionibus diete majoris summe, nobis,
ut premittitur, debitibus ; ac ad exhibendum vobis libros seu scripturas
distribucionum, imposicionum, indicacionum, et solucionum, antiquarum et
modernarum, super similibus procuracionibus habitarum ; ac nomina
omnium Ecclesiarum vestrarum Civitatis et Diocesis predictarum, et quan-
tum secundum antiquas et modernas taxaciones ad Decimam, summam
taxacionum, illasque per copiam tradi faciendum ; contradictores, quoque,
et rebelles per Censuram Ecclesiasticam compescendum, concedimus
tenore Presencium facultatem ; ac iu premissis et singulis, eaque tangentibus,
vices nostras committimus, donec eas ad nos duxerimus revocandas.
Et nichilominus, cum necessitas urgeat, et ad nos pro singulis Monicionibus
faciendis ac ferendis Sentencias de facilis, sine magnis laboribus et expensis,
non posset quociens opus fuerit recursus haberi, eosdem Abbates, Piores,
et alias supradictos, et eorum singulos,—non intendentes, tamen, propter ea
Commissiōnem hujusmodi nostram revocare,—Auctoritate predicta, primo,
secundo, et tertio peremptorie requirimus et monemus, ipsisque et eorum
singulis, in virtute Sancte Obedientie, sub infrascriptis penis injungimus
atque, districte precipiendo, mandamus quatinus, infra unius mensis
spacium a noticia presentis Processus nostri sive contentorum in eo, seu
requisitionis, super hac factorum in antea computandum (quod, quidem,
spacium ab omnibus et singulis pro primo, secundo, et tertio ac peremp-
torio termino ac Monitione Canonica, tenore Presencium, assignamus), vobis,
seu ad hoc a vobis vestro periculo deputando vel deputandis, pro hujusmodi
nostris procuracionibus, et ratione procuracionis ejusdem primi presentis
auni, quilibet videlicet predictorum superius designatorum partem suam
de dicta majore summa, quanta alias in Episcopatu vestro pro hujusmodi
procuracionibus unius integri anni persoluta extitit, absque difficultate
persolvant. Vos, eciā, Dominum Episcopum, Vicarios et locum tenentes
et vices gerentes predictos, et eorum quemlibet, modo et forma predictis
requirimus et monemus ; vobis, nichilominus, et vestrum cuilibet, injun-
gimus atque, districte precipiendo, mandamus quatinus infra quindecim
dierum spacium, a die receptionis Presencium computandum (quos vobis,
et cuilibet vestrum, ex causis predictis, pro peremptorio termino et Moni-
tione Canonica assignamus), presentem Processum nostrum, et contenta in
eo, ad noticiam omnium et singulorum Civitatis et Diocesis quos presens
tangit negocium deducere, et ipsos per vos, vel alium seu alios, requiri super
hiis diligenter et solcite procuretis ; adhibendo diligenciam debitam in
colligendo, exequendo, recipiendo, et custodiendo peccuuiam procuracionum
hujusmodi, ac collectores et subcollectores quos ad hoc deputaveritis
reddendo ad hoc sollicitos et attentos. Insuper, totam predictam pec-
cuuiam majoris summe, ad quam in vestris Civitate et Diocesi predictis
hujusmodi procuraciones primi presentis anni ascendunt ; quam, ut pre-
mittitur collectam seu receptam, una cum parte ratione fructuum, reddi-
tuum, et proventuum et obvencionum vestrorum, seu ad mensam vestram
specialem spectancium, vos pro nostris predictis procuracionibus presentis
anni contingencium, nomine nostro et proprio vobis ad manus vestras
recipiatis, illasque fideliter conservetis. Certificantes per vestras patentes
[Literas], seu Publicum Instrumentum, nos vel Procuratores nostros, vel
substitutum aut substitutos ab eis vel aliquo eorundem, de die receptionis

A.D. Presencium, ac de modo et quantitatibus imposicionum, taxacionum, et
 1348. solucionum, nominibus solvencium et Beneficiorum suorum, per rotulos seu
 Vol. I. quaternos, sub Episcopali seu Curie Episcopalis sub vestro sigillo inclusos; ac de omnibus aliis et singulis quid feceritis in premissis. Alioquin, si vos, aut Abbates, Piores, Decani, et alii superius designati, seu quos hujusmodi negocium tangit, aut eorum aliqui, in premissis aut premissorum aliquo contradictores seu inobedientes fueritis vel rebelles, aut si vos, vel collectores seu subcollectores predicti, ultra dictas quantitates pro eisdem procuracionibus, debitibus per vos, vel alium seu alios, scienter receperitis seu exegeritis, pretextu hujusmodi nostre Commissionis, vobis, Domine Episcope, cui in hac parte ob reverenciam Pontificalis Dignitatis differimus (*sic*), spacio sex dierum ad purgandum moram [in singulis vobis] supra et infra injunctis indulto, et pro Canonica Monicione premissa, si nichilominus perstiteritis in culpa seu mora hujusmodi, ingressum Ecclesie interdicimus in hiis Scriptis. Et, si per alios sex dies immediate sequentes, quos vobis eciam pro Canonica Monicione assignamus, Interdictum hujusmodi sustinueritis, vos in hiis Scriptis suspendimus a Divinis; et si per alios sex dies, dictos duodecim immediate sequentes, quos similiter pro Canonica Monicione prefigimus, Suspensionem hujusmodi sustinueritis, quod absit, animo indurato, in vos, ac Abbates, Piores, Decanos, et alios omnes et singulos superius designatos, qui inobedientes fuerint seu rebelles in premissis vel aliquo premissorum, necnon contradictores quoslibet et rebelles aut impeditentes, seu prestantes consilium, auxilium, aut favorem, quominus omnia et singula supra et infra per vos injuncta seu mandata effectum debitum consequentur, cujuscumque dignitatis, status, ordinis, vel conditionis existant, spacio sex dierum ad purgandum moram seu culpam singulis eorum induit, et pro Canonica Monicione premissa, Excommunicacionis Sentenciam in hiis Scriptis promulgamus. Capitula, vero, et Conventus, qui in premissis, vel eorum aliquo, culpabiles fuerint, suspendimus a Divinis. Mandantes, vobis, nichilominus, Auctoritate predicta, sub penis eisdem, quatinus omnes et singulos qui prefatas nostras Sentencias, vel earum aliquam, incurrerint quoquo modo, in dictis vestris Civitate et Diocesi, ac locis aliis de quibus vobis videbitur [expedire], per vos, vel alium seu alios, tam diu denunciatis, seu denunciari faciat, dictas Sentencias incurrisse, et a fidelibus evitari; et gravetis, eciam, Censuram Ecclesiasticam contra eos, donec plenarie satisfecerint, et beneficium Absolucionis a Sentenciis per nos latis, quam nobis aut superiori nostro tantummodo reservavimus, a nobis meruerint optinere. Literas, autem, originales supradictas, quas in multorum Prelatorum presencia fecimus . . .¹ solemniter publicari, si vos, vel aliqui de predictis, ipsas videre volueritis, ostendere offerimus nos paratos. Vos, eciam, requirimus et hortamur, Auctoritate predicta, sub penis suprascriptis, quatinus sic in premissis diligenter, feliciter, et solcite vos geratis, necnon illi quoad collectionem et receptionem predictas gerere se procurent, quod nec inferiores juste conquerendi, nec nos contra vos seu ipsos super hiis inquirendi et procedendi materiam habeamus, quodque de obediencia commendari possitis. Ceterum volumus, et sub penis suprascriptis mandamus, quatinus omnes peccuniarum summas per vos et substituendos a vobis receptandas, ratione dictarum procuracionum nostrarum, Procuratoribus nostris ad hoc sufficienter mandatis suffulti integraliter persolvatis, cum ab eis vel eorum aliquo, seu Mandato nostro, fueritis requisiti. Nostre, insuper, [intencionis] existit quod Reverendi Patres, Domini Cardinales Sancte Romane Ecclesie, de Beneficiis que in predicto Regno optinent quantitatem aliquam, ratione procuracionum hujusmodi, solvere nullatenus teneantur, nec predictis astringantur Sentenciis; set quantitatem que pro eisdem procuracionibus nostris ab

A blank space was left here for the name of the place,—probably “Lon-

doniis” (as on page 867).

- A.D. ipsis Dominis Cardinalibus nobis in dicto Episcopatu debentur, de summa
1348. nobis debita deducantur. Intendimus, eciam, quod de [Dei] et leprosorum
Vol. I. Domibus, ac Monasteriis Monialium et pauperum, a quibus, ratione pro-
curacionis hujusmodi, aliquid exigi minime consuevit, nichil exigatur. In
quorum omnium testimonium presentes Literas, Processum nostrum hujus-
modi continent, ad quarum presentacionem et notificacionem latori earum,
Procuratori et Nuncio nostro jurato, plenam fidem adhibebimus, fieri et
registrari fecimus, et sigillorum nostrorum appensione muniri.—Datum
Attrebati, xiiij^{mo} die Februarii, Indicione quartadecima, Anno a Nativitate
Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo sexto, Pontificatus Domini nostri
Pape Anno quarto. Item, miseratione Divina Ambaldus, etc., et Stephanus,
etc. (*ut supra*), Venerabili in Christo Patri, Domino Dei gratia Episcopo
Exoniensi, vel ejus Vicariis seu locum tenentibus, vel vices gerentibus
ejusdem Episcopi, uni vel pluribus, et unicuique ipsorum, qui sunt vel
erunt pro tempore Administratores Episcopatus Exoniensis, ad quem vel ad
quos presentes Literae pervenerint, salutem in Domino.—Sanctissimus
Pater, Dominus noster, Dominus Clemens, Divina Providencia Papa Sextus,
ad Anglie Regnum, pro magnis et arduis negotiis nos destinans, nobis, et
cuilibet nostrum, ut possimus expensarum onera nobis incumbencia facilius
subportare, super infrascriptis nobis concessit Literas in hac forma,—
Clemens Episcopus, Servus servorum Dei, etc. (*ut supra*).—Datum Avin-
one, ij^{do} Kalendas Novembris, Pontificatus nostri Anno quarto.—Cumque
grandia onera expensarum, etc. [Here follows a repetition of the above,
mutatis mutandis; see page 1062, line 37, as far as "appensione [com]-
muniri," above].—Actum et datum in dicto Monasterio Sancti Judoci
[fol. 129.] super mare, Ambianensis Diocesis [*Amiens*], Anno a Nativitate Domini
Millesimo CCC^{mo} quadragesimo sexto, Indicione quartadecima, die xj
mensis Decembris, Pontificatus Domini nostri, Domini Clementis, Divina
Providencia Pape VI, Anno quinto; presentibus Venerabilibus in Christo
Patribus, Dominis Dei gratia Hugone, Archiepiscopo Bisonnay [*Besançon*],
et Angello Grossetuno [*Groseto*], ac Fratre Francisco Theobardo, Episcopis,
et Venerabilibus Viris, Dominis Induyno Abbe Sancti Decani, Induyno
Decano Ecclesie Sancti Ardi, Lynyrensis et Lenyonis Diocesum, ac
Magistris Francisco de Ruderco, Beluacensis [*Beaurais*], et Petro de Barco,
Bittonensis [*Bitonto*] Ecclesiarum Canonicis, et Sacris Palacis Apostolicis
Causarum Auditoribus, Petro de Florencia, Sacre Theologie Professori,
ac Paulo de Sancto Jemyno, Archipresbitero Urbetano [*Urbino*], et
pluribus aliis fide dignis, testibus ad premissa vocatis et specialiter rogatis.
—*Scriptum fuit singulis Archidiaconis, cum tenore dictarum Literarum, sub
hac forma,*—Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Archidiacono Tottonie
in Ecclesia nostra Exoniensi, et ejus Officiali, salutem, graciā, et benedic-
tionem.—Literas Reverendorum Patrum, Ambaldi, etc. (*ut supra*), die
Sabbati, videlicet terciodecimo die mensis Septembris, Anno Domini
Millesimo CCC^{mo} quadragesimo octavo, cum reverencia debita recepimus,
in hec verba,—Misericordie Divina Ambaldus, etc. (*ut supra*).—Sanctissimus
Pater, Dominus noster, Dominus Clemens, Divina Providencia Papa VI;
ut supra.—Cupientes, igitur, omnia et singula premissa in forma nobis
in juncta execucioni debite demandari, vobis, et utrique vestrum, sub penis
et censuris prelibatis firmiter injungendo, committimus et mandamus
quatinus omnia et singula in dictis Literis contenta ad noticiam omnium et
singulorum dicti Archidiaconatus, et aliorum de Pecculari Jurisdiccione
nostra, et alterius cuiuscumque sub et in Archidiaconatu vostro inclusorum,
quos hujusmodi Litere contingere dinoscuntur, per vos, alium seu alios,
deducatis, eaque sollerter et sollicite publicetis, ac ipsos ad contribuendum
de procuracionibus dictorum annorum, prefatis Venerabilibus Patribus,
Dominis Cardinalibus ambobus predictis, sicut premittitur debitum, videlicet
de similibus procuracionibus quas unus de Cardinalibus Sancte Romane
Ecclesie, Legatus seu Nuncius Sedis Apostolice in dicto Regno Anglie, reci-

A.D. 1348 pere consuevit; que, videlicet, ad majorem summam ascendere dinoscuntur; ad satisfaciendum nobis seu receptoribus nostris, uni vel pluribus, ad hec Vol. I. deputandis, in Palacio nostro Exoniensi, citra tempus in dictis Literis limitatum, sub penis superioris annotatis, moneatis et efficaciter requiratis. Ad compescendum, vero, per Censuras Ecclesiasticas, contradictores, inobedientes, et rebelles quoslibet in hac parte; necnon eos qui prefatas Sentencias, vel earum aliquam, incurserint eas incurrisse denunciandum, et aggravandum Censuras Ecclesiasticas contra eos, vobis, et utrique vestrum, committimus vices nostras, donec eas ad nos duxerimus revocandas. Ceterum, quia dictas procuraciones colligendo, recipiendo, et forsitan ad loca remota deferendo solvendas, fieri expensas necessarias oportebit, super taxacione hujusmodi expensarum factarum et faciendarum, cum Personis Ecclesiasticis idoneis, nostre Diocesis, deliberacionem fecimus hujusmodi diligentem, ac juxta hujusmodi deliberacionem rationabiliter et moderate taxavimus quod de, et pro, singulis viginti solidis sterlingorum Taxacionis omnium et singulorum Beneficiorum et bonorum Ecclesiasticorum [ad] quascumque Personas Ecclesiasticas, Capitula, et Conventus pertinencium, que ad solucionem dictarum procuracionum pro dictis duabus annis tenentur, singuli oboli ab ipsis viris, Personis Ecclesiasticis, Capitulis, et Conventibus nostre Diocesis, pro hujusmodi (*sic*) exigantur pariter et leventur. Ideoque, Auctoritate predicta, vos, Dominum Archidiaconum predictum, monemus et requirimus, primo, secundo, et tertio, quatinus de parte vestra pro dictis procuracionibus debita, et expensis hujusmodi quatenus porcionem vestram concernere dinoscuntur, citra tempus in dictis Literis limitatum, sub penis et Censuris superioris descriptis, satisfaciatis, ac ipsos qui ad prestacionem dictarum procuracionum tenentur, ad satisfaciendum receptoribus predictis, uni vel pluribus, de expensis hujusmodi, quatenus ad easdem divisim attinet, per Censuras quascumque Ecclesiasticas quibus convenit, et earum, si oporteat, aggravacionem Canonice compellatis; ita quod de dictis procuracionibus et expensis, citra instans Festum Sancti Luce, Evangeliste [18 Oct.], in dicto Palacio nostro, satisfaciant. De die, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nos, citra dictum Festum Sancti Luce, reddatis cerciores per Literas vestras patentes, harum seriem et non solvencium sive rebellium, si qui fuerint, nomina dilucide continentest.—Datum in Manerio nostro de Clyste, vicesimo die mensis Septembris, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo octavo, et Consecrationis nostre vicesimo primo.—Quod, quidem, Mandatum vestrum reverendum, vicesimo secundo die dicti mensis Septembris per nos receptum, reverenter sumus executi, ac eidem Mandato vestro reverendo omnes Personae Ecclesiastice Archidiaconatus Tottoniensis, que ad prestacionem hujusmodi procuracionis tenentur, humiliiter et obedienter paruerunt; Priore et Conventu Montis acuti, Medietatem Ecclesie de Ermington in propriis usus optinentibus, dumtaxat exceptis, qui hujusmodi procuraciones non solverunt.—Datum Exonie, xvij^{mo} die mensis Octobris, Anno Domini supradicto.

—Isto modo fuit certificatum dictis Cardinalibus [A.D. 1348-9].—

Reverendis in Christo Patribus ac Dominis, Dominis Dei gratia Anibaldo, etc. (*ut supra*), Johannes, etc., omnem obedienciam, reverenciam, et honorem tantis Patribus tam debitos quam devotos.—Literas vestras terciodecimo die mensis Septembris proximo preteriti recepimus, in hec verba,—Ambaldus, etc., *ut supra*.—Quarum auctoritate Literarum, omnia et singula in eis contenta, cum exacta diligencia, non absque magno labore, quantum potuimus, Nota decuravimus exequi diligenter, procuracionesque predictas pro dictis duabus iij annis[;] annis, ab Abbatibus, Prioribus, Decanis, et ceteris Personis superioris nomine pro quo libet natis, nostrarum Civitatis et Diocesis, peti, exigi, levari, colligi, et recipi anno fecimus; et, in quantum continetur plenus in cedula Presentibus annexis vjd. de et sigillo nostro inclusis, quantitates pecuniarum solutarum et non solutarum adhuc debitaram, una cum quantitatibus distributionum et taxacionum predictarum, continentibus, in quantum propter Registrorum diversitatem libra.

A.D. perquiri quomodolibet potuerunt. Si, vero, in Registro aliquo plura
 1348. Beneficia quam continentur in dictis cedulis, de quibus ad Registra que
 Vol. I. habemus collacionem fieri fecimus plenariam et fidelem, de eisdem prout
 decreveritis poteritis ordinare. Personas, vero, non solventes dictas
 Sentencias incurrisse denunciari, ac Censuras Ecclesiasticas contra eas,
 quatenus potuimus propter crebras et multiplicatas eciam quandoque unius
 Ecclesie vacaciones, isto tempore pestilenciali in nostra Diocesi accidentes,
 fecimus aggravari. Collectam, insuper, pro procuracionibus dictorum an-
 norum in nostris Civitate et Diocesi peccuniam, una cum porcione nos
 contingente, numerari et tradi fecimus Magistro Ade de Lycchefelde,
 Rectori Ecclesie de Northam, nostre Diocesis, nuncio nostro et portatori
 Presencium, quem ad hoc reputamus ydoneum et circumspectum, ad vos
 fideliter deferendam.—Datum apud Chuddeleghe, xvijmo die mensis Marcii,
 Anno Domini Millesimo CCCmo quadragesimo octavo, et Consecrationis
 nostre vicesimo secundo.

Et memorandum quod mittebantur sex rotuli; quatuor, videlicet, pro quatuor
 Archidiaconatibus, continentibus summam taxacionum et procuracionum; et
 quintus continebat Ecclesias, et earum taxaciones et procuraciones, de
 Pecculiari Jurisdiccione Domini in Devonia et Cornubia, et de Dignitatibus
 Ecclesie Cathedralis Exonie et Beneficiis Dominorum Decani et Capituli in
 eorum jurisdiccione. Sextus, vero, continebat nomina non solvencium, ut
 inferius continetur.

—*Nomina non solvencium procuraciones predictas,—*

Abbas de Donekeswille, pro spiritualitate et temporalitate,
 taxatur ad iij:xxijli. xijs. Debet iijli. iijs. vijd. ob.

Pro Medietate Ecclesie de Axemynstre, quam tenet Dominus
 Cardinalis, taxata ad xxvli. xijs. iiijd. Debet xxvs. viijd.

Prior Bathonie, pro Pensione ls. quam percipit in Ecclesia de
 Bamptone. Debet ijs. vjd.

Abbas de Quarera, pro temporalitate sua de Forwode (*Farwood,*
in Colyton), taxatur ad xiiijli. vjs. viijd. Debet xiijs. iiijd.

Prior de Goldeleyve, pro temporalitate sua de Memburi, taxa-
 tur ad vjli. Debet vijs.

Prior de Tantone, pro temporalitate sua de Ewelme in Staun-
 tone et Middeltone, taxatur ad xlijs. Debet ijs. jd. quadr.

Ecclesia de Churitone, in Cadebury [*Cheriton-Fitzpaine*], taxa-
 tur ad vjli. xiijs. iiijd. Debet vjs. viijd.

Prior de Monte acuto, pro Porcione sua in Ecclesia de Ermynge-
 tone, taxatur ad vjli. Debet vjs.

Prior de Fromptone, pro temporalitate sua de Northam, taxa-
 tur ad vjli. iijs. iiijd. Debet vijs. ijd.

Abbas de Clyve, pro temporalitate sua de Brauntone, taxatur
 ad iiijli. xvij. iiijd. Debet iiijs. xd. ob.

Archidiaconatus Cornubiensis,—

[fol. 130b.] Prebenda Johannis de Cane in Ecclesia Sancti Probi taxatur ad lxvjs. viijd.
 Debet iijs. iiijd.

Ecclesia Sancti Maugani in Keryer taxatur ad xl. Debet xs.

Ecclesia Sancte Beryane taxatur ad xxli. Debet xxs.

Prebenda David Botilet in eadem Ecclesia taxatur ad ls. Debet ijs. vjd.

Prebenda Hugonis Splot in eadem taxatur ad xlvj. viijd. Debet ijs. iiijd.

Prebenda Johannis Cocci in eadem taxatur ad xvs. Debet ixjd.

Prior Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, pro Ecclesia
 Sancti Maderni, taxatur ad evjs. viijd. Item, pro Porcione
 sua in eadem taxatur ad vjli. xiijs. iiijd. Item, pro Ecclesia
 Sancti Clari taxatur ad vjli. xiijs. iiijd.

Ecclesia de Ludewon [*Ludgvan*] taxatur ad vjli. Debet vijs.

Ecclesia Sancti Illogani taxatur ad vjli. Debet vijis.

Archidiaco-
 natus Ex-
 oniensis.

Archidiaco-
 natus Tot-
 toniensis.

Archidiaco-
 natus Bar-
 nastapoli-
 ensis.

- A.D. Ecclesia Sancte Columbe Majoris taxatur ad xvij*li.* xiijs. iiijd. Debet xvij*ls.*
1348. viij*d.*
- Vol. Ecclesia Boscini [*Tintagel*] taxatur ad viij*li.* Debet viij*ls.*
- J. Vicaria Sancti Genesii [*St. Gennys*] taxatur ad iii*li.* v*js.* viijd. Debet iiijs.
iijd.
- Prebenda Johannis Cateloyne in Ecclesia Sancti Carentoci taxatur ad xxx*s.*
Debet xvij*d.*
- Prebenda Sancti Johannis de Glasneya, in eadem, taxatur ad v*js.* viij*d.*
Debet iiijd.
- Prebenda Johannis de Modrede in Ecclesia Sancte Endeliente taxatur ad
lxs. Debet iijs.
- Abbatissa de Wyltone, pro temporalitatibus suis in Cornubia, in Weste et
Majore Trige, taxatur ad lxv*js.* vd. Debet iijs. iiij*d.* ob.
- Item, pro Capella Sancte Nynnine taxatur ad vs. Debet ijd.
- Abbas de Clyve, pro temporalitatibus suis de Treg[*l*]ast et Poghwillie, taxatur
ad x*li.* xvij*ls.* iiijd. Debet x*js.* xd. ob.
- Prior de Mertone, pro Porcione in Ecclesia de Lysnywythe [*Lesnewth*], taxatur
ad vs. Debet iijd.
- Summa pecuniarum non solitarum xiiij*li.* ijs. jd.
- [fol. 158b] Georgeham [Hamme, MS.] ; Master William Doune, deacon, R.,—
Licence of non-residence for a year, to study (Clyst, 20 Sept.).
- Nymet St. George ; Master Roger Inkepen, deacon, R.,—
Licence of non-residence for a year, to study at Oxford, etc. (Clyst, 24 Sept.).
- [fol. 159.] The procurations of the Cardinals ; *Procuraciones Cardinalium
Tusculani et Sanctorum Johannis et Pauli*,—
- Johannes, etc., Collector unicus procuracionum Venerabilium Patrum Do-
minorum Anibaldi, Dei gratia Episcopi Tusculani, et Stephani, Tituli
Sanctorum Johannis et Pauli Presbiteri Cardinalis, Sedis Apostolice Nun-
ciorum, tam pro primo quam secundo annis Nunciacionis et more eorundem,
in nostra Exoniensi Diocesi Auctoritate Apostolica deputatus, dilectis filiis,
Dominis Thome Peticru et Waltero de Ildesleghe, Ecclesiarum Sancti
Ermetis [*St. Ervan*] et de Monkokampton, nostre Diocesis, Rectoribus, salu-
tem, graciam, et benedictionem.—De vestris fidelitate, conscientie puritate,
ac circumspeditionis industria plurimum confidentes, ad petendum et recipi-
endum ab omnibus et singulis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis,
Archipresbiteris, et aliis Ecclesiarum Prelatis, Rectoribus eciam et Vicariis,
ac aliis viris Ecclesiasticis quibuscumque, Religiosis et Secularibus, ipsorum-
que Conventibus et Capitulis, exemptis et non exemptis, necnon quibus-
cumque aliis Beneficia seu bona Ecclesiastica in dicta nostra Exoniensi
Diocesi optinentibus, pro dictis procuracionibus prefatis Venerabilibus
Patribus, tam pro predictis primo quam secundo annis Nunciacionis et more
eorundem, similes procuraciones quales unus de Cardinalibus Saucte Romane
Ecclesie, Legatus seu Nuncius Sedis Apostolice in Regno Anglie, pro suis
procuracionibus recipere consuevit ; que, videlicet, ad majorem summam
ascendere dinoscuntur ; ac, eciam, singulos obolos de singulis libris taxa-
cionum Beneficiorum et bonorum Ecclesiasticorum predictorum, quos, expen-
sarum moderatarum circa ipsarum procuracionum collectionem, custodiani,
et ad loca forsitan remota delacionem faciendarum nomine, supradicta
Auctoritate exigi decrevimus et levavi ; necnon, ad videndum et inspiciendum
libroset scripturas distributionem, imposicionem, taxacionem, et solutionem,
antiquarum et modernarum super similibus procuracionibus habitarum,
summasque pecuniarum in hac parte tam dictarum procuracionum quam
moderatarum expensarum hujusmodi nomine receptas, fideliter colligendum
et conservandum ; necnon, de eisdem receptis et collectis acquietanciales
Literas faciendum ; vobis conjunctim committimus vices nostras, donec eas
ad nos duxerimus revocandas. Proviso quod de nominibus solvencium,
Beneficiorum, eciam, et bonorum suorum Ecclesiasticorum ; quantitatibus,

- A.D.
1348. eciam, receptis a singulis eorundem, nos, citra instans Festum Omnit
Sanctorum [1 Nov.], reddatis per vestras patentes Literas cerciores.—
- Vol. I. Datum in Manerio nostro de Cliste, xxvj^{to} die mensis Septembris, Anno
Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo octavo, et Consecrationis nostre
vicesimo primo [“secundo” in the MS.,—a clerical error.]
- fol.
158b. Lympstone [Limenestone, MS.]; Thomas Boys, subdeacon, R.,—
Licence of non-residence for a year, to study at Oxford, or elsewhere in
England, etc. (Chudleigh, 12 Oct.).

[Mutatio Annī Consecrationis Domini.

Anno Domini M^o. CCC^{mo} xlviij^o, et Consecrationis Domini
vicesimo secundo incipiente.]

Whitstone (Cornwall); Richard Truwe, subdeacon, R.,—
Licence of non-residence for a year (Chudleigh, 19 Oct.).

The Black Death; *Pro Processionibus faciendis pro pestilencia*,—
Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Decano Ecclesie nostre Cathedralis
Exonie, salutem, graciam, et benedictionem. Literas Venerabilis Patris,
Domini Radulphi [de Stratforde], Dei gratia Londoniensis Episcopi, recepi-
mus, in hec verba,—Venerabili in Christo Patri, etc., Radulphus, etc.,
salutem et sincere dilectionis affectum.—Literas Religiosi Viri, Fratris
Roberti, permissione Divina Prior Ecclesie Christi Cantuariensis et ejusdem
Loci Capituli recepiimus, in hec verba,—Robertus, etc., Sede Archiepisco-
pali ibidem vacante, Venerabili in Christo Patri, Domino Radulpho, etc.,
salutem in amplexibus Salvatoris.—Terribilis super filios hominum Deus,
Cujus nutibus subduntur omnia Sue voluntatis imperio, quos diligit arguit
et castigat, variisque flaciōrum (*sic*) generibus quandoque punit temporaliter,
ut eos eternaliter non condempnet, ac langores, pestilencias, et famis
miserias, dissensionesque et guerras, et alias tribulacionum angustias,
quibus frequenter, peccatis hominum exigentibus, eos terreat et affligat,
permittit multociens exoriri. Et hoc, siquidem, Regnum Anglie guerrarum
discriminibus, que ipsius Regni diviciarum substanciam exhaustur et con-
sumunt, et aliis multis miseriis, propter superbias et abusiones incolarum
invalescentes plus solito, ac peccata eorum innumera, multis temporibus,
desolatum extitit et afflictum, ipsumque Regnum per pestilencias et
miserabiles hominum mortalitates, que jam diu in aliis Partibus effe-
buerant, deprimi dubitatur. Unde excellentissimus Princeps et Dominus
noster, Dominus Edwardus, Dei gratia Rex Anglie et Francie illustris, pre-
missa intenta mente considerans, Domino Johanni [de Stratforde], nuper
Cantuariensi Episcopo, dum vixit, suis Literis supplicavit ut, pro pace
Sancte Ecclesie atque Regni sui Anglie, quodque ipsum Regnum suum ab
hujusmodi pestilencie et hominum mortalitate Deus Omnipotens, Sua
ineffabili misericordia salvet et custodiat, apud Ipsum Deum per totam
Cantuariensem Provinciam faceret fundi preces. Set ipse Archiepiscopus,
morte preventus, id juxta supplicationes Regias per Cantuariensem Pro-
vinciam predictam fieri facere efficaciter non valebat. Nos, igitur, quod in
ea parte imperfectum fuerat, sicut ad nos pertinet, volentes suppleri,
auctoritate nostre Cantuariensis Ecclesie Metropolitice, Paternitati vestre
injungimus et mandamus quatinus, cum celeritate possibili, omnibus et
singulis ipsius Ecclesie nostre Cantuariensis Suffraganeis vice et auctoritate
nostris districciis injungatis quod eorum singuli suos subditos moneant et
inducant, seu induci faciant et moneri, ut pro premissis apud Altissimum
piis oracionibus intercedant, ipsique Coepiscopi, et ceteri in Sacerdotali
Ordine constituti, Missas celebrent, predicaciones diebus et locis compe-

A.D. tentibus et processiones singulis quartis et sextis feriis faciant, seu pro-
 1348. current fieri, aliaque pie placacionis officia excerceant humiliter et devote;

Vol. I. ut Ipse Deus, eorum precibus complacatus, Populum Anglicanum de tribu-
 lacionibus hujusmodi eripiat, Sueque gracie sibi prestet auxilium, [et] fragilitatem humanam ab hujusmodi pestilenciis et mortalitate preservet
 Sua ineffabili pietate. Et, ut ad faciendum premissa mentes subditorum
 vestrorum et aliorum ipsius Cantuariensis Provincie propensius excitentur,
 omnibus et singulis vobis subditis premissa facientibus, ut prefertur,
 Indulgencias concedere studeatis, et, auctoritate nostra et dicte nostre
 Cantuariensis Ecclesie, ceteris hujusmodi Episcopis predictis injungatis
 ut ipsi singuli suas in ea parte superaddant Indulgencias, prout eis
 videbitur expedire. Vos, autem, premissa omnia in vestris Civitate et
 Diocesi Londoniarum faciatis efficaciter observari. De die, vero, recep-
 cionis Presencium, et quid inde feceritis, nos, citra Festum Epiphanie
 Domini proximo futurum [6 Jan.], per vestras patentes Literas, hunc
 tenorem habentes, certificari curetis; et Coepiscopis supradictis similiter
 injungatis ut ipsi nos eodem tempore certificant quid in premissis fece-
 rint per Literas eorum patentes, harum seriem continentis.—Datum
 fol. 159. Cantuarie, sub sigillo nostro communi, iiiij^{to} Kalendas Octobris [28
 Sept.], Anno Domini M^o. CCC^mo xlviij^o.—Quarum auctoritate Litera-
 rum vobis, firmiter injungendo, mandamus quatinus predictas Literas, ac
 omnia et singula in eisdem contenta, quatenus vos et Diocesim vestram
 concernere dinoscuntur, exequamini et exequi per vestros subditos faciatis
 debite cum effectu; vestras superaddentes Indulgencias in hac parte, prout
 vobis videbitur expedire. De diebus, vero, recepcionis Presencium, et quid
 inde feceritis, dictos Priorem et Capitulum, citra Festum Epiphanie Domini
 supradictum, certificetis per Literas vestras patentes, harum seriem conti-
 nentes.—Datum Londonis, v^{to} die Octobris, Anno Domini supradicto, et
 Consecrationis nostre nono.—Quocirca vobis committimus et mandamus
 quatinus dictas Literas, hac instanti Die Dominicana proxima post Festum
 Omnim Sanctorum, in dicta nostra Cathedrali Ecclesia, in processione et
 sermone faciendis in eadem, per vos vel alium solempniter publicetis,
 omniaque et singula contenta in eisdem subditis nostris Civitatis Exonie et
 ipsius suburbii exponatis, seu exponi faciatis, celeriter, in vulgari; eosdem
 subditos nostros per salutaria monita exhortantes quatinus ipsi, in Sacer-
 dotali videlicet Ordine constituti, Missas devote celebrent, ceterique in
 devotis Confessionibus faciem Domini preoccupare studeant festinanter, ac
 Ei in Psalmis et aliis devotis oracionibus jubilare, ut Deus Ipse et Dominus
 noster, ipsorum precibus complacatus, judicium Suum justum, quod,
 peccatis hominum exigentibus, comminatur, in misericordiam, et iram in
 mansuetudinem, dignetur Sua pietate ineffabili commutare; recipientes,
 insuper, et mandantes quatinus, hujusmodi rei causa, singulis quartis et
 sextis feriis hinc ad instans Festum celebre Natalis Domini per dictam
 Civitatem fieri faciatis processiones publicas et solempnes; ad easdem omnes
 et singulos Religiosos possessionatos et mendicantes, Rectores eciam et
 Vicarios, ac Capellanos Parochiales quoslibet dicte Civitatis et ejus suburbii
 convocantes. Omnibus, vero, parochianis nostris, in statu gracie existentibus,
 qui processionibus hujusmodi interfuerint, Missas celebraverint, et devotas
 alias oraciones dixerint, aliaque pie placacionis officia excercuerint pro pre-
 missis, de Dei Omnipotentis gracia Ejusque immensa misericordia, ac
 Beatissime et Gloriose semper Virginis Marie, Matris Sue, necon Beato-
 rum Apostolorum Petri et Pauli, Patronorum nostrorum, Omnimque
 Sanctorum meritis et precibus confidentes, triginta dies de injuncta sibi
 Penitencia, Auctore Domino, misericorditer relaxamus. Et quid feceritis
 in premissis nos, citra instans Festum Circumcisionis Domini [1 Jan.],
 reddatis cerciores Literis vestris patentibus, habentibus hunc tenorem.—
 Datum in Manorio nostro de Chuddeleghe, penultimo die mensis Octobris,
 Anno Domini M^o. CCC^mo quadragesimo octavo, et Consecrationis nostre
 vicesimo secundo.

A.D. Plymouth ; De Vicaria de Suttone,—

1348. Johannes, etc., dilecto nobis in Christo, Abbatii Monasterii de Bokelonde,
Vol. I. Ordinis Cisterciensis, nostre Diocesis, et dilecto filio, Magistro Waltero de
 Botriaux, Canonico Ecclesie nostre Exoniensis, salutein, graciam, et bene-
 diccionem.—Licet Sanctissimus in Christo Pater et Dominus noster, Dominus
 Clemens, Divina Providencia Papa Sextus, ad procuracionem et instantem
 fol. 159b. peticionem enjusdam Magistri Roberti de Middelonde, Perpetuam Vicariam
 Ecclesie Parochialis de Suttone, dicte nostre Diocesis, juxta tenorem Con-
 stitutionis felicis recordacionis Domini Clementis Pape Quinti, que incipit
Ad compescendas, per vos ac dilectum filium, Cancellarium Ecclesie nostre
 Exoniensis, cum illa clausula quod *si non omnes, duo vestrum, etc.*, per
 Apostolicas Literas preceperit, sicut intellexinus, sequestrari; vestram,
 tamen, discretionem credimus non latere quin plenam et debitam ipsius
 Vicarie curam habetis facere exacereri, et debita ejusdem onera omnia sup-
 portare, idque quod post hec de fructibus Vicarie supererit antedictae illi
 restituere qui sualem in Causa pendente victoriam obtinebit. Cum, itaque,
 prefata Vicaria, ipsiusque Vicarii omnes et singuli qui pro tempore fuerint,
 ejusdem Vicarie nomine, dilectis filiis, Religiosis Viris, Priori et Conventui
 Plymptonie, Ordinis Sancti Augustini, nostrorum Patronatus et Diocesis,
 dictam Ecclesiam de Suttone in proprios usus optinentibus, in annua Pen-
 sione quinquaginta marcarum sterlingorum predictis Religiosis in Festis
 Beati Michaelis, Nativitatis Domini, Pasche, et Nativitatis Sancti Johannis
 Baptiste, equis porcionibus annis singulis solvendarum, efficaciter onerentur,
 ac super Pensionis hujusmodi prestacione, modo quo predicitur facienda,
 diffinitiva Sentencia condemnatoria, que in rei transitu judicatam, alias
 per nos contra predictae Vicarie tunc Vicarium, vocatis omnibus quorum
 intererat, aliisque juris solemniis concurrentibus, fuerit legitime promul-
 gata, prout in actis coram nobis habitis plenius vidimus contineri; vos,
 et utrumque vestrum, in Domino requirimus, ac sub pena Canonica ex-
 hortamur, quatinus dictis Religiosis Viris de duodecim marcis cum dimidia
 sterlingoruin, de termino Festi Sancti Michaelis proxime jam decurso eisdem
 Religiosis viris adhuc debitis, occasione prefate Pensionis predictis suis
 terminis non solute, infra xij dies post receptionem Presencium continue
 numerandos plene satisfacere studeatis, ac, eciam, satisfaciatis realiter cum
 effectu. Alioquin, tenore Presencium, vos, et utrumque vestrum, citamus
 peremptorie quod compareatis, et uterque vestrum compareat, coram nobis
 aut nostro Commissario, in Manerio nostro de Chuddeleghe, quinto die
 Juridico post dictos duodecim dies continue numerando, causam raciona-
 bilem, si quam habeatis, seu habeat alter vestrum, quare ad solutionem
 dictarum duodecim marcarum cum dimidia non debeatis effectualiter perur-
 geri, atque pro eorundem detencione diutina et injusta, jurisque hujusmodi
 Ecclesiastici subtraccione voluntaria, non debeatis increpari Canonice et
 puniri, pro termino peremptorio in forma juris proposituri, et, quatenus
 jus exigit, probaturi; facturi ulterius et recepturi quod dictaverit ordo
 juris. Quis, vero, vestrum presens Mandatum nostrum primo receperit,
 retenta inde sibi copia, illud retradat latori ejusdem, nuncio nostro jurato,
 alteri protinus deferendum. Diem, autem, receptionis Presencium, una
 cum toto eo quod faciendum duxeritis in premissis, nobis dicto quinto die
 intimetis, et intimet uterque vestrum, Literis suis patentibus, habentibus
 hunc tenorem.—Datum apud Chuddeleghe, xv^o die mensis Novembris,
 Anno Domini M^o. CCC^{mo} xlviij^o, et Consecrationis nostre xxij^o.

Tavistock Abbey ; Decretum Abbacie Tavystochie,—

Johannes, etc., dilectis filiis, Abbatii et Conventui Monasterii Tavystochie,
 Ordinis Sancti Benedicti, nostre Diocesis, salutem, graciam, et benedic-
 tionem.—Turbati referimus et dolentes quod Monasterium vestrum, olim
 in observancia Regulari devotum, celebre, et preclarum; in quo, eciam,
 tam in hospitium receptione honorabili quam in pauperum recreacione et

A.D. multimodarum elemosinarum largacione, caritatis viguit amplitudo ; ob
 1348. defectum consulti et circumspecti regiminis ad illum statum, quin pocius
 Vol. I. casum, miserie est deductum quod bona ipsius, nedum mobilia et se
 movencia, set—quod gravius est et detestabilis—inmobilia, in parte dilap-
 pidata sunt et dissipata adeo et consumpta quod vix aliquid vobis superest
 de presenti, quo necessaria vinctus vestri ad tempus modicum vobis poterunt
 ministrari, et nichilominus caritas, que in eo fervore solebat, penitus religatur,
 edificiaque pulcherima infra ipsum Monasterium vestrum, et extra illud in
 Grangiis vestris et Maneriis, per predecessores vestros et predecessores,
 regimini dicti vestri Monasterii suis temporibus presidentes, erecta magnifice
 et constructa, casibus deformantur enormiter et ruinis. Et, super hec
 omnia, devocionis et pie placacionis opera, que in eodem Monasterio, ante
 conspectum Dei et coram hominibus, dudum resplenduerunt, ut clarissime
 lampades et lucerne, miserabiliter obumbrantur et quasi totaliter extinguen-
 tur ; prout non solum vulgaris opinio, quin verius scandalum tocius
 Patrie, hec acclamat, set, eciam, ea omnia coram dilectis filiis, Magistris
 Hugone de Setone, nostre Exoniensis, et Benedicto de Pastone, Collegiate
 Sancti Probi, nostrorum Patronatus et Diocesis, Ecclesiarum Canonicis,
 nostrisque specialibus ad vos declinantibus Commissariis, per confessiones
 fol. 160. vestras et deposiciones omnium vestrum, secreto et singillatim examina-
 torum, clarissime sunt comperta. Et, quamvis dicti Commissarii nostri,
 vigore et virtute Commissionis nostre eisdem per nos facte, communiter et
 divisim, contra singulares personas culpabiles, super jam dictis, ostensis
 liquide coram eis, potuissent et debuissent eciam ad gravia et penalia
 processisse, ob reverenciam, tamen, Nobilis Viri, Domini Comitis Devonie
 tunc presentis, omissa quocumque Processu judicario rigoroso, vobiscum
 super viis et modis premissa reformati, ac vos et vestrum Monasterium
 relevandi, extrajudicialiter et amicabiliter tractaverunt ; ita quod demum
 vobis communiter visum fuit ut, si ad tempus supersedere vellemus Pro-
 cessui nostro, contra vos, Dominum Abbatem, premissorum occasione
 incepto alias et pendenti, Sequestrumque nostrum in bonis et fructibus
 ipsius Monasterii, ex certis causis evidenter sufficientibus et legitimis
 interpositum, relaxare ; certas, insuper, condiciones et observancias infra-
 scriptas, de omni vestrum consensu unanimi tunc conceptas,—quas, eciam,
 in consensus hujusmodi fidem et testimonium, nobis sub predicti Domini
 Comitis et vestro communi sigillis clausas mittere curavistis,—inter vos
 Pontificali auctoritate observari arcus faceremus ; predictum Monasterium
 vestrum in brevi posset ab oneribus quibus premitur relevari, et supra-
 dicta omnia essent, cum Dei adjutorio, feliciter reformata. Nos, igitur,
 qui non sine gravi cordis amaritudine miseram miseriam vestram paterne
 pietatis oculis intuemur, more patrisfamilias, qui, de premissa melioracione
 confidens, ac sub spe fructus futuri, usque in annum sequentem stare per-
 misit ficum primitus non florentem ; quam, tamen, ante succindi jussit
 velud fatuam et terram inutiliter occupantem, contemplacione potissime
 Domini Comitis antedicti, vestris hac vice petpcionibus annuentes, memo-
 ratas condiciones et observancias, quas sub nomine nostro innovamus,
 presentibus nostris Literis duximus inserendas ; vobis, et singulis vestrum,
 in virtute Sancte Obedience, ac sub interminacione maledictionis eterne,
 injungentes quatinus easdem ac omnia et singula in eis contenta, quatenus
 vos concernunt communiter et divisim, studeatis firmiter observare, et ea
 Hie pri-observetis, eciam, cum effectu.—In primis, namque, et ante omnia districte
 mo ; De precipimus et mandamus quatinus Divinum Officium, diurnum pariter et
 Divino nocturnum, horis congruis ac cum devocione debita peragatur. Et quod,
 Servi- spreta exnunc qualibet evagacione inutili et discursu, studeatis ea que ad
 cio. statum et Religionem vestram pertinent, totis viribus quautum poteritis,
 De con-
 exequi et tenere.—Item, quia prefatus Abbas, laicorum suspectorum, que
 silio lai- sua sunt querencium, ductus consilio, suorum Confratrum consorcia et
 corum. consilia repulit hactenus et rejicit, supradicta mala pro majori parte, ut

A.D. 1348. indubitanter creditur, contigerint (*sic!*) ; volumus et ordinamus quod exnunc idem Abbas, amota ab eo omni familia onerosa et canibus venaticis quibus-
 Vol. I. cumque, in ipso Monasterio resideat inter suos Commonachos et Confratres ; Come- quodque singulis diebus, nisi honestorum hospitum adventus aut alia causa dat Ab- justa, ut puta infirmitatis vel similia, id aliquando fieri non permittat, cum bas cum Confra- eisdem in refectorio, seu saltim in adjacenti domo Misericordia nuncupata, tribus comedat atque bibat, sibique ac suis familiaribus et hospitibus honestis, suis. cum affuerint, Celerarius victus necessaria communis subministret. Cum, Quod autem, ipsum Abbatem ad aliquod Maneriorum vestrorum, causa recreaci- Abbas onis, interdum oportuerit se conferre, tunc Capellanus suus, unus de Com- habeat monachis eligendus, qui, quoziens et quando idem Abbas in communi Capel- lanum dormitorio non dormiverit in camera sua semper jaceat, dicturus Divinum suum. Officium cum eodem, sibi et honeste familie sue, de communi expensas necessarias ministrabit, easque fideliter in scriptis redactas, cum redierit, De eus- administratoribus bonorum communium liberabit.—Item, quia intelleximus todia quod idem Abbas suo sigillo frequenter ante hec tempora est abusus, cum sigilli eo preter consensum Conventus, immo interdum eo totaliter reclamante, Abba- multa et varia Monasterio prejudicia consignando, ordinamus quod ex- tis. nunc dictum sigillum, una cum vestro sigillo communi, sub communi Confratrum custodia perseveret; ad quod, prout et ipsum commune, pro vestris utilitate seu necessitate, recursum habere poteritis quando placet; eidem Abbat, sub pena Excommunicacionis Majoris, firmiter inhibentes ne cum privato sigillo suo, quod pro secretis Literis missivis consignandis remanere permittimus penes eum, alias Literas, Bullas, sive Cedulas Communitati vestre in aliquo prejudiciales presumat aliqualiter consignare.
 De mi- —Item, ut exnunc bona vestra per ministros diligentes, providos, et nistris discretos debite disponantur, nominacioni personarum de Conventu per vos Domus. facte pro diversis ministeriis et officiis faciendis, tam infra quam extra fol. 160b. Monasterium, annuentes, eam nostra auctoritate, tenore Presencium, robora- mus; singulariter singulis electorum seu nominatorum hujusmodi distric- cius injungentes quatinus commissam eisdem sollicitudinem modo quo poterunt meliori studeant exequi diligenter; ut, preter honorem et como- dum temporale, apud Deum retribucionem pro merito consequantur. Ut, autem, suprascripta omnia, quatenus bonorum vestrorum quorumcumque administracionem concernunt, libere facere et exequi valeatis, Sequestrum quodcumque in fructibus seu proventibus vestris quibuscumque, per nos seu nostra auctoritate Pontificali interpositum, de amplioris favoris presidio relaxamus. Diem, autem, receptionis Presencium, necnon de omni eo quod in premissis et ipsorum singulis duxeritis faciendum, nobis, infra mensem a receptione earundem continue numerandum, per Literas vestras patentes, tam Abbatis quam communi vestro sigillis consignatas, plenamque harum seriem continentis, dilucide rescribatis.—Datum in Manorio nostro de Chuddeleghe, quarto die Decembris, Anno Domini M°. CCC^{mo} xlviij^o, et Consecrationis nostre vicesimo secundo.

Totnes Priory ; *Decretum Prioratus Tottonie*,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Priori Prioratus Tottonie, Ordinis Sancti Benedicti, nostre Diocesis, et ejusdem Loci Conventui, salutem, graciam, et benedictionem.—Dudum ad dictum Prioratum vestrum, nobis jure Diocesano subjectum, personaliter declinantes, et excercentes¹ Visitacionis Officium in eodem, super statu vestro et Prioratus predicti per certum Commissarium nostrum inquiri fecimus diligenter; coram quo vidimus

¹ “per declinantis et excercentis,” MS., an obvious clerical error. The scribe seems to have copied, and very carelessly, the common form used when the Bishop visited personally ; for-

getting that this Visitation was by Commission. Possibly the word “vidimus” may be understood to imply that the Bishop was present.

A.D. detegi et legitime probari quod idem Prioratus, per improvidum regimen
 1348. dicti Prioris, in suis bonis et juribus, honoribus, facultatibus, religione, et
 Vol. I. devocationibus multipliciter est collapsus. Nos, igitur, volentes dictum Priora-
 tum, quantum cum Deo possumus, relevare, aliqua ad honorem Dei et
 De Div. utilitatem vestram ordinavimus et ordinari fecimus, que a vobis, in virtute
 in Off. Obedience et sub Excommunicacionis Majoris Sentencie pena, precipimus
 cito et firmiter observari.—In primis, videlicet, ordinamus et precipimus ut Divi-
 Regu- num Officium, diurnum pariter et nocturnum, congruis et debitis horis, cum
 servan- devocione debita, celebretur ; quodque Regularis Observancia in jejuniis,
 cia. vigiliis, et scilencio (*sic*) melius solito observetur ; et quod mulieres et laici
 De con- in Choro Ecclesie Conventualis vestre, dum Divina celebrantur in eodem,
 sorcio mulier. sedere vel stare, et vobiscum confabulare, prout ante hec tempora consuevit,
 um. ut dicitur, multociens fieri scandalose, nullatenus permittantur. Set inter-
 dicimus vobis, in dicto Prioratu et alibi, quarumcumque consorcia et
 colloquia mulierum, unde possit sinistrum aliquid suspicari, vel Divinum
 De sim- Officium quomodolibet impediri.—Item, quia per nimiam simplicitatem
 placi- dicti Prioris multa et quasi inumerabilia incomoda, que longum foret
 tate Pri- enarrare, de quibus per viam notorii et alias sumus legitime informati,
 oris. prefato Prioratui novimus accidisse, eundem Priorem, qui se et statum
 De sub- suum nostre ordinacioni submisit, ab administracione temporalium quorum-
 missi- cumque Prioratus ejusdem, ad tempus per nos alias limitandum, suspendimus
 one et amovemus, ac ei, sub Excommunicacionis Majoris Sentencie pena, quam
 Prioris. in personam suam, Canonica Monitione premissa, nisi Inhibicioni nostre
 paruerit, dolo et culpa sua precedentibus, ferimus in hiis Scriptis, districcius
 inhibemus ne de bonis hujusmodi, alienando, concedendo, seu quovis-
 Decani-modo administrando, quomodolibet intromittat ; ipsum, tamen, in ad-
 bus et ministracione spiritualium toleramus.—Item, quia Jacobus de Conca,
 famu- frater, et Jacobus de Spina, nepos dicti Prioris, equos, canes, et aves
 lis inu- venaticos, necnon famulos inutiles, onerosos, ac consumptuosos tenent in
 tilibus. eodem Prioratu, ac de bonis dicti Prioratus pro libito et libidine voluntatis
 eorum disponunt, eaque dissipant et consumunt ; ordinavimus et precipimus
 quod equi, canes, et aves, ac famuli et servitores in dicto Prioratu inutiles
 et onerosi, infra octo dies a tempore receptionis Presencium, penitus
 amoveantur ; quodque dicti Jacobus et Jacobus de bonis dicti Prioratus ven-
 dendo, emendo, recipiendo, seu quovismodo disponendo, se nullatenus intro-
 mittant.—Item, quia volumus et ordinamus quod decime quas infra alienas
 Parochias percipitis, Rectoribus vel Curatis Ecclesiarum in quorum Parochia
 hujusmodi decime provenerint sub quorumcumque pacto vel precio nulla-
 tenus de cetero concedantur, cum hujusmodi concessione et tradizione possit
 possessio vestra interverti, et de jure vestro percipiendi per lapsum temporis
 Depu- besitari.—Item, quia ad regimen bonorum Prioratus vestri, Priore, ut
 tatio admin- premittitur, ab administracione suspenso, tales personas expedit assumere
 istrato- que sint in exterioribus provide et interius dispensando discrete, Fratrem
 rum Petrum Burgoil, Commonachum et Confratrem vestrum, ac Dominum
 Prior- Andream de Cheverestone, presbiterum, de fidelitate et industria plurimum
 atus. commendatos, et ad hujusmodi regimen per totum Conventum unanimiter
 fol. nominatos et electos, ministratores et gubernatores providimus deputandos.
 161. Ideoque vobis omnibus et singulis vestrum singulariter, in virtute Obedien-
 cie, et sub Excommunicacionis Majoris Sentencie pena, injungimus firmiter
 et mandamus quatinus, dictos Fratrem Petrum et Dominum Andream
 devote, prout convenit, admittentes, eisdem in commissa sibi solitudine
 in omnibus humiliter intendatis. Proviso quod ipsi annuatim de gestis et
 administratis per eos, coram vobis seu alio per vos deputando, calculum
 reddant plenarium et fidele. Et quid feceritis in premissis nos, citra
 instans Festum Sancti Hillarii [13 Jan.], reddatis cerciores per Literas
 vestras patentes, harum seriem continentis.—Datum in Manorio nostro de
 Chuddeleghe, xxij^o die mensis Decembris, Anno Domini Millesimo CCC^{mo}
 quadragesimo octavo, et Consecrationis nostre vicesimo secundo.

A.D. —*Gubernacio Domus.*—

1348. Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Fratri Petro Burgoil, Monacho, etc., et
Vol. I. Domino Andree de Cheverestone, presbitero, etc., salutem, graciam, et benedictionem.—Cum, propter nimiam simplicitatem, inprudenciam, et dilapidacionem, contra Fratrem Robertum, Priorem Monasterii supradicti, in Visitacionibus nostris ejusdem Monasterii compertas legitime et probatas, eundem ab administracione temporalium dicti Monasterii, pro utilitate et relevacione ejusdem, ad presens per ipsius improvidum regimen diversis oneribus multipliciter pregravati, suspenderimus et amoverimus per Decretum; vos, de quorum fidelitate et industria quamplurimum confidimus, administratores et gubernatores quorumcumque bonorum dicti Prioratus, interius et exterius, de consensu tocius Conventus Monasterii predicti, tenore Presencium deputamus, eodem Priore in administracionem spiritualium remanente; vobis in virtute Obedience mandantes et firmiter injungentes quod, hujusmodi officium vobis injunctum humiliter suscipientes, adeo utiliter et prudenter ipsum officium gerere et exequi studeatis quod ipsum Monasterium per vestram vigilanciam a lapsibus quibus subjacet relevetur; quodque vos de gestis et administratis per vos in hujusmodi officio dignam annuatim curetis reddere rationem; Priori siquidem et Conventui supradictis mandamus quod vobis, in hiis que ad vestrum officium pertinent, pareant et intendant. Remota, vero, ab eodem Prioratu inutili et onerosa familia, ac equis et canibus nou necessariis a dicto Prioratu expulsis et abjectis, faciatis eisdem Priori et Conventui vite necessaria congrue ministrari.—Datum in Manorio nostro de Chuddeleghe, xxiiij^{to} die mensis Decembris, Anno supradicto.

[fol. 142.] St. Crantock; Tenor Collacionis Prebende Magistri R. de Wyde-slade in Ecclesia Sancti Carentoci facte Magistro R. Gifard,—

Johannes, etc., Provisor et Executor unicus ad providendum, Auctoritate Apostolica, quatuor personis ydoneis, quas ad hoc duxerimus eligendas, singulis ipsorum, videlicet, de singulis Canonicatibus in quatuor Ecclesiis Collegiatis, nostri Patronatus, cum plenitudine juris Canonici, ac faciendum, eadem Auctoritate, in eisdem Ecclesiis personas easdem in Canonicos recipi et in Fratres; Stallo eis in Choro et Loco in Capitulo ipsarum Ecclesiarum assignatis; ac reservandum singulas Prebendas in dictis Ecclesiis, si que tunc vacabant, vel cum extunc simul aut successive vacaverint, quas dicte persone, per se vel Procuratores suos ad hoc specialiter constitutos, infra unius mensis spaciun postquam eis vel dictis Procuratoribus de illarum vacacione constiterit, duxerint acceptandas; conferendas eisdem, cum omnibus juribus et pertinenciis suis, post acceptacionem hujusmodi; a Sede Apostolica specialiter deputatus, dilecto in Christo filio, Magistro Ricardo Giffarde, presbitero, nostre Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem.—Dudum nos volentes personam tuam, literarum sciencia, vite et morum honestate plurimum decoratam, favore prosequi gracioso, tibi de Canonicatu in Ecclesia nostra Collegiata Sancti Carentoci, in Cornubia, nostrorum Patronatus et Diocesis, cum plenitudine juris Canonici, Auctoritate Apostolica predicta providimus, teque in Canonicum ipsius Ecclesie recipi fecimus et in Fratrem; Stallo tibi in Choro et Loco in Capitulo ipsius Ecclesie, cum plenitudine juris Canonici, assignatis; prout hec et alia in Processu inde per nos facto plenius continentur. Nos, igitur, Literas Apostolicas nobis inde concessas, ac ea que ad tui honoris augmentum cedere valeant, favorabiliter exequi cupientes, Prebendam quam dilectus quondam filius Magister Ricardus de Wydeslade, Thesaurarius olim Ecclesie nostre Exoniensis, in dicta Ecclesia Collegiata dum viveret optimuit, per mortem¹ ejusdem Magistri Ricardi liberam et vacantem; quam vigore et virtute Gracie seu Provisionis a dicta Sede concesse, et ad personam tuam per nos

¹ He was one of the victims of the Black Death,—“in proxima pestilencia de-

cessit.” See page 80, No. 173.

A.D. relate et applicate, et Processuum per nos in ea parte factorum, infra
 1348. mensem a tempore vacacionis hujusmodi legitime acceptasti, sicut nobis de
 Vol. I. hujusmodi acceptacione ad plenum constat; tibi, cum omnibus juribus et
 pertinentiis suis, Auctoritate Apostolica supradicta, conferimus et de illa,
 eciā, providemus; teque de eadem per Libri nostri tradicionem presen-
 cialiter investimus; juribus nostris Episcopalis et Ecclesie nostre
 Exoniensis dignitate in omnibus semper salvis. In quorum testimonium
 sigillum nostrum fecimus hiis apponni.—Data apud Chuddeleghe, xxix^o die
 Decembris, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo octavo, et Con-
 secrationis nostre vicesimo secundo.¹

A.D. —*Tenor Inducionis ejusdem Prebende,—*

1348. Johannes, etc., in negocio Provisionis infrascripte Provisor et Executor
 9. unicus, a Sede Apostolica deputatus, dilectis in Christo filiis, Officiali
 Peculiaris Jurisdictionis nostre in Cornubia, ac Decano Ecclesie nostre Col-
 legiate Sancti Carentoci, in Cornubia, nostrorum Patronatus et Diocesis,
 salutem, graciam, et benedictionem, et Mandatis Apostolicis firmiter obedire.
 —Quia nos dilecto filio, Magistro Ricardo Giffarde, presbitero, nostre Dio-
 cesis, Auctoritate Apostolica, vigore, videlicet, cujusdam Gracie facultatis
 nobis in hac parte a Sede Apostolica concesse, et Processuum inde securorum
 et factorum, Prebendam quam dilectus quondam filius, Magister Ricardus
 de Wydeslade, in Ecclesia nostra Collegiata antedicta dum viveret optimuit,
 per mortem ejusdem Magistri Ricardi vacantem, et per dictum Magistrum
 Ricardum Giffarde, infra unius mensis spaciū postquam ei de illius vaca-
 cione constiterit, legitime acceptatam, contulimus et sibi providimus de
 eadem; vobis, conjunctim et divisim, committimus et mandamus quatinus
 eundem Magistrum Ricardum Giffarde, vel Procuratorem suum ejus nomine,
 in corporalem possessionem dicte Prebende, jurium et pertinentiarum
 ejusdem, inducatis seu induci faciat, et defendatis inductum; contra-
 dictores et rebelles, si qui fuerint in hac parte, per Censuras Ecclesiasticas
 Canonice compescendo. Proviso quod idem Magister Ricardus, post In-
 ducionem hujusmodi, per se, vel Procuratorem suum ad hoc sufficienter
 constitutum, de observandis Statutis et Consuetudinibus ejusdem Ecclesie
 prestat debitum et solitum juramentum.—Data apud Chuddeleghe, xvij^{mo}
 die Februarii, Anno Domini supradicto.

[fol.] Bodmin Priory—Hartland Abbey,—

140]. Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo octavo, et Consecrationis dicti
 Patris xxj^{mo}.—Vacantibus Monasteriis Bodminie et de Hertilonde, factus
 fuit Processus super Eleccionibus Abbatis et Prioris eorundem in serie que
 sequitur, sub hac forma,—

BODMINIA; *De potestate translata in Dominum providendi Prioratui
 Bodminie de Priore,—*

In primis, vacante Prioratu Bodminia, Ordinis Sancti Augustini, per mortem
 bone memorie Fratris Johannis de Kilkamptone, Prioris dum vixit, Fratres
 Rogerus de Hontone et Willelmus de Tregawaythan, ipsius Prioratus
 Canonici, omnibus et singulis eorum Confratribus et Concannonicis in tempore
 pestilentiali quasi subito de medio sublati, qui soli superstites remanserunt,
 prout per Literas suas patentes, sigillo communī dicti Prioratus consignatas
 et Domino transmissas, apparuit evidenter, eundem Dominum humiliter et
 attente rogarunt quatinus, ne dictus Prioratus, Prioris solacio destitutus,
 diutine vacacionis incomoda pateretur, ipsis, tanquam orphanis relictis, et
 eorum Prioratui dignaretur de Priore celeriter providere. Ad quod facien-
 dum, quantum in eis fuit, omnem in eo potestatem per suas hujusmodi
 patentes Literas notorie transtulerunt. Et fuit data hujusmodi Litera in
 Domo Capitulari dicti Prioratus, videlicet die Martis proxima post Festum
 Sancti Gregorii Pape, die videlicet xvij^{mo} Marcii, Anno Domini supradicto,

¹ primo, MS.; a clerical error.

A.D. *Transumptum cuiusdam Inquisitionis capte de Prioratu Bodminie,—*
 1348 Inquisicio capta apud Lostwythiel xvij^o die mensis Marcii, Anno Regni Regis
 Edwardi Tercii xxij^o, coram Johanne Dabernoun, Custode Feodum Domini
 Vol. I. Edwardi, illustris Domini nostri Regis Anglie et Francie primogeniti,
 [fol. 165.] Principis Wallie, Dueis Cornubie, et Comitis Cestrie, in Comitatibus
 Cornubie et Devonie, virtute cuiusdam Mandati dicti Principis eidem
 Custodi directi, in hec verba, etc.,—per sacramentum Ade Hellygan,
 Johannis atte Roche, Thome Tyrel, Reginaldi Flammange, Odonis de
 Trethewy, Johannis de Chevystone, Johannis de Penant, Willelmi Caygnes,
 Johannis de Penhalwyn, Johannis Caermur, Stephani Cavel, et Johannis
 Bounte. Qui dicunt, per sacramentum suum, quod Prioratus Bodminie
 est antiqua Domus Religiosa, fundata per quemdam Regem Anglie, de cuius
 nomine ignoratur quia diu erat ante tempus memorie. Et dicunt quod
 semper, ante tempus memorie et post, Episcopi Exonienses qui pro tempore
 fuerunt habuerunt Patronatum Prioratus predicti et Custodiam tempore
 vacacionis. Item, dicunt quod Prior Bodminie et ejusdem Loci Conventus
 nullas terras aut tenementa de dicto Domino Principe tenant in capite.
 Item, dicunt quod tenent Manerium de Realtone et Ballivam Hundredi de
 Pydreshire ad dictum Manerium pertinens (*sic*), Maneria de Bendevy
 Launledeke, et Kelse, cum Burgo Bodminie, Villam (*sic*) de Petrochistawie,
 et omnibus aliis terris et tenementis que tenant, in liberam, puram,
 et perpetuam elemosinam. Ita quod nullus Rex, Comes, nec aliquis qui
 habuit statum Regium in Comitatu Cornubie, aliquod regimen vel profi-
 cuum cepit nec habuit tempore vacacionis Prioratus predicti. In cuius rei
 testimonium predicti juratores huic Inquisitioni sigilla sua apposuerunt.—
 Data die, loco, et anno supradictis.—Item, dicunt quod Johannes, Prior
 Prioratus predicti, obiit die Veneris proxima post Festum Sancti Petri in
 Cathedra proximo preterito [27 Feb.]; et omnes Canonicci preter duos,
 videlicet Rogerum de Honytone et Willelmum de Tregweythian. Et dicunt
 quod Johannes, Episcopus Exoniensis, statim post mortem dicti Prioris,
 misit quandam Canonicum, nomine Augerum Banthe, de Prioratu Lance-
 stonie, et confirmavit ipsum Priorem Prioratus predicti.

[fol. 140.] —*Litera super hoc missa Priori Lancestonie pro quodam Canonico suo in
 Priorem dicti Prioratus Bodminie preficiendo,—*

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Priori Prioratus Lancestonie, nostrorum
 Patronatus et Diocesis, salutem, graciam, et benediccionem.—Cum dilecti
 filii, Fratres Rogerus de Honytone et Willelmus de Tregweythan, Canonici
 Prioratus Bodminie, nostrorum similiter Patronatus et Diocesis, qui post
 decesum Prioris Loci, et omnium Concanonicorum suorum Confratrum,
 soli superstites remanserunt, providendi eisdem et dicto eorum Prioratui
 in nos omnem, hac vice, per suas certi tenoris Literas transtulerint potes-
 tam; nosque, unius eorum impotenciam et egritudinem ac simplicitatem
 alterius ponderantes, consideraverimus neutrum eorum ad tantum statum et
 sollicitudinem posse sufficere de presenti, post deliberacionem diutinam et
 tractatum habitum cum peritis, in dilectum filium, Fratrem Ogerum Bante,
 Canonicum Domus vestre, ejusdem Religionis et Ordinis, virum utique in
 spiritualibus et temporalibus, prout intelleximus, plurimum circumspectum,
 quique dicto Prioratui Bodminie preesse poterit utiliter et prodesse, ad
 honorem Dei, direximus aciem mentis nostre, ipsum in Priorem Prioratus
 predicti Canonice preficere intendentes; ideoque vestram Caritatem requiri-
 mus, vos insuper ad id in Domino exhortamur, quatinus statim visis Pre-
 sentibus dictum Fratrem Ogerum ad nostram presenciam transmittatis;
 eidem, quantum in vobis est, migrandi a prefata Domo vestra facultatem
 et licenciam tribuentes. Rescribentes nobis quid facere decreveritis in hac
 parte.—Scripta in Manerio nostro de Chuddeleghe, xix^{mo} die Marcii,

Certificatorium,—

Venerabili in Christo Patri ac Domino, Domino Johanni, etc., suus humilis et

A.D. 1348-9. devotus filius, Thomas, Prior Monasterii Lancestonie, obedienciam et reverenciam tanto Patri condignas, cum honore.—Literas vestras reverendas, sub Vol I. sigillo vestro inclusas, sub eo qui sequitur tenore verborum, recepi,—[fol. 140b.] Johannes, *ut supra*.—Quarum Literarum vestrarum reverendarum virtute et occasione, prefatum Fratrem Ougerum, Canonicum nostrum, cum celeritate possibili vestre presencia reverende duxi destinandum; eidem, quantum in me est, migrandi de Domo nostra Religiosa Lancestonie facultatem et licenciam tribuens, licet nolens et invitus eo quod idem Frater Ougerus haec tenus summe utilis et necessarius fuit Domui et Monasterio nostro in ipsorum negotiis et utilitatibus agitandis et procurandis. Sicque, ut firmiter spero, idem Frater Ougerus utilis et necessarius erit, Dei adjutorio et vestro, ad regimen Monasterii Bodminie antedicti.—Scriptum Lancestonie, die Sabbati in Festo Sancti Benedicti, Abbatis [21 March].

Prefeccio dicti Prioris Bodminie,—

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Ougero Bante, Canonicus Professo Prioratus Lancestonie, Ordinis Sancti Augustini, nostrorum Patronatus et Diocesis, salutem, graciā, et benedictionem.—Vacante nuper Prioratu Bodminie, nostrorum eciam Patronatus et Diocesis, per mortem Fratris Johannis de Kilkamptone, Prioris ibidem immediati, omnibusque ejusdem Prioratus Canoniciis et Fratribus, Rogerio de Honytote et Willelmo de Tregaweythan, ejusdem Prioratus Canoniciis, diu taxat exceptis, sicut Deo placuit, Cujus nemo potest resistere voluntati, ab hac luce subtractis; prefati Fratres, Rogerus et Willelmus, qui post decessum et omnium Concanonicorum suorum in dicto Prioratu soli superstites remanserunt, providendi eisdem et dicto eorum Prioratui de Priore omnem in nos, hac vice, transtulerunt, per suas certi tenoris Literas, potestatem. Nos, igitur, unius eorundem impotentiam et egritudinem ac simplicitatem alterius ponderantes, considerantesque neutrum eorum ad tantum statum et sollicitudinem posse sufficere de presenti, ac, post deliberacionem diutinam et tractatum habitum cum peritis, in te, ejusdem Religionis et Ordinis, virum utique in spiritualibus et temporalibus, prout intelleximus, plurimum circumspectum, quique dicto Prioratui Bodminie preesse poteritis utiliter et prodesse ad honorem Dei, dirigentes oculos mentis nostre, de persona tua eidem Prioratui providemus, teque eidem in Priorem preficimus et Pastorem; curam animarum et administracionem temporalium ejusdem Prioratus Bodminie tibi in Domino committendo; teque per Libri nostri tradicionem investimus presencialiter de eodem, sperantes quod, per tue vigilancie studium, prefatus Prioratus a lapsu quem sustinet respirabit. Tibi in virtute Sancte Obedience, quam nobis corporaliter prestitisti, firmiter injungentes quatinus Divinum Officium, nocturnum pariter et diurnum, secundum morem et consuetudinem in nostra Exoniensi Ecclesia usitatum, in dicto Prioratu exnunc, salvis aliis vestri Ordinis observanciis, pro perpetuis futuris temporibus exequaris, et exequi facias a Confratribus tuis et Concanonicis presentibus et futuris.—Data in Manerio nostro de Chuddelegh, xxij^{do} die mensis Marcii, Anno Domini M°. CCC^{mo} quadragesimo octavo, et Consecrationis dicti Patris xxij^{do}.

Induccio ejusdem,—

Item, eisdem die, loco, mense, et anno, emanavit Mandatum ad inducendum dictum Fratrem Ougerum Bante, Priorem, in corporalem possessionem dicti Prioratus, cum omnibus suis juribus et pertinenciis ad Priorem dicti Loci de jure vel consuetudine spectantibus, Domino Johanni de Aldestowe, Rectori Ecclesie Sanete Mabene; et faciendum, eciam, eidem Priori Stallum in Choro et Locum in Capitulo, juxta juris exigenciam et ipsius Prioratus Regularem Disciplinam, assignari, ac a Canoniciis ejusdem Prioratus debitam Obedientiam exhiberi; necnon, ut vero eorum Priori pareri et intendi.—*Cum illa clausula,—*Et quid feceritis in premissis, etc.

A.D. HARTLAND ; *Eleccio Abbatis de Hertilonde*,—

¹³⁴⁸ Item, vacante nuper Monasterio Sancti Nectani de Hertilonde per mortem
 9. Fratris Rogeri¹ de Ralegh, ultimi et immediati dicti Monasterii Abbatis,
 Vol. I. ac Eleccione futuri Abbatis per Priorem et Conventum ejusdem Monasterii,
 necnon Fratrem Ricardum de Bittedene, Priorem Ecclesie Conventualis de
 Frithelestone, vocem in hujusmodi Eleccione, ut dicitur, optinentem, rite
 et concorditer celebrata, comparuit xijmo die mensis Marcii, anno predicto,
 coram Domino apud Chuddeleghe, in camera sua ibidem, Magister Johannes
 Bloyou, Procurator et Procuratorio nomine, ut dixit, Prioris et Capituli
 Ecclesie Conventualis Sancti Nectani de Hertilonde, et produxit Literam
 Procuracionis sue, eorum sigillo communi, ut videbatur, consignatam.
 Exhibuit, eciam, Domino tunc, ibidem, decretum Eleccionis facte de Domino
 David de Wynscote in Abbatem dicti Monasterii de Hertilonde, ut dixit,
 subscripcione Magistri David Aliam et signo ejusdem roboratum. Et
 Dominus prefixit eidem, quatenus foret Procurator et cum Procuratore
 posset procedi in hoc casu, diem Mercurii extunc sequentem ad faciendum
 in dicto Eleccionis negocio quod foret justum, loco quo prius, etc. Quo die,
 videlicet xvij^o die dicti mensis Marcii, coram Domino, loco quo prius,
 dictus Magister Johannes, Procurator predictus, [comparuit] et produxit
 quandam Literam in subsidium dictae Eleccionis rite, ut dixit, celebrate,
 sigillo communi consignatam. Et Fratres Johannes Burghe, Supprior, et
 Willelmus de Schirstone, Sacrista, Confratres et Concanonici Monasterii
 predicti, Instructores ad informandum de Eleccione predicta per Literam
 Prioris et Capituli dicti Monasterii, sigillo communi consignatas, deputati ;
 necnon, Magister David Aliam et Rogerus Buggeworthie, testes pro informa-
 cione hujusmodi Eleccionis producti, jurarunt, etc. Et Dominus com-
 misit vices suas Magistro Benedicto de Pastone, Cancellario suo, ad exami-
 nadum dictos Instructores et testes, et a l faciendum justiciam ulterius in
 eodem negocio. Quibus, quidem, Instructoribus et testibus per dictum
 Commissarium super hujusmodi Eleccione et ipsius forma requisitis et
 diligenter examinatis, ut est moris ; ac postea dictis Instructorum et
 testium hujusmodi in Scriptis redactis et Domino exhibitis ; videbatur
 Domino, juxta superius exhibita, producta, et probata, premissa primitus
 Proclamacione publica et solemptni, predictam Eleccionem tanquam rite et
 concorditer celebratam fore Pontificali auctoritate confirmandam.

Tenor dictae Proclamacionis sequitur, in hunc modum,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Decano de Hertilonde, ac Rectoribus
 Ecclesiarum de Miltone Daumarle et Were [Giffarde], et Vicario Ecclesie de
 Monkeleghe, nostre Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem.—Vacante
 nuper Monasterio Sancti Nectani de Hertilonde, Ordinis Sancti Augustini,
 nostre Diocesis, per mortem Religiosi Viri, Fratris Rogeri de Ralegh,
 ultimi et immediati dicti Monasterii Abbatis ; congregatisque in Domo Ca-
 pitulari dicti Monasterii, die ad Eleccionem futuri Abbatis celebrandam,
 Priore dicti Monasterii ac Fratre Ricardo de Buttedene, Priore Ecclesie
 Conventualis de Frythelystoke, dictae nostre Diocesis, vocem in hujusmodi
 Eleccione, ut dicitur, optiente ; necnon, Conventu dicti Monasterii ; et de
 forma Eleccionis hujusmodi diligenter tractantibus, ac per viam com-
 promissi in hujusmodi Eleccionis negocio procedere intendentibus ; tandem
 prefati Piores de Hertilonde et Frythelystoke ac dictus Conventus Monas-
 terii de Hertilonde, Fratribus Johanni Cotiler, Priori, Johanni Burghe,
 Subpriori, et Johanni Burel, Elemosinario, Canonici dicti Monasterii,
 plenam et liberam concesserunt potestatem eligendi Abbatem dicti Monas-
 terii, de se vel gremio eorum, prout eis videretur expedire ; ut ille, vide-
 licet, eligeretur in Abbatem in quem omnes, vel major pars eorum, dirigeret,
 vel dirigerent, vota sua. Ita quod, postquam de persona eligenda concordes

¹ Johannis, MS. ; a clerical error.

A.D. vel concors existerent, unus eorum de mandato aliorum, seu unus eorundem
 1348-9. vice sua et ipsorum et tocius Conventus, Personam ipsam eligeret in com-
 Vol. I. muni. Et demum, dictis Compromissariis se in hac parte concordes esse
 asserentibus, prefatus Frater Johannes Cotiler, plenam ad hec habens, ut
 dicitur, potestatem, vice sua et dictorum Johannis Burghe et Johannis
 Burel, ac Prioris de Frythelystoke et Conventus de Hertilonde predictorum,
 Fratrem David de Wynscote, dicti Monasterii Canonicum Professum, et, ut
 dicitur, pro statu Abbatis ejusdem Monasterii habilem et ydoneum, in
 Abbatem elegit dicti Monasterii et Pastorem. Cui, quidem, Eleccioni
 prefatus Frater David de Wynscote postea, quamvis cum difficultate, suum
 dicitur consensum legitime tribuisse; prout super hiis et aliis, per Literas
 nobis pro informacione dicte Eleccionis exhibitas, testiumque productorum
 et Instructorum deposiciones, sumus aliqualiter informati. Absque delibera-
 cione sufficienti et matura, periculosum est ad inpugnacionem Eleccionis
 maxime concordis improvide prosilire; ita eciam, juxta doctrinam Apostoli,
 manum Electo inponere repente. Vobis, communiter et divisim, com-
 mittimus et mandamus quatinus in dicta Ecclesia Conventuali de Herti-
 londe Proclamacionem publicam et solempnem faciatis, ut, si qui sint qui
 se velint contra Eleccionem hujusmodi [vel] Electi personam quomodolibet
 opponere, compareant coram nobis, vel Commissario nostro, [in Manerio
 nostro] de Chuddeleghe, die Jovis proxima post instans Festum Sancti
 Benedicti [26 March], si dies Juridica sit, alioquin proximo die Juridico
 extunc sequente, oppositiones suas in forma juris proposituri, et eas
 effectualiter prosequituri, ulteriusque facturi et recepturi quod justicia
 suadebit. Denunciantes eisdem quod, sive venerint sive non, ad finalem
 expedicionem dicti negotii procedemus, quatenus de jure fuerint proceden-
 dum. Et quid feceritis in premissis nos, vel nostrum Commissarium, dictis
 die et loco, certificetis, seu certificet ille vestrum qui presens Mandatum
 fuerit executus, per Literas vestras vel suas patentes, harum seriem ac
 modum et formam Proclamacionis vestre in hac parte facte, et nomina
 oppositorum si qui fuerint, dilucide continentes, sigillo autentico consig-
 natas.—Datum in Manerio nostro de Chuddeleghe, xvij^o die Marcii, Anno
 Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo octavo, et Consecrationis nostre
 vicesimo secundo.

—*Certificatorium Proclamacionis,*—

Reverendo in Christo Patri ac Domino, [Johanni], Dei gracia Exoniensi
 Episcopo, suus humilis et devotus, Ricardus de Miltone Daumarle, obedien-
 ciam et reverenciam tanto Patri debitas, cum honore.—Mandatum reverende
 Paternitatis vestre recepi, in hec verba,—Johannes, *ut supra*. Cujus
 auctoritate Mandati in dicta Ecclesia Conventuali de Hertilonde publicam
 et solempnem Proclamacionem feci, Priore et Conventu dicte Ecclesie et
 multis aliis presentibus et audientibus; ac, eciam, diem suprascriptum pro
 termino peremptorio omnibus qui voluerint contra Eleccionem hujus-
 modi vel Electi personam quomodolibet opponere vel contradicere assignavi,
 quod coram vobis, ve (*sic*) vestro Commissario in hac parte, in Manerio
 vestro predicto, die Jovis predicto, compararent; oppositiones et contra-
 diciones suas hujusmodi in forma juris proposituri et eas efficaciter
 prosequituri, et ulterius facturi quod justicia suadebit. Denunciavi,
 insuper, eisdem publice, tunc ,quod, sive venerint sive non, quod ad finalem
 expedicionem dicti negotii procederetis, quatenus de jure fuerit pro-
 cedendum. Et, quia nullos opposidores seu contradictores hujusmodi
 Eleccionis negotii inveni, aliquem vel aliquos ad diem prefixum non citavi.
 In cuius rei testimonium sigillum Decani de Hertilonde, ad mei rogatum,
 Presentibus est appensum. Et, ego, Decanus de Hertilonde antedictus, ad
 personalem rogatum dicti Rectoris, sigillum Officii mei Presentibus apposui.
 —Datum apud Hertilonde, in crastino Sancti Benedicti [22 March], Anno
 supradicto.

—Confirmacio,—

A.D. Item, vicesimo sexto die mensis Marcii, Anno Domini M^o. CCC^{mo} quadragesimo 1348-9. nono, Dominus, in Capella sua de Chuddeleghe, legit Sentenciam Confirmatoriam dicti Electi infrascriptam,—IN DEI NOMINE, AMEN.—Visis, auditis, 1348-9. rimatis, et plene discussis Processibus factis et habitis in negocio Eleccionis Vol. I. celebrate nuper in Monasterio Sancti Nectani de Hertilonde, Ordinis Sancti Augustini, nostre Diocesis, de dilecto filio, Fratre David de Wynscote, Canonico ejusdem Monasterii, in Abbatem ipsius Monasterii electo, meritisque persone ejusdem David; quia invenimus dictam Eleccionem de memorato Fratre David, utpote de viro provido et honesto, moribus et scientia plurimum commendato, in Sacerdotio et estate legitima constituto, ac de legitimo matrimonio procreato, in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspecto, valente per Dei graciam sepelito Monasterio preesse utiliter et prodesse, fore Canonicę celebratam, nichilque eidem obviare de Canonicis Institutis; concurrentibus, eciam, omnibus que in hac parte de jure requiruntur; Christi Nomine invocato, ipsam Eleccionem Pontificali auctoritate in hiis Scriptis confirmamus; curam et regimen in prefato Monasterio dicto Fratri David, Electo, in Domino commitentes; ipsum ex habundanti per Libri tradicionem investientes de predicto Monasterio iuribusque suis et pertinenciis universis; Juribus nostris Episcopalibus et Ecclesie nostre Exoniensis dignitate in omnibus semper salvis.—Et subsequenter, post, idem Abbas juravit Domino Canonicam et fidelem Obedientiam; presentibus Fratre Johanne Wy, Priore Sancti Nicholai Exoniensis, Magistris Othono de Northwode, Thesaurario Exoniensi, Magistro Benedicto de Pastone, Domini Cancellario, Ricardo de Stoke, Canonico Criditonie, et David Aliam et Ricardo de Todeworthe, Notariis, et multis aliis.

Benedic和平 et Professio Abbatis de Hertilonde,—

Vicesimo¹ die mensis Marcii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo nono, in Capella de Chuddeleghe, Dominus benedixit predictum Fratrem David, in Abbatem dicti Monasterii de Hertilonde electum et confirmatum; qui tunc profitebatur sub hac forma,—Ego David, Ecclesie Conventualis Sancti Nectani de Hertilonde, Ordinis Sancti Augustini, Exoniensis Diocesis, electus Abbas, profiteur Sancte Exoniensi Ecclesie, tibique, Pater Johannes, ejusdem Ecclesie Episcope, tuisque Successoribus in ea Canonice substituendis, Canonicam in omnibus Obedientiam et Subjeccionem; et ad hec manu mea subscribo.

Mutatio Annī.

fol. 161. Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo nono, et
Consecrationis dicti Patris vicesimo secundo.

A.D. Bradninch [Bradenasshe, MS.] ; Thomas Madefray, R.,—
1349. Ordained subdeacon by the Bishop of Winchester in the Chapel of Farnham Castle, 28 March, 1349 (*Register Edyndone*, fol. Q); deacon in the same place, 11 April, 1349 (*ibid.* fol. R); and priest in the Church of St. Mary Magdalen Hospital, Sandown, Surrey, 6 June, 1349 (*ibid.*, fol. S), *per Dimissorias*.—F.J.B.J.

Exeter Cathedral; *Commissio ad tractandum cum Decano et Capitulo Exonie,—*

Johannes, etc., dilectis filiis, Magistris Willelmo de Nassington, Ricardo

¹ Sic MS.—A word has been omitted here. We must read “Vicesimo nono die.” The 29th was a Sunday; and the Pontifical directs it to be done

either on a Sunday or on a Solemn Festival. There was no such Festival in March after the 25th.

A.D. Thormertone, et Ricardo Noreys, Canonis nostre Exoniensis Ecclesie, ac
 1349. eciam Magistro Benedicto de Pastone, Canonicus Ecclesie nostre Collegiate
 Vo^l. I. Sancti Probi, nostrorum Patronatus et Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem.—Ad tractandum et consulendum cum dilectis filiis, Decano et Capitulo nostre Exoniensis Ecclesie antedicta, hac instanti die Mercurii in Vigilia Ascensionis Domini [20 May], super, et de, ordinacione firmarum ipsius Ecclesie, ad honorem Dei et communem utilitatem residencium in eadem; neconon, super Appropriacione Ecclesiarum de Brittestowe et Brattone [Clovelly], dictorum nostrorum Patronatus et Diocesis, ad augmentum Cultus Divini et honorem Beatissime Marie Virginis Gloriosa, diemque ipsum ulterius, si oporteat, super hoc negocio prorogandum; vobis, de quorum fidelitate ac circumspectionis industria ad plenum in Domino confidimus, conjunctim et divisim, tenore Presencium committimus vices nostras.—Data apud Chuddeleghe, xix^o die mensis Maii, Anno Domini M^o. CCC^{mo} quadragesimo nono, et Consecrationis nostre vicesimo secundo.

Torre Abbey; *Benedic^o et Professio Abbatis de Torre*,—

Item, vicesimo primo die mensis Maii, Anno predicto, die videlicet Jovis in Festo Ascensionis Domini, apud Chuddeleghe, Dominus in Capella sua ibidem impendidit (*sic*) munus Benedic^onis Fratris Johanni, Abbati de Torre; qui profitebatur sub hac forma,—Ego, Frater Johannes, Abbas Ecclesie de Torre, Ordinis Premonstratensis, electus, Subjeccionem, Reverenciam, et Obedientiam a Sanctis Patribus constitutam, secundum Regulam Beati Augustini, tibi, Domine Episcope, tuisque Successoribus Canonice substituendis, et Sancte Sedi Exoniensi, salvo Ordine meo perpetuo me exhibeturum promitto.

Buckfast Abbey; *Benedic^o et Professio Abbatis Buffestrie*,—

Et eodem die, similiter, Dominus benedixit Fratrem Philippum, in Abbatem Monasterii Buffestrie electum; qui profitebatur, etc. (*ut supra*).

Et ambo Abbates hujusmodi suis Professionibus subscripserunt manibus propriis.

[Tiverton; Adam Deghere, of Tiverton (*per Dimissorias*),—

Ordained acolyte by the Bishop of Winchester, in the Church of S. Mary Magdalene Hospital, Sandown, 6 June, 1349 (*Register Edyndone*, fol. R^b).—F.J.B.]

[Hartland Abbey; *Dimissorie*,—

Bartholomew Spernen was ordained subdeacon (with Adam Deghere—*supra*), 6 June; deacon in the Bishop's Chapel, South Waltham, 19 Sept., 1349; priest in the Chapel of Southwark Manor, 19 Dec. 1349, “ad titulum Abbatis et Conventus de Hertilonde.” (*Register Edyndone*, folios S, S^b, and U).—F.J.B.]

fol. 161b. Notary-Publick; *Creacio T. Pyper in Notarium Publicum*,—

Item, septimo decimo die mensis Junii, Anno suprascripto, Indicione secunda, Pontificatus Domini Clementis, etc., Pape Sexti, Anno octavo, Dominus in Camera sua interiori de Chuddeleghe, virtute facultatis Gracie sibi a Sede Apostolica concesse, creavit Thomam Pyper, clericum, Exoniensis Diocesis, in Notarium Publicum; ac, recepto ab eo juramento, prout in Bulla super hoc dicto Domino concessa continetur, investitivit eum per penne, calamarii, et carte tradicionem; presentibus Magistro Benedicto de Pastone, Cancellario Domini, Adam de Liechefelde, R. Chambernown, N. Braibroke, T. Petieru, et R. Todeworthe, Publico Auctoritate Apostolica Notario.

[A space 5 in. in depth (24 lines) was left blank, here, for the insertion of additional Entries.]

Robert Fromond; *Tenor Litere Dispensacionis migrandi facte R.*

Fromond, clericu, sub manu publica,—

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Roberto Fromonde, clericu, salutem, gra-

A.D. ciam, et benedictionem.—Sanctissimus in Christo Pater et Dominus noster,
 1349. Dominus Clemens, Divina Providencia Papa Sextus, volens nobis illa conce-
 Vol. I. dere per que possemus nos alios reddere graciosos, dispensandi cum septem
 personis ydoneis, sub certa forma inferius descripta, nobis contulit faculta-
 Tenor Gracie bus meritis, paterna benivolencia prosequentes, illam libenter eo favore prose-
 Domino super quimur per quem se reddere possit alii gracirosam. Tuis, itaque, supplicaci-
 hoc con-onibus inclinati, dispensandi Auctoritate Apostolica cum septem personis
 cesse. ydoneis,—cum quibus super defectu natalium quem paciuntur, de presbiteris,
 aut in adulterio ex uno parente vel utroque genitis, quod, hujusmodi defectu
 non obstante, possent ad omnes Ordines promoveri, et singuli singula Bene-
 ficia Ecclesiastica optinere, eciam si curam animarum haberent, fuerit alias
 Auctoritate predicta dispensatum,—quod singuli eorum, ad hoc alias ydonei,
 alia Beneficia Ecclesiastica, eciam curata, dummodo se compaciantur, si eis
 alias Canonice conferantur, libere recipere et licite retinere valeant, pre-
 dicto defectu et quavis Constitutione contraria nequaquam obstantibus ;
 Paternati tue plenam et liberam concedimus, tenore Presencium, facul-
 tatem.—Data Avinione, xiiiij Kalendas Februarii, Pontificatus nostri Anno
 tercio [19 Jan., 1344-5.]—Cum, igitur, super defectu natalium quem pateris
 de presbitero genitus et soluta, quod, hujusmodi defectu non obstante,
 possis ad omnes Ordines promoveri, et Beneficium Ecclesiasticum optinere,
 eciam si curam animarum haberet, tecum fuerit alias Auctoritate Apostolica
 dispensatum ; nos, volentes personam tuam, exigentibus tue probitatis
 meritis, super quibus apud nos fideidigno testimonio commendaris, uberiori
 gracia prosequi et favore, tecum, quem reputamus habilem et ydoneum ad
 Dispensacionis hujusmodi graciā optinendam, quique primus es de
 numero septennario in dictis Literis contento ; ut, predicto defectu et quavis
 Constitutione contraria non obstantibus, possis alia Beneficia Ecclesiastica,
 eciam curata, dummodo se compaciantur, si tibi alias Canonice conferantur,
 libere percipere et licite valeas retinere, quatenus nobis virtute facultatis
 gracie predice potestas attribuitur, juxta omnem effectum dictarum Lite-
 rarum Apostolicarum, Auctoritate Apostolica nobis concessa misericorditer
 dispensamus. In quorum omnium testimonium presentes Literas, seu
 presens Publicum Instrumentum, per Magistrum Ricardum de Todeworthe
 clericum, Publicum Notarium infrascriptum, scribi et publicari mandavimus,
 et sigilli nostri appensione fecimus communiri.—Data et acta in
 Manerio nostro de Chuddeleghe, nostre Exoniensis Diocesis, vicesimo tercio
 die mensis Julii, Anno ab Incarnatione, secundus cursus et computa-
 tionem Ecclesie Anglicane, Millesimo CCC^{mo} xlix^o, Indicione secunda,
 Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Domini Clementis,
 Divina Providencia Pape Sexti prelibati, Anno octavo ; Consecrationis,
 vero, nostre Anno vicesimo secundo. Presentibus diserto viro, Magistro
 Benedicto de Pastone, Canonico Ecclesie Collegiate Sancti Probi in Cornu-
 bia, Ricardo de Campo Arnulphi, domicello, Exoniensis, et Besancensis de
 Nauntrē Bisuncium Diocesium, testibus ad premissa vocatis specialiter et
 rogatis.

Aveton-Giffard ; Master John de la Pomeray, subdeacon, R.—
Dispensation : non-residence for a year, to study at Oxford, etc. (Clyst,
 10 Oct.).

A.D.
1349. [Mutatio Annī Consecrationis Domini.

Vol. I. Anno Domini M° CCCmo xlix, et Consecrationis Domini
vicesimo tercio incipiente.]

St. Stephen's-in-Brannel [Sancti Stephani in Branel, MS.] ; Ralph
de Treiagu, accolite, R.—

Dispensation : as above ; he was to take Subdeacon's Orders within the year,
and Letters Dimissory thereto were granted on the same day (31 Oct.).

Notary-Publick ; *Creacio N. Braibroke in Notarium Publicum*,—

Item, nono die mensis Novembris, Anno Domini M° CCCmo quadragesimo
nono, Indicione tercia, Pontificatus, etc., Domini Clementis, Divina Pro-
videncia Pape Sexti, Anno octavo, Dominus, in Manerio suo de Chuddeleghe,
auctoritate cuiusdam Facultatis sibi a Sede Apostolica attribute, cuius tenor
inferius describitur, creavit Nicholaum Braibroke in Notarium Publicum,
clericum videlicet Wyntoniensis Diocesis, non conjugatum, nec in Sacris
Ordinibus constitutum, ipsumque per penne, calamarii, [et carte] tradicio-
nem de Tabellionatus Officio presencialiter investivit ; qui, tunc, juramentum
prestitit corporale, prout in Bulla hujusmodi Gracie continetur.—*Sequitur
tenor*,—

—Tenor *Gracie Sedis Apostolice de tribus Notariis creandis*,—

Clemens, etc., Johanni, Episcopo Exoniensi, salutem et Apostolicam bene-
diccionem.—Ne contractuum memoria deperiret, etc. (as on page 140, No. 4,
162b. including the oath).—Data Avinione, Idus Julii, Pontificatus nostri Anno
octavo [15 July, 1349].

Godfrey Fromond ; *Dispensacio Magistri G. Fromonde migrandi*,—

Item, die, loco, mense, anno, Indicione, Pontificatu predictis, Dominus,
virtute quarundam Literarum Apostolicarum sibi concessarum, quarum
tenor superius in proximo folio de verbo ad verbum inseritur, dispensavit
cum Magistro Godefrido Fromonde, clero, Exoniensis Diocesis, de pres-
bitero genito et soluta, quod, defectu hujusmodi non obstante, migrare
posset, etc., juxta vim, formam, et effectum Literarum Apostolicarum pre-
dictarum. Presentibus, tunc, in hujusmodi Dispensacione, Magistro Bene-
dicto de Pastone, Sancti Probi, Ricardo Noreys, Exoniensis, Ecclesiarum
Canonicis, R. Chambernon, J. Clifforde, et Magistro David Aliam, ac N.
Braibroke, clero, qui eodem die creatus fuit in Notarium, *ut supra*. Et
habuit inde Literam sub data supradicta et sigillo Domini.

Monkokehampton,—

Item, xvijmo die mensis Novembris, Anno, Indicione, et Pontificatu predictis,
Dominus, in camera sua principali de Chuddeleghe, virtute cuiusdam
Facultatis Gracie sibi a Sede Apostolica concesse, cuius tenor inferius
describetur, dispensavit cum Domino Waltero Ildesleghe, presbitero,
Rectore Ecclesie de Monkohamptone, ita quod, defectu quem patitur de
soluto genitus et soluta non obstante, etc., posset ad aliud Beneficium
migrare, etc. Presentibus, tunc, Magistris Othono de Northwode, Benedicto
de Pastone, R. Chambernon, et aliis testibus, etc., ac Nicholao Braibroke,
clero, Publico Auctoritate Apostolica Notario, qui super hoc sibi confecit
de Precepto Domini Publicum Instrumentum.

—Tenor *Gracie Facultatis de qua supra fit mencio*,—

Clemens, etc., Johanni, Episcopo Exoniensi, salutem et Apostolicam benedic-
cionem.—Devocationis tue sinceritas promeretur ut que a nobis suppliciter pos-
tulas affectu tibi benivolo concedamus, ut cum septem personis ydoneis
quas ad hoc duxeritis eligendas,—cum quibus super defectu natalium, quem
pacientur de solutis utrisque parentibus geniti, quod, hujusmodi non
obstante defectu, possint ad omnes Ordines promoveri eorum singuli, singula
Beneficia Ecclesiastica optinere, eciam si curam haberent animarum, fuerit

A.D. alias per Sedem Apostolicam dispensatum,—quod, consideratis diligenter
 1349-50. circumstanciis universis que circa ydoneitatem personarum fuerint atten-
 Vol. I. tende, si alias sint ydonee, nec sint paterne incontinencie imitatores, set
 bone conversacionis et vite, aliasque sibi merita suffragentur, ad hujusmodi
 Dispensacionis graciā optinendum, cum ipsis, ut alia Beneficia Eccle-
 siastica, eciam Curata, optinere valeant, si ipsis alias Canonice conferantur,
 possis Auctoritate Apostolica dispensare, prout saluti animarum ipsarum
 personarum expedire videris; tibi, tenore Presencium, concedimus facultate-
 tem.—Data apud Villamnovam, Avignonensis Diocesis, ij Nonas Julii, Pon-
 tificatus nostri Anno secundo [6 July, 1344].

[Southill ; Richard de Eccleshale, R.—

Ordained subdeacon by the Bishop of Winchester in the Chapel of South-
 wark Manor, 19 Dec., 1349 (*Register Edyndone, fol. U.*) ; deacon, in the
 same place, 20 Feb., 1349-50 (*ibid., fol. V.*).—per Dimissorias.—F.J.B.]

A.D. Manumissions,—
 1349.
 50. Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Johanni, nato Ricardi Kepestone, nativi
 nostri de Manerio nostro de Chudeham, salutem, graciā, et benedictionem.
 —Cum Redemptor noster, tocius Conditor creature, ad hoc humanam
 carnem assumpsit ut, dirupto quo tenebamur captivi vinculo servitutis, nos
 restitueret libertati; salubre admodum reputamus homines quos ab inicio
 natura liberos procreavit, et jus gencium postea subegit hominum servituti,
 libertati restituere naturali, et hoc potissime ut eorum libere servire valeant
 Conditori. Ut, igitur, clericali carectere insigniri, ac omnes Minores et
 Sacros Ordines, cum ad illos recipiendos alias repertus fueris ydoneus, licite
 promoveri; necnon, Beneficiū Ecclesiasticū, cum cura vel sine, libere
 recipere valeas et licite retinere, eo non obstante quod de nativo nostro
 hujusmodi originem traxisti; Licenciam tibi, quantum in nobis est, con-
 cedimus et liberam facultatem; ac te, ea dumtaxat condicione, si Deo in
 Sacro Ordine volueris famulari, manumittimus, et ab omni jugo secularis
 absolvimus servitutis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum Presenti-
 bus est appensum.—Data apud Chuddeleghe, primo die mensis Januarii,
 Anno Domini M^o. CCC^mo quadragesimo nono, et Consecrationis nostre
 vicesimo tercio ["secundo" in the MS.,—a clerical error].
 —Consimilem Literam Dominus Ricardo, filio Johannis Puet, nativi sui dicti
 Manerii, de gracia concessit (*margin.*).

fol.
 163. Manor of Chidham; *Litera missa auditori ad allocandum diminu-
 cionem redditus jactam de terra Caisshon, de Manerio de Chud-
 ham, et eciam redditus provenientis de la cotterie ejusdem
 Manerii ad tempus,*—

Salutz, ove la beniceon de Ihesu Crist et la nostre.—Purceo qe nous avoms
 entenduz qe la terre de Cayssone, de nostre Manoir de Chudeham ne poet
 el temps qore curt estre charge de taunt de rente come ele soleit devaunt
 ceus hures, et auxint les povres cotiares du dit Manoir, queus furent
 acustumesz de prendre nostre blaunke de noz berbic peace a un certayn
 pris, cest asavoir a paier pur chescune oeyt deners, ne pount selonke coe qe
 le secle ore va de taunt estre chargez; nous voloms qe a noz procheynes
 acomptes sur coe facetz alegement et alloaunce a les parties de taunt come
 nostre cher vadlet, Geffray de Ledes, en qd nous affioms, vous dirra en sa
 conscience qe soit resonablement alower. Et ceste Letre vous serra
 garraunt.—Escriptes a Chuddeleghe, le xj^{me} jour de Janevoir.

Kilkhampton; *Submissio T. Greneville, Militis, in graciam
 Domini,*—

EN LE NOUN DEL PIERE, DEL FITZ, ET DEL SEYNT ESPERIT.—Joe, Theobalde de
 Greneville, Chivaler, Patron de leglise de Kilkampstone, meu de conscience
 et voillaunt fayre overtz mes trespass queus jay longement meyntenu

A.D. commis et confesse qe jay tresgrevousement trespassé contre vous, moun
 1349-50. treshonurable Seignur et Piere en Deux, Sire Johan, par la grace Deux
 Vol. I. Evesque Dexcestre, et qe joe vous ay volentrisment, torcenousement, et par
 orguyl et surquiderie emples et pursuy, en moultz des maneres, a tout
 moun poayr, par enchesone de leglise de Kilkamptone, et as autres voz
 persecutours assentuz, et de coe faire en moun noun done moun poayr
 taunt come en moy fust; par queux torcenouses pursutes joe say bien qe
 vous avetz este sovent grevez de cuer, et ew partiee de voz biens temporals,
 et nonement en vostre Manoir de Tautone, ou joe fu meismes ove graunt
 nombre daltres a moun procurement, et fys enchacer dilloeques voz bestes, a
 graunt damage et vilaynye de vous. Sur queux trespasses et toutz autres
 queux vous me voletz surmettre volentrisment, et ne mye par destresce, joe
 me met haut et bas en vostre grace, volente, arbitrement, et ordinaunce.
 Et jure sur ces Seyntz Evangelies qe joe resceyvera vostre ordinaunce,
 quele quele soit, et la perferray, en toutz poyntz, de taunt come joe me pus
 suffisre en corps ou biens, si joe neye apres autre grace de vous. Joe jure
 auxint quele assurete qe vous volesz avoir de moi de perfaire en toutz
 poyntz les choses desuthescriptes, joe le vous ferroï saunt nule demoore a
 moun poyair, soit coe par voye de obligacion symple, ou par estatut de
 marchaunt, ou par autre voye quicunque, a quele summe qe vous voletz
 limiter. Sur quoi joe pry en eovre de charite qe vous me voilletz assoudre
 des escumengementz en queux joe suy escheu pur mes ditz trespasses; et par
 maisme le serment joe jure qe jeo esterroi humelement al regarde de
 Seynte Eglise.

—*Acta super dicta Submissione,*—

Quartodecimo die mensis Januarii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadra-
 gagesimo nono, Indicione tercia, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris
 et Domini, Domini Clementis, Divina Providencia Pape Sexti, Anno octavo,
 coram Venerabili Patre, Domino Johanne, Dei gracia Exoniensi Episcopo,
 in aula Manerii sui de Chuddeleghe, Exoniensis Diocesis, sedente, quidam
 Dominus Theobaldus de Grenelle, Miles, personaliter constitutus, et
 coram eodem Patre genuflectens, verba sua vive vocis oraculo in ore cujus-
 dam Johannis de Ralegh, de Beaudeport, Militis, tunc personaliter presentis,
 posuit ad confitendum et petendum Confessiones et Peticiones, in Gallico
 in scripta redactas, prout de verbo ad verbum series superius inseritur,—*En*
le Noun del Piere, del Fitz, et del Seynt Esperit, etc.—Qui, quidem, Dominus
 Johannes de Ralegh, de Beaudeporte, Miles, dictas Confessiones et Peti-
 ciones, prout superius scribuntur, coram dictis Patre Episcopo, Theobaldo
 Milite, et testibus infrascriptis, tanquam organum vive vocis predicti
 Theobaldi, legit, confitebatur, et petiit. Qui, quidem, Venerabilis Pater
 exposuit eisdem Militibus in quantis Deum, et eum, ac Ecclesiam suam
 Exoniensem offenderat et lesrerat. Et tunc dictus Dominus Theobaldus,
 Miles, juravit ad Sancta Dei Evangelia, tacto per eum corporaliter Libro, de
 stando Mandatis Ecclesie, et omnia alia in dicta Scriptura contenta, juxta
 posse suum, fideliter peragenda, et ad ea facienda optulit fidejussores dicto
 Patri; videlicet, Dominos J. de Dynham, J. de Ralegh predictum, Milites,
 et Almaricum Fitz Waryn, Vicecomitem Devonie, tunc personaliter pre-
 sentes, pro se manucapturos et fidejussuros. Qui, quidem, Milites et
 Vicecomes jurarunt, tactis Sacrosanctis Dei Evangelii corporaliter per
 eosdem, se et eorum quemlibet facturos prout in dicta Scriptura plenius
 continetur. Et dictus Pater, post aliqualem deliberacionem, dictum
 Theobaldum a Sentenciis Majoris Excommunicacionis, juris vel hominis,
 quibus, propter offensas erga dictum Patrem contractas, quatenus ad eum
 pertinuit, absolvit. Injungendo eidem Mili, in partem Penitencie sibi
 injungende pro suis hujusmodi cominissis, quod unum cereum offerret, in
 brevi, in Ecclesia Collegiata Beate Marie de Otery. Presentibus Venerabili-
 bus et discretis viris, Dominis et Magistris, Johanne de Shareshille, Ecclesie
 Exoniensis Precentore, Ricardo de Gommershale, Preposito, Willelmo de

A.D. Londay, Precentore, Ecclesiarum Collegiatarum de Glaseneya et Sancte
 1349-50. Crucis Criditonie, Magistro Benedicto de Pastone, Johanne Perour, Willelmo
 Vol. I. de Portejoye, Ecclesiarum Sancti Probi et dicte Collegiate Sancte Crucis
 Criditonie Canonicis, Domino Thoma Peticru, Sancti Ermetis [St. Ervan],
 Roberto de Mouthecombe, de Dydisham, Willelmo Gaillarde, de Lawyttonne,
 Ecclesiarum Rectoribus, Gilberto de Edyngdone, Radulpho Perseval, Thoma
 Yonge, Johanne Mille, Ricardo de Chuseldene, Petro de Clyfforde, Roberto
 Hille, Willelmo Straunge, Huberto de Bylney, Willelmo de Meddone,
 domicello, Exoniensis et Bathoniensis et Wellensis Diocesum, et Magistris
 David Aliam ac N. Braybroke, Notariis, ad hoc vocatis specialiter et rogatis
 in fidem et testimonium premissorum.

BRAIBROKE.

Southill ; Dimissorie¹,—

Richard de Eccleshale, accolite, R., “ad Ordinem Subdiaconatus ; ad requisitionem et rogacionem Domini T. de Brembre, Clerici Domini Regis, qui super hoc dicto Domino suas Literas destinavit” (18 Jan.).

Intestates ; Commissio W. Broun,—

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Domino Willelmo Broun, Rectori Ecclesie de Boelonde Filleghe, nostrorum Patronatus et Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem.—Ad inquirendum de bonis mobilibus et se moventibus quorumcumque infra fines et limites Archidiaconatum Exouie, Tottonie, et Barnastapolie, in ultima vacacione eorundem Archidiaconatum, vel alicujus eorum, ab intestato decedencium, quorum administracio, ratione vacacionum hujusmodi, ad nos et non ad alium pertinet, de consuetudine et de jure ; ipsaque bona nostro nomine sequestrandum et sub tuta custodia preservandum, et faciendum, si oporteat, per alios preservari ; occupatores eorundem bonorum ad ipsorum exhibicionem et liberacionem Canonice compellendum ; tibi, de cuius fidelitate et circumspecionis industria ad plenum in Domino confidimus, cum cuiuslibet choercionis (sic) Canonice potestate, committimus vices nostras.—Data, etc. (sic).

Archdeaconry of Cornwall ; Mandatum pro Synodatico et Cathedratico Archidiaconatus Cornubiensis,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Archidiacono Cornubie in Ecclesia nostra Exoniensi, ac Officiali ejusdem, necnon Magistro Thome Piper, denariorum suorum receptori, salutem, graciam, et benedictionem.—Quamvis lapsus termini debitori a jure vel ab homine assignati, eciam absque interpellacione alia qualicumque, debitorem ipsum in mora constituat non solventem ; pridie, tamen, per dilectum filium, Officiale nostre Peculiaris Jurisdiccionis in Cornubia, super receptis, solutis, et administratis per eum coram dicto nostro Commissario calculantem, intelleximus, plurimum admirantes, quod vos certas pecuniarum summas, nomine Synodatici et Cathedratici, que de nostro mere sunt Episcopio, nobis debitae, et que a subditis nostris in dicto Archidiaconatu, toto tempore vestro, annis singulis, nostro nomine recepistis, eidem Officiali nostro, qui nobis habet de spiritualibus nostris proventibus illarum Parcium respondere, in terminis solutionis faciende usitatis et antiquitus observatis, aut eciam post ipsorum lapsum, hucusque solvere non curastis. Vobis, igitur, in virtute Sancte Obedientie, nobis per vos et vestrum singulos prestite ac jurate, injungimus firmiter et mandamus quatinus, infra viginti dierum spacium, a receptione Presencium continue numerandorum, dictas pecuniarum summas omnes et

¹ But he had already been ordained sub-deacon by the Bishop of Winchester on 19 December, by Letters Dimissory from our Bishop. Doubtless this was not known to the King or to Bishop

Grandisson ; and in the confusion caused by the Great Pestilence it was easy to make mistakes. Perhaps “Subdiaconatus” is a clerical error for “Diaconatus.”

A.D. singulas, in vestris manibus existentes, dicto Officiali nostro, absque ulteriori
 1349-50. dilacione, solvere studeatis; alioquin, tenore Presencium, vos citamus quod
 Vol. I. compareatis coram nobis, vel nostro Commissario, in Manerio Episcopali de
 Chuddeleghe, proximo die Juridico dictos viginti dies inmediate sequente,
 causam seu causas, si quam vel quas habeatis, quare contra vos et vestrum
 singulos, tanquam infidelitatis et inobedientie filios juriumque nostrorum
 spiritualium impeditores ac voluntarios detentores, procedere minime
 debeamus pro termino peremptorio, proposituri et, quatenus jus exigit, prob-
 baturi; facturi ulterius et recepturi quod Canonici conveniet Institutis.
 Diem, autem, receptionis Presencium, necnon quid feceritis in premissis,
 nos, dictis die et loco, certificetis Literis vestris patentibus, habentibus
 hunc tenorem.—Datum apud Chuddeleghe, xxij^{cio} die mensis Januarii,
 Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo nono, et Consecraciencis nostre
 vicesimo tercio.

[Ermington; Adam de Stonore, R. of the Mediety,—

Ordained subdeacon by the Bishop of Winchester, in the Chapel of Southwark
 Manor, 20 Feb., 1349-50,—per *Dimissorias (Register Edydone, fol. U^b)*.

Ashreigney,—

John Cooke, de Weye, R., was ordained deacon at the same time as the above
 (*ibid.*, fol. V).—F.J.B.]

St. Ive—Ashwater; *Mandatum citatorium pro tractatu habendo
 cum Decano et Capitulo Exonie, super Appropriacione Ecclesiarum
 et aliis contingentibus utilitatem ipsius Ecclesie*,—

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Decano Ecclesie nostre Exoniensis,
 salutem, graciā, et benedictionem.—Frequenti et assidua dilectorum nobis
 in Christo, Prioris et Fratrum Hospitalis Sancti Johannis Ierosolimitani in
 Anglia, ac Prioris et Conventus de Frithelystoke, Ordinis Sancti Augustini,
 nostre Diocesis, infestacione pulsati, ut Ecclesiam Parochialem Sancti Ivonis,
 dicte nostre Diocesis, in qua dicti Prior et Fratres Hospitalis Sancti Johannis
 Ierosolimitani jus optinent, [et] Ecclesiam de Ayshwater, ejusdem nostre
 Diocesis, in qua prefati Prior et Conventus de Frythelestone jus optinent,
 ut asserunt, Patronatus, ex quibusdam causis evidenteribus, urgentibus, et
 necessariis, quas pretendunt, eis et predictis eorum Hospitali ac Prioratui
 paterna affectione unire et appropriare, servata solemnitate debita, dignarem-
 mur; decrevimus super hiis et aliis quibusdam articulis statum et utilitatem
 dicte Ecclesie nostre Exoniensis concernentibus, quas ad presens, ex certis
 nos moventibus causis, subticemus, tractatum inire vobiscum diligenter et
 solemnem. Ideoque vobis mandamus, districcius injungentes, quatinus
 citetis, seu citari faciat, juxta morem hactenus in dicta nostra Ecclesia
 consuetum, omnes et singulos in eadem Ecclesia Dignitates, Personatus
 Officia, Canonici eciam et Prebendas optinentes, peremptorie, quod com-
 pareant coram nobis, in Domo Capitulari ejusdem Ecclesie nostre, die Lune
 proxima post Octabas Pasche [5 April], super predictis nobiscum ibidem
 tractaturi, suumque consilium et consensem hiis que tunc super eisdem et
 aliis pro utilitate et honore dicte Ecclesie nostre per nos ordinari contigerit,
 debite impensuri; facturi ulterius in omnibus, quantum ad eos attinet, quod
 ipsa negotia exigunt et requirunt. Diem, autem, receptionis Presencium
 et quid feceritis in premissis nobis, dictis die et loco, intimetis Literis vestris
 patentibus, habentibus hunc tenorem.—Datum, etc. (sic).

[fol. 162b.] Archdeaconry of Cornwall; *Deputacio Yconomorum et Custodium
 in fructibus et proventibus Archidiaconatus Cornubiensis, durante
 vacacione ejusdem*,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Magistro Stephano Penpel et Domino
 Johanni de Oldestowe, Ecclesie nostre Collegiate Beati Thome, Martiris,
 Glasneye Canonici; necnon, Magistro Johanni Godman, clero, nostre

A.D. 1349-50. Diocesis, juris perito, salutem, graciā, et benedictionem.—Cum per Consecrationem Venerabilis in Christo Patris, Domini Johannis,¹ Dei gracia Vol. I. Dublinensis Archiepiscopi, Archidiaconatus Cornubiensis, quem idem Pater prius in nostra Exoniensi Ecclesia optimuit, jam sit vacans; ac custodia fructuum et proventuum Beneficiorum Ecclesiasticorum nostre Diocesis, legitimo administratore carecum, ad nos, et non ad alium, pertineat de consuetudine et pertinuit ab antiquo; ne fructus et proventus Archidiaconatus predicti, durante vacacione hujusmodi obventuri, propter defectum custodie et regiminis, dissipacionis aut consumpcionis incommodis subponantur; nos, de vestris diligencia, fidelitate, et industria circumspecta fiduciam gerentes in Domino plenorem, eorundem fructum et prouentum, durante vacacione predicta, ac usquequo de alio Archidiacono Canonice sit provisum, vos, communiter et divisim, Custodes et Yconomos, tenore Presentium, deputamus. Ut, autem, commissam vobis hujusmodi solitudinem plenius et liberius exequi valeatis, nos, ad omnia et singula premissa debite exequenda, vobis, conjunctim et divisim, cum cuiuslibet choercionis (*sic*) Canonice potestate, committimus vices nostras.—Data apud Chuddeleghe, xxvii die mensis Februarii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quadragesimo nono, et Consecrationis nostre vicesimo tercio.

fol. 163. Egloshayle; *Confirmatoria Concessionis et Licencie concessarum per W. [Brionescombe], quondam Exoniensem Episcopum, Hugoni Peverel,*—

Universis presentes Literas inspecturis Johannes, etc., salutem in Domino sempiternam.—Literas bone memorie Walteri [Primi], quondam Exoniensis Episcopi, Predecessoris nostri, per dilectum filium, Hugonem Peverel, exhibitas, inspeximus; quarum teor dinoscitur esse talis,—Omuibus ad quos presens Scriptum pervenerit, Walterus, miseratione Divina Exoniensis Episcopus, salutem in Domino.—Noveritis quod, cum dilectus filius, Philippus de Bromptoft, Rector Ecclesie de Eglosheyl, dilecto filio, Rogero Everard, clero, Domino de Trevelewythe, et heredibus suis, nostro interveniente assensu, concederet quod, sine aliquo prejudicio juris Parochialis Ecclesie sue de Eglosheyl, possit idem Rogerus, in Curia sua de Trevelewythe edificare Capellam, in qua sibi et familie sue, necnon hospitibus suis, facere possit celebrari Divina; nos, concessionem illam ratam habentes et gratam, quantum in nobis est, confirmamus, prout in Carta dicti Philippi dicto Rogero inde concessa plenius inspeximus contineri. Et, ut hec nostra Confirmacio perpetue firmitatis robur optineat imposterum, presens Scriptum fieri et sigillo nostro duximus muniri, coram hiis testibus,—Magistro R. Blundo, Cancellario Exonie, tunc Officiali nostro, Magistro Roberto de Somercote, et Ricardo de Warewyke, Dominis Henrico, Canonicō Criditonensi, Willemo, Canonicō de Bosham, et W. de Semeleghe, Capellanis nostris, Martino Prodhomme, Canonicō Exoniensi, R. de Symbern, Canonicō Criditonensi, et aliis.—Nos, itaque, predicti Hugonis Peverel, Domini nunc de Trevelewythe suprascripti, devotis supplicationibus inclinati, totum et quicquid in ea parte per dictum Predecessorem nostrum provide factum est, et in Ecclesie Parochialis Loci, aut alterius cuiuscumque, prejudicium non redundat, ratum et gratum habentes, id Pontificali auctoritate confirmamus et presentis Scripti patrocinio communimus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum Presentibus est appensum.—Data apud Chuddeleghe, sexto die mensis Marcii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} xl nono, et Consecrationis nostre vicesimo tercio.

¹ John de St. Paul, Canon of Dublin. He was consecrated Abp. of Dublin, 14 Feb., 1349-50, by the Bp. of Win-

chester, in the Conventual Church of St. Mary, Southwark (*Register Elyndone*, vol. i, fol. 56b.)—F.J.B.

[*Mutatio Annī Encarnacionis Domini.*

A.D. Anno Domini M̄o. CCCmo quinquagesimo, et Consecraci-
1350. Vol. onis Domini xxijto].

I. [St. Illogan, William de Peykirke, R.,—

Ordained sub-deacon by the Bishop of Winchester, in the Chapel of Esher
Manor, 27 March, 1350,—per *Dimissorias (Register Edyndone, fol. W^b)*.—
F.J.B.]

Privilege of Clergy ; *Denunciacio Excommunicacionis pro quodam
clerico incarcерato*,—

fol. 164b. Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Officiali Archidiaconi Exonie, ac
Decanis de Aylesbeare et Honatone (*sic*), nostre Diocesis, salutem, graciā, et
benediccionem.—Quamvis omnes et singuli qui clericos cujuscumque con-
dicionis, Ordinis sint vel gradus, tonsuram publice et clericalem habitum
deferentes, ac pro talibus reputatos et notorie se gerentes, de crimine aliquo
seu facinoris (*sic*), non convictos vel confessos, aut legitime indictatos, capiunt,
incarcerant, et in carcere invitos per laicalem potenciam faciunt detineri ;
qui, eciam, eisdem clericis inponunt, imponive faciunt, falsa crimina seu
debita, fraudes quoque configunt per maliciam vel commenta, ut puta
indictaciones falsas, absque causa racionabili, ex sola malicia procedentes,
propter que, seu quas, iidem clericī capti sunt, incarcerati taliter, et detenti,
diversis sint Excommunicacionum Majorum Sentenciis, a Sanctis Patribus
contra tales presumptores sacrilegos promulgatis, dampnabiliter innodati ;
nonnulli, tamen, perdicionis filii, nequicie inflammati, et mendaciter Chris-
tiani nominis titulum deferentes, quorum adhuc ignoramus nomina et
personas, dictarum Excommunicacionum Sentencias non verentes, sub
colore cujusdam Precepti executorii, quod falso asseruerunt se a Vicecomite
Devonie recepisse, in dilectum filium, Dominum Henricum Bouet, presbите-
rum, ac Canonicum Ecclesie nostre Collegiate Sancte Crucis de Criditonā,
familiaremque nostrum, de nullo convictum crimine vel confessum, seu legiti-
time indictatum, in Villa Sancte Marie de [Otery], feria tercia hujus instantis
Ebdomade Pentecostes, pacifice incidentem, dispositis insidiis irruerunt,
in ipsumque manus temere violentas et sacrilegas injecerunt, cuperunt, et
in carcerem publicum, pro furibus et facinorosis hominibus deputatum,
inhumaniter retruserunt, in Ecclesie et tocius Cleri injuriam, scandalum, et
contemptum, et libertatum et inmunitatum Ecclesie notoriā lesionem.
Cum, igitur, omnes et singuli sacrilegi hujusmodique impositores, coopera-

fol. 165. tores, et premissa precipientes fieri ac mandantes, necnon et hii qui pre-
missa, nomine suo facta, rata habuerunt pariter et accepta, in dictas Ex-
communicacionum Majorum Sentencias, contra hujusmodi presumptores
reprobos a Sanctis Patribus provide latas, multipliciter inciderint ipso facto,
eisque fuerint, et sint, dampnabiliter involuti ; ne tante temeritatis, quin
pocius furoris, audaciam videamur relinquere impunitum, ut sic transire
posset alii presumptoribus in exemplum, vobis, et singulis vestrum,
communiter et divisim, injungimus firmiter et mandamus quatinus omnes
et singulos sacrilegos antedictos, libertatis et inmunitatis Ecclesiastice
violatores et turbatores manifestos, eorumque cooperatores hujusmodi et ea
fieri mandantes ac rata habentes nomine suo facta, necnon eorum auctores
et fautores, complices et fotores, ac ut premittitur (*sic*), excommunicatos esse
in genere, et a Sancte Matris Ecclesie liminibus sequestratos, in Ecclesia
nostra Collegiata Sancte Marie de Otery, necnon in Parochialibus Ecclesiis de
Honetone et Gydesham, Fynetone, [et] Herforde, hiis instantibus celebribus
Diebus Sancte Trinitatis [23 May] ac Corporis et Sanguinis Jhesu Christi
[27 May], et Die Dominicā tunc proximo sequenti [30 May], intra Missa-
rum Solempnia, cum in eisdem Ecclesiis major populi multitudo conveneret
ad Divina, pulsatis campanis, candelis accensis ac eciam in terram pro-

A.D. 1350. jectis et extinctis, cum omni solemnitate debita nuncietis, et faciatis per Locorum ipsorum Rectores, Vicarios, seu Capellanos Parochiales, si oporteat, modo simili nunciari; inquirentes de dictorum sacrilegorum personis et nominibus diligenter; et quos iude reos seu in fama respersos fore reperitis, citetis eosdem, peremptorie, quod compareant coram nobis, nostrove Commissario iu hac parte, die Lune proxima post Festum Sancti Augustini, Episcopi [31 May], ubicumque tunc fuerimus in nostris Civitate vel Diocesi, super premissis, eisdem tunc divisim ad correccionem animarum suarum debitam in forma juris ex Officio nostro obiciendis, responsuri et personaliter juraturi; facturi ulterius et recepturi, in premissis et ea contingentibus, quod dictaverit ordo juris. Diem, autem, recepcionis Presencium, et quid feceritis in premissis et fecerit quisque vestrum, una cum nominibus citatorum, nobis, dictis die et loco, intimetis Literis vestris patentibus, habentibus hunc tenorem. Quis, vero, vestrum presens Mandatum nostrum primo receperit, retenta inde sibi copia, id alteri transmittat protinus exequendum.—Datum apud Chuddeleghe, xx^{mo} die mensis Maii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo, et Consecrationis nostre vicesimo tercio.

[St. Stephen-in-Bramble, Ralph Treiagu, R.—

Ordained accolite by the Bishop of Winchester, in the Chapel of Southwark Manor, 22 May, 1350,—per *Dimissorias (Register Edynone)*, fol. X).—F.J.B.]

[fol. 164.] Liberties and Immunities of the Church; *Mandatum ad publicandum Sentencias latae in casibus infrascriptis*,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Priori Prioratus Bodminie, nostrorum Patronatus et Diocesis; necnon, Dominis Radulpho [Mendy], Rectori Ecclesie Sancti Tudii, Decano ad presens Decanatus Minoris Trige, ac Perpetuo Vicario Ecclesie Parochialis Bodminie, dicte nostre Diocesis, salutem, graciam, et benedictionem.—Cupientes, ex debito nostri Officii Pastoralis, oves nostras que hactenus oberrarunt, inspirante Deo ad semitas reducere veritatis; ut ceteri melius sibi caveant pro futuro, quasdam Excommunicacionum Majorum Sentencias, a Sanctis Patribus adversus delinquentes rite in subscriptis casibus promulgatas, publicare decrevimus, ac per modum infrascriptum per alios facere solemniter publicari, ne ignorancie affectate nebulo, pretextu veritatis recorditer occultate, se valeant qui nequam sunt aliquiliter excusare.—In primis, Auctoritate Dei Patris Omnipotens et Beatissime Virginis Marie, neonon Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, Patronorum nostrorum, Omniumque Sanctorum, excommunicatos esse denuncietis publice et solemniter, et a Sancte Matris Ecclesie consuebitudinibus segregatos, omnes et singulos qui Ecclesias quascumque nostre Diocesis, et potissimum Exoniensem Ecclesiam, Sponsam nostram, suis iuribus per maliciam privare presumunt, libertatesve ipsius et earum, seu liberas consuetudines, infringere vel turbare, aut in aliquo diminuere; seu contra Privilegia ei vel eis generaliter aut specialiter indulta scienter venire, aut contra ea facere quovismodo. Et caveant nostri subditi universi ne hanc Excommunicacionis Sentenciam incurvant forsitan ignorantes; quia per hec verba declarantur Excommunicacionis vinculo subjacere omnes illi qui Literas impetrant a quacumque Curia laicali, ad impediendum Ecclesiasticorum Judicium Processum in Causis et negociis que per Sacros Canones noscuntur ad Forum Ecclesiasticum pertinere; omnesque illi et singuli qui, false exceptionis titulo, Episcopalem seu Archiepiscopalem Processum impediunt aut subterfugiunt Di[sc]iplinam.—Item, Auctoritate qua prius, excommunicatos esse denuncietis omnes illos qui pacem et tranquillitatem Domini nostri Regis illustris et Regni Anglie nequiter et injuriose perturbantes. perturbare presumunt, seu ad hoc dederint consilium, auxilium, vel favorem; qua Sentencia involvi, eciam, declarantur non solum guerrarum horrores nequiter suscitantes, verum eciam omnes latrones publici ac predones, et

De libertatis et liberis consuetudinibus Ecclesie.

Pacem Regni perturbantes.

et

A.D. quicumque Regni justiciam temere impugnantes.—Item, Auctoritate eadem.
 1350. excommunicatos esse denuncietis omnes et singulos qui gracia lucri, odii,
 Vol. I. vel favoris, maliciose crimen inponunt alicui de quo prius apud bonas et
 De infamia. graves personas non fuerat infamatus; cuius inpositionis pretextu ei indi-
 catur Purgacio, modove alio pregravetur.—Item, omnes illos qui clericos,—
 [fol. 164v.] scientes ipsos esse clericos et publice ac notorie pro clericis habitos et repu-
 putatos, ac pro talibus se gerentes, de crimine non confessos, nec convictos,
 Capien- nec eciam Canonice indictatos,—maliciose indictant, proscribunt, banniunt,
 tes cle- arrestant, capiunt, et detinent invitatos, seu indictari, banniri, vel pro-
 ricos. scribi, arrestarive, capi, et detineri procurant, aut quo voluerint abire
 Aufe- libere non permittunt.—Item, omnes et singulos qui de Domibus, Maneriis,
 rentes Grangis, aut locis aliis ad Archiepiscopos, Episcopos, vel alias Personas
 bona Ecclesiasticas qualescumque, seu ad quascumque Ecclesias Cantuariensi
 clero- rum de Provincie pertinentibus, quicquam et preter et contra voluntatem Domini
 Gran- norum, vel eorum qui sunt sub eis hujusmodi rerum custodiis deputati,
 Maner- abstrahere, capere, consumere, vel contrectare presumperint, abstrahi, capi,
 iis, etc. consumi, seu contrectari fecerint, aut hujusmodi abstraccionem, capcionem,
 consumpcionem, vel contrectacionem, suo nomine vel a familiaribus suis
 De jure factam, ratam habuerint et acceptam.—Item, omnes illos qui, vacante
 Patro- Ecclesia, maliciose opponunt, vel opponi faciunt, aut procurant questionem
 natus. de jure Patronatus, ut verum Patronum a Collacione illius Ecclesie vel
 De cap- Presentacione ad eandem saltim impediант illa vice.—Item, omnes illos
 eleri- qui maliciose exequi differunt vel contempnunt Mandatum Domini Regis
 corum de excommunicatis ad significacionem Ecclesie capiendis, ipsorumque im-
 excom- pediunt capcionem, seu procurant eorundem liberacionem indebitam et in-
 muni- justam, preter et contra Decretum Ecclesiastice Di[s]cipline.—Item, omnes
 cato- illos et singulos qui fugientes ad Ecclesiam, Cimiterium, vel Claustrum,
 rum. violenter abstrahunt ab eisdem; eos, eciam, qui illis ibidem existentibus
 De fugi- ad Ec- victum necessarium prohibent ministrari.—Item, omnes et singulos qui
 entibus clesiam. libertates et liberas consuetudines in Magna Carta et in Carta de Foresta,
 Magna ad Dei laudem et gloriam, Ecclesie et Regni pacem ac quietem, provide con-
 Carta et cessas et ordinatas, quacumque arte vel ingenio violaverint, infregerint,
 Carta dediminuerint, seu mutaverint, clam vel palam, facto, verbo, aut consilio,
 Foresta. contra illas vel earum aliquas temere veniendo.—Ut, autem, premissa peri-
 cula ad omnium quorum interest noticiam deducantur, vobis, communiter
 et divisim, districte precipiendo injungimus et mandamus quatinus dictas
 Excommunicacionum Sentencias vos, videlicet, Domine Prior, et Vicarius
 antedicti, hoc instanti Festo celebri Pentecostes [16 May] et duobus diebus
 immediate sequentibus, neconon in Solempnibus Festis Trinitatis [23 May]
 et Corporis et Sanguinis Jhesu Christi [27 May], ceterisque Diebus Dominicis
 et Festivis usque ad Festum Nativitatis Beati Johannis Baptiste [24 June]
 inclusive, in Ecclesiis tam Conventuali Bodminie quam Parochiali Loci;
 vosque, Decane supradicte, in Ecclesia vestra Sancti Tidii, ac eciam in
 singulis Ecclesiis Parochialibus Decanatus Minoris Trige antedicti, diebus
 suprascriptis, intra Missarum Solempnia, cum major in eis Cleri et populi
 multitudine convenit ad Divina, publicetis solemniter in vulgari, aut faciatis
 per alios modo simili publicari, ac delinquentes hujusmodi predicti Sentencias
 esse dampnabiliter involutos, pulsatis campanis, candelis accensis, in terram
 que projectis et extinctis, publice et cum omni solemnitate debita, nuncietis,
 aut faciatis per Rectores, Vicarios, et Capellanos Parochiales Ecclesiarum
 dicti Decanatus, publice et solemniter nunciari. Quid, vero, feceritis in
 premissis, et quilibet vestrum fecerit in hac parte, nos, citra Octabas
 Nativitatis Beati Johannis [Baptiste] antedicti, certificetis, et certificet quilibet
 vestrum, distincte et aperte, Literis vestris et suis patentibus, habentibus
 hunc tenorem.—Datum apud Chuddeleghe, x^{mo} die Julii, Anno Do-
 mini Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo, et Consecrationis nostre vicesimo
 tercio.

—Et memorandum quod emanavit consimile Mandatum Priori Sancti Germani,

A.D. ac Archidiacono Tottonie, vel ejus Officiali, Decano, et aliis, etc., ac Decanis
 1350. de Estwevelshire et Westwevelshire, ad dictam Sentenciam simili modo
 Vol. I. publicandam ; videlicet, quilibet in Dioceſi et in Partibus suis.

[fol. 166b.] Georgeham [Hamme, MS.]; Master John Dirworthe, subdeacon, R.—

Dispensation: non-residence for a year, to study at Oxford, or elsewhere in England (Clyst, 12 Oct.).

[Mutatio Anni Consecrationis Domini.]

Anno Domini M°. CCC^{mo} quinquagesimo, et Consecrationis
 nostre vicesimo quarto.

A.D. St. Ladock ; Master Stephen Trevaignon ; subdeacon,¹ R.—

1350. *Dispensation*: non-residence for a year, to study (Chudleigh, 29 Oct.).

St. Stephen-in-Branneſ ; Master Ralph de Treiagu, subdeacon, R.—

Licence of non-residence for a year, to study (same date.)

St. Martin's-by-Looe ; Adam de Stonore, subdeacon, R.—

"Consimiles Literas Dispensacionis et studendi" (same date).

Parkham ; Master Thomas de Bodrugan, deacon, R.—

A similar Licence (same date).

fol. 165. Rome (*in a recent hand*—"Commissio Nuncii Sedi Apostolice")—

165. *Memorandum* quod x^{mo} die mensis Decembris, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} l^{mo}, Dominus recepit Literas Venerabilis Patris, Domini Simonis [de Islepe], Cantuariensis Archiepiscopi, tenorem qui sequitur continentes,—Simon, permissione Divina Cantuariensis Archiepiscopus Tocius Anglie Primas, et Apostolice Sedi Legatus, Venerabilibus Fratribus, Episcopis et Suffraganeis nostris universis et singulis, presentes Literas inspecturis, salutem et fraternalm in Domino caritatem, ac Mandatis Apostolicis in hac parte firmiter obedire.—Presentatas nobis Literas Apostolicas, una cum Literis Venerabilis Viri, Domini Raymundi Pelegrini, Canonici Londoniensis, Domini nostri Pape Capellani, et Sedi Apostolice Nuncii ad partes Anglie destinati, tenorem ipsarum Literarum Apostolicarum continentibus, recepiimus sub hiis verbis,—Reverendo in Christo Patri, Domino Dei gratia Archiepiscopo Cantuariensi, ejusque Vicario et Vicariis, Officiali et Officialibus, et quibusvis aliis vestris, Domini Cantuariensis Archiepiscopi Ecclesiasticorum negotiorum Gestoribus, et locatenentibus eorundem, Raymundus Pelegrini, Canonicus Londoniensis, etc., salutem in Domino, et Mandatis nostris, immo verius Apostolicis, firmiter obedire. Apostolicas Literas, vera bulla plumbea in filo canapis more Romane Curie bullatas, non viciatas, non cancellatas, nec in aliqua earum parte suspectas, nos habere neveritis, in hec verba,—Clemens Episcopus, Servus servorum Dei, Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopis et Episcopis, ac dilectis filiis, Electis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Prepositis, Archidiaconis, Archipresbiteris, Plebanis, Rectoribus, et aliis Ecclesiarum Prelatis, ac eorum vices gerentibus, ac Personis Ecclesiasticis quibuscumque, Regularibus et Secularibus, et Ecclesiarum ac Monasteriorum Capellanis et Conventibus, exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Cartusiensis, Premonstratensis,

¹ Ordained subdeacon by the Bishop of Winchester, in the Chapel of Southwark Manor, 22 May, 1350,—per

Dimissorias (Register Edyndone, fol. X).

F.J.B.

A.D. Sanctorum Benedicti et Augustini, et aliorum Ordinum ; necnon, Magistris
1350. et Preceptoribus Hospitalis Sancti Johannis Ierosolimitani, et Beate Marie

Vol. I. Theotonicorum et Calatrancium per Angliam constitutis, ad quos pre-
sentes Litere pervenerint, salutem et Apostolicam benedictionem.—Cum
nos dilectum filium, Reynundum Pelegrini, Canonicum Londoniensem
(etc., ut supra), ad Partes Anglie pro quibusdam magnis et arduis negotiis
presencialiter destinemus, Universitatem vestram requirimus et hortamur
attente, per Apostolica vobis scripta mandantes quatinus, eundem Ray-
mundum, cum per Partes vestras transitum fecerit, ob reverenciam Sedis
Apostolice atque nostram, benigne recipientes et honeste tractantes, sibi,
quamdiu in hujusmodi negotiorum prosecuzione fuerit, singulis diebus in
sex florenis auri pro suis necessariis, et de securo conductu, necnon de
evectionibus oportunis si sue forsan in via decesserint aut defecerint, aut
fuerint impediti, cum super premissis per eundem Raymundum vel ejus
nuncium fueritis requisiti,—vobis, tamen, quam primum commode fieri
poterit, evectionibus restituendis eisdem,—in eundo, morando, et redeundo,
liberaliter providere curetis. Et, si eundem Raymundum in aliquibus
terris sive locis vestris, ex aliqua justa causa, moram trahere forte con-
tigerit, volumus quod non solum Prelati et Ecclesiastice Personae terrarum et
locorum ipsorum, set etiam Archiepiscopi, Episcopi, Electi, Abbates, Piores,
Decani, Prepositi, Archidiaconi, Archipresbiteri, Plebani, Rectores, et alii
Ecclesiastici Prelati, seu eorum vices gerentes, ac Personae Ecclesiastice que-
cumque, Religiouse et Seculares, ac Ecclesiarum et Monasteriorum Capitula et
Conventus, exempti et non exempti, Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstra-
tensis, Sanctorum Benedicti et Augustini, et aliorum Ordinum quorumcumque,
necnon Sancti Johannis Ierosolimitani, Beate Marie Theotonicorum, Magistri
et Preceptores vicinarum et aliarum Civitatum et Diocesum circumposita-
rum, sicut idem Raymundus pro hujusmodi dividendis et facilius supportan-
dis oneribus expedire viderit, in provisionibus et subventionibus hujusmodi
contribuere teneantur. Sic, itaque, Mandatum nostrum hujusmodi effica-
citer adimplere curetis quod devocationem vestram exinde commendare merito
valeamus. Alioquin, Sentenciam quam idem Raymundus, per se vel alium,
rite tulerit in rebelles, super quo plenam sibi, tenore Presencium, concedimus
facultatem, ratam habebimus, et faciemus, auctore Domino, usque ad satis-
factionem condignam inviolabiliter observari ; non obstantibus si aliquibus,
communiter vel divisim, a Sede sit indultum predicta quod Nunciis Sedis
ejusdem procuracionem aliquam exhibere, vel in ipsa contribuere, nisi ad
eos declinaverint, minime teneantur et ad id compelli, aut quod interdici,
suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas que de
Indulto hujusmodi ac toto tenore ipsius plenam et expressam non fecerint
mencionem, et quibuslibet Privilegiis et Indulgencias quibuscumque Locis
et Personis ac Ordinibus, sub quacumque forma vel expressione verborum,
ab eadem Sede concessis, de quibus quorumque totis tenoribus in nostris
Literis similis mencio sit habenda, et per que presentis Mandati nostri
effectus quomodolibet valeat impediri.—Datum Avinione, iij Nonas Septem-
bris, Pontificatus nostri anno nono [3 Sept., 1350].—Vigore, igitur, supra-
scriptarum Literarum Apostolicarum, vos, prefatum Dominum Archiepi-
scopum, et omnes alias et singulos suprascriptos quibus presens Processus
dirigitur, nos, Raymundus Pelegrini, Canonicus Londoniensis, dicte Sedis
Nuncius supradictus, tenore Presencium, Apostolica Auctoritate qua fun-
gimur in hac parte, requirimus et monemus, communiter et divisim, in
virtute Sancte Obedientie, penisque et Sentenciis infrascriptis vobis et
vestrum cuilibet districte precipiendo mandamus quatinus, de fructibus,
redditibus, et proventibus Archiepiscopatus vestri predicti, pro stipendiis
nostris nobis ab Apostolica Sede concessis pro quadraginta tribus diebus
quibus in vestris Civitate, Diocesi, et Provincia moram et transitum
necessario, in veniendo, morando, et redeundo, contraximus et contrahere
intendimus, ducentos quinquaginta octo florenos auri de Florencia, boni

A.D.
1350. ponderis, seu valorem eorundem de moneta currente,—sex florenos pro quolibet die, nobis per supradictas Literas Apostolicas attributos ; quos Vol. I. predictos ducentos l octo florenos, vobis occasione hujusmodi imponendos, decernimus infra spaciun sex dierum, computandum a presentacione seu noticia Presencium, quorum duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos pro tercio et pereemptorio monitionis edicto, ac tercia et ultima Monitione Canonica, vestrum singulis statuimus, ad locum in quo ipso statuto vobis termino, dum, tamen, in Anglia nos esse contingat, alioquin Londoniis, Venerabili viro, Magistro Hugoni Pelegrini, Thesaurario Lichefeldensi, et Sedis Apostolice in Anglia Nuncio, per vestrum fidelem nuncium, sub vestris periculo et fortuna vestrisque sumptibus et expensis, transmitti et et solvi facere nobis, aut dicto Magistro Hugoni, quem ad recipiendum dictos ccvij florenos nostro nomine deputavimus, in casu quo nos dicto statuto termino extra Regnum Anglie esse contingat, integraliter studeatis, ac Notario nostro pro confeccione Presencium et labore, sicut vobis videbitur, fol. 163. providere curetis ; jure nostro nobis in posterum semper salvo. Nos, autem, dictos ccvij florenos aut valorem ipsorum, illud quod dabitis Notario predicto, et alias expensas legitimas quas pro premissis feceritis, imponendi, dividendi, distribuendi, taxandi, inter vos, Dominum Archiepiscopum memoratum et Reverendos Patres, Dominos Episcopos, ac Clerum, singulasque Personas Ecclesiasticas, Regulares et Seculares, exemptos et non exemptos, cujuscumque Ordinis, Dignitatis, condicionis extiterint, vestrorum Provincie, Ecclesie, Civitatis, et Diocesis Cantuariensis, pro rata parte et non amplius Personam quamlibet contingente, cuiuslibet Persone Ecclesiastice facultatibus diligenter attentis, super quo vestras conscientias oneramus ; ipsosque ccvij florenos vel valorem eorundem, illud quod dederitis Notario prefato, vel alias expensas predictas, juxta imposicionem, divisionem, distributionem, et taxacionem easdem, petendi, exigendi, recolligendi, recuperandi, recipiendi a dictis Dominis Episcopis, Electis, singulisque Personis Ecclesiasticis antedictis, deducta primitus ex eisdem congrua porcione vos, Dominum Archiepiscopum, contingente, cum vos contribuere pro rata parte in hiis sicut et ceteri debeatis ; de receptis finem et quietacionem, liberacionem perpetuam faciendi, contradictores rebelles ad hec per Censuram Ecclesiasticam compellendi, et ulterius in hiis vices nostras totaliter exequendi ; quas plene committimus, donec eas ad nos duxerimus revocandas ; vobis, Domino Archiepiscopo, seu vestris Vicariis vel Officialibus supradictis, et cuiilibet insolidum Auctoritate predicta omnimodam concedimus facultatem. Proviso quod premissorum pretextu aliquem, vel aliquos ultra justum et debitum non gravetis, nec ob id aliam taxacionem fieri quomodolibet permittatis. Alioquin, si premissa omnia et singula non adimpleveritis cum effectu, aut aliquod in contrarium feceritis, in vos Dominum prefatum Archiepiscopum Interdicti ab ingressu Ecclesie, et in vestram Cantuariensem Ecclesiam ejusdem Interdicti, et in ceteros alios supradictos, quos presens tangit Processus, singulariter in singulos Excommunicacionis Sentencias, exnunc prout extunc, in hiis Scriptis, dicta Canonica Monitione premissa, sentencialiter promulgamus. Quod Interdictum si per quatuor dies (*etc., in the common form, ut supra*). In quorum omnium testimonium presentem Processum nostrum per Notarium nostrum infrascriptum scribi et publicari mandavimus et sigilli nostri appensione muniri.—Datum et actum apud Cherryngge, Cantuariensis Diocesis, viij die mensis Novembris, Anno Domini M^o. CCC^{mo} I^{mo}, Indicione quarta, etc. ; presentibus discretis viris, Dominis Rogero de Feribi, Rectore Ecclesie de Tyntinhille, Bathoniensis Diocesis, et Waltero de Nettelton, presbitero, Lincolniensis Diocesis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego, Guillelmus Rolberti, clericus, Caturicensis Diocesis [*Cahors*], Publicus Apostolica Auctoritate Notarius, predictis omnibus et singulis, una cum dictis testibus (*etc., ut supra*), meoque signo consueto signavi rogatus. —Verum, quia eidem Domino Raymuudo, Nuncio prefato, infra tempus

A.D. nobis in hac parte limitatum, satisfecimus de summa pro qua nobis scripsit
 1350. per suas Literas supradictas, ipsam summam, Auctoritate Apostolica nobis
Vol. I. in hac parte commissa, de bonis Ecclesiasticis nostris et vestris, ac aliarum
 Personarum Ecclesiasticarum in dictis ipsius Nuncii Literis contentarum,
 juxta earundem Literarum formam, colligi et levari inponimus et decernimus,
 justicia suadente; vobis, in virtute Obedience qua dicte Sedi
 tenemini, firmiter injungentes quatinus quilibet vestrum Suffraganeorum
 nostrorum, infra duorum mensium spaciū, a tempore quo presentes
 Litere presentate fuerint et recepte continue numerandum, quas absque
 mora retradi libere presentanti volumus et mandamus, retenta primitus
 per recipientem, suis sumptibus, copia earundem, de singulis quadraginta
 solidis universorum bonorum Ecclesiasticorum suorum priorum, et alia-
 rum singularium Personarum in ipsius Civitate vel Diocesi existencium,
 juxta taxacionem eorumdem bonorum secundum quam solvi decima con-
 suevit, singulos quadrantes exigi, colligi faciat et levari. Quam, quidem,
 peccuniam sic collectam et levatam, una [cum] porcione se ipsum concer-
 nente, discreto viro, Magistro Alano de Hothum, Canouico Londoniensi,
 Receptor in hac parte per nos deputato, Londoniis, in Hospicio suo quod
 ibidem inhabitat, infra quindecim dies post lapsum dictorum duorum
 mensium persolvi integre faciat et satisfieri de eadem. Prefatam, autem,
 collectionem singulorum quadratorum (*sic*) de singulis quadraginta solidis
 sic fieri, ut premittitur, taxavimus et decrevimus, habita consideracione,
 ad summam prefatam solutam, ac alia onera et expensas que circa collec-
 tionem prefatam et ipsam concernencia necessario fieri conspicimus et subiri.
 Et, si quid de peccunia sic collecta ultra imputacionem nobis de hiis que,
 ut premittitur, solverimus, et satisfactionem expensarum et onerum pre-
 dictorum hiis quibus fieri convenit facienda contigerit superesse, totum
 id, ad relevacionem omnium prefate collectioni contribuendum, in futuris
 impositionibus nobis et ipsis sic contribuentibus pro admissione Nunciorum
 consimilium in posterum facienda, reservari fideliter faciemus. Monemus,
 eciam, vos, prefatos Episcopos et Confratres nostros, et quemlibet vestrum;
 primo, secundo, et tertio, pro peremptoria et Canonica Monitione, Auctor-
 itate predicta, quatinus quilibet vestrum omnia contenta in nostris Literis
 prefatis Clero et singulis Viris Ecclesiasticis sue Diocesis, cum ea celeritate
 qua poterit, sufficienter et legitime faciat intimari, et competentem ipsis
 terminum assignari ad satisfaciendum Collectori in ea parte per eum depu-
 tando de porcionibus eos in hac parte contingentibus. Quos, eciam, omnes
 et singulos, tenore Presencium monemus primo, secundo (*etc., ut supra*),
 quatinus singuli eorum infra terminum sic, ut premittitur, assignandum
 de dictis porcionibus eos contingentibus dicto Collectori satisfaciant com-
 petenter. Quilibet, insuper, vestruui, Domini Episcopi supradicti, de por-
 cione ipsum in hac parte contingente prefato nostro Receptor Londoniis
 satisfaciat, citra lapsum quindecim dierum predictorum duos menses pre-
 fol. fatus proximo subsequencium, sub pena Sentencie Excommunicacionis
 166b. Majoris, quam in omnes et singulos, alias a vobis Dominis Episcopis supra-
 dictis, non parentes plene Mandatis vel Monitionibus nostris, vel vestris,
 predictis, Auctoritate premissa factis seu faciendis, mora vel culpa eorum
 precedentibus, et Canonica Monitione premissa, exnunc, prout extunc,
 ferimus in hiis Scriptis. Vos, autem, Dominos Episcopos supradictos,
 quibus propter honorem Pontificalis Dignitatis deferimus in hac parte, si
 premissa vobis demandata non adimpleveritis, vel contra ea feceritis, culpa
 vel mora vestris intervenientibus, et Canonica Monitione premissa, ab in-
 gressu Ecclesie suspendimus in hiis Scriptis. Absolucionem, vero, eorum
 qui Censuras nostras superius latas incurrerint, nobis specialiter reservamus.
 De die, vero, receptionis Presencium, ac quid et quantum quilibet vestrum
 in suis Civitate et Diocesi colligi fecerit et levari, nos, infra dictos quin-
 decim dies, ubicunque tunc in nostris Civitate, Diocesi, vel Provincia
 Cantuariensi fuerimus, distincte certificet per suas Literas patentes, harum

A.D. seriem, ac solvencium et non solvencium nomina, continententes.—Datum
1350. apud Maydenstane [Maidstone], xv Kalendas Decembris [17 Nov.], Anno
Vol. I. Domini Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo, et Consecrationis nostre primo.
fol. 167. *Et memorandum* quod, post receptionem dictarum Literarum pro dicta pro-
curacione levanda Domino directarum, idem Dominus scripsit duo Mandata
ad dictam procuracionem levandam; unum, videlicet, Officiali sue Peculiaris
Jurisdictionis in Devonia, et aliud Officiali sue Jurisdictionis Peculiaris in
Cornubia; sub hac forma,—Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Officiali
nostre Peculiaris Jurisdictionis in Devonia, salutem, graciam, et benedictionem.—Literas Venerabilis Patris, Domini Symonis, Dei gratia Cantuariensis
Archiepiscopi, Tocius Anglie Primatis, et Apostolice Sedis Legati, quarun-
dam aliarum Literarum Apostolicarum, videlicet, et Venerabilis Viri,
Domini Reymundi Pelegrini, Canonici Londoniensis ac dicte Sedis Nuncii,
transumptum et copiam continentes, recepimus, in hec verba,—Symon, etc.,
ut supra.—Volentes, itaque, contenta in eisdem Literis, prout et quatenus
nos ac Clerum nostrarum Civitatis et Diocesis concernunt, executioni debite
demandare, ad publicandum in nostris Civitate et Archidiaconatibus Exonie,
Tottonie, et Barnastapolie, in dicta nostra Exoniensi Ecclesia, cum omni
celeritate, omnia et singula contenta in Literis et Processibus suprascriptis,
et ea ad omnium et singulorum Civitatis et Archidiaconatum predictorum
quos concernunt indubitam noticiam deducendum; necnon, ad exigendu-
m, levandum, et recipiendam, pro procuracione Domini Reymundi
Pelegrini, Nuncii antedicti, de singulis quadraginta solidis sterlingorum
singulorum bonorum et Beneficiorum Ecclesiasticorum singularum Personarum
Ecclesiasticarum in predictis executoriis Literis plenius descriptarum,
et in nostris Civitate ac Archidiaconatibus predictis existencium, juxta
taxacionem eorundem bonorum et Beneficiorum, secundum quam solvi
decima consuevit, singulos quadrantes monete currentis; contradictores
quoslibet et reuelles in Censuras latas in Processibus suprascriptis, culpa et
mora eorum precedentibus, incidisse pronunciandum, eosque easdem Cen-
suras incurri se denunciandum; ac omnia alia et singula faciendum que
nobis per dictas Literas sunt injuncta; vobis, de cuius fidelitate, diligencia,
ac circumspeccionis industria ad plenum in Domino confidimus, committi-
mus vices nostras. Ideoque, auctoritate predicta, vos monemus, sub penit
et Censuris latis in Literis et Processibus supradictis vobis firmiter injun-
gentes, quatinus omnia et singula per nos vobis commissa, ut premittitur,
in hac parte, celeriter, diligenter, et fideliter exequi et facere curetis,
totamque pecuniam per vos pro procuracione hujusmodi colligendam ad
nos, citra instans Festum Purificacionis Beate Marie [2 Feb.], deferre, ac
Receptori per nos deputando integraliter solvere studeatis. Diem, autem,
receptionis Presencium executionisque earum formam; nomina, eciam,
solvencium et non solvencium, ac Beneficiorum suorum, et quid effectualiter
feceritis in hac parte, nobis, citra dictum Festum, rescribatis Literis vestris
patentibus, habentibus hunc tenorem.—Datum apud Chuddeleghe, xxij^{to}
die mensis Decembris, Anno Domini M^o. CCC^{mo} quinquagesimo, et Conse-
crationis nostre vicesimo quarto.

Item, receptis Literis Domini Radulphi [de Stratforde], Dei gratia Londoni-
ensis Episcopi, continentibus transumptum quarundum Literarum Apo-
curacio stolicarum, videlicet et Reverendi in Christo Patris, Domini Symonis, Dei
Nuncii gracia Cantuariensis Archiepiscopi, etc., Domino Episcopo Exoniensi
Sedis directarum, ad levandum, seu levari et colligi faciendum, singulos quad-
rantes de singulis libris omnium Beneficiorum et bonorum Ecclesiasticorum
Apolice, de sin- quorumcumque, tam exemptorum quam non exemptorum, in Diocesi sua
gulis existencium, juxta effectum Literarum predictorum pariter et tenorem, pro
xxs. procuracione Bernardi de Caulesone, Archidiaconi Elnensis [Perpignano],
quadr. Sedis Apostolice in Angliam Nuncii, pro quibusdam arduis negotiis, per Domi-
num nostrum Summum Pontificem destinati, scriptum fuit Officialibus
Archidiaconorum ad dictas Literas et omnia contenta in eisdem diligenter

A.D. et fideliter exequendum ; necnon, ad dictos quadrantes de singulis libris
 1350. bonorum et Beneficiorum Ecclesiasticorum, ut predictur, quatenus ad
 Vol. I. decime solucionem sunt taxata, levandum et colligendum, et inde Domino
 integraliter respondendum. Quorum quadratum summam, per eos sic
 Summa levatam pariter et collectam, que se extendit in toto ad *iiijli. xvijjs.*,
iiijli. exceptis quadrantibus de Beneficiis non solvencium, de quorum nominibus
xvijjs. liquere potest in certis rotulis, eorum in hac parte certificatoriis annexis,
 Receptoris Domini liberarunt et plenarie persolverunt. Quas, quidem,
iiijli. xvijjs. predicti Magistri Adam et Nicholaus, una cum dictis *xlixs.*, pro
 alia procuracione, ut premittitur, prefato Magistro Alano, Receptoris in hac
 parte similiter deputato, *xxij* die Februarii, sub anno proximo supradicto,
 Acquie- Londoniis, vice Domini persolverunt et inde acquietanciam habuerunt, in
 tancia hec verba,—Pateat universis per Presentes quod nos, Alanus de Hothom,
 summe. Canonicus Londoniensis, Receptor quadratum de singulis libris seu viginti
 solidis sterlingorum, de bonis et Beneficiis Ecclesiasticis virorum Ecclesias-
 ticorum, exemptis et non exemptis, Exoniensis Diocesis, ratione expensarum
 Domini Bernardi de Caulesone, Archidiaconi Elnensis, Sedis Apostolice in
 Angliam Nuncii, collectis, per Venerabilem Patrem, Dominum Symonem,
 Dei gratia Cantuariensem Archiepiscopum, etc., in hac parte deputatus,
 receperimus et habuimus, die confeccionis Presencium, a Venerabili Patre,
 Domino Johanne, Dei gratia Exoniensi Episcopo, pro suis temporalibus et
 spiritualibus, et de quadrantibus collectis a Beneficiis Ecclesiasticis sub-
 ditorum Diocesis sue, quatuor libras et octodecim solidos sterlingorum. In
 enjus rei testimonium sigillum quo utimur in Officio antedicto fecimus hiis
 apponi.—Data Londoniis, die et anno supradictis.

A.D. Notaries-Publick ; *Creacio Registrarii in Notarium Publicum* [et
 1350-1. R.] *Aysshulle*,—

[fol. Item, tercio die mensis Februarii, Anno Domini M^o. CCC^{mo} quinquagesimo,
 166b.] Indicione quarta, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini,
 Clementis, Divina Providencia Pape Sexti, Anno IX^o, apud Chnddeleghe,
 Dominus auctoritate ejusdem Facultatis seu Gracie, sibi a Sede Apostolica
 attribute per Literas Apostolicas, vera Bulla plumbea bullatas, non viciatas,
 set omni vicio et suspicione carentes, quarum tenor superius inseritur—[See
 page 1084], ibi videlicet ubi Nicholaus de Braibroke, clericus et Registrarius
 dicti Domini, auctoritate earundem Literarum, per ipsum creatus est in
 Notarium, creavit Magistrum Ricardum Aishulle, clericum, Exoniensis
 Diocesis, non conjugatum, nec in Sacris Ordinibus constitutum, in Notarium
 Publicum, ipsumque de Officio Tabellionatus per calami et calamari tradic-
 tionem tunc presencialiter investivit ; recepto ab eo et per ipsum prestito
 juramento, juxta formam in ipsis Literis Apostolicis plenus expressatam.
 Presentibus tunc, ibidem, Magistris Othono de Northwode, Archidiacono
 Exonie, Benedicto de Pastone, Cancellario [Domini], Roberto Mothecombe,
 Rectore de Dydesham, et aliis testibus, etc. ; et me, N. Braiboke, Notario
 Publico, cui Dominus injunxit et mandavit ut dicto Magistro Ricardo super
 Creacione sua hujusmodi in Notarium Publicum publicum conficerem In-
 strumentum ; quod postea feci, de Mandato et Precepto dicti Patris et
 Domini, et per Partem specialiter requisitus.

[fol. The procurations of the Legate ; *De singulis xls., quadrans*,—

[166b.] Item, vicesimo tercio die mensis Februarii, Anno Domini supradicto, Dominus,
 Londoniis, in celebrato tunc Parliamento personaliter constitutus, solvit
 per manus Magistri Ade de Licchefelde, Rectoris Ecclesie de Northam,
 Exoniensis Diocesis, et Nicholai de Braybroke, Notarii ejusdem Domini,
 Magistro Alano Hothom, Canonico Ecclesie Sancti Pauli Londoniarum,
 Receptoris deputato de pecunia in Diocesi Exoniensi predicta levata per
 Dominum et collecta, et Magistro Reymundo Pelegrini, Nuncio Sedis Apo-
 stolice antedicto, in Angliam, ut premittitur, misso, ratione procuracionis
 debita.—*Unde sequitur Acquietancia* :—

A.D. Pateat universis per Presentes quod nos, Alanus de Hothom, Canonicus
 1350. Ecclesie Sancti Pauli Londoniarum, Receptor quadrantum de singulis quad-
 1. raginta solidis sterlingorum, de bonis et Beneficiis Ecclesiasticis virorum
 Vol. I. Ecclesiasticorum, exemptis et non exemptis, tocius Provincie Cantuariensis,
 ratione expensarum Magistri Reymundi Pelegrini, Canonici Londoniensis,
 Sedis Apostolice in Anglia Nuncii, collectarum, per Venerabilem Patrem
 Dominum Symonem, Dei gratia Cantuariensem Archiepiscopum, Tocius
 Anglie Primatem, in hac parte deputatus, receperimus, die confecccionis Pre-
 sencium, a Venerabili Patre, Domino Johanne, Dei gratia Exoniensi Epi-
 scopo, pro suis temporalibus et spiritualibus, et de quadrantibus collectis a
 Beneficiis Ecclesiasticis subditorum Diocesis sue, quadraginta et novem
 solidos sterlingorum. In cuius rei testimonium sigillum quo utimur in
 Officio antedicto fecimus hiis apponi.—Data Londoniis, xxij die Februarii,
 Anno Domini M° CCC^{mo} quinquagesimo.

fol 167b Convocation,—

Venerabili in Christo Patri ac Domino, Domino Johanni, Dei gratia Exoniensi
 Episcopo, Radulphus [de Stratforde], Ejusdem permissione Londoniensis
 Episcopus, salutem et sincere caritatis continuum incrementum.—Literas
 Reverendi in Christo Patris et Domini, Domini Symonis [de Islepe], Dei
 gratia Cantuariensis Archiepiscopi, etc., receperimus, hunc tenorem habentes.
 —Symon, etc., Radulpho, etc., salutem et frateriam in Domino caritatem.
 —Licet a primordio nostre promocionis ad Dignitatem cui, quamvis in-
 meriti, presidemus, jugiter nostro insidebat desiderio, pro aliquibus ad pacem,
 tranquillitatem, et utilitatem tocius Ecclesie Anglicane tendentibus salubri-
 ter statuendis, Confratres nostros aliosque Prelatos et Clerum nostre Pro-
 vincie convocasse; ex aliquibus, tamen, causis nos moventibus hujusmodi
 Convocationem facere hucusque distulimus; nunc, autem, tam ad instan-
 ciam Domini nostri Regis, nobis ea occasione scribentis, quam propter utilita-
 tem Cleri et Ecclesie, de consilio et assensu Suffraganeorum nostrorum in isto
 ultimo Parliamento presencium, Confratres, Prelatos, et Clerum dicte nostre
 Cantuariensis Provincie, ad diem et locum infrascriptos duximus convo-
 candos. Tenor, vero, Literarum Domini nostri Regis talis est,—Edwardus,
 Dei gratia Rex Anglie et Francie, et Dominus Hibernie, Venerabili in
 Christo Patri, Symoni, etc., salutem.—Qualiter negocia, tam nos et statum
 Regni nostri quam necessariam defensionem ejusdem contingencia, ac onera
 nobis propter huc incumbencia, vobis et aliis in presenti Parliamento nostro
 existentibus plenius exposuimus vos non latet; ad quorum onerum sub-
 portacionem, absque adjutorio fidelium nostrorum, non sufficimus, sicut
 scitis, et proinde aliquod subsidium congruum, in subportacionem tantorum
 onerum, a vobis et aliis a Clero Provincie vestre, in dicto Parliamento tunc
 presentibus, nobis concedi petivimus, sicut uigens necessitas et evidens
 utilitas id exposcunt. Nos, ut dicta negocia, que salvacionem tam Sancte
 Ecclesie quam Regni nostri Anglie [tangunt], maturiori deliberacione valeant
 expediri, vobis, in fide et dilectione quibus nobis tenemini rogando, man-
 damus quatinus, attentis tam arduitate negotiorum predictorum quam peri-
 culis que per defectum defensionis hujusmodi verisimiliter evenire possent,
 dictos Suffraganeos vestros, Decanos, et Piores Ecclesiarum Cathedralium,
 Abbates, Piores, et alios electivos, exemptos et non exemptos, neconon
 Archidiaconos, Capitula, Conventus, Collegia, totumque Clerum cuiuslibet
 Diocesis dicte Provincie, ad comparendum coram vobis, in aliquo loco
 congruo ubi expedire videritis, ad breviorem diem quem poteritis, more
 solito convocari faciat; et, expositis eis dictis negotiis, ibidem, ipsos ad
 aliquod competens subsidium nobis, in auxilium subportacionis dictorum
 onerum, cum efficacia inducatis, et partes vestras ad hoc effectualiter appo-
 natis; nos de qualitate subsidii illius ac de terminis solucionis ejusdem
 certificantes. Et hoc, sicut nos et honorem nostrum, ac salvacionem et
 defensionem dicti Regni et Ecclesie Sancte diligitis, nullatenus omittatis.—

A.D. Teste meipso, apud Westmonasterium primo die Marcii, Anno Regni nostri
 1350-1. Anglie xxv^{to}; Regni, vero, nostri Francie xij^{mo}.—Quocirca vestre Frater-
 Vol. I. nitati coiunctimmo et mandamus quatinus Venerabiles Fratres nostros,
 Coepiscopos, Electos, Confirmatos, Suffraganeos, nostre Cantuariensis
 Ecclesie, absenciumque Vicarios si qui fuerint, citetis peremptorie, et per
 eos Decanos, Piores Ecclesiarum Cathedralium, Abbates et Piores alias
 electivos sub se plenum Conventum habentes; necnon, Archidiaconos,
 Capitula, Conventus, et Collegia, Clerum cujuslibet Diocesis nostre Pro-
 vincie antedictae, citari volumus peremptorie quod compareant coram nobis,
 vel nostro Commissario, in Ecclesia Sancti Pauli Londoniarum, die Lune
 proxima post Dominicam qua cantatur Officium *Misericordia Domini*
 [1 May], dicti, videlicet, Episcopi, Electi, ac Vicarii, Decanique et Piores
 Ecclesiarum Cathedralium, Abbates et Piores alii electivi, necnon Archi-
 diaconi personaliter, et quodlibet Capitulorum Conventus et Collegiorum
 hujusmodi per unum, Clerusque cujuslibet Diocesis per duos suffi-
 cientes Procuratores et ydoneos, super contentis in dictis Literis Regiis
 et aliis utilitatem rei publice ac salvacionem Ecclesie Anglicane et Regni
 tangentibus, una nobiscum ibidem tractaturi, cum continuacione et
 prorogacione dierum sequencium et locorum, suumque consilium et
 auxilium impensuri, ulteriusque facturi et recepturi in premissis, et circa
 premissa, quod tunc, ibidem, contigerit, ut premittitur, ordinari. Vosque,
 tenore Presencium, peremptorie citamus quod compareatis coram nobis,
 vel nostro Commissario, personaliter; die et loco predictis, tractaturi
 et facturi, cum continuacione et prorogacione dierum hujusmodi quod
 superius est expressum, dictumque Mandatum nostrum, quatenus Diocesim
 vestram Londoniensem concernit, exequi per omnia faciatis. De die, vero,
 receptionis Presencium, et quid feceritis et facere duxeritis in premissis,
 nos, vel nostrum Commissarium, dictis die et loco, certificetis per Literas
 vestras patentes, harum seriem et citatorum nomina vestre Londoniensis
 Diocesis, in Cedula separata Literis certificatoriis annexanda, plenarie con-
 tinentes. Et ceteris Coepiscopis, Suffraganeis nostris, Electis et Vicariis
 predictis, similiter injungatis ut nos, vel nostrum Commissarium, eisdem
 die et loco, singuli singillatim, modo debito certificant per Literas suas
 patentes, harum seriem, et citatorum nomina Diocesum eorundem in
 Cedula consimili, continentis.—Datum apud Lammeth, viij Idus Marcii
 [9 March], Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo, et nostre Con-
 secrationis secundo.—Auctoritate predicti Domini Archiepiscopi vobis in-
 jungimus et mandamus quatinus Decanum et Capitulum Ecclesie vestre
 Exoniensis, omnes Archidiaconos, Abbates, et Piores sub se Conventus
 habentes, exemptos et non exemptos, et Clerum vestre Civitatis et Diocesis
 Exonie, citari peremptorie faciatis, quod iidem Piores, Abbates, et Archi-
 diaconi personaliter, vestrumque Capitulum per unum, et Clerus vester per
 ij Procuratores sufficietes compareant coram dicto Domino Archiepiscopo,
 vel ejus Commissario, in dicta Ecclesia Sancti Pauli, die Lune supradicto,
 cum continuacione et prorogacione dierum sequencium, facturi in omnibus
 quod Litere exigunt supradicte. Vos, insuper, auctoritate predicta citamus
 peremptorie quod, dictis die et loco, personaliter intersitis, ad faciendum
 quod contenta in dictis Literis exigunt et requirunt. Injungimus, eciam,
 vobis ut dictum Dominum Archiepiscopum, vel ejus, ut premittitur, Com-
 missarium, dictis die et loco, quatenus premissa vos concernunt, secundum
 formam, vim, et effectum dictarum Literarum, reddatis modo debito cer-
 ciores.—Datum Londoniis, quarto Idus Marcii [12 March], Anno Domini
 supradicto, et nostre Consecrationis undecimo.

[Mutatio Annī Incarnationis Domini.

A.D. Anno Domini M^o. CCC^mo I^o, et Consecrationis Domini
1351. Vol. xxiiij^{to}.]

I. Exeter Cathedral ; Visitacio Ecclesie Exoniensis,—

[fol. 100b.] Memorandum quod Auno Domini M^o. CCC^mo quinquagesimo primo, Dominus,
volens, ex aliquibus causis ipsum moventibus, cerciorari de statu Ecclesie
sue Exoniensis predicte, decrevit debere emanare certi tenoris Literam ; que
sequitur, in hec verba :—

[fol. 101.] Johannes, etc., Decano Ecclesie nostre Exoniensis, necnon Cancellario, et
Archidiacono Barnastapolie, in eadem Ecclesia, salutem, graciam, et bene-
dictionem.—Gravem pro parte quorundam Canonicorum ejusdem Ecclesie,
necnon Vicariorum, Secundariorum, Annivellariorum, et aliorum in ipsa
Ecclesia Ministrorum, querelam recepimus ; continentem quod, licet, ex
Ordinacione antiqua a Predecessoribus nostris, Exonie Episcopis, provide-
edita et diutissime laudabiliter observata, nostraque Pontificali auctoritate
postea innovata, Canonice sit provisum quod Canonicis residentibus pro
sua residencia, Vicariisque et Secundariis, ac ceteris Ministris hujusmodi,
pro suis stipendiis et vite necessariis, de Manerii ad Capitulum ipsius
Ecclesie spectantibus et Ecclesiis appropriatis eidein, que sub firmarum
et firmularum vocabulis nuncupantur, Camere dicti Capituli prestaciones
annue essent certis terminis persolvende ; nonnulli, tamen, dicte Ecclesie
nostre Canonici, qui ex assignacione vestra firmas tales et firmulas, ad
magnum ipsorum lucrum et comodum, per longa tempora possederunt,
inmemores juramentorum, quibus ad fidelitatem et caritatem fraternalm,
necnon ad Statutorum et Consuetudinum ipsius Ecclesie observanciam, in
ipsorum receptione primaria singuli singulariter sunt astricti, prestaciones
hujusmodi et pecuniarum summas, quas pro eisdem firmis et firmulis dictis,
limitatis terminis, solvere tenebantur, non solum in ipsis terminis, set eciam
per annum et annos post ipsorum decursum, solvere pertinaciter omiserunt,
et omittunt eciam iu presenti. Ex quo inconveniencia provenerunt, et indies
proveniunt, que secuntur ; videlicet, quod ipsi Firmarii, cum suorum
Confratrum et Concanonicorum dispendio et jactura, non absque reatu
perjurii, habundanter sibi ipsis prospiciunt atque suis. Vicarii, quoque,
Secundarii, ac ceteri Ministri Ecclesie suprascripti, quibus ob ipsorum
defectum satisfieri nequit de ipsorum stipendiis et vite necessariis, ut
deberet, a Divinis, prchidolor, nocturnis pariter et diurnis Officiis communi-
ter subtrahuntur ; sieque ipsa Ecclesia, Sponsa nostra, que inter ceteras sui
status Ecclesias Anglicanas, tam in Divinis Obsequiis quam in necessaria ex-
hibicione Ministrorum, ac eciam aliorum ejusdem Ecclesie onerum mutua
supportacione, florere multipliciter consuevit, in tristitia relinquitur, quasi
vidua desolata. Considerantes, igitur, quod dissimulacio execucionis Ordinacionis
predicte, penas suis transgressoribus infligentis, dispendium grave,
moraque longior magna pericula verisimiliter communiantur, vobis, com-
muniter et divisim, sub debito Obedience districte injungimus et manda-
mus quatinus moneatis semel, secundo, et tertio ac peremptorie, omnes et
singulos Canonicos ipsius Ecclesie, summarum pecuniarum et prestacionum
talium debitores, quod illi, videlicet, quos poteritis monitione apprehendere
personaliter, infra x dies a tempore monitionis vestre hujusmodi eis facte
continue numerandos ; ceteri, vero, absentes citra Octabas instantis Festi
Pasche [24 April], de eo quod ab eis, et eorum singulis, debetur, communiter
vel divisim, Camere ipsius Capituli antedictae debite satisfaciant, ut tenentur,
sub pena in Ordinacione predicta seriosius expressata, et aliis penis Canonicis
pro premissis, sicud justum fuerit, infligendis. Diem, autem, receptionis
Presencium execucionisque earum formam nobis, citra Octabas, per vestras
patentes Literas, non parencium nomina, ac in quibus summis tenentur, et
quanto tempore dictos defectus contraxerint, continentes, distincte et

A.D. dilucide rescribatis.—Datum apud Chuddeleghe, primo die mensis Aprilis, 1351. Anno Domini M^o. CCC^mo quinquagesimo primo, et Consecrationis nostre Vol. I. vicesimo quarto.

They replied, on the 22nd of April, that they had obeyed the Bishop's Mandate (the terms of which they recite), and reported as follows:—

— Willelmus de Exonia, absens, et monitus in persona Vicarii sui, tenetur de terminis Sancti Michaelis et Natalis Domini, Anno Ejusdem, etc., quinquagesimo, et Pasche proximo sequentis, xvijli. xs.

— Ricardus de Thormertone, absens, et monitus ut supra, debet de termino Natalis Domini, Anno, etc., xlxi^o, ixli. xijs. vjd. Item, idem, de termino Pasche, Sanctorum Johannis, Michaelis, et Natalis Domini proximo sequentium, iiijxxjli. ijs. Item, idem debet de termino Pasche, Anno Domini, etc., quinquagesimo primo, xxli. vs. vjd.—Summa debiti ejusdem Ricardi, cxlii.

— Robertus Hurewarde, absens, debet de termino Natalis Domini, Anno Ejusdem, etc., xlxi^o, vjli. vijs. ixd. ob.—Item, idem debet de termino Pasche, Anno Domini, etc., quinquagesimo, cum tribus terminis sequentibus, lxijli. vijs.—Item, idem debet de termino Pasche Anno Domini, etc., quinquagesimo primo, xiiiil. iijs. iijd. Summa iiijxxjli. xixs. jd. ob.

Nicholaus Terier, absens, debet de termino Pasche, Anno Domini, etc., l^mo, vjli. ijs.—Item, idem debet de terminis Sanctorum Johannis, Michaelis, et Natalis Domini, proximo sequentibus, lvijli.—Item, idem debet de termino Pasche, Anno Domini, etc., quinquagesimo primo, xixli. vs. viijd.

— Precentor, presens et monitus, debet de termino Pasche, Anno Domini, etc., l^mo, ixli. xvjs. iijd. ob. quad.—Item, idem debet, pro firma de Staverton, de terminis Sanctorum Johannis, Michaelis, et Natalis Domini, proximo sequentibus, lxli. ; videlicet pro quocumque termino xvi.

Summa tocius debiti ccclxvi. xijs. ijd. quad.

fol. 168. St. Stephen's by-Saltash ; *Commissio facta Magistro S. Pempel ad tractandum de causa Appropriacionis Ecclesie de Saltaisse*,—

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Magistro Stephano Pempel, Officiali nostro Principali, salutem, etc.—Ad tractandum diligenter et solemniter cum dilectis filiis, Decano et Capitulo Ecclesie nostre Exoniensis, in Domo Capitulari ejusdem Ecclesie, hac instanti die Veneris proxima post Festum Sancte Trinitatis [17 June], super causis Appropriacionis Ecclesie de Saltaisse, nostre Diocesis, Custodi et Fratribus Collegii Capelle Sancti Georgii in Castro de Wyndesore, Sarisburyensis Diocesis, faciente, causasque hujusmodi, habito inde tractatu diligent et solemniter, quatenus Canonice reperte fuerint, de dictorum Decani et Capituli consilio et assensu approbandum ; omniaque alia et singula faciendum que circa expedicionem Appropriacionis hujusmodi necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna ; vobis, de cuius conscientie puritate et circumspectionis industria ad plenum in Domino confidimus, committimus vices nostras, cum cuiuslibet cohercionis Canonice potestate ; vobis, nichilominus, firmiter injungentes quantum, tractatu hujusmodi finaliter expedito, modum et formam ejusdem nobis quantocius rescribatis Literis vestris patentibus, habentibus hunc tenorem.—Data in Manerio nostro de Chuddeleghe, xij^o die mensis Junii, Anno Domini, etc., quinquagesimo primo, et Consecrationis nostre xxiiij^o.

— *Appropriacio Ecclesie de Saltuisse—Wyndesores*,—

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis presentes Literas inspecturis, Johannes etc., salutem in amplexibus Salvatoris.—Etsi cunctorum desideriis que salutem animarum respiciunt, ex injuncto nobis administrationis Officio, adesse teneamur favoribus oportuniis ; piis, tamen, votis Regis eostudiosius fore conspicimus annuendum quo per ipsorum principatum et dominium alma Mater Ecclesia variis gaudet Privilegiis et suis necessitatibus viriliter est suffulta. Petitionis, siquidem, Serenissimi Principis et Domini nostri, Domini Edwardi,

A.D.
1351. Dei gracia Regis Anglie et Francie illustris, nobis porrecte series continebat
quod ipse quoddam Collegium in Capella Sancti Georgii (Martiris, infra
Castrum suum de Wyndesore), Saresbiriensis Diocesis, situata, pro sua ac
Progenitorum suorum, et Consortis sue, Domine Regine, liberorumque
suorum salute, necon ob sincere devocationis affectum quam ad dictam
Capellam, in cuius Fonte Sacri Baptismatis Sacramentum suscepit, in
caritatis vi[s]ceribus gerit, noviter ordinavit. In qua, eciam, viginti
quatuor Canonici Seculares, quorum unus aliis preerit ac Custos nuncupabitur,
Divina in honore precelse Dei Genitricis (et Virginis) Marie, ac
memorati Martiris, cum certo Clericorum numero Deo ibidem perpetuo
famulancium, celebrabunt. De cuius, eciam, Capelle facultatibus viginti
quatuor pauperes Miltites, senio confracti et viribus corporis destituti, vite
sue percipient alimenta. Quare idem Dominus noster Rex nobis crebris
instanciis supplicavit quatinus, pro Divini Cultus augmento, et ut ipsius, de
quibus premititur, deputati obsequiis, in exhibicione dictis Militibus juxta
eorum decenciam facienda, et aliis certis piis operibus diebus singulis ibidem
excercendis, et ceteris ipsis incumbentibus oneribus facilius releventur,
Ecclesiam Parochialem de Saltaishe, Archidiaconatus Cornubiensis, nostre
Diocesis, cuius Ecclesie iidem Custos et Canonici jus optinent Patronatus,
[et in qua Perpetuus Vicarius constituit ab antiquo], prefatis Capelle
ac [Collegio, pro] Custodi ejusdem, et Canonicis ibidem Deo famulantibus,
ex causis premissis unire, appropriare, annextere, ac in usus proprios con-
cedere curaremus. Nos, igitur, interiori revolventes studio quam pure
devocationis affectu idem Dominus noster Rex suum in hac parte laudabile
propositum cupiat adimplere, ut prefata ejus novella plantacio de bono
crescat in melius, et ut iidem Christi famuli, in sue Fundacionis primordio
firmius et stabilius in Domo Domini collocentur et ad supportandum
facilius injuncta sibi onera convalescant, ac in prefato Collegio Sancte De-
vocationis observancia in Divini Cultus ministerio eo magis floreat quo ipsius
conversacio placida recreacionem habuerit subsidii temporalis, ad laudem
et gloriam Illius Qui dat gracias et largitur premia, Quique cuiuslibet
Sancte Congregationis esse noscitur Fundamentum; prefatam Ecclesiam
[Parochialem] de Saltais-he dicte Capelle ac prefatis Custodi et (Canonicis, et
eorum) Collegio, ex causis superius designatis, de expresso consensu et assensu
Capituli nostri Exoniensis, tractatu cum eisdem prehabito diligenter; con-
currentibus, eciam, omnibus aliis et singulis que de jure in hac parte
requirebantur, unimus, appropriamus, anneximus, et Appropriacionis titulo
imperpetuum concedimus, in usus proprios possidendam. Volentes ut
prefate Ecclesie de Saltaishe, de jure et de facto jam vacantis, dicti Custos
et Collegium possessionem (ejusdem) apprehendere ac fructus et proventus
ejusdem percipere et in usus proprios convertere possint, plenam et liberam
habeant facultatem, nostra (vel Successorum nostrorum, seu cuiuscumque
alterius), Licencia minime requisita; Porcione, tamen, congrua de fructibus
et proventibus dicte Ecclesie, arbitrio nostro taxanda et ordinanda, ex qua
Vicarius Perpetuus, ad Presentacionem dictorum Custodis et Canonicorum
per nos et Successores nostros inibi admittendus, sustentari, et onera tam
ordinaria quam extraordinaria dicte Ecclesie supportare valeat, de consensu
Capituli nostri Exoniensis et Magistri Johannis Welewyke, Procuratoris
dictorum Custodis et Collegii, ad hoc sufficienter constituti, specialiter
reservata. Ceterum indemnitati nostre et Successorum nostrorum in hac
parte prospicere cupientes, statuimus et, [de] expresso consensu dictorum
Custodis et Collegii, ordinamus, quod iidem Custos et Collegium, in signum
recordacionis hujusmodi beneficii eis collati, duas marcas sterlingorum nobis
et Successoribus nostris, singulis annis, in Festis Sanctorum Andree, Apo-
stoli, et Michaelis Archangeli, per equales porciones imperpetuum solvere
teneantur, [dictamque Pensionem annuam prefate Ecclesie imponimus per-
solvendam ex causa superius designata]; jure, dignitate, et honore Ecclesie
nostre Exoniensis in omnibus semper salvis. In cuius rei testimonium

A.D. sigillum nostrum Presentibus est appensum.—Data apud Chuddeleghe,
 1351. xvij die mensis Junii, Auno Domini M^o. CCC^{mo} quinquagesimo primo,
 Vol. I. et Consecrationis nostre vicesimo tercio [(sic) MS.,—a clerical error for
 “quarto”].

[fol. 142b.] —*Pensio duarum marcarum de Ecclesia de Saltahesshe,—*

Tenore Presencium pateat universis quod nos, Custos et Collegium Libere Capelle Sancti Georgii de Wyndesore, fatemur nos teneri et firmiter obligari Venerabili in Christo Patri Iohanni, Dei gracia Exoniensi Episcopo, et Successoribus suis, in quadam annua Pensione duarum marcarum, pro indemnitate Ecclesie Exoniensis conservanda, ratione Ecclesie de Saltesshe, nobis et Successoribus nostris appropriate, solvenda ad duos anni terminos sibi et Successoribus suis; videlicet, ad Festum Nativitatis Domini xiijs. et iiij^{or}d., et ad Festum Pasche xiijs. et iiij^{or}d., in Ecclesia Exoniensi predicta. Ad quam, quidem, solutionem fideliter, ut premittitur, faciendam, loco et terminis suprascriptis, obligamus nos et successores nostros, bona eciā, nostra mobilia et immobilia, ubi curaque fuerint inventa, districcione et cohercioni Judicis cuiuscumque. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune Presentibus est appensum.—Data apud Castrum de Wyndesore, xvij^a die Julii. Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo primo.

fol. 168b. —*Taxacio Vicarie de Saltasshe,—*

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis ad quos presentes Litere pervenerint Iohannes, etc., salutem in Domino sempiternam.—Ad Universitatis vestre noticiam deduci volumus, per Presentes, quod, cun [nos] dudum Ecclesiam Parochialem [Sancti Stephani] de [Salt]aisshe, nostre Diocesis, ad devotam Peticionem Domini Edwardi, etc., qui jus Patrcnatus optinuit in eadem, Venerabilibus et discretis viris, Custodi et Collegio Capelle Sancti Georgii in Castro Regali de Wyndesore, Saresbiriensis Diocesis, ex certis causis rationabilibus, ac de collaudacione et consensu dilectorum filiorum, Decani et Capituli Ecclesie nostre Exoniensis, Canonice appropriaverimus, cum suis juribus et pertinenciis universis, ac concesserimus, in usus proprios possidendum; salva competenti Vicaria, per nos seu Successores nostros in certis sufficien- tibus porcionibus taxanda et ordinanda, juxta juris exigenciam, in eadem; ut, tam pro quiete Custodis et Collegii predictorum quam Vicariorum qui in eadem Ecclesia instituendi erunt, appareat evidenter in quibus porcionibus Vicaria ipsa consistere debeat, ac eciā que et qualia onera iidem Vicarii, qui pro tempore erunt, agnoscere debeant et subire; consideratis ipsis Ecclesie Sancti Stephani facultatibus, habitoque cum discreto viro, Magistro J ohanne de Wel[e]wyke, Rectore Ecclesie de Gey[t]tone, Lyncolniensis Diocesis, ac Procuratore Custodis et Collegii predictorum sufficientem in hac parte potestatem optinente, tractatu et colloquio diligenti; de expresso consensu ejusdem, ipsam Vicariam taxamus et ordinamus, eciā, per hunc modum,—In primis, videlicet, quod Vicarii dicte Ecclesie, qui pro tempore erunt, habeant et percipi- ent, et quilibet eorum, suo tempore, habeat et percipiat, ejusdem Vicarie nomine, aulam, cameras cum celariis, coquinam, et pistrinam, que ad mansum Rectorie dicte Ecclesie consueverant pertinere, aliasque domus, omnes et singulas, ex parte Boriali ejusdem aule infra dictum mansum constitutas, una cum magno gardino ejusdem manso et domibus adjacente; grangias, tamen, sive orrea, necnon granarium, stabulum, et boveriam, ceteraque domos mansi ejusdem Rectorie, extra Australie hostium dicte aule existentes, dictis Custodi et Collegio specialiter reservamus. Habeat, eciā, et percipiat idem Vicarius, qui pro tempore erit, dicte Vicarie nomine, alias duas [tres in original] acras terre arabilis de Sanctuario Rectorie ejusdem Ecclesie, supra dictis sibi assignatis domibus et gardino proximis adjacentes; necnon, omnes decimas minores, ut puta piscarie, molendinorum, lane, lini, canabi, pullorum, vitulorum, agnorum, aucarum, columbarum, porcellorum, lactis, casei et butiri, mellis et cere, calcis, feni, pomorum, olerum, porrorum, aliarumque rerum singularium in curtaligis crescentium; necnon, mortuaria quecumque denarios, berbiagium, et oblationes quascumque faciendas tam in dicta

A.D. Ecclesia Sancti Stephani quam in Capella Sancti Nicholai de Aysshe, ab
 1351. ipsa Ecclesia dependente; omnes, insuper, ac omnimodas obvenciones
 Vol. I. tocius Parochie ad altilagium ipsius Ecclesie quomodolibet pertinentes; que omnia ad summan viginti librarum sterlingorum, juxta eorum valorem annum, estimamus. Decimas, vero, majores tocius Parochie, [ac eciam grangiam, granarium, et domos alias suprascriptas, una cum toto Sanctuario exceptis hiis] que pro manso et porcione Vicarii superius assignavimus, dictis Custodi et Collegio, auctoritate presentis nostre Ordinacionis, integraliter volumus remanere. Volumus, eciam, ac ordinamus quod Vicarii prediche Ecclesie qui pro tempore erunt, et eorum quilibet suo tempore, tertiani partem oneris sustentacionis, invenctionis, et reparacionis Cancelli, Librorum Matutinalium, et aliorum Ornamentorum ipsius Ecclesie, que ad onus Rectoris pertinere fuerant consueta, procuracionisque Archidiaconi Loci, Synodatici, et Cathedratici, ac solucionis decimarum, omniumque aliorum ordinariorum onerum subeant et agnoscant; quodque tam in dictis Ecclesia quam Capella, juxta id quod Rectores prefate Ecclesie ante hec tempora tenebantur, Divina debite faciant suis sumptibus celebrari. Alia, autem, onera extraordinaria, quocumque nomine censeantur, et duas partes onerum predictorum, pertinere volumus ad Custodem et Collegium antedictos. Salva semper nobis, et Successoribus nostris, potestate hanc nostram Ordinacionem et Taxacionem augmentandi, diminuendi, interpretandi, ac in totum [toto in original] seu in parte immutandi, si, prout, et quando nobis vel eis visum fuerit expedire. In cuius rei testimonium sigillum nostrum fecimus hiis apponi.—Data apul Chuddeleghe, iij^{to} die mensis Augusti, Anno Domini Millesimo CCC^{mō} l^{jmo}, et Consecrationis nostre xxiiij^{to}. [Collated with the *originals* at Windsor. The words in parentheses are omitted therein; the words in brackets are supplied therefrom.]

[fol. 101b.] Exeter Cathedral; *Decano et Capitulo,*—

Johannes, etc., Decano, etc.—Licet ex Ordinacione . . . desolata [*ut supra*, page 1101]. Unde, nono die mensis Septembbris, Anno Domini, secundum cursum et computacionem Ecclesie Anglicane, M^o. CCC^{mō} quinquagesimo primo, et Consecrationis nostre vicesimo quarto, cum ad tractandum inter vos communiter de statu et negotiis Ecclesie nostre supradicte, juxta Convocationem per vos, Decane, factam in Domo Capitulari ejusdem, essetis hora solita congregati, nos, pro statu salubri et utilitate prefate Ecclesie nostre zelantes attencius, ut tenemur, ad eandem nos contulimus mero motu; habitoque inter vos, presentes, et preconizatis absentibus ac per contumaciam exclusis, Capitulum facientes, tractatu aliquali, nobis Domum ipsam Capitularem ingressis cum instancia supplicasti ut, tractatui vestro hujusmodi interessendo, evidentem necessitatem dicte Ecclesie et collapsum ejusdem benivole intuentes, de oportuno remedio, ut ab hujusmodi infortuniis celerius respirare et in statum debitum reformari posset, providere paterna mansuetudine dignaremur. Nos, igitur, vestris supplicationibus annuentes, vobis primitus et vestrum singulis, communiter et divisim, nostris in hac parte ordinacioni, arbitrio, laudo, diffinicioni, Statuto, et Decreto, tunc ibidem submittentibus, de vestris consensu et assensu expressis, Christi Nomine invocato, Decretum nostrum [dedimus] in Scriptis, sub forma inferius annotata. Et, ut, idem Decretum nostrum perpetuis temporibus in violabilem optimeat firmitatem, illud presentibus nostris Literis, seu presenti Publico Instrumento, de verbo ad verbum, per Nicholaum de Braibroke, clericum nostrum et scribam, Publicum Auctoritate Apostolica Notarium, inseri fecimus fideliter et inscribi; vobis, Decano et Capitulo supradictis, ex habundanti nichilominus districcius injungentes quatinus exnunc,—ut de preteritis vestris excessibus ad presens taceamus,—dictum Decretum nostrum in omnibus et per omnia observetis, et faciatis, eciam, incommutabiliter observari; scientes indubie quod in contravenientes seu presens Decretum nostrum aliqualiter infringentes, ad penalia, urgente conscientia, ad omnem effectum

A.D. qui exinde sequi poterit, juxta [Canonicas] Sancciones procedemus. Ceterum
 1351. tibi, Decane, injungimus firmiter et mandamus quatinus de Canonicis dicte
 Vol. I. Ecclesie nostre, ut premitur, debitoribus, et eorum nominibus, necnon de
 pecuniarum summis debitis ab eisdem, et de quibus terminis ante datum
 Presencium debitores extiterint, nos citra instans Festum Omnis Sanc-
 torum [1 Nov.], per Literas tuas patentes, fideliter certifies et distincke; et
 exnunc, post eujslibet termini decursum, de debitoribus hujusmodi simili
 modo effici volumus cerciores, cum pro parte nostra fueris requisitus; donec
 eadem Ecclesia nostra a lapsibus suis respiret et, Eterni Pastoris favente
 clemencia, per nostre cooperacionis ministerium, in statum debitum reduca-
 tur.—In quorum omnium testimonium sigillum nostrum Presentibus duxi-
 mus appouendum.—Datum in Manorio nostro de Cliste, xij^{mo} die mensis
 Septembri, Anno Domini supradicto.

Tenor Decreti,—

IN DEI NOMINE, AMEN.—Nos, Johannes, etc., pro tribunali sedentes, de con-
 sensu expresso et collaudacione Dominorum Decani et Capituli Ecclesie
 nostre Exoniensis, ordinamus et, pro utilitate communi ipsius Ecclesie,
 decernimus, ut exnunc nullus Canonicus predice Ecclesie nostre, debitor
 existens, alicujus vel aliquarum summe vel summarum pecunie ejusdem
 Ecclesie quicquam recipiat, in singulari vel communi, de ipsa Ecclesia quo-
 usque totum persolverit, quicquid fuerit debitum ab eodem. Injungentes
 vobis, Domino Decano antedicto, ac Senescallos et Clericis Scaccarii, sub
 debito Obediencie, ut presens Decretum nostrum inter vos observetis, et
 faciatis ab aliis, sub pena Excommunicacionis, inviolabiliter observari.—
 Presentibus Venerabilibus viris, Magistris Benedicto de Pastone, Canonico
 in Ecclesia Collegiata Sancti Probi, Rogero Inkepenne, Rectore de Nymet
 Sancti Georgii, Domino Andrea Lappeflore, Rectore Sancte Marie Majoris
 Exonie.

Subscriptio,—

Et ego, Nicholaus de Braibroke, clericus, Wyntoniensis Diocesis, Publicus
 Auctoritate Apostolica Notarius, premissis Decani et Capituli supplicationi,
 submissioni, consensi, et collaudacioni, dicti Decreti in scriptis interpositioni
 et ordinacioni, ac ceteris omnibus et singulis in Domio Capitulari predicta
 actis et habitis, prout superius per me scribuntur, sub Anno Domini mensis-
 que Septembri die nona supradictis, Indicione quarta, Pontificatus Sanctissimi
 in Christo Patris et Domini, Domini Clementis, Divina Providencia
 Pape VI, Anno decimo, una cum dictis Testibus, presens Instrumentum
 eaque sic fieri vidi et audivi; necnon Decretum suu radictum per me trans-
 sumptum fideliter et transcriptum, nil addendo vel minuendo quod immutet
 facti substancialia, Presentibus per modum Publici Instrumenti confectis
 inserui, scripsi, et publicavi, signumque meum consuetum apposui, de
 Mandato et Precepto dicti Venerabilis Patris et Domini, et per dictos
 Decanum et Capitulum requisitus specialiter et rogatus.

fol. Dedication ; *Dedicacio cujusdam aree infra Hospitalie Sancti*
 168b. *Johannis, Exonie, et Navis Ecclesie ejusdem Hospitalis,—*

Sextodecimo die mensis Septembri, Anno Domini supradicto, Dominus dedi-
 cavit certam aream infra cepta (*sic*) Hospitalis Sancti Johannis, Civitatis
 Exonie, situatam; Ecclesie, videlicet, ejusdem Hospitalis contiguam; ac,
 eciam, Navem ejusdem Ecclesie, videlicet ab ingressu ejusdem Navis usque
 ad introitum Chori; ita quod corpora mortuorum in locis hujusmodi
 dedicatis possint sepeliri; salvo, tamen, jure Ecclesie Cathedralis de corpo-
 ribus sepeliendis ibidem, sicud de aliis dicte Civitatis Ecclesiis hactenus
 fieri consuevit. Et sic sepeliri possint in dictis locis dedicatis tam Fratres
 et infirmi homines in dicto Hospitali degentes quam alii quicumque qui
 corpora sua ibidem disposuerint tumulanda. Presentibus in Dedicacione
 locorum hujusmodi Magistro J. de Shareshulle, Precentore, Othono de
 Northwode, Archidiacono Exonie in Ecclesia Exoniensi, B. de Pastoue, N.

A D. de Braybroke, Publico Auctoritate Apostolica Notario, et multis aliis, clericis,
1351. et laicis, Officio hujusmodi interessentibus et presentibus.

Vol. 1. Tavistock Abbey ; *Appropriacio Ecclesie de Whytchurche,—Tavy-*
[fol. stoke,—

173b.] Universis Sancte Matris Ecclesie filiis ad quos presentes Literæ pervenerint
Johannes, etc., salutem in Eo Quem peperit Uterus Virginalis.—Intenta piis
operibus sollicitudo Pastoralis Sacram Religionem non solum plantare, set
eciam lapsam reparare, ac necessariis tenetur subsidiis confovere. Sane
oblata nobis Peticio dilectorum in Christo filiorum, Religiosorum Virorum,
Ricardi de Esse, Abbatis, et Conventus Monasterii de Tavystoke, Ordinis
Sancti Benedicti, nostre Diocesis, continebat quod, cum, ante insolitam
pestilenciam nuper non tantum Angliam, set pene totum orbem, occulto et
justo Dei judicio devastantem, ex piis largicionibus tam Fundatorum quam
aliorum Christi Fidelium, in possessionibus et redditibus pro eorum necessi-
tatis, necnon pro pauperibus alendis, peregrinis et hospitibus recipiendis,
aliisque pietatis operibus exercendis ac oneribus incumbentibus supportan-
dis, sustentacionem habuissent congruam ; nunc, tamen, idem Monasterium,
ex diversis infortuniis eidem contingentibus, et presertim quia pyrate
Insulam de Sully [Scilly], ex qua non modica pars subsidii ejusdem Monas-
terii provenire consuevit, depredando enormiter destruxerunt, adeo oppres-
sum sit et graviter collapsum quod vix convalescere nostris speretur temporibus ;
quatinus super premisso, paterno eis compacientes affectu, Ecclesiam
Parochialem Beati Andree de Whytchurche, dicte nostre Diocesis, ipsorumque
Patronatus, prope idem Monasterium situatam, et inde eis magis proficiam,
que alias eciam eis fuerat per Predecessores nostros concessa, consideracione premissorum eisdem in usus proprios concedere, unire, servata
juris sollempnitate, et imperpetuum annexere dignaremur. Cupientes, igitur,
prefatis Abbatii et Conventui, necnon ipsorum Monasterio, paterna
sollicitudine in hac parte providere, dilectos in Christo filios, Decanum et
Capitulum Ecclesie nostre Cathedralis Exonie, ad tractandum communiter
una nobiscum super et de Appropriacione Ecclesie de Whytchurche taliter
facienda, et ejus causis, ad certum competentem terminum, in Domo nostra
Capitulari Exonie, peremptorie fecimus evocari. HabitIs, igitur, et pre-
missis, super hiis, cum eisdem Decano et Capitulo tractatu frequenti,
diligenti, et sollempni, ac deliberacione et cause cognitione debitIs ; quia,
eciam, comperimus quod propter premissa, super quibus plenam infor-
macionem per fidelem Inquisitionem rite recepimus, et per quam reperimus
predicta sufficienter esse probata, evidens necessitas et manifesta utilitas
requirunt quod fiat Appropriacio sic petita, eandem decrevimus Canonice
faciendam. Et demum, de unani collaudacione, consilio, et consensu
eorundem Decani et Capituli, necnon omnium et singulorum quorum
interest, concurrentibus omnibus et singulis que in hac parte requiruntur,
predictam Ecclesiam Parochialem Beati Andree de Whytchurche, cum omnibus suis juribus et pertinenciis universis, prefatis Abbatii et Conventui, et eorum Monasterio; reservata, tamen, primitus de fructibus, redditibus, et pro-
ventibus ejusdem Ecclesie de Whytchurche pro Perpetuo Vicario in eadem,
ad Presentacionem dictorum Abbatis et Conventus per nos, et Successores
nostros, Exonienses Episcopos, instituendo, congrua Porcione, ex qua idem
Vicarius congrue juxta vires Ecclesie valeat sustentari, et Episcopalia ac
Archidiaconalia jura solvere, aliaque sibi incumbencia onera ordinaria sup-
portare ; auctoritate Pontificali appropriamus, incorporamus, ac annexi-
mus perpetuo et unimus ; Jurisdictione et jure nostris Episcopalibus et
Ecclesie nostre Exoniensis dignitate, et cuiuscumque Ordinarii, alias in
omnibus semper salvis. Ita quod, auctoritate Appropriacionis et Unionis
hujusmodi, prefati Abbas et Conventus, per se, alium seu alios, hujusmodi Ecclesie possessionem liceat apprehendere et tenere, fructusque,
redditus, et proventus ipsius, Porcione Vicarii dumtaxat excepta, in usus

A.D. proprios libere convertere possint, nostra vel Successorum nostrorum, aut
 1351. cuiuscumque alterius, Licencia minime requisita. In quorum omnium
 Vol. I. testimonium sigilla nostrum et dictorum Decani et Capituli Presentibus
 sunt appensa.—Data in Capitulo nostro Exoniensi, vicesimo primo die
 mensis Septembris, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo primo,
 et Consecrationis nostre vicesimo quarto.—Et nos, Decanus et Capitulum
 Ecclesie Exoniensis suprascripte, habito super premissis omnibus et singulis
 cum Venerabili Patre predicto, ut premittitur, tractatu diligent et sollempni,
 dicte Appropriacioni, Unioni, et Annexioni, necnon omnibus et singulis
 predictis actis habitis atque gestis, consensum nostrum concordem prebemus
 consilium et assensum; sigillum nostrum commune apponi, cum sigillo
 dicti Venerabilis Patris, Presentibus facientes, in testimonium veritatis.—
 Data die, mense, et loco, ac Anno Domini supradictis.

fol. 169. Georgeham [Hamme, MS.]; Master John Dirworthe, subdeacon,¹
 R,—

Dispensation: non-residence for a year, to study (Chudleigh, 12 Oct.)

[Mutatio Annī Consecrationis Domini.

Anno Domini M°. CCC^{mo} Ij°, et Consecrationis Domini
 xxv^{to} incipiente].

Dartmouth; Litera prohibitoria ne Fratres audiant Confessiones,
 nisi admissi auctoritate Diocesani,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Decano Tottonie, de Didesham et
 Stoke Flemyng Ecclesiarum Rectoribus, salutem, graciam, et benedic-
 cionem.—Inter abusiones multipharias que hiis diebus plus solito in Ecclesia
 pululant, non sine stupore intelleximus quod quidam Antichristi discipuli,
 simulantes se habitu Religiosos, sed ipso revera actu ridiculosos, fingentes
 se Fratres Ordinis Heremitarum, in multitudine onerosa, que nichil habet
 honestatis set multum obscenitatis, infra fines et limites Parochie Ecclesie de
 Tounstalle, nostre Diocesis, dilectis in Christo filiis, Abbatii et Conventui
 Monasterii Ecclesie de Torre, Ordinis Premonstratensis, dicte nostre Diocesis,
 appropriate; intra quorum Parochias, ex Priviligiis ipsis a Sede Apostolica
 concessis, non licet aliis Religiosis edificare vel eciam habitare; in elusionem
 Sentenciarum Sedis Apostolice latarum contra eosdem et dicte Sedis con-
 temptum manifestum, ad modum gerovagorum viventes, non Conventum
 set conventiculam illicitam facientes, moreque Sacerdotum Secularium con-
 ducti in Ecclesia de Tounstalle celebrant antedicta, Capellanorum anni-
 velliariorum stipendia, nendum in scandalum dicti Ordinis Heremitarum set
 Religiosorum omnium, sibi perperam usurpantes; et, quod nequissimum est,
 animas subditorum nostrorum decipiendo secum in perditionem trahentes,
 sub pallio Priviligeriorum sibi a Sede Apostolica, ut asserunt, indultorum;
 quibus notorie abutuntur, ipsorum Confessiones, contra voluntatem Curatorum
 eorundem subditorum, audire, necnon alia Sacra menta eisdem ministrare
 indifferenter et continue non verentur; licet nobis secundum Canones
 presentati, seu per nos acceptati seu licenciati ad talia non existant. Unde,
 licet in ipsorum protervia obstinata adeo indurati dampnabiliter perseverent
 quod Censurarum Ecclesiasticarum aculei ipsos a dampnatis operibus suis

¹ Ordained subdeacon by the Bishop of Winchester in the Chapel of Southwark Manor, 22 May, 1350 (*Register*

Edydone fol. X), and priest in the same place, 3 June, 1357 (*Ibid.* fol. I Ib.),—*per Dimissorias*.—F.J.B.

A.D.
1351. nequeant cohibere; ne Gregem nobis creditum inficiant venenosis insidiis
eorundem, eterni Redemptoris favente pietate, pro viribus intendimus obvia-
Vol. I. re. Quocirca vobis, communiter et divisim, injungimus firmiter et mandamus
quatinus, presens Mandatum nostrum in Ecclesia de Tounstalle predicta et
aliis circumquaque vicinis exponentes, publice, in vulgari, parochianis nostris
quibuscumque inhibeatis palam et expresse, sicut tenore Presencium inhibe-
mus, ne cum prefatis fictis Religiosis, vel verius Religioni Sacre dampna-
biliter irridentibus, peccata sua confitendo seu Sacraenta vel Sacramentalia
recipiendo, eosve ad annalia vel triennalia celebranda conducendo, seu alias
in foro anime qualitercumque imposterum communicare presumant, sub
pena Excommunicacionis Majoris in contravenientes et eorum quemlibet
debite fulminande; communicantes, vero, hujusmodi, de quorum nomini-
bus per vos inquiri volumus et personis, ad comparendum coram nobis,
certis die et loco per vos limitandis, citari volumus et mandamus, super
ipsorum contemptu et protervia personaliter responsuros, penamque condignam,
quatenus de jure infligenda fuerit, recepturos; ulteriusque facturos et
recepturos quod Canonicis conveniet Institutis. De die, vero, recepcionis
Presencium, et quid feceritis in premissis, nos, citra instans Festum Sancti
Thome, Apostoli [21 Dec.], reddatis per Literas vestras patentes, cum tenore
Presencium, ut convenit, cerciores.—Datum apud Chuddeleghe, xvij^o die
mensis Novembris, Anno Domini Millesimo CCC^mo l^j, et Consecracionis
nostre xxv^o.

[fol. 108b.] Torre Abbey; *Litera testimonialis pro J. Cras, Abbe Monasterii
de Torre,—*

Universis quorum interest, seu quomodolibet poterit interesse, Johannes, etc.,
salutem in Eo Qui est omnium vera salus.—Quia pium est et meritiorum
perhibere testimonium veritati, Universitati vestre, tenore Presencium
intimamus quod dudum, pie memorie Fratre Symone de Plymptone, Abbe
dui vivet Monasterii de Torre, Ordinis Premonstratensis, nostre Dio-
cesis, viam universe carnis ingresso, quidam J. Cras per Religiosum Virum,
Patrem Abbatem dicti Monasterii, Dominum Robertum, Abbatem de Wil-
beke, dicti Ordinis, Eboracensis Diocesis, in Abbatem dicti Monasterii de
Torre legitime asserens se prefectum, ad nos personaliter accedens, munus
Benediccionis, ut moris est, per nos sibi impendi petuit cum effectu.
Nolentes, tamen, juxta doctrinam Apostoli, alicui cito manum imponere,
eo quod a quibusdam, fama vicine (sic) acclamante, audivimus quod idem
J. minus rite in Abbatem, ut preferitur, extitit tunc prefectus, eidem certos
diem et locum, circiter Festum Sancte Lucie, Virginis [13 Dec.], Anno
Domini, etc., xlvi^o, prefiximus,¹ ad producendum coram nobis saniores et
seniores Capituli dicti Monasterii, qui in Prefecctione sua hujusmodi intere-
rant, et eos quorum maxime intererat, pro serenacione conscientie nostre
de hujusmodi sua Prefecctione in Abbatem nos plenius instructuros. Quo
die prefatus Johannes Cras coram nobis, in quodam deambulatorio nostro
in Manerio nostro de Chuddeleghe, personaliter comparens, et quosdam de
Confratribus suis, videlicet Ricardum de Cotelforde, dicti Monasterii tunc
Priorem, Johannem Deghere, Subpriorem, et Ricardum de Hamptisforde,
Celeiarium, ejusdem Monasterii Canonicos et dicti Capituli saniores et
seniores, secum adducens, quandam Literam, manu dicti Ricardi de Cotel-
forde, ut dicebatur, scriptam, et ejusdem Loci Conventus sigillo communi,
ac manibus prefati Ricardi de Cotelforde, ut ipsem tunc asseruit, sigilla-
tam, nobis exhibuit tunc, ibidem; per quam de Prefecctione predicti
Johannis apparuit prenotata; qui, quidem, Ricardus de Cotelforde, Jo-

[fol.
109]

¹ See page 1002.—Abbat Robert is omitted in Dugdale's List. He must have come between John de Wirsop, who

was Abbat in 1349, and Hugh de Langley, who occurs in 1360.

- A.D. 1351. hannes, et Ricardus, manibus eorum ad pectora appositis eorundem, dictum
 Johannem sic, ut premittitur, per Patrem Abbatem eorum supradictum,—
- Vol. I. ad quem potestas preficiendi Abbatem Monasterii supradicti, juxta Privilegium et Consuetudines a Sede Apostolica eis indulta et observata, illa vice extitit legitime devoluta, ut dicebant,—rite in Abbatem dicti Monasterii prefectum fuisse bona fide jurarunt, et eorum quilibet modo simili tunc juravit. Ac idem Ricardus de Cotelforde onni juri sibi competenti occasione cujuscumque Eleccionis, si qua primitus de eo facta fuerit in hac parte, ut idem Ricardus tunc asseruit, publice renunciaverat et expresse. Unde ad recipiendum munus Benediccionis hujusmodi diem Sancti Thome, Apostoli [21 Dec.], extunc proximo sequentem, in Capella nostra de Chuddeleghe, dicto Fratri J., in Abbatem, ut premittitur, prefecto, assignavimus verbotenus. Quibus die et loco, hora debita Divina celebrantes, supradicto Johanni, ut sepe diximus in Abbatem Monasterii de Torre prefecto, ex debito Officii Pastoralis munus Benediccionis impendidimus (*sic*), juxta Canonicas Sancções. In quorum omnium testimonium has Literas nostras patentes fieri fecimus, nostri sigilli impensione munitas.—Data apud Chuddeleghe, vj^o die Decembbris, Anno Domini, etc., Ij^o, et Consecrationis nostre vicesimo quinto.
- [fol. 170.] St. Martin's-by-Looe ; Adam de Stonore, subdeacon, R.,—
 Dispensation : non-residence for a year, to study at Oxford ; “cum clausulis Proviso, et quod, lapso anno, de studio, gestu, vita, moribus, et conversacione sua doceret” (Chudleigh, 11 Dec.).
- fol. 169. Frithelstock Priory ; *De Frithelestone*,—
 169. Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Decano de Hertilonde, et de Monkleghe et Bokelonde Ecclesiarum Vicariis, nostre Diocesis, salutem, graciam, et benediccionem.—Licet, secundum Sanctorum Patrum Constituciones et Precepta, ac alias Canonicas Ecclesiam vel Perpetuam Capellam sine primario lapide benedicto et in opere ponendo, ac Cruce in loco primitus fixa per Diocesanum, nullus edificare debeat, nec eciam Altare propria temeritate erigere in eadem ; ad nostrum, tamen, pervenit auditum quod Religiosi Viri, Prior et Conventus de Frithelestone, Ordinis Sancti Augustini, dicte nostre Diocesis, quos ex simplicitate vel juris ignorancia non expedit excusari, spiritu proprii preventi consilii, ausu sacrilego, quamdam domum sub nomine Capelle prope quamdam silvam Wadeclyve vocatam, juxta ipsorum Monasterium, in nostra Diocesi, nedum sine Licencia nostra set contra voluntatem nostram expressam, construi fecerunt et levavi ; atque in eadem Altare erigi, neconon ymaginem, vel pociis simulacrum. Et, quamvis domus ipsa, quam, non pro devocione fidei set questu cupiditatis, ut exitus rei geste manifeste declarat, edificatam, prophanamus et dampnamus, et, quantum ad nos attinet, prophanam et dampnatam reputamus et eciam declaramus, non Capella set ydolatrie domus pociis sit censenda ; nonnulli, tamen, parochianorum nostrorum, quod dolencius referimus, quos iidem Prior et Conventus a recta fide, per asserciones suas vanas, nepharias, et dampnatas fecerant deviare, dimissis Ecclesiis suis Parochialibus et aliis Locus sacris rite per Pontifices Deo consecratis, ad locum ipsum prophanum peregrinacionis causa confluentes, ydolis sacrificium, immo verius sortilegium, impendere non formidant. Cum, igitur, ex injuncta nobis sollicitudine Pastorali, errores devios eo frequencius confundere teneamur quo magis exorbitant a jure Divino et subditis nostris periculum gravius inferunt animarum, tante ydolatrie plantacionem, veluti supersticiosam et hereticam sapientem pravitatem, neconon vagandi materiam et lascivie ejusdem Monasterii Claustralibus, in offensam Illius Cui in Monasterio suo famulatum impendere, mundi voluptatibus et deliciis abjectis, voluntate propria devoverunt, notorie tribuentem, pro viribus duximus extirpandam. Qno- circa vobis, communiter et divisim, districte precipiendo injungimus et mandamus quatinus, ad dictum locum prophanum personaliter accedentes,

A.D.
1351. prefatos Priorem et Conventum moneatis et efficaciter inducatis, injungentes
eisdem, prout tenore Presencium injungimus et mandamus, quatinus
Vol. I. domum supradictam, Capellam erronee nuncupatam, contra prohibicionem
nostram erectam et constructam, citra instans celebre Festum Nativitatis
Domini, pro termino pereemptorio sibi per vos limitandum, destruant, et
Altare evertant seu destrui faciant, sumptibus suis, et demolliri, sub pena
Excommunicacionis Majoris in dictum Priorem, et Suspensionis in dictum
Conventum debite fulminande, si Monitionibus nostris non paruerint
cum effectu. Inhibentes Christi Fidelibus universis quod de cetero ad
locum supradictum, peregrinacionis causa, nullatenus accedant, seu obla-
ciones ibidem faciant aliquales, sub pena Excommunicacionis superius an-
notata. Quid feceritis in premissis, et qualiter hoc Mandatum nostrum
fueritis executi, nos, citra instans Festum Epiphanie Domini [6 Jan],
certificetis Literis vestris patentibus, habentibus hunc tenorem.—Datum
apud Chudd-leghe, xvij^o die mensis Novemboris, Anno Domini Millesimo
CCC^{mō} l^j^o, et Consecrationis nostre vicesimo quinto.

Isto modo fuit certificatum,—

Hujus auctoritate Mandati, ad dictum prophanum locum personaliter acce-
dentes, prefatos Priorem et Conventum monuimus et efficaciter induximus,
sub pena prelibata, quod supradictam domum, Capellam erronee nuncu-
patam, contra prohibicionem et voluntatem vestram constructam et edifi-
catam per eosdem, sumptibus propriis destruerent et destrui facerent, ac
altare in eadem, ut premittitur, erectum everterent et everti facerent,
citra terminum prenotatum eisdem per nos expositum et limitatum. Qui,
quidem, Prior et Conventus, Monitionibus nostris hujusmodi sibi per nos
factis in hac parte humiliiter parentes, supradictum altare everti faciebant et
exportari, et ymaginem et trabem pro cereis a dicta domo fecerunt
asportari, eandem domum vacuam et desertam relinquentes; eandemque,
si deberent, domum offerentes se totaliter eversuros. Inhibuimus, insuper,
quantum in nobis fuit, publice et palam, ne qui Christianorum ad dictum
locum, peregrinacionis causa, de cetero, sub pena predicta, nullo modo
accederent. Et sic, Reverende Pater, Mandatum vestrum, juxta materiam
et formam illius, plenarie sumus executi.—Datum apud Northam, ultimo
die Decemboris, Auno Domini supradicto.

—Bona Litera de obediencia,—

A.D. Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Decano de Hertilond, et de Monk-
1351-2. leghe et Boklond [*Buckland-Brewer*] Ecclesiarum Vicariis, nostre Diocesis,
salutem, graciam, et benedictionem.—Cum, testante Sacro Eloquio, *melior sit*
obediencia quam victimia, et onnis oblatione preter, vel contra, obedienciam
abominabilis sit et execrabilis apud Deum, dicente Psalmista, *Sacrificium*
et oblationem noluisti; aures, autem, perfecisti michi; et iterum, *in auditu*
auris obedienti michi; ac, eciam, propter solam inobedienciam primi parentes,
cum eorum posteritate, ab hereditaria Paradisi amenitate expulsi, in miser-
iam hujusmodi mundi exules sint facti; nec aliter quam per obedienciam
Christi, pro nobis usque mortem humiliati, ad gaudia eterna vel premia
Ei per omnia obedientes poterimus revocari; tanto severius obligatorum ad
obedienciam contumax rebellio est punienda quanto sub pallio pietatis in-
obedienter agere non formidant. Dudum sane intelleximus contra Sacros
Canones ex irreligioso et prophano cujusdam Regularis, nomine non re
Canonici, peculio, quandam Capellam, in memoriam pocius superbe et
inobedientis Eve, vel in pudice Diane, quam humilime et obedientissime
Benedicte Virginis Marie, in nemore extra cepta (*sic*) Monasterii de Frithele-
stoke, Ordinis Sancti Augustini, dicte nostre Diocesis, magis ad dissolucionem
quam devocationem et temporalem utilitatem quam animarum salutem edifi-
catam; quam non inmerito, juxta Santos Canones procedendo, precepimus
demoliri. Quod Mandatum nostrum, *Sanctum et Canonicum*, Prior et alii
ejusdem Conventus non attendentes, set pocius prudencie proprie et in-
obediencie iunitentes, permittunt integrum remanere. Cum, igitur, urgente
consciencia, presumpcionem tam dampnabilem dissimulare, absque remedio,

A.D. nequeamus ; vobis, in virtute Obedientie firmiter injungendo, mandamus
 1351-2. quatinus dictos Priorem et Conventum moneatis primo, secundo, tercio et
 Vol. I. peremptorie, injungentes eisdem, sicut tenore Presencium injungimus et
 mandamus, quatinus, infra viginti dies a tempore Monitionis hujusmodi per
 vos facte, quorum sex pro primo, sex pro secundo, et residuo dies pro
 tercio et peremptorio termino, eisdem Priori et Conventui per vos volumus
 assignari, dictam domum, Capellam erronee nuncupatam, usque ad aream
 fol. 170. dirimi faciant et funditus demoliri ; ipsaque, ut premittitur, dissoluta,
 meremur et lapides maiores infra cepta dicti Prioratus transferant et ad-
 ducant, seu saltem adduci faciant, in ejusdem utilitate et commodum
 convertenda, sub pena Excommunicacionis Majoris, quam in dictum Priorem,
 et Suspensionis, quam in dictum Conventum, si Monitionibus vestris, immo
 verius nostris, non paruerint cum effectu, mora et culpa suis precedentibus,
 exnunc prout extunc ferimus in hiis Scriptis ; prefatos Priorem et Con-
 ventum nichilominus exhortantes quatinus in Capella Beate Virginis Marie,
 infra cepta dicti Prioratus constructa, illud devocationis quod sibi inspiraverit
 Spiritus Sanctus, omni specie inordinate lascivie et vagandi materia abjectis
 penitus et amotis, eidem Gloriose Virgini Marie, sicut convenit, reverenter
 impendant. Ad hec, citetis, seu citari faciat, peremptorie, sepedictum
 Priorem quod compareat coram nobis vel nostro Commissario, die Lune
 proxima ante instans Festum Cathedre Sancti Petri [20 Feb.], super tanta
 inobedientia, protervia, et contemptu, ac eciam super quibusdam aliis
 articulis, ad debitam anime sue correccionem ex Officio nostro sibi obi-
 ciendis, personaliter responsurus ; facturusque ulterius et recepturus quod
 Canonicis conveniet Institutus. De die, vero, recepcionis Presencium,
 necnon quomodo presens Mandatum nostrum fueritis executi, nos, citra
 dictum diem Lune, certificetis Literis vestris patentibus, habentibus hunc
 tenorem.—Datum apud Chuddeleghe, xxvij^o die mensis Januarii, Anno
 Domini Millesimo CCC^mo Ij^o, et Consecrationis nostre vicesimo quinto.

—*Isto modo fuit certificatum,—*

Venerabili in Christo Patri ac Domino, Domino Johanni, Dei gracia Exoniensi
 Episcopo, suus filius humilis et devotus, Decanus de Hertylonde, obediencias
 et reverencias tanto Patri debitas, cum omni subjeccione filiali.—Mandatum
 vestrum reverendum xv^o die Februarii in hec verba recepi. Johannes,
 misericordia Divina, etc.—Quod, quidem, Mandatum vestrum reverendum,
 monendo, exhortando, et citando, ut mandatur, diligenter et reverenter
 sum executus.—Datum Exonie, xv^o die mensis Februarii, Anno Domini
 supradicto.

St. Ladock ; Sir Stephen Trevaignon, subdeacon, R,—

Dispensation : non-residence for a year to study ; “cum clausulis *Proviso* et
 cum clausula *lapso anno, etc.*” (Chudleigh, 25 Jan.).

Parkham ; Master Thomas de Bodrugan, deacon, R,—

Dispensation : non-residence for two years, to study at some University in
 England or abroad.—On the same day he obtained Letters Dimissory “ad
 Ordinem Presbiteratus, ad titulum Ecclesie sue” (Chudleigh, 31 Jan.).

[fol. 170b.] St. Crantock ; *Ordinacio Ecclesie Collegiate Sancti Karentoci*,—

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis presentes Literas inspecturis, Johannes,
 etc., salutem in sinceris amplexibus Salvatoris.—Recensita Ordinacione
 laudabili felicis memorie Walteri Secundi, quondam Exoniensis Episcopi,
 Predecessoris nostri, super statu Ecclesie nostre Collegiate Sancti Karantoci,
 et Deo famulancium in eadem, et per nos diligenter inspecta, ipsam velud

Nota : provida deliberacione et utiliter editam merito commendamus. Ceterum,
 viij Vicarii, et sollicite considerantes quod dicte Ecclesie nostre Vicarii, numero septennario
 minores constituti, singularum Prebendarum singulas decimas minores pro ipsorum
 decime, sustentacione separatim hactenus obtinentes, nequeant absque penuria de
 decimis hujusmodi victitare ; propter quod Divina Obsequia in eadem plus
 debito subtrahuntur, cum ea occasione nulli inveniantur ad deserviendum

A.D. eidem Ecclesie in Divinis, quos morum et literarum sufficiencia reddiderit
 1351-2. efficaces ; ut, igitur, in eadem deinceps Ecclesia devocius serviator, et Cultus
 Vol. I. ibi Divinus, juxta ipsius Ecclesie facultates, in posterum stabilius perseveret ;
 habitu cum dilectis filiis, Decano et Capitulo Ecclesie nostre Cathederalis
 Exonie communi tractatu et diligenti in hac parte qui requiritur et sollempni ; de ipsorum consilio pariter et assensu, necnon de collaudacione unanimi
 et consensu dilectorum in Christo filiorum, Domini Willelmi Trevenwythe
 Decani, et Magistrorum Ricardi Gyffarde, Rogeri de Stanforde, et Roberti
 Begethe, ac eciam Dominorum David de Wollovere, Henrici Whyte, Canonici-
 corum et Prebendariorum prefate Ecclesie Collegiate Sancti Karantoci ;
 Magistris Willelmo Polmorva et Thoma Caynges, ac eciam Reginaldo le
 Soor, ejusdem Ecclesie nostre Canonicis et Prebendariis, ad certos compe-
 tentes locum et terminos, propter et ad premissa et alia Canonice facienda,
 peremptorie et debite convocatis, ipsisque preconizatis sufficienter et expec-
 tatis, ac eciam nullo modo comparentibus, contumacibus merito reputatis ;
 in ipsorum pena contumacie rite procedentes, Ordinacioni predicte Prede-
 cessoris nostri adicendo, statuimus et eciam ordinamus quod exnunc quatuor

Nota is-sacerdotes ydonei et honesti moribus et sciencia ad deserviendum in Divinis
 tam Or-Officiis, congruis temporibus, in Ecclesia nostra Collegiata supradicta, ac eciam
 dinaci- onem ; successive, cum eorum aliqui decedant, vel alias rationabiliter fuerint amoti,
 iiiij sacer- ipsorum loco consimiles subrogandi per ipsius Ecclesie Decanum, de consensu
 dotes. Canonicorum hujusmodi vel majoris partis eorundem, qui pro tempore tunc
 fuerint, preficiantur, et eciam amoveantur, cum id secundum Deum pro-

Nota spexerit expedire. Quos, in una domo simul et in communi viventes, decimas
 in com- minores omnium et singularium Prebendarum hujusmodi, unitas et confusas,
 muni percep- integraliter et in solidum percipere volumus et habere ; in quarum admini-
 stracionem stracione ipsorum sufficiencior presit, quem idem Decanus duxerit eligen-
 et cohabi- dum ; qui ceteris de administratis hujusmodi raciocinia annis singulis
 taci- reddere teneatur. Et quia in Ordinacione predicta inter cetera continetur
 onem. quod singuli prefate Ecclesie nostre Canonici, singulis terminis, per triginta
 dies in eadem Ecclesia residenciam facient personalem, suntque nonnulli in
 de resi- nos tristis obsequiis, aliique, in diversis partibus multum distantibus ex causis
 dencia- Canoni-probabilibus absentes, adeo assidue occupati quod ad hujusmodi residenciam
 corum. faciendam oportune nequeant se transference ; statuimus et statuendo decer-
 nimus quod singuli Canonici antedicti de Prebendis suis hujusmodi, in re-
 compensacionem et relevacionem oneris hujusmodi debite residencie taliter
 faciende, ad exhibicionem duorum clericorum et duorum vel trium puerorum,
 competenter instructorum ad Divinum Officium exercendum in Ecclesia

Nota nostra prelibata, prefatis quatuor sacerdotibus pecuniarum summas, singulis
 augmenta- annis, contribuant infrascriptas ; Magistri, videlicet, Ricardus Gyffard tri-
 menta- ginta solidos, Willelmus Polmorva sexdecim solidos, Thomas Caynges
 sacer- tresdecim solidos et quatuor denarios, Rogerus de Stanforde octo soli-
 dotum. dos et octo denarios, et Robertus Begethe sex solidos et sex denarios,
 [fol. 171.] Domini David de Wollovere sexdecim solidos, Henricus Whyte quinque
 solidos et sex denarios, et Reginaldus le Soor quatuor solidos sterlin-
 gorum ; quas pecuniarum summas dictorum Canonicorum successores,

Nota qui pro tempore fuerint, de Prebendis suis hujusmodi, singuli singulariter,
 penam annuatim, solvere teneantur. Canonicum, vero, dicte Ecclesie nostre quem-
 non sol- cumque contribuere, ut supra premittitur, renitentem, vel non contribuen-
 venci- tem, ad residenciam personaliter faciendam, per Sequestrum omnium fruc-
 tum Prebende sue, et aliis modis et Censuris Canonicis, secundum tenorem
 Ordinacionis prenotate, compelli districte decernimus et artari. Supradictos,

Nota devero, clericos et pueros per dictum Decanum, de consensu sacerdotum
 clericis hujusmodi, eligendos, in virtualibus secundum decenciam status sui cum
 et pue- ris. eisdem sacerdotibus vivere volumus in communi. Quorum uterque cleri-
 corum pro omnibus aliis necessariis, in Festis Sancti Michaelis et Pasche,
 sexdecim solidos sterlingorum ; ipsi eciam pueri, eisdem terminis, octo solidos
 ejusdem monete, equalibus porcionibus, percipient annuatim. In quorum
 omium et singulorum testimonium atque fidem sigillum nostrum, una

A.D. cum sigillo dictorum Decani et Capituli, fecimus hiis apponi.—Et nos,
 1351-2. Decanus et Capitulum memorati, premissis omnibus et singulis concorditer
 Vol. I. assententes, sigillum nostrum Presentibus duximus apponendum.—Data
 in Capitulo nostro Exoniensi, primo die mensis Februarii, Anno Domini
 Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo primo, et Consecrationis nostre vicesimo
 quinto.

fol. 170. Roche ; *Monitoria ad restituendum bona defuncti et faciendum
 Inventarium,*—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Ministro in Ecclesia nostra Collegiata
 de Otery Sancte Marie, necnon Rectori Ecclesie de Herpeforde, et Vicario
 Ecclesie de Otrytone, nostre Diocesis, salutem, graciam et benedictionem.—
 Cum dilectus quondam filius, Dominus Nicholaus de Chulmeleghe, Rector
 nuper Ecclesie Parochialis de la Roche, in Cornubia, quem, apud Herpeforde,
 obsequis dilecte in Christo filie, Domine Margarete Dynham, dum viveret,
 intendentem, ab hac luce subtraxerat sors humana, nonnulla habuisset
 bona diversa in Devonia dum vixit et tempore mortis sue ; que, ut
 relacione quorundam receperimus fideligna, adeo sunt per quosdam, dampnate
 cupiditatis vicio que omnium corda superat mortalium excecatos, subtracta,
 detenta, ac eciam occultata, quod in quorum manibus nunc existant, seu in
 quos fines devenerunt, nequeat apparere ; cujus occasione Inventarium
 fidele et plenarium minime potest ut decet confici de eisdem ; vobis
 mandamus et vestrum cuilibet, firmiter injungentes, quatinus hac instanti
 Die Dominicā [5 Feb.], et aliis quibus videritis expedire, in Ecclesiis vestris
 supradictis, intra Missarum Sollempnia, publice et sollempniter moneatis
 omnes et singulos detentatores seu occultatores hujusmodi, ac eciam de
 presumptoribus hujusmodi suspicionem probabilem optinentes, quod, infra
 decem dies a tempore Monitionis hujusmodi, quos pro preciso et peremp-
 torio termino ipsis per vos volumus assignari, nobis manifeste revelent de
 omni eo quod noverint seu suspicionem coloratam babuerint in premissis,
 sub pena Excommunicationis Majoris, in eos et ipsorum quemlibet, mora
 et culpa suis exigentibus, debite fulminande. Vobis, nichilominus, injun-
 gentes, in virtute Obedientie nobis prestite et jurate, quatinus, de bonis
 hujusmodi sollerter per fidelignos in hac parte majorem noticiam opti-
 nentes, pro virilius inquirentes, Inventarium quale potestis de eisdem
 confidere nullatenus obmittatis ; illud clausum, sigillis vestris impressis
 sigillatum, celerius quo fieri poterit transmittentes. Alienacionem, vero,
 nullam et irritam reputantes, si quam dictus defunctus collusorie fecerit in
 extremis.—Data apud Chuddeleghe, iiiij^o die mensis Februarii, Anno
 Domini Millesimo CCC^{mo} l^o, et Consecrationis nostre xxv^o.

[fol. 170.] Cheriton-Fitzpaine ; *Dispensation,*—

Quinto die mensis Februarii, anno et loco predictis, Dominus dispensavit
 cum Magistro Nicholao de Pontesbury, Rectore Ecclesie de Cherytone
 Fitzpayn, super non residencia quamdiu fuerit in obsequiis Venerabilis
 Patris, Domini Radulphi [de Salopia], Episcopi Bathoniensis ; et optimuit
 Literas de data v die Augusti, Anno Domini M^{mo}. CCC^o l^o, et Consecra-
 tionis Domini xxxij^o. [He had, evidently, been non-resident for some time,
 without licence, the date of this Dispensation being retrospective.]

fol. 170b. St. Ruan-Lanyhorne ; *Dimissorie J. Sulthurne, Rectoris de la
 Roche,*—

Sexto die mensis Marci, loco et annis predictis, Johannes Sulthurne, Rector
 Ecclesie de Laryhorne,¹ acolitus,² obtinuit Dimissorias ad omnes Sacros

¹ To which he had been instituted just
 before (23 Feb.)

² Ordained subdeacon by Abp. Islepe,
 in his Chapel of Maghefelde, 24
 March, 1351-2 (*Register*, fol. 312^b.);

deacon in the Parish Church there,
 7 April, 1352 (*ibid.*) ; priest in the
 aforesaid Chapel, 2 June, 1352 (*ibid.*),
 —per Dimissorias, “ad titulum Eccle-
 sie sue,”—F.J.B.

A.D. Ordines ; ita quod possit ordinari a quocumque Episcopo Regni Anglie, ad 1251-2. titulum Ecclesie sue.

Vol. I. Michaelstowe [Mychelstowe, MS.] ; Sir Roger de Syleby, R.,—
“Optinuit Licenciam insistendi obsequiis Nobilis Viri, Domini Bartholomei de Burgersshe, per annum continuum, absentando se ab Ecclesia sua predicta ; proviso, etc. Et, nichilominus, Dominus ratificavit et approbavit, tunc ibidem, absenciam et non residenciam dicti Domini Rogeri in eadem Ecclesia de toto tempore quo steterat antea in obsequiis antedicti Bartholomei. Et obtinuit Licenciam dimittendi Ecclesiam suam ad firmam, toto tempore predicto, cuicunque persone ydonee, etc.” (Chudleigh, 8 March).

Mutatio Annū.

fol. 171. Anno Domini Millesimo CCCmo quinquagesimo secundo incipiente.

A.D. Throwleigh [Throuleghe, MS.] ; Master Henry Bysouthedone, 1352. deacon, R.,—

[fol. 171b.] Dispensation : non-residence for a year, to study at Oxford, etc. (16 April).

Dimissorie,—

Thomas Whytyng, deacon, “ad Ordinem Presbiteratus, . . . ad titulum Prioris et Conventus Sancti Nicholai, Exonie, penes Registrum residentem” (Chudleigh, 6 June).

fol. 171. Concerning Chaplains ; *De Capellaniis, tam Parochialibus quam Annalibus,*—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Archidiaconis Exonie, Tottonie, et Barnastapoli in Ecclesia nostra Cathedrali Exonie, eorumve Officialibus ; necnon, Officiali nostre Peccularis Jurisdiccionis in Cornubia, salutem, graciam, et benedictionem.—Literas Venerabilis in Christo Patris et Domini, Domini Radulphi [de Stratforde], permissione Divina Londoniensis Episcopi, quarundam Literarum Reverendissimi in Christo Patris et Domini, Domini Simonis [de Islepe], Dei gratia Cantuariensis Archiepiscopi, Tocius Anglie Primatis, seriem continentis, receperimus, sub eo qui sequitur tenore verborum,— . . . Johanni, etc., Radulphus, etc., salutem, et sincere dilectionis continuum incrementum.—Literas . . . Domini Simonis, etc., et Apostolice Sedis Legati, receperimus, sub continencia infra scripta.—Simon, etc., Radulpho, etc., salutem, et fraternalm in Domino caritatem.—Dudum, propter insaciabilem Capellanorum avariciam, non eurancium animarum curas gerere seu curis hujusmodi deservire, pecuniarum lucris plus quam animarum saluti inhiancium, ut Capellanos hujusmodi, ad deserviendum animarum curis compellendos, et alios, annalia celebrantes et non Curatorum obsequiis insistentes, certo statuto salario contentos, sub certa forma per nostras certi tenoris Literas per vos ceteris Suffraganeis nostris dirigendas, vobis meminimus injunxisse ; que nec in vestris Civitate et Diocesi, in quibus viget copia maxima sacerdotum, aliquorum, ut dicitur in suis Partibus, excommunicatorum, suspensorum, indictatorum, infamatorum, et diversis criminibus irretitorum, et minus ydoneorum, ad easdem se transferencium, ut suas insolencias, ob populi multitudinem, inibi liberius valeant exercere ; qui nou solum animarum curis, eciam requisiti, renuant deservire, set, contra Ordinationem nostram, ad celebrandum annalia et deserviendum aliis quam Curatis, pecuniarum summas capiunt nimium excessivas ; nec in aliis Diocesisbus et Civitatibus

A.D. nostrae Provincie extiterant execucioni debite demandate, sicut clamor
 1352. validus nostris auribus patefecit. Verum, quia mali non amore justicie,
Vol. I. sed pene formidine, a suis excessibus retrahuntur, vestram Fraternitatem
 requirimus et hortamur quatinus Capellanos omnes et singulos in vestris
 Civitate et Diocesi Divina celebrantes, ac Ordinacionem in hac parte factam
 temere infringentes, seu venientes nequiter contra eam, per Suspensionem
 a Divinis aliamve penam Canonicam majorem, juxta vestram discretionem
 eis infligendam propter sua hujusmodi demerita, compescatis; et ut singuli
 Confratres et Suffraganei nostri, in suis Civitatibus et Diocesibus, si
 oporteat, simili modo faciant vestris Literis demandetis. Delinquentes,
 vero, in hac parte in nostra Civitate et Diocesi, et Jurisdicione exempta,
 pena simili vel majori atrociter puniemus. Et quid feceritis, et fecerint Con-
 fratres nostri, in premissis, citra Festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste
 proximo futuruni [24 June], nos certificetis, et certificant suis Literis patent-
 ibus, habentibus hunc tenorem.—Datum apud Maghefeld, iij^e Nonas Marcii
 [6 March], Anno Domini Millesimo CCC^m quinquagesimo primo, et nostre
 Consecrationistercio.—Quarum obtentu Literarum vobis, tenore Presencium,
 demandamus quatinus easdem Literas, quatenus vos concernere dinoscuntur,
 juxta earundem formam et effectum, in vestris Civitate et Diocesi, exequa-
 mini diligenter. Et quid feceritis in premissis predictum Dominum Archie-
 piscopum, citra Festum Sancti Johannis prelibatum, certificare curetis per
 Literas vestras patentes, harum seriem continentes.—Datum apud Suth-
 menstre, viij Idus mensis Aprilis [6 April], Anno Domini Millesimo CCC^m
 quinquagesimo secundo, et nostre Consecrationis terciodecimo.—Quocirea
 vobis, in virtute Obedientie, injungimus firmiter et mandamus quatinus,
 in hoc celebri Festo Pentecostes [27 May], et per tres dies sequentes in
 Ecclesia nostra Cathedrali supradicta, ac eciam vos, et singuli vestrum, in
 singulis Capitulis per vos singulariter proximo celebrandis, dictas Literas, et
 omnia et singula contenta in eisdem, adeo vulgariter exponatis quod nullus
 nostre Diocesis presbiter qui premissa non observet innocenciam suam purgare
 valeat colorate; publice, nichilominus, denunciantes quod in omnes et
 singulos, quos culpabiles arguere potuerimus in aliquo premissorum, graviter
 animadvertere temporibus intendimus oportunitis, prout dicte Litere in se
 exigunt et requirunt. De die, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis
 in premissis, nos citra Festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste,
 certificetis, et quilibet vestrum certificet, Literis vestris suisque patentibus,
 habentibus hunc tenorem. Quis, vero, vestrum presens Mandatum nostrum
 prius receperit, retenta sibi copia ejusdem, id alteri transmittat celeriter
 exequendum.—Datum apud Chuddeleghe, xx^o die mensis Maii, Anno Do-
 mini (*ut supra*), et Consecrationis nostre vicesimo quinto.—*Hoc modo fuit
 certificatum*,—Reverendissimo, etc., Domino Simoni, etc., Johannes, etc.,
 obedienciam et reverenciam tanto Patri debitas, cum honore.—Literas . . .
 Domini Radulphi, etc., xv^o die mensis Maii, instantis anni, receptionis,
 infrascriptum habentes tenorem,—Venerabili, etc.—Quas, quidem, Literas,
 ac omnia et singula contenta in eisdem, per nostras Civitatem et Diocesim
 fecimus sollempniter publicari, ipsasque ad omnem effectum quem in se
 exigunt et requirunt pro viribus observabimus, et faciemus ab aliis, quatenus
 ad nos attinet, observari.—Datum apud Chuddeleghe, xiiij^o die mensis
 Junii, Anno Domini M^m. CCC^m lij^d, et Consecrationis nostre vicesimo-
 quinto.

—Copies of two Mandates by the Archbishop (through the Bishop of London)
 are entered here,—

(i.) *De stipendiis Presbiterorum*,

Venerabili, etc. (*ut supra*),—Effrenata generis humani cupiditas, cuius conatus
 nisi justicia virtute sua reprimeret, ita ex sibi innata malicia excresceret
 quod caritas extra mundi terminos exularet. Sane communis ad nos
 querela perduxit, et Magistra rerum efficax experientia manifestat, quod

A.D.
1352. sacerdotes qui jam supersunt, non considerantes quod ad execucionem
Ministerii sibi commissi, propter populum Dei et utilitatem publicam, non
Vol. I. propter sua merita, dispositione Divina a periculis Pestilencie preterite pre-
servantur, nec erubescentes quod eorum insaciabilis avaricia ab aliis operariis,
eciam laicis, nequiter et perniciose trahitur in exemplum ; de animarum
cura, que ceteris curis a Ministris presertim Ecclesiasticis est merito prefer-
enda, non curant ; ad quam cum quis invitus assumitur, si humilietur pareat,
de majori poterit merito gloriari. Set curas animarum gerere negligunt et
onera Curatorum caritate mutua supportare; quinimmo, eis penitus derelictis,
ad celebrandum annalia et ad alia peculiares se conferunt obsequia ; ut sic
antiquas possint insolencias liberius renovare, stipendiis competentibus et
solitis non contenti ; set pro eorum serviciis stipendia exigunt excessiva,
sicque sub nomine simplici et labore debili majora sibi lucra vendicant quam
Curati. Unde eveniet, nisi eorum irrationabilis appetitus ad equitatis regu-
lam reducatur, tum propter hujusmodi frequentacionem annalium, tum
propter stipendiorum suorum quantitatem nullo libramine moderataam, plures,
immo plurime, tam nostre quam vestre Diocesis, et tocius nostre Provincie,
Ecclesie, Prebende, et Capelle remanebunt sacerdotum obsequiis destitute ;
et, quod dolores nobis accumulat, Curati faciliter propter simile commodum
ad obsequia similia se convertent, derelictis penitus suis curis. Volentes,
igitur, hujusmodi sacerdotum insaciabile desiderium, propter predicta peri-
cula et alia dispendia gravia que ulterior connivencia adiceret, remedii
quibus convenit refrenare, Fraternitatem vestram requirimus et hortamur in
visceribus Jhesu Christi quatinus, attentis animarum periculis et causis
predictis, ante omnia de cura cuiuslibet Ecclesie Parochialis, Prebende, et
Capelle, cui cura imminet animarum, secundum earum indigenciam, de meli-
oribus et ydoneioribus (*sic*) Capellaniis, in cujuscumque alterius quam Curati
reperiantur servizio, salubriter ordinatis, et non parentes, ac eorum fautores,
seu ipsos contra vestram Ordinacionem in suis serviceis retinentes, singulos
que vestram Ordinacionem hujusmodi temere infringentes, ac eciam ipsos
Capellanos et quoscumque alios, qualitercumque et ubicumque in vestra
Diocesi celebrantes, ut moderato salario sint contenti, per quascumque
Censuras Ecclesiasticas Canonice compescatis. Et, si quis vobis rebellis ad
nostram vel alterius Confratris nostri Diocesim duxerit propterea se trans-
ferre, volumus et mandamus quod nomen et cognomen nobis, seu illi de
Confratribus ad cuius Diocesim transierit, et, toto Processu inde habito,
curetis vestris, aut current suis, Literis intimare. Volumus, enim, contra
illos qui sic ad nostram venerint Diocesim, juxta vestros vel alterius Con-
fratris nostri Processus procedere, et Censuras in eos latas exequi juxta
vires. Hec, similiter, per Confratres nostros singulos, in suis Diocesibus, in
omnibus fieri et exequi requirimus et mandamus. Et, ut vobis de quan-
titate salarii fiat intencio nostra certa, volumus in dicta nostra Diocesi quod
Capellanus Ecclesie, Prebende, vel Capelle curate de una marca argenti,
ultra id quod in eadem Cura sacerdoti ministranti solebat alias ministrari,
pro suo salario contentetur. Salarium, vero, alterius sacerdotis stipendiarii
ad communem taxacionem temporibus preteritis usitatam volumus coartari.
Vobis, insuper, injungimus et mandamus ut nos de facto vestro et ejus
circumstanciis universis, in singulis predictis articulis, citra Festum Nativi-
tatis Beate Marie Virginis [8 Sept.], reddatis distincte et aperte per Literas
vestras cerciores. Scituri quod, post lapsum Festi predicti, ad cujuscumque
fol. 172 querelam, nobis de vestra seu aliorum nostrorum Confratrum et Suffraga-
neorum negligencia querelantis, intendimus, juxta negotii qualitatem et juris
exigenciam, quod nostro in ea parte incumbit Officio exercere. Presens,
vero, nostrum Mandatum singulis Confratribus et Suffraganeis nostris per
vos volumus intimari et per vos eisdem injungi, ut ipsi de hiis que fecerint in
premissis nos, citra Festum predictum, suis Literis certificant, habentibus
harum formam.—Datum apud Maghefelde, v^o Kalendas Junii [28 May]
Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo, et Consecrationis nostre

A.D. primo.—Injungimus, eciam, vobis ut dictum Venerabilem Patrem de omni
 1352. eo quod feceritis in premissis, citra Festum Beate Marie Virginis supradictum,
 Vol. I. distinete et aperi certificare curetis per Literas vestras patentes, Literarum
 dicti Venerabilis Patris premissarum seriem continentem.—Datum apud
 Storteforde, vj Idus Junii [8 June], Anno Domini supradicto, et nostre
 Consecrationis undecimo.

(ii.) *Qualiter clerici convicti debent custodiri,*—

Venerabili, etc. (*ut supra*).—Nuper in Parlamento Regio, Londoniis habito,
 nobis instantibus pro debita reformacione quarundam injuriarum Deo et
 Sancte Ecclesie illatarum, quas conniventibus oculis nequivimus pertransire,
 pro et ex eo, videlicet, quod Judices Seculares, nitentes plus solito in messem
 Dominicam mittere falcem suam, clericos passim, eciam si sacerdotes fuerint,
 et, insuper, Religiosos in possessione Clericatus et Sacerdotii notorie con-
 stitutos, et pro talibus tam per ipsos quam alias publice et communiter
 deputatos, de et super variis criminibus, flagiciis, seu sceleribus coram ipsis
 irretitos seu eciam indictatos, judicarie potestatis sue fines notorie excedentes,
 et in Christianos Domini sibi in Causis criminalibus hujusmodi nullo jure
 subjectos potestatem indebitam usurpantes, ipsos clericos et sacerdotes,
 contra Sacros Canones et Ecclesiasticas Libertates, morti turpissime et in-
 solite condempnare, addicere, et effectualiter tradere non verentur, in Dei et
 Sancte Ecclesie irreverenciam, contemptum, et scandalum manifestum,
 animarumque suarum periculum nimis grave; tam per ipsum Regem et
 Proceres Regni sui quam Communitates alias adunitas ibidem objectum
 fuerat, et sub responsivis coloribus graviter replicatum, quod clerici, pre-
 textu sui Privilegii audaciam capiunt forciorem scelera perpetrandi; cumque
 ipsi in sceleribus hujusmodi capti, seu saltem veraciter indictati, et de hoc
 secundum morem Regni convicti coram Judice Seculari, per Prelatos
 Ordinarios eorum competentes, seu eorum Commissarios, debite requisiti,
 Deo, Sancte Ecclesie, et eis sic potentibus fuerint cum reverencia liberati,
 ita segniter, quin pocius favorabiliter, custodie temere committuntur, et in
 hujusmodi custodia sic in cibis et potibus laetus procurantur quod carcer
 pro eorum flagiciis eis non cedit ad penam, set magis ad solacium et
 refocillacionem suorum corporum deliciorum; et propterea, cum quies sine
 labore, tantis adjutoribus suffulta, persepe via subministrat, plures mul-
 tociens per tantam ediam ingrassati et in suis nequissimis cogitationibus
 dilatati, ab hujusmodi custodia, quasi eis fuisse inimica ingratissime fugiunt
 et recedunt. Nonnulli, eciam, flagiosi notorie et famosi, de quibus nulla
 suppetit veritas excusandi, ad Purgaciones suas procuratas et suspectas adeo
 faciliter admittuntur, quod cuiilibet sic liberato ut plurimum spes firma
 tribuitur, uno modo vel alio, ad vitam malam pristinam redeundi; unde
 sepe contingit quod, nedium faciliter sic purgati efficiuntur plus solito
 nequiores, set eciam aliis clericis innocentibus, propter facilitates, incurias,
 et negligencias hujusmodi nimias incentivum tribuitur delinquendi; ex quo
 pax Regni gravissime violatur. Unde nos, premissa et circumstancias alias
 in hac parte solcite ponderantes; timentes, insuper, ne abusus potestatis
 Ecclesiastice, presertim qui in Regni perturbacionem universaliter redundat,
 in prejudicium et dampnum cedere valeat Privilegii Clericalis; de consilio
 et consensu Fratrum nostrorum in dicto Parlamento presencium, et Pro-
 curatorum absencium, de custodia clericorum hujusmodi taliter duximus
 ordinandum; videlicet, quod tam Fratres nostri quam alii Locorum Ordinarii,
 Ecclesiastici Judices nostre Provincie Cantuariensis, ad quos de consuetudine
 pertinet hujusmodi recepcionem et custodię clericorum, clericos sic eis, ut pre-
 mittitur, ad carceralē custodiā ob premissa, juxta Libertates Ecclesiasticas
 liberatos, et decetero liberandos, cum bona, strieta, et solerti diligencia,
 secundum qualitatem personarum et scelerum quantitatem studeant facere
 custodiri, ut sic penaliter custoditi in scandalum Ecclesie ad vitam misera-
 bilem non recedant; et si qui clerici taliter liberati malefactores notorie
 fuerint et famosi, confessi seu super felonias, criminibus, sceleribus, et

A.D. flagiciis hujusmodi adeo publice diffamati quod sua per eos commissa scelera
 1352. inficiari nequeant, seu quod eorum a carcere liberacio Ecclesie ipsiusque
 Vol. I. libertati tranquilitative Regni sit evidenter scandalum allatura ; tunc in
 qualiter quarta [et] sexta feriis, et in Sabbatis, de pane doloris et aqua angustie semel
 debent in die, ceterisque diebus pane et debili cervisia ; Die, vero, Dominica,
 procurari vide propter honorem ipsius Diei et excellenciam, de pane, cervisia, et legumine
 licet eisdem tantummodo ministretur, quibus ex elemosinarum vel conjunctorum
 pane et seu amicorum quorumcumque largacione, seu quovis alio quesito colore vel
 aqua, injta et racione quamcumque, nichil amplius tribuatur, nec ipsis aliqua Purgacio
 vj feria. quomodolibet concedatur. Si, vero, aliqui carcerati clerici hujusmodi
 fol. 172b. innocentes fuerint, vel de maleficiis vel flagiciis sibi impositis vehementer
 non suspecti notorie seu confessi, vel, ut premittitur, publice diffamati, tales
 volumus adhibere cautelam ut, antequam ad eorum Purgacionem judicialiter
 procedatur, premittatur solers Inquisicio per ipsorum Ordinarios Ecclesiasticos, in ea parte competentes Judices, de ipsorum vita, fama, gestu, et conver-
 sacione in loco criminis de quo indictati seu pro quo incarcerati fuerint, et
 originis eorundem ; suis notis et amicis de Inquisitione hujusmodi minime
 premaunitis; et, si locus criminis vel originis clericorum incarceratedrum hujus-
 modi in Diocesi Ordinarii Ecclesiastici Judicis, cui fuerunt liberati, non
 fuerit, de vita, fama, gestu, et conversacione dictorum clericorum, ad signifi-
 cacionem Ordinarii Judicis premissi in cuius carcere detenti fuerint, Judex Ecclesiasticus Ordinarius loci criminis pretensi et originis inquirere in ea
 parte, et certificare sibi Ordinarium mittentem et significantem, ut prefertur,
 suis Literis teneatur. Vobis, igitur, mandamus, firmiter injungentes,
 quatinus, premissa omnia et singula, quatenus ad vos attinet, observetis ;
 et ut singuli Coepiscopi et Suffraganei vestri ea observent, vestris Literis,
 harum seriem continentibus, vice et auctoritate nostra efficaciter injungatis ;
 mandantes quatinus ipsi Confratres, citra Festum Sancti Johannis Baptiste,
 nos certificant quid in premissis duxerint faciendum. Vos, eciam, citra
 Festum predictum, nos redditatis cerciores quid feceritis et facere duxeritis
 in hac parte.—Datum apud Lamheth, xij Kalendas Marcii [19 Feb.], Anno
 Domini Millesimo CCC^mo l^j^m, et nostre Consecrationis tertio.—Auctoritate,
 igitur, supradicta vobis injungimus et mandamus quatinus omnia et singula
 in dicta Ordinacione contenta, secundum vim, formam, et effectum ejusdem
 quatenus ad vos attinet, observetis. Et quid in premissis duxeritis faciendum
 dictum Venerabilem Patrem, Metropolitanum nostrum, citra Festum Sancti
 Johannis memoratum certificetis Literis vestris patentibus, habentibus hunc
 tenorem.—Datum apud Stebbenheth [Stepney], viij Idus Marcii [9 March],
 Anno Domini supradicto, et nostre Consecrationis tertio decimo.

Axminster ; Licencia pro Oratorio de Estmembiry, in Parochia de Axeminstre,—

Vicesimo secundo die Junii, apud Chuddeleghe, [Richardus de Katheleseye],
 Perpetuus Vicarius Ecclesie Parochialis de Axemynstre, obtinuit Licenciam
 celebrandi, vel faciendi per alium celebrari, in singulis Festivitatibus
 Nativitatis Sancti Johannis Baptiste et Decollacionis ejusdem, in Capella
 ejusdem Sancti in Villa de Estmembiry, infra fines Parochie sue de Axe-
 mynstre, ad beneplacitum Domini duraturam. Proviso quod Ecclesia
 Parochialis, illis diebus, debitibus obsequiis non careat, nec sibi prejudicium
 ea occasione generetur.

St. Ewe ; Sir Thomas Bray, R.—

Licence of non-residence, "dum interim intenderet circa prosecucionem ne-
 gociorum Nobilis Viri, Domini Radulphi, Comitis Staffordie, in Curia
 Romana." (Chudleigh, 27 June.)

Dimissorie,—

—Richard Strangoe, of West Downe, accolite, "ad omnes Sacros Ordines, . . .
 ad titulum Prioris et Conventus de Tywardraythe, penes Registrum existen-
 tem," (Chudleigh, 2 Aug.).

A.D. The Exeter Theatre¹; the Bishop forbids the performance of an injurious and scandalous Play,—

Vol. 1352. I. Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Archidiacono Exonie, vel ejus Officiali, salutem, graciā, et benedictionem,—Invidus hostis antiquus malorum omnium insensator, qui agit assidue ut tranquillitatis humane delicie extra mundi terminos exularent, ibi sue venena nequicie lacius nititur diffundere ubi se severius estimat obfuturum. Sane, licet artes mechanicas, ut rerum experientia continue nos informat, mutuo, necessitate quadam, oporteat se juvare; pridem, tamen, intelleximus quod nonnulli nostre Civitatis Exonie imprudentes filii, inordinate lascivie dediti, fatue contempnentes que ad ipsorum et universalis populi indigenciam fuerunt utiliter adinventa, quendam Ludum noxiū qui culpa non caret, immo verius ludubrium, in contumeliam et opprobrium allutariorū, necnon eorum artificiī, hac instanti Die Dominicā, in Theatro nostre Civitatis predicte publice peragere proponunt, ut inter se statuerant et intendunt; ex quo, ut didicimus, inter prefatos artifices et dicti Ludi participes, auctores pariter et fautores, graves discordie, rancores, et rixe, cooperante satore tam execrabilis ire et invidie, vehementer pululant et insurgunt; adeo quod, nisi ab illorum illico proposito, spiritu ducti consilii sanioris, se abstineant totaliter et desistant, iusultus et aggressus terribiles, pacis Regis et Regni turbacio, verbera et sediciones, ac eciam ex consequenti animarum amarius deploranda pericula, prochdolor, insequentur. Considerantes, igitur, quanta mala corporum et animarum, sub velamine et colore Ludi eciam liciti, stimulante diabolo, eveniunt et contingunt, ad resistendum, in quantum possumus, talium fluctuum et procellarum principiis, ne deterius inde sequatur, non inmerito provocamur. Quocirca vobis injungimus firmiter et mandamus quatinus, ne aliqui, quocumque nomine censeantur, dictum Ludum, tam acerbis periculis indicia ministrantem in nostra Diocesi, et presertim in nostra Civitate predicta, inchoare, vel inchoatum perficere presumant quomodolibet vel attemptent, primo, secundo, tertio et peremptorie inhibeatis publice et expresse, sicuti ipsis tenore Presencium inhibemus, sub pena Excommunicationis Majoris, quam in ipsis, et ipsorum quemlibet, si Moniciouibus et Inhibicionibus hujusmodi non paruerint cum effectu, exiunc prout extunc ferimus in hiis Scriptis. Ad hec, quia memorati artifices, qui, ut clamosa insinuacione vulgi receipimus, in mercibus suis distrahendis plus justo precio, modernis temporibus, a contrahentibus cum eisdem adeo excessive recipiunt et extorquent quod ipsorum inmoderancia talibus operacionibus materiam subministrat, ac ipsi, per hoc, justo lucro absque rapina non contenti, in promptum suarum periculum incident animarum; vobis, ut supra, injungimus et mandamus quatinus artifices predictos, omnes et singulos, publice et sollempniter monetatis et efficaciter inducatis, ipsosque moneri et induci per Ecclesiarum dicte Civitatis nostre Curatos, modo simili, faciat ac eciam inhiberi, sicuti ipsis tenore Presencium inhibemus, ne exiunc, in vendendo que ad eos pertinent, precium per Excellentissimum Principem et Dominum nostrum, Anglie et Francie Regem illustrem, et Consilium suum, pro utilitate publica limitatum, exigant quovis modo, set Statutum in hac parte salubriter editum striccius teneant et observent. De die, vero, receptionis Presencium, modo et forma executionis presentis Mandati nostri, ac eciam nominibus et personis premissis contravenientium, et de fautoribus eorundem, nos, citra Octabas Assumptionis Beate Marie [22 Aug.], reddatis debite cerciores per Literas vestras patentes, harum seriem dilucide continentest.—Datum apud Chuddeleghe, ix^a die mensis Augusti, Anno Domini Millesimo CCC^m quinquagesimo secundo, et Consecrationis nostre vicesimo quinto.

¹ It will be observed that Exeter had its Theatre, in which Plays were performed, as early as 1352; for the

Bishop refers to "the Theatre of our City of Exeter" in distinct terms. See, also, page 1055, note.

A.D. Dartington [Dertyngton, MS.] [Thomas¹] Bernhouſ, R.,—
 1352. Licence of non-residence for a year, “causa insistendi obsequiis Nobilis Mu-
 Vol. lieris, Domine Margarete Martyn (Chudleigh, 2 Sept.).

Parkham ; Master William Crior, R.,—

Licence of non-residence for a year, to study, “dum, tamen, absencie sue
 fol. 173. dampnum elimosinarum largacione, arbitrio Domini taxanda, compensetur”
 (Chudleigh, 10 Sept.). On the same day he obtained Licence of non-
 residence for a year, “insistendo obsequiis Domini Johannis Dublinensis
 Episcopi²; also, Letters Dimissory “ad omnes Sacros Ordines.”

Monkokehampton ; Sir John Luvenescote, R.,—

Licence of non-residence for a year, “ex certis causis per ipsum allegatis et
 per Dominum approbatis” (Chudleigh, 18 Sept.)

[fol. 192b.] Barnstaple Vicarage ; *Composicio inter Priorem Burnestapolie et*
Vicarium Ecclesie Parochialis Barnestapolie super Vicaria Loci.

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis presentes Literas inspecturis, Johannes,
 miseratione Divina Exoniensis Episcopus, salutem, cum benedictione et
 gracia Salvatoris.—Universitati vestre, tenore Presencium, intimamus quod
 dudum bone memorie Walterus de Stapelone, Predecessor noster, Vicarium
 Ecclesie Parochialis et curate Beati Petri Barnestapolie, nostre Diocesis,
 constituit et ordinavit, et certis porcionibus limitavit, ut in Registro ipsius
 dilucide vidimus contineri³, sub eo qui sequitur tenore verborum,—Tercio
 die Novembbris, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} undecimo, apud Tautone
 Episcopi, ordinata et taxata fuit Vicaria Ecclesie Beati Petri Barnestapolie,
 de consensu Prioris Barnestapolie, et Commonachorum suorum, quibus dicta
 Ecclesia appropriata existit, et Domini Philippi [de Cruce], tunc Vicarii in
 in eadem, sub hac forma ; videlicet, quod idem Vicarius et successores sui,
 qui pro tempore fuerint, habeant et percipient, nomine Vicarie sue, totum
 altilagium et minores decimas, una cum feno tocius Parochie Ecclesie prediche,
 exceptis minoribus decimis provenientibus de animalibus dictorum Religio-
 sorum et animalibus aliorum que in dominico dictorum Religiosorum pascunt
 et cubant, ac eciam decimis molendinorum suorum que optinent in presenti.
 Facient, eciam, predicti Religiosi construere, suis sumptibus, Domos compe-
 tentes, super solum suum proprium et in loco competenti, pro Vicario ad
 inhabitandum, citra unum annum a Festo Sancti Michaelis proximo sequi-
 turum, sub pena decem librarum in Fabricam Ecclesie nostre Exoniensis pro
 nostra et Successorum nostrorum dispositione convertendarum. Quas,
 quidem, Domos extunc, Libros, eciam, Vestimenta, et cetera Ornamenta
 ejusdem Ecclesie ad Rectoriam spectancia, necnon vitrum fenestrarum Can-
 celli ipsius Ecclesie, postquam omnia, semel, predicta per dictos Religiosos
 sufficenter reparata fuerint et correcta, dictus Vicarius et sni successores
 Vicarii duntaxat suis sumptibus sustinebunt. Solvent, eciam, idem Vicarius
 et sni successores Vicarii Procuracionem Archidiaconi Loci, Cathedraticum,
 et Synodaticum ; alia, vero, onera dicti Cancelli et extraordinaria ipsius
 Ecclesie imposita et imponenda ad Religiosos pertineant supradictos ; et
 solvent, nichilominus, dictus Vicarius et sni successores Vicarii eisdem
 Religiosis, singulis annis, in quatuor Festis anni principalibus, videlicet
 Natalis Domini, Pasche, Nativitatis Sancti Baptiste, et Sancti Michaelis, in
 Ecclesia Conventuali Barnestapolie, centum solidos annue Pensionis, equis
 porcionibus ; in cuius solucione, si infra quindecim dies a tempore aliquorum
 predictorum terminorum defecerit facienda, volumus et ordinamus quod
 idem Vicarius et successores sui eo ipso dicta Vicaria, absque alio Processu

¹ See Vol. iii, fol. 74. A blank space is left for the Christian name, here.

² John de Sancto Paulo.

³ Reg. fol. 66^b ; where, in the margin,

Bishop Grandisson himself wrote *Taxacio Vicarie Barnastapolie*. There are some slight verbal variations in this copy.

A.D. super hoc faciendo, sint privati ; et extunc liceat eisdem Religiosis Personam
 1352. ydoneam ad dictam Vicariam, ut ad vacantem, libere presentare; salva nobis
 Vol. I. et Successoribus nostris potestate dictam Vicariam augmentandi et minuendi,
 [fol. 193.] et predictam Ordinacionem seu Taxacionem mutandi, si et prout viderimus,
 aut viderint, expedire.—Cumque inter Religiosos Viros, Rogerum Capi,
 Priorem Prioratus Beate Marie Magdalene Barnestapolie, et ejusdem Loci
 Commonachos, Ordinis Sancti Benedicti, ex una parte, et Dominum Willelmum
 Warthecoppe, Perpetuum Vicarium Ecclesie Parochialis supradicte, ex parte
 alia (sic), super et de Pensione de qua in supradicta Ordinacione fit mencio,
 quam prefati Prior et Commonachi a dicto Vicario juxta Ordinacionem
 predictam in instancia figurata judicialiter petiverunt; necnon, super restitu-
 cione possessionis ejusdem Pensionis, qua idem Prior et Commonachi per Vic-
 ariatum memoratum per triennium continuum se dixerant spoliatos, gravis litis
 et dissensionis materia suborta fuisset ; Partes supradicte coram nobis, in novo
 deambulatorio Manerii nostri de Chuddeleghe, vicesimo septimo die mensis Sep-
 tembris, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo secundo, personaliter
 constitute, auctoritate nostra, et ceteris in hac parte requisitis de jure interve-
 nientibus, super litibus, controversiis, et dissensionibus, motis ut premittitur
 inter eas, transegerunt et unanimiter concordarunt in modum qui sequitur,
 tunc, ibidem,—In primis, videlicet, quod iidem Prior et Commonachi, ac
 successores sui ibidem, extunc, annuatim, a dicto Domino Willelmo
 Warthecoppe, quamdui eidem prefate Ecclesie Parochialis Barnestapolie
 Vicarium Perpetuum contingenteret remanere, et a successoribus suis, dicte
 Ecclesie Vicariis, Pensionem prenotatam integraliter et in solidum, juxta
 vim et effectum Ordinacionis memorare quam in suis viribus, absque
 contradicione Vicarii predicti vel suorum, ut premittitur, successorum,
 percipient et habebunt, ac eciam medietatem omnium candelarum et cere-
 quas ad Ecclesiam Parochiale predictam in Festis Purificacionis Beate
 Marie, annis singulis, singulariter contigerit obvenire. Habebunt, eciam,
 iidem Prior et Commonachi, ac successores sui Piores et Commonachi
 ibidem, omnes et singulas majores decimas et minores de quibuscumque
 pratis, gardinis, seu curtilagiis infra fines et limites Parochie memorate
 constitutis, que Sacristie dicti Prioratus ab antiquo extiterant assignate,
 absque impedimento dicti Vicarii et suorum, ut premittitur, successorum.
 Et Vicarius supradictus et successores sui, in dicta Ecclesia Parochiali
 Barnestapolie Perpetui Vicarii, a prefatis Religiosis habebunt in perpetuum,
 nomine Vicarie sue predicte, unam partem gardini prope dictum Prioratum
 situati, continentem quinquaginta sex perticatas terre ; quam, quidem,
 partem gardini dicti Prior et Commonachi dederunt eidem Domino Willelmo
 et successoribus suis, nomine dicte Vicarie, hujusmodi transaccionis pre-
 textu, libere et in perpetuum possidendam. Ad quorum omnium et singu-
 lorum observacionem Partes supradicte coram nobis in continentali, juxta
 compositionem seu transaccionem supradictam, se juramenti vinculo, tactis
 Sacrosanctis Evangelii, astrinxerunt. Et nos, Johannes, Exoniensis Epi-
 scopus supradictus, ut composicio sive transaccio prelibata realis efficiatur,
 perpetuis temporibus duratura, consensum, assensum, et auctoritatem
 nostram eidem, quantum ad nos attinet, prebuimus. Et in premissorum
 omnium testimonium atque fidem presentes patentes Literas sigilli nostri
 appensione fecimus communiri.—Data in dicto Manerio nostro de Chudde-
 leghe, predicto vicesimo septimo die mensis Septembris, Anno Domini
 Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo secundo, et Consecrationis nostre vicesimo
 quinto. [It will be observed that this omitted Document is out of place by
 some twenty folios, having been inserted under the year 1355.]

[fol. 172b.] Combe-Raleigh ; Sir Nicholas [Mileward, chaplain], R.,—
 Licence of non-residence for a year “insistendo obsequiis Domini Johannis de
 Ralegh, Militis, Patroni sui ; dum, tamen, interim defectus in domibus
 Rectorie sue faceret congrue reparari” (Chudleigh, 30 Sept.).

A.D.
1352. [Mutatio Annī Consecrationis Domini.]
Vol. I.
fol. 173. Anno Domini Millesimo CCC^{mo} liij^o, et Consecrationis dicti
Patris xxvj^{to} incipiente.

Licences granted to certain Augustinian Friars,—

Memorandum quod xvij^o die mensis Octobris, videlicet die Jovis in Festo Sancti Luce, Evangeliste, apud Peyngtong, Frater Johannes de Clyve, Ordinis Fratrum Heremitarum Sancti Augustini, admissus fuit per Dominum, ad Presentacionem Prioris Provincialis dicti Ordinis, ad celebrandum Divina, Confessiones audiendum, etc., casibus a jure reservatis exceptis; non obstante Prohibicione dicti Patris alias facta Fratribus supradictis; proviso quod infra fines Parochie de Tounstalle nullatenus se ingerat dictus Frater, ad premissa quomodolibet facienda.—Eisdem die et loco, Frater Johannes de Bradeforde, Professus Ordinis Fratrum Heremitarum Sancti Augustini, presbiter, obtinuit Licenciam celebrandi Divina ubique in Diocesi Exoniensi preterquam inter fines Parochie de Tounstalle; non obstante, *ut supra*.

Woodleigh [Wodeleghe, MS.] Sir William Wyke, R.,—

Licence of non-residence for a year, “insistendo obsequiis Nobilis Viri, Domini Hugonis de Courtenay, Comitis Devonie; cum clausulis consuetis” (Chudleigh, 12 Nov.).

Mutatio Annī Encarnacionis.

[Anno Domini M^o. CCC^{mo} liij^o, et Consecrationis dicti Patris xxvj^{to}.]

A.D. 1353. Dunkeswell Abbey; Professio [Wilhelmi Wedmore], Abbatis de Dunkesville,—

Die Dominica qua cantatur Officium *Misericordia Domini*, videlicet vija die mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo tertio, Dominus, in Capella Manerii sui de Chuddeleghe, benedixit Abbatem Monasterii de Dunkesville; qui profitebantur sub hac forma,—Ego, Frater Willelmus, Abbas de Dunkesville, Ordinis Cisterciensis, Subjeccionem, Reverenciam, et Obedientiam a Sanctis Patribus constitutam, secundum Regulam Sancti Benedicti, tibi, Domine Johannes Episcope, tuisque Successoribus Canonice substituendis, et Sancte Sedi Exoniensi, salvo Ordine nostro, perpetuo me exhibituru promitto.

St. Columb-Major; Sancte Columbe Majoris,—

Universis ad quos presentes Litere pervenerint, quorumve interest vel interesse poterit quomodolibet in futurum, Johannes, etc., salutem in amplexibus Salvatoris.—Nuper dilectus filius, Radulphus de Arundelle, presbiter, Rector Ecclesie Parochialis et curate Sancte Columbe Majoris, in Cornubia, nostre Diocesis, in nostra presencia constitutus, volens, ut asseruit, ex certis causis conscientiam suam racionabiliter moventibus, ab animarum cura et regimine ejusdem Ecclesie libenter exonerari, nobis humiliter supplicavit quatinus Resignacionem suam de ipsa Ecclesia sua acceptare et admittere dignaremur. Unde nos, auditis et examinatis ac plene discussis et intellectis causis Resignacionis hujusmodi faciente; quia manifeste comperimus causas ipsas veras et sufficietes esse ad Resignacionem hujusmodi faciendam, Resignacionem eandem in scripta redactam, ac per ipsum Radulphum coram nobis lectam et nobis traditam,—reservata nobis potestate providendi et

A.D. assignandi eidem Radulpho, de facultatibus ejusdem Ecclesie, competentem
 1353. pro vite sue necessariis, prout decreverimus, porcionem,—duximus admitten-
 Vol. I dam. Vacante, itaque, dicta Ecclesia Sancte Columbe Majoris per spon-
 taneam Resignacionem prefati Domini Radulphi in manibus nostris factam
 et per nos taliter acceptatam; dilectoque filio, Magistro Roberto Hurewarde,
 clero, ad Presentacionem dilecti filii, Domini Johannis de Arundellis,
 Militis, veri ejusdem Ecclesie Patroni, premissa Inquisicione diligenti super
 jure Patronatus et aliis articulis consuetis in talibus, ut est moris, concur-
 rentibus, eciam, omnibus de jure in hac parte requisitis, ad ipsam Ecclesiam
 per nos admisso et instituto Canonice in eadem; nos, attendentes prefati
 Domini Radulphi generis nobilitatem, ipsiusque indigencie paterno compa-
 cientes affectu; ne, humano destitutus suffragio, in opprobrium Cleri
 Ordinisque Sacerdotalis, mendicare misere compellatur, ad instantem petici-
 onem dicti Domini Johannis, Patroni ejusdem Ecclesie, ac de expresso
 unanimi assensu et consensu memorati Magistri Roberti, tunc Rectoris,
 necnon dilectorum in Christo filiorum, Decani et Capituli Ecclesie nostre
 Cathedralis Exonie, cum quibus super premissis tractatum fecimus et ha-
 buiimus diligentem; prefatisque Johanne et Roberto nostris in hac parte,
 ordinacioni, voluntati, et decreto, pure, sponte, simpliciter, et absolute
 se primitus submittentibus, ac subsequenter de stando in omnibus et
 parendo nostris hujusmodi ordinacioni, voluntati, et decreto juratis,
 deliberacione prehabita diligent, decrevimus et assignavimus, prout tenore
 Presencium ordinamus, decernimus, et assignamus, eidem Domino Radul-
 pho, dictam Ecclesiam taliter dimittenti, ex premissis causis et aliis veris et
 legitimis nos ad id propensius excitantibus, fore per modum qui sequitur suc-
 currendum; videlicet, quod idem Dominus Radulphus exnunc, toto tempore
 vite sue, percipiat et habeat, nomine puri et simplicis beneficii, de prefata
 Ecclesia Sancte Columbe Majoris, ac de Magistro Roberto Hurewarde, ejus-
 dem Ecclesie nunc Rectore, ejusque successoribus qui pro tempore fuerint,
 ipsius Ecclesie Rectoribus seu possessioni incumbentibus, unam Pensionem
 annuam viginti librarum sterlingorum, eidem Radulpho singulis annis, in
 Festis Sancti Michaelis Archangeli, Natalis Domini, Pasche, et Nativitatis
 Sancti Johannis Baptiste, absque diminuzione, contradicione, seu difficultate
 aliqua persolvendam; memoratum Magistrum Robertum, Rectorem Ecclesie
 antedictum, in solucione Pensionis hujusmodi, juxta ipsius spontaneam con-
 fessionem, ac de suo consensu expresso, finaliter condemnantes. In quorum
 omnium et singulorum testimonium sigillum nostrum, una cum sigillis
 dictorum Decani et Capituli, necnon Domini Johannis, Patroni, et Magistri
 Roberti, Rectoris, predictorum, Presentibus est appensum. Data in Capitulo
 nostro Exoniensi, vicesimo octavo die mensis Junii, Anno Domini Millesimo
 CCCmo quinquagesimo tercio, et Consecrationis nostre vicesimo sexto.—Et
 nos, Decanus et Capitulum, necnon Johannes et Robertus supradicti, pre-
 missis omnibus et singulis, quantum ad nos attinet, conscentes, sigilla
 nostra Presentibus apposuimus, die, loco, mense, et Anno Domini supradictis.

Dimissorie,—

- William Shevioke, clerk, “ad omnes Minores et ad omnes Sacros Ordines, . . . ad titulum Abbatis et Conventus Bucfestrie, penes Registrum residen-tem.” (Chudleigh, 16 Aug.).
- Henry Wythefelde, accolite, “ad omnes Sacros Ordines, . . . ad titulum Prioris et Conventus de Berliche [Berlinch, Somerset], penes Registrum resi- dentem” (Chudleigh, 21 Aug.).

[Mutatio Annī Incarnationis Domini.]

A.D. Anno Domini M^o. CCC^{mo} liij^{to}, et Consecrationis dicti
1354. Vol. I. Patris vicesimo septimo.

fol. 174. Exeter, St. John's Hospital; *Concessio sepulture pro Magistro,
Fratribus, et pauperibus Domus Sancti Johannis Exonie,—*

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis, precioso Christi Sanguine redemptis,
Johannes, etc., salutem in Eodem, Qui est omnium Vera Salus.—Univer-
sitati vestre innotescimus per Presentes quod in primiciis nostre Promocio-
nis ad curam regiminis Pastoralis cui presidemus licet immeriti,
Hospitale Sanctorum Johannis Baptiste ac Johannis Evangeliste, in Civitate
Exoniensi, Fundacionis ac Patronatus Episcopalis, ita desolatum comperimus
quod in eo unicum Fratrem probum, habitum deferentem, et paucos
infirmos invenimus decumbentes. Cujus desolacioni non mediocriter com-
pacientes, sacrumque Religionem in eodem plenius plantare, ad laudem et
honorem Altissimi et Sanctorum Suorum predictorum, votivis affectibus
cupientes, medianibus ope et auxilio Executorum Testamenti pie memorie
Dominorum Thome et Walteri Secundi, Precedessorum nostrorum, Exoni-
ensium Episcoporum, necnon Nobilis quondam Viri, Willelmi Martyn,
numerum quinque Fratrum sacerdotum, ibidem Deo famulancium, unum
eorum in Priore preficiendo, curam animarum Confratrum et pauperum
dicti Hospitalis eidem, ut antiquitus fieri consuevit, committendo, ad Divini
Cultus augmentum, et duodecim pauperum infirorum, necnon octo puer-
orum pauperum cum Magistro ad eos in Grammaticis instruendum, de
consensu dilectorum filiorum, Decani et Capituli Ecclesie nostre Cathedralis
Exonie, prout in aliis Literis nostris plenius continetur, perpetualiter cu-
ravimus ordinare, predictosque Fratres ordinem et observanciam Regule
Sancti Augustini, ad laudem et honorem ejusdem Domini nostri Jhesu Christi
et predictorum Sanctissimorum Johannis Baptiste ac Precursoris Christi,
necnon Johannis Ejus Evangeliste et Apostoli predilecti, ordinavimus et
fecimus profiteri. Dehinc, quia propter defectum proprii Cimiterii, omnia in
dicto Hospitali decadencium funera ad commune Civitatis poliandrum, juxta
Ecclesiam Cathedralem, non sine magno labore Fratrum et tedio et Officii
Divini impedimento, ac aliis distraccionibus, humanda deferrи consueverant;
volentes tam pium opus ac Religionem sic per nos plantatam uberioris pro-
movere et solidare, ipsorumque Religiosorum devocationem ad ipsam Ecclesiam
et Locum eundem in quo vivere sunt professi, et tam ipsi quam infirmi et
pauperes supradicti Sacraenta Ecclesiastica recipere consueti, fervencius
excitare, Ecclesiam dicti Hospitalis et quandam aream infra cepta ejusdem,
prefate Ecclesie contiguam, una cum interiori ambitu dicte Ecclesie, cum
parte Claustrī et Capituli,—habito prius super hoc tractatu cum dilectis in
Christo filiis, Decano et Capitulo Ecclesie nostre Cathedralis predice, et
nullo pro tunc contradicente, assistentibusque nobis quibusdam ejusdem
Ecclesie nostre Canonici,—pro sepultura Prioris, Fratrum, et pauperum
predictorum inibi obtineuda, dedicavimus, et pro Priore, Fratribus, et
pauperibus supradictis liberam et ab omni onere quietam, secundum Sacros
Canones, concessimus, et per Presentes concedimus sepulturam, juribus
nostris et Ecclesie nostre Cathedralis predice, quo ad alios sepulturam inibi
eligentes, in omnibus semper salvis. In cujus rei testimonium presentes
Literas sigilli nostri appensione fecimus communiri. —Data in Manerio
nostro de Chuddeleghe, ultimo die mensis Marcii, Anno Domini M^o.
CCC^{mo} liij^{to}, et Consecrationis nostre vicesimo septimo.

fol. 174b Concerning the state of the Parish-Churches; *Scribitur Archidiaconis ut curent quod Ornamenta Ecclesiarum quas visitaverint
sint honesta,—*

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Archidiaconis singulis in Ecclesia nostra

A.D. Cathedrali Exonie, salutem, graciā, et benedictionem.—Frequens et assi-
 1354. dua multorum insinuacio, querula et eciam fide digna, nobis exhibita, con-
 Vol. I. tinebat quod, licet inter cetera que ad sollicitudinem Archidiaconalem in
 Visitacionibus vestris pertinere noscuntur, de Ornamentis Ecclesie visitate,
 ut ad decorum Domus Dei sint fulgida et honesta, secundum Precepta
 Canonum et Sanctorum Patrum Constituciones penaliter editas et publice
 promulgatas, teneamini curam impendere efficacem; vos, tamen, dum tem-
 poralis commodi plus debito lucrum appetitis, defectus in hac parte humanis
 oculis abhorrendos negligenter relinquitis incorrectos. In Ecclesiis, namque,
 Parochialibus nostre Diocesis, Vestimenta, ut communiter, que nitida fore
 deberent, sordida remanent, madida, et inmunda, multociens absque paruris,
 enormiter dilacerata, et ut plurimum ab hominabiliter putrida, veluti men-
 struata, que ad nauseandum, quod dicere pudet, multociens provocant
 intuentes et devocationem refrigerant eorundem. Sed et alios defectus
 notorios, de quibus subticemus ad presens, quorum reformatio ad vos per-
 tinere dinoscitur in Visitacionibus vestris, in offensam Canonum et Consti-
 tucionum hujusmodi, per incuriam dampnabilem dimititis incorrectos, et
 sic, lucris pecuniariorum dumtaxat infeliciter ihyantes, statum Ecclesie con-
 tempnitis et salutem negligitis animarum. Et, quamvis in vos, et vestrum
 quemlibet, pro excessibus vestris hujusmodi, et aliis quos adhuc silencio
 committimus, hactenus perpetratis, graviter animadvertisit sit nobis, sicut
 scitis, multipliciter attributa potestas; vobis, tamen, ista vice, decrevimus
 deferendum. Quocirca vobis, et vestrum cuiilibet, injungimus firmiter et
 mandamus quatinus circa premissa vestrum singuli in Ecclesiis sibi subjectis
 remedium, ut tenemini, faciatis celeriter adhiberi; scientes indubie quod,
 si nobis et presentibus Monitionibus nostris non parueritis cum effectu,
 contra vos, et vestrum quemlibet in hac parte non parentem, ad penalia,
 prout et in quantum juris fuerit, oportunitis temporibus procedemus. De
 die, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis et facere decreveritis in
 premissis, nos per Literas vestras patentes, harum seriem continentibus, citra
 Festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste [24 June] reddatis modo debito
 cerciores. Quis, autem, vestrum preseus Mandatum nostrum primo rece-
 fol. 175. perit, retenta inde sibi copia, id transmittat alteri non habenti.—Datum apud
 Chuddeleghe, xxij^o die mensis Aprilis, Anno Domini M^{mo}. CCC^{mo} liij^{to}, et
 Consecrationis nostre vicesimo septimo.

[fol. 174.] Bosham Collegiate Church; *Boseham: de Consecracione Princi-
 palis Altaris ejusdem Capelle,*—

Venerabili in Christo Patri ac Domino, Domino Johanni, Dei gratia Exoniensi
 Episcopo, ac Capellano Regio, Libereque Capellarie Regie de Boseham Ca-
 nonicatum et Prebendarum Ordinario inmediato et Collatori, Johannes
 Comyn, Canonicus et Sacrista dictae Capellarie, obedienciam debitam, cum
 omni reverencia et honore.—Reverende Paternitatis vestre Literas recepi,
 tenorem qui sequitur continentes,—Johannes, etc., Capellanus Regius, ac
 Libere Capellarie Regie de Boseham Ordinarius inmediatus, dilecto in Christo
 filio, Domino Johanni Comyn, Canonico et Sacriste dictae Capellarie, salutem,
 graciā, et benedictionem.—Cum pridem Altare majus, infra Chorum
 Capelle ejusdem Capellarie, prout ad nos pertinuit, dedicaverimus in forma
 Ecclesie consueta, ac ea occasione procuracio quinquaginta solidorum, sicut
 in ceteris Ecclesiis nobis subjectis, de consuetudine laudabili legitime
 prescripta et diutissime observata, nobis debeatur, cum non invenerimus
 aliquem qui nos in esculentis et poculentis, juxta juris exigenciam, inibi
 procuraret; vobis injungimus et mandamus quatinus prefate Capellarie
 Canonicos Prebendatos, omnes et singulos, si presentes fuerint, vel, ipsis
 absentibus, eorum Procuratores, si quos dimiserint; alioquin publice Moni-
 cionis edicto, coram Clero et populo proposito, moneatis et efficaciter indu-
 catis ut de procuracione antedicta, prout ad eos pro rata Porcionis sue
 dinoscitur notorie pertinere, infra quadraginta dies a tempore Monicionis

A.D. 1354. hujusmodi auctoritate nostra eis facte, nobis una vobiscum, aut vobis, quem
 Vol. I. ad ab[b]reviacionem laboris solvencium deputamus dictie pecunie receptorem,
 satisfaciant indilate. Quod si Monicionibus vestris hujusmodi non paruerint
 cum effectu, citetis, seu citari faciatis eosdem, peremptorie, vel saltem vobis
 in hac parte non parentes, quod compareant coram nobis vel nostris Com-
 missariis, uno vel pluribus, in Ecclesia nostra Cathedrali Exonie, aliquo certo
 die quem per vos eisdem volumus assignari, causam, si quam habeant raci-
 onabilem, quare ad solutionem procuracionis nostre predicte per Censuras
 Ecclesiasticas compelli non debeant proposituri in debita juris forma. Hunc,
 autem, locum comparacionis, attenta consuetudine laudabili temporibus Pre-
 decessorum nostrorum, Exoniensium Episcoporum, hactenus observata, ut
 in Registris eorundem vidimus plenius contineri, que citandi Canonicos
 predictos ex causa legitima ad comparendum coram nobis in Ecclesia nostra
 Cathedrali predicta nobis tribuit facultatem, duximus taliter limitandum.
 De die, vero, receptionis Presencium, et quomodo presens Mandatum
 nostrum fueritis executi, nos, citra instans Festum Pasche [13 April], cer-
 tificetis per Literas vestras patentes, sigillo autentico consignatas, vel saltem
 fidem, ut juri convenit, facientes, tenorem Presencium, necnon nomina et
 cognomina per vos harum auctoritate citandorum, dilucide continentest.—
 Datum in Manerio nostro de Chuddeleghe, xvij^o die mensis Februarii,
 Anno Domini M^{mo}. CCC^{mo} 1^o tercio, et Consecrationis nostre xxvij^{mo}.—
 Cujus auctoritate Mandati vestri omnes et singulos Canonicos in dicta
 Capella Prebendatos, absentes, publice Monicionis edicto in dicta Capella
 proposito monui ut singuli, pro rata Porcionis sue, de procuracione predicta
 vobis satisfacerent, infra tempus superius limitatum. Et, quia Monicionibus
 meis hujusmodi minime paruerunt, eos publice Citacionis edicto peremptorie
 citavi ad comparendum coram vobis, vestrisve Commissariis, in Ecclesia
 vestra Cathedrali Exonie, die Mercurii proxima post Festum Sancti Johannis
 ante Portam Latinam [7 May], ad proponendum, si quid proponere vellent,
 in debita juris forma, quare ad solutionem procuracionis predicte per Cen-
 suras Ecclesiasticas compelli non deberent. Et sic Mandatum vestrum
 reverenter sum executus.—Data apud Boseham, in Festo Sancti Marci,
 Evangeliste [25 April], Anno Dorcini M^{mo}. trecentesimo quinquagesimo
 quarto.

fol. 175. Tithes ; *Inhibetur ne emptores decimarum satisfaciant pro eisdem
 ante Festum Sancti Michaelis post percepcionem earundem,—*
 Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Officiali nostro Principali, necnon
 singulis Archidiacconis Ecclesie nostre Exoniensis, et eorum Officialibus,
 salutem, graciam, et benedictionem.—Licet decime prediales omnium
 Largitori, in signum universalis domini, ut cetere decime, pro sustentacione
 laborancium in Vinea Sua et Ejus pauperum reservate, in bonis Rectorum
 Locorum a parte juris veraciter non dicantur quoque a novem partibus
 separantur; nonnulli, tamen, nostre Diocesis Ecclesiarum Rectores insipidi, per
 ipsorum regimen improvidum et dissolucionis materiam nimiam, egestate con-
 continua laborantes, decimas fructuum autumpnaliū Beneficiorum suorum per
 tempus non modicum, nonnunquam videlicet per annum et annos ante-
 quam separantur a solo, emptoribus cupidis, pro vili precio pre manibus
 recepto, distrahunt atque vendunt, et precium sic receptum, quod frequenter
 ad medi[et]atem justi precii nullatenus se extendit, in usus vetitos et nephan-
 dos, in Diocesi et extra, voluptuose dissipant et consumunt, prout rerum
 experientia instruimur frequentata. Unde sepe contingit quod Rectores
 hujusmodi, cum decesserint, vel Beneficiis suis, ex causa Permutacionis vel
 alias, collusorie ante autumpnum sequentem cesserint, prout sepius fieri
 intelleximus, in bonis non habeant unde emptoribus hujusmodi, aut ceteris
 creditoribus suis, et Beneficiorum suorum oneribus necessario supportandis,
 poterit satisfieri, aut defectus Ecclesiarum suarum enormes ipsorum tempori-
 bus contingentes valeant reparari ; presertim cum fructus sic pre manibus

A.D. venditi, tempore percepcionis eorundem, multociens ad nos, ratione vacacionis Beneficiorum hujusmodi, vel saltem ad alios pertineant in eisdem
 1354. Vol. I. noviter institutos; et, quod amarius est, animarum gravius deploranda pericula ex isto genere negociacionis improbo plurimum inseuntur; cum empatores memorati, pro intencionе luci quam habent, pro solucionе peccunie pre manibus, ut premittitur, facienda, apud districtum Judicem, Cui cogitationes hominum nequeunt occultari, judicandi sint male agere, et a percepcione usurarum totaliter non expertes. Volentes, igitur, ut tenemur, Ecclesiarum nostre Diocesis dispendis occurtere, subditorumque nostrorum animarumque saluti consulere, et, quantum ad nos attinet, circa premissa indemnitati prospicere eorundem; vobis, et vestrum singulis, injungimus firmiter et mandamus quatinus vos Officiali nostro Principali in Consistorio nostro Exoniensi, vos, vero, Archidiaconi, vestrie Officiales, in singulis [Capitulis] per vestrum singulos singulariter proximo celebrandis, presens Mandatum nostrum, prout convenit, publicantes, publice et sollempniter, auctoritate nostra, inhibeatis nostris subditis quibuscumque, et faciatis in Ecclesiis Parochialibus et curatis, prout vobis subsunt, per Decanos Rurales, et alios, secundum quod vobis videbitur expedire, congruis ad hoc temporibus, sollempniter inhiberi, ne ipsorum aliqui, vel aliquis, exnunc, quocumque tempore anni, decimas garbarum decreverint emendas ante Festum Sancti Michaelis proximo sequens, post percepcionem earundem pro ipsis, in parte vel in toto, satisfacere quoquo modo presumant, sub pena amissionis peccunie pre manibus, ut premittitur, solute, si pericula imineant supradicta. Salvis penis, nichilominus, in eos, et eorum quemlibet, nobis in hac parte non parentes pro tante temeritatis excessu, prout secundum Deum expedire viderinus, infligendis. De die, vero, recepcionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nos, citra instans Festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste [24 June], certificetis, et quilibet vestrum certificet, per Literas vestras snasve patentes, harum seriem ac modum et formam execucionis presentis Mandati nostri dilucide continentates. Quis, vero, vestrum presens Mandatum nostrum prius reperit, retenta inde sibi copia, id alteri transmittat celeriter exequendum.—Datum in Manorio nostro de Chuddeleghe, xix^o die mensis Maii, Anno Domini M^{mo}. CCC^{mo} liij^{to}, et Consecrationis nostre vicesimo-septimo.—See page 694.

[fol. 175.] *Penitenciaries ; Inhibicio ne quis in foro penitenciali communicet Religiosis mendicantibus, nisi, etc.,—*

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, omnibus et singulis Archidiaconis in Nota. Ecclesia nostra Exoniensi, et eorum Officialibus, salutem, graciam, et benedictionem.—Quorundam insinuacio querula ad nostrum multocieus deduxit auditum quod nonnulli habitu Religiosi nostre Diocesis mendicantes, obtenu questus peccuniarii a subditis nobis et nostro regimini commissis colligendi, se fore Penitenciarios nostros publice predictant et proponunt, ipsosque subditos nostros a quibuscumque peccatis, et in casibus quibuslibet nobis specialiter reservatis, in gravem decepcionem animarum sibi confitentium, indifferenter absolvunt; quibus vices nostras aut potestatem aliquam nos in ea parte non meminimus commisisse. Cum, igitur, ex injuncta nobis cura regiminis Pastoralis, que, sicut pia vota Religiosorum summo favore prosequitur, sic supersticiosos conatus insolencium hominum detestatur, dissimulare nequeamus quin contra tam grandia animarum pericula provideamus quantum possumus de remedii oportunis; vobis injungimus firmiter et mandamus quatinus, presens Mandatum nostrum in singulis Capitulis per vos, citra Festum Translacionis Sancti Thome, Martiris [7 July], celebrandis, sollempniter publicantes, inhibeatis subditis nostris, omnibus et singulis, prout vobis subsunt, et faciatis per Locorum Curatos, secundum quod vobis subsunt, ipsorum Parochianis modo simili inhiberi ne alicui Religioso mendicanti, se Penitenciarium nostrum, ut premittitur, asserenti, in foro anime communicent, vel fidem in ea parte adhibeant

A.D. aliqualem, nisi quatenus per Literas nostras patentes, sigillo nostro, una
 1354. cum impressione anuli nostri in dorso ejusdem, signatas, de Commissione
 Vol. I. quam sibi in hoc casu asserit nos fecisse doceat evidenter. De die, vero,
 recepcionis Presencium, et quomodo presens Mandatum nostrum fueritis
 executi, nos, citra Festum Sancti Thome predictum, certificetis, et quilibet
 vestrum certificet, Literis vestris suisve patentibus, habentibus hunc tenorem.
 Proviso quod quis vestrum presens Mandatum nostrum primo receperit,
 retenta inde sibi copia, id alteri transmittat celeriter exequendum.—Datum
 apud Chuddeleghe, xxvij^{mo} die mensis Maii, Anno Domini M^{mo}. CCC^{mo}
 liij^{to}, et Consecrationis nostre xx^{mo} vij^o.

^{fol.}
 175b. Bampton [Baunton, MS.] ; Sir Walter Rommeswelle, R.,—
*Licence of non-residence,—“visitandi amicos suos in Partibus originis, et
 absentandi se, ea de causa, ab Ecclesia sua predicta usque ad Festum Sancti
 Michaelis proximo extunc sequens”* (Chudleigh, 17 June.).

Ottery St. Mary ; *Statutum pro hospitibus de Otery*,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Custodi et Collegio Ecclesie nostre
 Collegiate Sancte Marie de Ottery, nostrarum Fundacionis et Diocesis,
 salutem, graciam, et benedictionem.—Olim, in Fundacione dictae Ecclesie
 nostre Collegiate, inter cetera utiliter extitit ordinatum quod quicquid de
 redditibus et proventibus ejusdem tunc quesitis, vel extunc quomodolibet
 adquirendis, ipsius Collegii oneribus necessariis supportatis, in Festo Sancti
 Michaelis, quolibet anno, remanserit, vel residuum fuerit, in duas partes
 divideretur equeales, quarum una inter Canonicos residentes, per certum
 modum in Ordinacione hujusmodi limitatum, distribueretur ; alia, vero,
 pars in Thesauro Collegii nostri memorati reponeretur, utilitatibus ejusdem
 seu necessitatibus, secundum quod oportunum fuerit, applicanda. Con-
 siderantes, igitur, inter cetera onera prefate Ecclesie nostre incumbencia,
 utile fore et valde expedientis personas honestas, eidem Ecclesie nostre utiles
 in suis oportunitatibus et devotas, cum ad ipsam declinaverint aliquociens
 ad mensam recipere, vel saltem exheniis aliquibus, juxta vires et facultates
 predictae Ecclesie nostre, attentis condicionibus personarum hujusmodi,
 respicere moderatis ; nolentes, eciam, vos Custodem Collegii nostri memorati,
 ad quem illuc se conferentes solent frequencius declinare, ex receptione
 eorundem nimis posterum prægravari ; statuimus et eciam ordinamus ut,
 cum personas aliquas ad ipsam Ecclesiam nostram, ex affectione seu devocatione
 quam habent ad eam, declinare contigerit, que utiles eidem Ecclesie, omni
 affectione carnali vel qualibet alia propria et non communis circumscripta,
 merito debeant reputari, vos, Custos supradicte, vel alias Canonici Officium
 habens ibidem, pro communi honore et evidenti utilitate tocius Collegii
 nostri antedicti, ad mensam receperit, vel exhenium aliquod competens
 destinaverit eisdem, quod, in fine cujuslibet termini, de expensis circa hoc
 factis Canonici ibidem residentibus, in Scaccario, clare, distincte, et fideliter
 computetis ; de quibus vobis, Custodi, seu aliis Officiis habentibus, integre
 satisfieri volumus de repositis memoratis.¹ Ad hanc, vero, Ordinacionem
 vel Statutum, sicut ad alia dictae Ecclesie prius edita, vos omnes, et

¹ The following clause has been struck out here,—“va . . . cat,”—“Ad hec,
 quia notabilissima peccunie reposita
 vestris successoribus, zelum et affectionem
 ad dictam Ecclesiam minime
 forsitan habituris, ut vos nunc pre-
 sentes habere supponimus, preda
 crassa insidiarum et depredacionis
 materiam de facili ministraret ; adic-
 endo statuimus, et eciam ordinamus,
 quod in Thesauro ejusdem Ecclesie

nostre ultra quadraginta, vel ad plus
 quinquaginta, libras sterlingorum in
 fine anni cujuslibet de cetero non con-
 sistat ; set, si quid residuum fuerit,
 deductis expensis circa hospitum re-
 cepcionem, ut premittitur, faciendis,
 ac aliis ejusdem Ecclesie oneribus
 supportandis, in ipsius communem
 utilitatem, juxta discretionem residen-
 ciuum, modis omnibus convertatur.”

A.D. successores vestros, ordinamus et volumus obligari, quousque Omnipotens,
 1354. per nos vel Successores nostros, dignetur vobis uberiori providere. In cuius
 Vol. I. rei testimonium presentes Literas sigilli nostri appensione fecimus com-
 muniri.—Datum in Manerio nostri de Chuddeleghe, primo die mensis Julii,
 Anno Domini M^{mo}. CCC^{mo} liij^{to}, et Consecrationis nostre vicesimoseptimo.

fol. Cardynham [Cardynan, MS.] ; Sir Roger de Schelton, R,—
 176. Licence of non-residence for a year, “ insistendo obsequiis Domine Margarete
 Duvedale [de Uvedale]; proviso quod interim ad reddendum raciocinia nemini
 se astringat; cum clausulis consuetis ” (Chudleigh, 26 July).

Archdeaconry of Cornwall ; *Licencia W. de Cusancia*,¹ *Archidiaconi
 Cornubie, ad visitandum durante Visitacione Domini*,—

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Domino Willelmo de Cusancia, Archidiacono Cornubie, salutem, etc.—Volentes, ex affectione quam ad personam tuam gerimus, tibi graciam facere specialem, ut Ecclesias Parochiales infra fines et limites Decanatum Majoris et Minoris Trigge, ad finem quod defectus in Libris et ceteris Ornamentis, vel alias qualitercumque imminentes in eisdem, per tuam sollicititudinem debite repararentur,—dum, tamen, de dependentibus seu detectis in Visitacione nostra in Archidiaconatu Cornubiensi te nullatenus intromittas, nec in prejudicium juris nostri et Ecclesie nostre Cathedralis Exonie, ac Visitacionis nostre predicte, quicquam attemptare presumas,—Canonice visitare, et procuraciones ratione Visitacionis hujusmodi debitas et secundum Canones moderatas recipere valeas et habere, tenore Presencium, salvo jure nostro et Ecclesie nostre supradicte, Licenciam impartimur. Nolumus, tamen, hauc nostram concessionem, cum intuitu persone, ut premittitur, sic indulta, in exemplum trahi quomodolibet in futurum.—Data in Manerio nostro de Chuddeleghe, xxvij^o die mensis Julii, Anno Domini M^{mo}. CCC^{mo} liij^{to}, et Consecrationis nostre vicesimoseptimo.

Merton College, Oxford ; *Dimissorie W. Red* (sic),—

Master William Rede² ; “ Socius Domus Scolarium de Mertone, Oxonie, aco-
 litus, . . . ad omnes Sacros Ordines, . . . ad titulum dicte Domus ” (Chud-
 leigh, 17 Aug.).

Excommunication ; *Mandatum ad publicandum Excommunicaci-
 onis Sentencias in casibus infrascriptis*,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Decano Ecclesie nostre Cathedralis Exonie, vel, ipso absente, cuicunque Capituli ejusdem Ecclesie nostre Presidenti ; necnon, Archidiacono Exonie, vel ejus Officiali, salutem, graciam, et benedictionem.—Quoniam ignorancia, que mater est erroris taliter non nullos seducit quod precipuum mortis eterne non videant cicius quam incurant ; volentes, juxta Officii nostri debitum Pastorale, hujusmodi periculis occurrere, ut tenemur, et oves nostras que hactenus, quod dolenter dicimus, oberrarunt, exhortacionibus sollicitis ad portum salutis, iuspirante Domino, revocare, et ceteros nostro regimiui commissos, sibi prospicere consulcios in futurum, quasdam Excommunicacionum Majorum Sentencias, a Sanctis Patribus adversus delinquentes in subscriptis casibus rite et legitime promulgas, publicare decrevimus, et per modum infrascriptum sollempniter facere per alios publicari, ne, per affectatam ignoranciam, qui dolosi et perfidi sunt se valeant excusare. Vobis, igitur, injungimus et mandamus, communiter et divisim, quatinus in Ecclesia

¹ Appointed 15 Feb., 1349-50 (*Rot. Pat.*
 24 *Edw. III.*, p. 1, m. 39). *Le Neve*,
 i, 398. Lord High Treasurer, 1343.

² Fellow of Exeter College, Oxford,
 1358 ; called “ Exoniensi clerico,
 Sacre Pagine Professori ” in Petition

to the Pope ; M.A. and Fellow of
 Merton, 1344 ; . . . Provost of Wing-
 ham, Kent, to 1369 ; Bishop of Chi-
 chester, 1369, died 18 Aug., 1385 (C.
 W. Boase’s *Registrum Collegii Exoni-
 ensis*, edition 1894, page 9).

A.D. nostra supradicta, hac instanti Die Dominica in Festo Sancti Bartholomei
 1354. Apostoli [24 Aug.], necnon in Festo Decollacionis Sancti Johannis Baptiste
 Vol. I. [29 Aug.], et Die Dominica extunc proximo sequenti [31 Aug.], intra Missarum Sollempnia, cum major Cleri et populi multitudo convenerit ad Divina, Cruce in manu erecta, campanis pulsatis, candelis accensis et extinctis, et in vituperium delinquencium in terram projectis, Auctoritate Dei Patris Omnipotentis et Beatissime Virginis Marie, necnon Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, Patronorum nostrorum, Omniumque Sanctorum, excommunicatos esse, et cum diabolo et angelis suis eterni ignis incendio, nisi resipiscant, eternaliter cruciando, denunciatis publice et sollempniter omnes et singulos qui Ecclesias quascumque nostre Diocesis, et potissime dictam Exoniensem Ecclesiam, Sponsam nostram, suis juribus per maliciam privare presumunt, Libertatesve ipsius aut earum seu liberas Consuetudines infringere seu turbare, aut in aliquo diminuere, seu contra Privilegia ei vel eis generaliter aut specialiter indulta scienter venire. In quorum numero sunt omnes illi indubitanter qui a quacumque Curia laicai Literas impetrant, ad impediendum Ecclesiasticorum Judicium Processum in Causis seu negotiis que per Sacros Canones noscuntur ad Forum Ecclesiasticum pertinere.

aut —Item, Auctoritate qua prius taliter excommunicatos esse denunciatis omnes et singulos qui gracia lucri, odii, vel favoris, aliquem vel aliquos super crimine vel criminibus, de quibus non extiterant diffamati, nequieret et maliciose, ad vindictam pocius quam ad morum emendacionem, accusant diffamando vel accusando diffamant, cuius pretextu taliter accusati famam seu amittunt, aut in corpore, vel etiam in amissione bonorum temporalium, de pace puniuntur quomodolibet seu gravantur.—Item, excommunicatos denunciatis esse, ut prius, qui, discordiam suscitando, tranquillitatem Domini Regni fol. nostri Regis illustris et Regni Anglie nequieret et injurose perturbare pre- 176b. sumunt, seu ad hoc consilium dederunt, auxilium, vel favorem.—Item, De cle- omnes illos qui clericos publice ac notorie pro clericis habitos et reputatos, rics ca- et pro talibus se gerentes, de crimine non confessos nec convictos, nec Can- piendis. onice indictatos, maliciose proscribunt, banniunt, capiunt, vel arrestant et detinent invitatos, aut taliter banniri vel proscribi, arrestari, capire seu detineri praecurrant, aut quo voluerint abire libere non permittunt, aut ex odii fomite vel ratione vindicte, accusant seu accusari procurant, ut in eos taliter valeant insevire.—Item, omnes et singulos [qui de domibus, maneriis, gran- De gran- giis, aut locis aliis ad Archiepiscopos, Episcopos, vel alias Personas Eccle- gliis et man- siasticas spectantibus, quicquam preter et contra voluntatem dominorum, riis cler- vel eorum qui sunt hujusmodi rerum custodiis legitime deputati, abstracionum here, capere, et consumere presumpserint, aut alias contrectare.—Item, De fugi- De fugi- omnes et singulos¹] qui fugientes ad Ecclesiam, Cimiterium, vel Claustrum entibus violenter abstrahunt ab eisdem, vel illis ibidem existentibus victum necessaria- ad Ec- clesiam. ri prohibit ministrari. Quorum omnium et singulorum Absoluciones, De Ab- prout ad nos de jure pertinere noscuntur, ex habundanti, tenore Presencium, soluci- nobis specialiter reservamus. Ad hec, vobis injungimus et mandamus qua- one re- tinus publice et sollempniter inhibeatis subditis nostris quibuscumque ne servata. in criminibus supradictis, perjuriis, homicidiis, aut quibuscumque casibus nobis, ut ceteris Locorum Diocesanis, specialiter reservatis, elemosinarum questoribus, qui Indulgencias innumeris predictas simulatas, in foro Penitentiali communicent quovismodo, aut Absoluciones recipient ab eisdem, seu male ablitorum partem eis conferant ut ab ipsis de residuo absolvantur, nisi per Privilegia Sedis Apostolice, Locis, Ordinibus, vel Personis questorum hujusmodi, post Concilium Vienense concessa, et per nos examinata Literisque nostris testimonialibus communita, se habere evidenter ostendant ad absolvendum in supradictis casibus liberam potestatem; denunciantes, insuper, et exponentes, publice et distinete, qualiter in Concilio memorato Indulgencie et Privilegia hujusmodi antea concessa fuerunt penitus revocata.

¹ This clause has been cancelled,—“ va..... cant.”

A.D. Quas, quidem, denunciaciones, inhibiciones, et exposiciones in singulis
 1354. Ecclesiis Parochialibus nostre Civitatis Exoniensis, supradictis diebus, per
 Vol. I. Locorum Curatos fieri volumus pari modo. De die, vero, recepcionis Pre-
 sencium, et quid feceritis in premissis, nos, citra Festum Nativitatis Beate
 Marie Virginis [8 Sept.], certificetis per Literas vestras patentes, harum
 seriem, ac modum et formam execucionis earundem, dilucide continentem.
 —Datum apud Chuddeleghe, xxij^{do} die mensis Augusti, Anno Domini M^{mo}.
 CCC^{mo} liij^{to}, et Consecrationis nostre xxvij^{mo}.

*Archdeaconry of Cornwall ; Licencia Capitula celebrandi concessa,
 W. de Cusancia, Archidiacono Cornubie, durante Visitacione Do-
 mini,—*

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Domino Willelmo de Cusancia, Archidiacono Cornubie, vel ejus Officiali, salutem, etc.—Licet durante Visitacione nostra in Archidiaconatu Cornubiensi Jurisdiccionem aliquam Archidiaconalem, de jure vel de consuetudine, ad te non pertineat exercere ; dilectissimi, tamen, Domini nostri Nobilis et Prepotentis Viri, Edwardi, Domini nostri Regis Anglie illustris primogeniti, Principis Wallie, Ducis Cornubie, et Comitis Cestrie, mandatis et precibus inclinati, ut, dependencia Visitacionis nostre hujusmodi non obstante, Capitula celebrare valeas ; dum, tamen, de dependentibus seu detectis in Visitacione nostra predicta te nullatenus intromittas, nec quicquam in prejudicium juris nostri et Ecclesie nostre Cathedralis Exonie, seu Visitacionis nostre antedictae aliunde attemptare presumas ; Licenciam tibi, tenore Preseucium, concedimus specialem. Hanc, tamen, nostram concessionem, quam ad rogatum dicti Domini nostri Principis, ut premittitur, fieri fecimus, in exemplum trahi nolumus quomodolibet in futurum.—Data in Manerio nostro de Chuddeleghe, xxv^{to} die mensis Augusti, Anno Domini M^{mo}. CCC^{mo} liij^{to}, et Consecrationis nostre vicesimo septimo.

*St. Stythians ; Appropriacio Ecclesie Sancte Stediane Monasterio
 de Regali Loco [Rewley Abbey, near Oxford].—*

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis ad quos presentes Litere pervenerint,
 Johannes, etc., salutem in Domino sempiternam.—Copiosus in misericordia
 Dominus, Qui, de Sue habundancia pietatis, corda fidelium ad Sue Majes-
 tatis obsequia devocationis ardore succendit, precordiis Incliti et Prepotentis
 Viri, Domini Edwardi, Primogeniti Domini nostri Regis Anglie Edwardi a
 Conquestu Tercii, Principis Wallie ac Ducis Cornubie, et Comitis Cestrie,
 adeo copiose graciā celestis inspiracionis infudit quod, inter plura alia
 misericordie opera, in delectacionem et desiderium sibi venit Monasterium
 de Regali Loco, prope Universitatem Oxonie, Ordinis Cisterciensis, Lincolni-
 ensis Diocesis, quod, ut dicitur, de Progenitorum suorum Fundacione
 existit, et nimis exiliter est fundatum, ac alias diversis incommodis est
 depresso, dono sue munificie relevare, ac eciam in dicto Monasterio
 Monachorum ejusdem Ordinis in Sacra Theologia studencium numerum
 augmentare. Et, ut predicti Domini, Principis, Dux, et Comitis pie devo-
 cionis affectus felicem exitum sortiretur, jus Patronatus quod habuit in
 Ecclesia Parochiali Sancte Stediane, in Cornubia, nostre Diocesis, de Licencia
 speciali Domini nostri Regis, Patris sui antedicti, Abbatи et Conventui
 Monasterii predicti concessit, ut asseritur, et donavit, sub certa spe gracie
 nostre et consensu, eandem Ecclesiam eidem Monasterio, ex eisdem et aliis
 fol. 177. causis rationabilibus, appropriandi. Super quo idem Dominus, Princeps,
 Dux, et Comes, in persona propria, una cum Fratre Adam de Stanlegh, e-
 ejusdem Monasterii tunc Abbatе, nos et Capitulum nostrum instantissime
 et humillime sepius excitavit. Considerantes, itaque, predictas causas, super
 quibus diligenter ac sufficientem informacionem recepimus, pias fore et
 racionabiles Deoque placentes ; ac volentes, ob intensum quem dictus Domi-
 nus, Princeps, Dux, et Comes ad nos et Ecclesiam nostram Exoniensem ex-

A.D. speciali devocione gerit affectum, et sperantes, juxta ipsius promissiones,
 1354. effectum subsequi salutarem, ipsius Domini, Principis, Ducis, et Comitis
 Vol. I. piis desideriis complacere, dilectos filios, Decanum et Capitulum dictae nostre
 Exoniensis Ecclesie ad tractandum una nobiscum super Appropriacione
 Canonica dictae Ecclesie Sancte Stediane, et ejus causis, decrevimus et feci-
 mus, per intervalla temporum consueta, ad certos diem et locum pereemptorie
 couvocari; habitoque super premissis in communi diligenti tractatu et sol-
 lempni, de concordi collaudacione et consensu Decani et Capituli nostre
 Exoniensis Ecclesie predictorum; concurrentibus, eciam, omnibus et singu-
 lis que de jure requiruntur; predictam Ecclesiam Sancte Stediane, cum
 omnibus suis juribus et pertinentiis universis, prefatis Abbatii et Conventui,
 et eorum Monasterio, reservata primitus de fructibus et proventibus dictae
 Ecclesie Sancte Stediane pro Perpetuo Vicario, ad Presentacionem dictorum
 Religiosorum per nos et Successores nostros in eadem instituendo, Canonica
 Porcione, ex qua idem Vicarius congrue sustentari valeat, et incumbencia
 sibi onera supportare; ad augmentacionem numeri Monachorum, dicti Cis-
 terciensis Ordinis, in dicto Monasterio in Sacra Theologia studencium;
 Nota quorum unus, qui sit habilis et ydoneus, de dicta nostra Diocesi, per nos
 pro jure et Successores nostros nominandus, semper ibidem Conventualiter existat;
 Domini et ex aliis causis et rationibus supra memoratis, auctoritate Pontificali con-
 scopi. cedimus, appropriamus, anneximus perpetuo et unimus; juribus et digni-
 tate nostre Exoniensis Ecclesie prelibate, et Loci Archidiaconi, in omnibus
 semper salvis. Ita quod, auctoritate Appropriacionis, Annexionis, et
 Unionis hujusmodi, dicta Ecclesia Sancte Stediane qualitercumque vacante,
 et facta nobis, vel Successori nostro, de vacacione hujusmodi plena fide,
 prefati Abbas et Conventus, per se vel alium seu alios, ipsius Ecclesie posses-
 sionem libere apprehendere, fructusque redditus et proventus ejusdem,
 Porcione Vicarii dumtaxat excepta, in usus proprios convertere valeant et
 tenere. In quorum omnium testimonium atque fidem sigillum nostrum,
 neconon sigillum Decani et Capituli nostre Exoniensis Ecclesie predictorum,
 Presentibus sunt appensa.—Data in Domo Capitulari nostre Exoniensis
 Ecclesie supradicte, vicesimo septimo die mensis Augusti, Anno Domini
 M^{mo}. CCC^m quinquagesimo quarto, et Consecrationis nostre vicesimo sep-
 timo.—Et nos, Decanus et Capitulum Ecclesie Exoniensis predice, habito
 super premissis omnibus et singulis cum dicto Venerabili Patre tractatu
 diligenti, ut premittitur, et sollempni, dictae Appropriacioni, Unioni, et
 Annexioni, neconon omnibus et singulis supradictis, actis, habitis, atque ges-
 tis, consensum nostrum concordem prebemus, consilium, et assensum;
 sigillum nostrum commune apponi, cum sigillo dicti Venerabilis Patris,
 Presentibus facientes in testimonium veritatis.—Data die, mense, et loco, et
 Anno Domini supradictis.

*Archdeaconry of Cornwall ; Licencia visitandi, concessa W. de
 Cusancia, Archidiacono Cornubie, durante Visitacione Domini,—*
 Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Domino Willelmo de Cusancia, Archi-
 diacono Cornubie, salutem, etc.—Licet, durante Visitacione nostra in
 Archidiaconatu Cornubiensi, Jurisdictionem aliquam Archidiaconalem de
 jure vel de consuetudine ad te non pertineat exercere; dilectissimi, tamen,
 Domini nostri, Nobilis et Prepotentis Viri, Domini Edwardi, Domini nostri
 Regis illustris primogeniti, Principis Wallie, Duci Cornubie, et Comitis
 Cestrie, mandatis et precibus inclinati; ut, post primas sessiones super com-
 pertis seu detectis in Visitacione nostra hujusmodi, auctoritate nostra factas,
 Ecclesias Parochiales quascumque dicti Archidiaconatus, ad finem quod
 defectus in Libris et ceteris Ornamentis, vel alias qualitercumque immi-
 nentes in eisdem, per tuam sollicitudinem debite reparetur (dum, tamen,
 de dependentibus seu detectis in Visitacione nostra ejusdem Archidiaconatus
 te nullatenus intromittas, nec quicquam in prejudicium juris nostri et
 Ecclesie nostre Cathederalis Exonie, seu Visitacionis nostre antedicte, aliunde

A.D. attemptare presumas), Canonice visitare, procuraciones ratione Visitacionis
 1354. hujusmodi debitas, et secundum Canones moderatas, recipere valeas et
 Vol. I. habere ; Licenciam tibi, tenore Presencium, concedimus specialem. Hanc,
 autem, concessionem nostram, cum intuitu Persone, ut premittitur, sic
 indultam, in exemplum trahi nolumus quomodolibet in futurum.—Data
 apud Chuddeleghe, nono die mensis Septembbris, Anno Domini M^{mo}. CCC^{mo}
 liij^{to}, et Consecrationis nostre vicesimo septimo.

fol. *Dimissorie,—*

177b. John Martyn, accolite, "ad Ordines Subdiaconatus et Diaconatus, . . . ad
 titulum Prioris et Conventus Montis acuti, residentem penes Registrum."
 (Chudleigh, 16 Sept.)

Torbrian [Torrebriene, MS.] ; Master John Uppehulle, R.,—

Licence of non residence for a year, to study, "cum clausula—Proviso quod
 in tonsura et habitu, etc., et quod absencie sue dampnum compeusetur
 elemosinarum largacione ; et aliis clausulis consuetis." (same date.)

Dimissorie,—

Master William de Trelvelles, subdeacon, "ad Ordines Diaconatus et Presbi-
 teratus, . . . ad titulum Abbatis et Conventus Tavystochie, penes Registrum
 residentem (Chudleigh, 21 Sept.)

Forde Abbey ; *Professio Fratris Ade, Abbatis de Fcrde,—*

Die Lune, in Festo Sancti Michaelis, Archangeli, videlicet vicesimo nono die
 mensis Septembbris predicti, Dominus, in Capella Manerii sui de Chudde-
 leghe, benedixit Fratrem Adam, Abbatem de Forde ; qui fecit Professionem
 suam in hec verba,—Ego, Frater Adam, Abbas de Forde, Ordinis Cistercien-
 sis, Subjeccionem, Reverenciam, et Obedientiam a Sanctis Patribus consti-
 tutam, secundum Regulam Sancti Benedicti, tibi, Domine Johannes, Epis-
 cope, tuisque Successoribus Canonice substituendis, et Sancti Sedi Exoniensi,
 salvo Ordine nostro, perpetuo me exhibitum promitto. Et subsequenter
 prefatus Abbas dicte sue Professioni, que in quadam Cedula parchmenti
 (*sic*) scripta erat, subscripsit signum Crucis ; presentibus Fratre Rogero de
 Westbury, Ordinis predicti, Willelmo Gaillarde, et aliis Clericis de Capella
 Domini in multitudine copiosa ; et T. Tuggel, Notario Publico.

Mutatio Annī Consecrationis.

Anno Domini ut supra, et Consecrationis dicti Patris
 vicesimo octavo incipiente.

Concerning the farming of Ecclesiastical Benefices, etc. ; *Ne
 Beneficia Ecclesiastica tradantur ad firmam ; et Revocacio
 Commissionum Religiosis Mendicantibus ad audiendum Con-
 fessiones factarum,—*

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Officiali nostro Principalis, ac omnibus
 et singulis Archidiaconis in Ecclesia nostra Exoniensi, vel eorum Officialibus,
 salutem, graciam, et benedictionem.—Frondescit semper in vetitum humana
 natura, et, diabolo per invidiam instigante, tanto fervencius concupiscit
 illicita quanto sub penis et Censuris gravioribus fuerint interdicta. Sane,
 multorum insinuacio ad nostrum deduxit auditum quod, licet Sanctionibus
 Canoniciis et Sanctorum Patrum Constitutionibus penalibus, salubriter
 editis et publice promulgatis, fuerit diffinitum quod Dignitates, Officia, seu
 Beneficia Ecclesiastica, absque Licencia speciali Loci Diocesani, nulli tra-
 dantur ad firmam ; fueritque, juxta Constitutionem Synodalem, laudabiliter
 editam, et per nostram Diocesim sollempniter publicatam, inhibitum ne quis,

A.D. directe vel indirecte, videlicet sub nomine ballivorum, vel alio quocumque
 1354. quesito colore, Beneficia Ecclesiastica quecumque laico ad firmam traderet,
 Vol. I. sub pena Excommunicacionis Majoris, tam in dantem quam in recipientem
 hujusmodi fulminate; nonnulli, tamen, nostre Diocesis Beneficiati, Ecclesiam
 Dei et ejus Censuras contempnentes, Beneficia sua hujusmodi personis,
 nedum clericis set multociens laicis, quos titulo ballivorum vel procuratorum
 dolose describunt, ad firmas tradere, vel, quod idem est in effectu, obvenciones
 et fructus annuales vel biennales hujusmodi Beneficiorum pro certa et
 limitata pre manibus recepta peccunia, in fraudem legis, vendere non veren-
 tur; unde non est dubium laicos ad firmam, ut premittitur, recipientes vel
 ementes, ac dantes et vendentes eisdem, Sentencia Excommunicacionis
 Majoris persistere dampnabiliter involutos, cum Leges et Consuetudines non
 verbis set rebus imposito videantur. Cupientes, igitur, subditos nostros qui
 in premissis hactenus oberrarunt ad salutis portum nostris exhortacionibus
 reducere, et ceteros nostro regimini commissos sibi precavere consulcius in
 futurum, vobis injungimus firmiter et mandamus quatinus vos, Officialis
 noster Principalis in Consistorio nostro Exoniensi; vos, vero, Archidiaconi
 vestrie Officiales, vel eorum Commissarii, in singulis Capitulis per vos
 singulariter proximo celebrandis, presens Mandatum nostrum ut congruit
 exponentes, inhibeatis Beneficiatis nostre Diocesis quibuscumque ne Bene-
 ficia sua Ecclesiastica qualiacumque, in nostra Diocesi existencia, clericis vel
 laicis ad firmam tradere, post Inhibiciones vestras hujusmodi sibi factas,
 absque Licencia nostra, directe vel indirecte, presumant, sub pena Excom-
 municacionis Majoris, quam in quoslibet vobis in premissis, post Moniciones
 legitimas, non parentes, culpa et mora suis exigentibus, exnunc, prout
 extunc, ferimus in his Scriptis; Censuras, nichilominus, in laicos Beneficia
 Ecclesiastica ad firmam, ut premittitur, recipientes, necnon in dantes seu
 vendentes eisdem, secundum tenorem dicte Constitutionis fulminatas, sol-
 lempniter publicantes.—Ad hec, quia Commissionis nostre Literas quascumque
 Religiosis Mendicantibus ad audiendum Confessiones subditorum
 nostrorum, in casibus nobis de jure, vel per nos ex causis legitimis et ex
 certa scientia, reservatis, hactenus factas, propter quorundam Religiosorum
 hujusmodi excessus notabiles que nos movent, revocaverimus, prout ex
 habundanti, tenore Presencium, revocamus; nolentes quod per factos Reli-
 giosos hujusmodi, se Penitenciarios nostros, cum non sint, mendaciter asse-
 rentes, subditorum nostrorum anime dampnabiliter sint decepte; vobis
 injungimus, ut supra, quatinus Commissionis Literas hujusmodi sic fuisse
 et esse revocatas, in Locis supradictis adeo sollempniter publicatis et faciatis
 per Locorum Curatos, nostre Diocesis, publicari, quod nullus subditorum
 fol. 178. nostrorum in hac parte ignoranciam pretendere valeat coloratam. Inhi-
 bentes, et inhibitori facientes, eisdem parochianis nostris ne prefatis Religiosis
 in casibus nobis, ut premittitur, reservatis confiteri presumant, nisi quatenus
 per Literas nostras patentes, sigillo nostro, una cum impressione anuli
 nostri in dorso ejusdem, signatas, et post datam Presencium sibi factas, de
 potestate quam ad hoc habere se asserunt doceant evidenter. Quis, vero,
 vestrum presens Mandatum nostrum prius receperit, retenta sibi copia, id
 alteri transmittat celeriter exequendum. De die, autem, receptionis Pre-
 sencium, et quid feceritis in premissis, nos, citra instans Festum Sancti
 Martini, Episcopi et Confessoris [11 Nov.], certificetis, et quilibet vestrum
 certificet, per Literas suas vestras patentes, nomina omnium et singulorum
 Dignitates, Officia, seu Beneficia Ecclesiastica ad firmam, nobis insciis, ut
 premittitur, in nostra Diocesi tradencium vel recipiencium (de quorum
 personis per vos et vestrum singulos, quantum ad vos singulariter attinet,
 diligenter inquiri volumus et mandamus), cum tenore Presencium dilucide
 continentes.—Datum in Manorio nostro de Chuddeleghe, xvij^o die mensis
 Octobris, Anno Domini M^{mo}. CCC^{mo} liiij^{to}, et Consecrationis nostre vicesimo
 octavo [per Dei graciā] incipiente, et per eandem feliciter finiendo.

A.D. Exeter Cathedral ; *Ad Decanum et Capitulum Exonienses, pro
1354. Statutis Ecclesie observandis,* —

- Vol. I. Venerabili in Christo Patri ac Domino, Domino Johanni, Dei gratia Exoniensi Episcopo, sui humiles et devoti in Christo filii, Decanus et Precentor Ecclesie vestre Cathedralis Exonie, obedienciam et reverenciam debitas tanto Patri, cum honore. — Mandatum vestrum reverendum xx^{mo} die mensis Octobris receperimus, sub eo qui sequitur tenore verborum, — Johannes, etc., salutem, graciam, et benedictionem. — A vestra non excidit memoria quod hac die Veneris preterita, videlicet in crastino Sancti Dionisii [10 Oct.], ad Scaccarium Ecclesie nostre predicte declinavimus, et ibidem vobiscum, una cum aliis dilectis in Christo filiis, Othono de Northewode, Willelmo de Nassyngtone, Henrico Pyke, Nicholao Terrier, Jacobo de Moltone, Stephano Penpel, et Nicholao Pynnoke, Canonicis ejusdem Ecclesie nostre tunc presentibus, super quibusdam articulis honorem ac debitum, necnon utilitatem dictae Ecclesie nostre et vestram communem tangentibus, tractatum et colloquium habuimus personale ; vobis et Concanonicis vestris supradictis firmiter tunc injungentes quatinus de articulis memoratis in convocatione vestra, quam hac instanti die Lune proxima post Festum Sancti Luce, Evangeliste [20 Oct.], pro negotiis Capitularibus fieri decrevistis, diligenter et effectualiter tractaretis. Verumptamen, quia modernis temporibus communia plus solito negliguntur negotia, adeo quod utilitati communi, turbato juris ordine, quod non sine cordis inquietudine proferimus, quilibet propriam anteponit, articulos in convocatione vestra predicta ad relevamen Ecclesie nostre supradicte et vestrum commune, Divina favente clemencia principalius tractanda, ut specialius notentur, Presentibus duximus inserenda. Quorum *primum* esse volumus quod Ecclesiis Parochialibus firmarum vestrarum et Capituli Vicariis destitutis, quas in usus proprios obtinetis, in animarum cura, que inibi hactenus dampnabiliter est neglecta, et Divinis Officiis debite serviatur. *Secundum*, quod firme in manibus vestris et Capituli existentes firmas non habentibus habilitatis secundum Statuta et approbatam laudabilemque dictae Ecclesie nostre Consuetudinem assignentur. *Tercium*, quod Ministris ejusdem Ecclesie, cuiuscumque gradus, de eo quod percipere habent in Scaccario debitis modis et temporibus satisfiat. *Quartum*, quod pauperibus et inpotentibus Presbiteris Capelle nostre Sancti Gabrielis de Clyst, de pecunia apud vos reposita, et per nos in utilitatem eorum convertenda, celeriter satisfiat. *Quintum*, quod negocium Scolarium Aule vel Domus de Stapelone, Oxomie, de quo vobiscum sepius tractavimus, modis possibilibus reformetur. *Sextum*, quod Ecclesie nostre Collegiate Sancti Thome, Martiris, Glasneie, prospiciatur per unionem Ecclesie Sancti Justi¹ eidem ex causis piis et legitimis faciendam. Ad hec, quia, [prout] a nonnullis receperimus fide dignis, per vestram, Decane supradicte, dissimulacionem et tolleranciam tepidam et remissam, Statuta Ecclesie nostre prelibate, salubriter edita et cum deliberacione provida et matura, et presertim duo Statuta antiqua auctoritate nostra Pontificali postmodum innovata (quorum primum continet, in effectu, quod nullus Canonicus predicte Ecclesie nostre, debitor ejusdem existens, quicquam recipiat de ipsa Ecclesia, in singulari vel communi, quousque integraliter persolverit quod debitum fuerit ab eodem ; secundum, vero, quod nullus ejusdem Ecclesie nostre Canonicus, Prebendatus et Firmarius, cum aliquo quod ab ipsa Ecclesia nostra sibi deberi pretendit, quicquam de pecunia quam nomine firme hujusmodi solvere tenetur utendo retencione quomodolibet recompensem), in ipsius Ecclesie nostre dispendium non modicum, immo, quod absit, subversionem, in dissuetudinem abierunt ; que si fuissent hactenus observata, dispendia et incommoda quibus ipsa Ecclesia nostra subicitur ad presens indubitanter nullatenus contigissent ; vobis, in virtute Obediencie nobis prestite et jurate, et sub omni pena juris,

¹ Sancte Juste, MS. ; a clerical error.

Canon- firmiter injungimus et, districte precipiendo, mandamus quatinus, Statuta
 ici ju- hujusmodi cum summa diligentia recensentes, eadem faciat, sub penis et
 rant Censuris contentis in eisdem, decetero inviolabiliter observari; scientes
 Obedi- enciam indubie quod, nisi in premissis nobis parueritis cum effectu, in vos pro
 enciam Fpisco negligencia tam dampnabili, Ecclesie nostre predicte perniciosa, animad-
 po. vertere, exigente justicia, temporibus intendimus oportunis. De die, vero,
 fol. recepcionis Presencium, ac omnibus et singulis que feceritis, seu facere de-
 178b. creveritis, in premissis et singulis premissorum, nos, citra instans Festum
 Apostolorum Simonis et Jude [28 Oct.], specificet et distincte certificet per
 Literas vestras patentes, summam et quantitatem peccunie pauperum Pres-
 biterorum Capelle nostre Sancti Gabrielis supradicte penes vos et dictum
 Capitulum nostrum, ut premittitur, reposite, cum tenore Presencium, dilu-
 cide continentis.—Datum apud Chuddeleghe, xvij^o die mensis Octobris,
 Anno Domini M^{mo}. CCC^{mo} liij^{to}, et Consecrationis nostre xxvij^o per Dei
 graciam inchoante, et per eandem feliciter finiendo. —Cujus auctoritate Man-
 dati vestri reverendi, super capitulis in ipso Mandato comprehensis cum Ca-
 pitulo et Concanonicis nostris quamplurimos tractatus habuimus. Et primi-
 tus super primo capitulo monuum Magistrum Henricum Pyke, Firmarium
 firme de Stoke [Canonicorum], et Nicholaum Terier, Firmarium de Clyste
 [Honiton], quod, infra quindecim dies a tempore Monitionum nostrarum hu-
 jusmodi, faciant, sub certis penis, Ecclesiarum suarum debite per capel-
 lanos ydoneos deserviri. Ecclesie, vero, firme de Ide in manibus Capituli
 existentis, quamcuius capellatum ydoneum habere poterunt, facient debite
 deserviri. Quantum, vero, ad secundum capitulum, facta est convocatio
 Canonicorum ad primam diem Juridicam post Festum Commemoracionis
 animarum [2 Nov.], pro firmis in manibus Capituli existentibus Canonicis
 ad hoc habilitatis successive assignandis. Quantum ad tertium capitulum,
 habita deliberacione cum Senescallis et clericis Scaccarii nostri, comperimus
 quod omnibus et singulis Ministris dictae Ecclesie vestre fuit, et est, plene
 satisfactum usque ad Festum Sancti Michaelis proximum preteritum, excep-
 tis minutis obitibus faciendis de redditibus provenientibus de quibusdam
 tenementis in Civitate Exonie existentibus; qui redditus nondum levare
 potuerunt, nec adhuc possunt. Quantum, vero, ad quartum, concernens
 pauperes Presbiteros Capelle vestre Sancti Gabrielis de Clyste, exactissimos
 habuimus tractatus, et secundum et juxta ea que comperimus per Registrum
 nostra invenimus quod dictis Presbiteris jam existentibus juxta Ordinacio-
 nem Paternitatis vestre est plenarie satisfactum. Quantum, vero, concernit
 peccunie summam que eisdem Presbiteris velletur esse debita, in Scaccario
 nostro remanet deposita, set in manibus diversorum debitorum dicti Scac-
 carii jam remanet non soluta. Verumtamen, scrutatis Registris nostris,
 comperimus et invenimus Scaccarium nostrum dictis Capelle et Presbiteris
 teneri in sexaginta sex libris, quatuor solidis, et sex denariis, prout et in quant-
 um adhuc scire poterimus. Set, consideratis temporibus in mortalitate et
 citra decursus, grave dampnum videretur Capitulo vestro solidos fructus dictis
 Presbiteris ministrare, cum fructus ad summam consuetam se non extendant.
 Quantum, vero, ad quintum, concernens Scolares Aule de Stapeldone, Oxonie,
 Capitulum vestrum Exoniense quamplurimum affectat Scolarium proiectum
 et Aule hujusmodi prosperitatem. Verumtamen, sine vestra mediacione
 fructuosa et felici, vestri Capitulares non vident neque considerant qualiter
 Scolarium relevacio deduci posset ad exitum et effectum prosperos et felices.
 Quantum, vero, ad sextum, concernens unionem Ecclesie Parochialis Sancti
 Justi, vestre Diocesis, Ecclesie vestre Collegiate Glaseneye faciendam, De-
 canus et Capitulum unioni consenserunt et assensum suum prebuerunt,
 sub modis, formis, et conditionibus petitis. Indempnitatem, vero, Ecclesie
 Exoniensis, Sponse vestre, et honorem ejusdem, vestris dispositioni et or-
 dinacioni idem Decanus et Capitulum reliquerunt. Ego, enim, Decanus,
 devotus filius vester, quantum ad alia in dicto Mandato vestro comprehensa,
 et michi specialiter directa, injuncta, et mandata, Statuta Ecclesie antiqua

A.D. contingencia, quantum potero, juxta antiquas Observaciones et Consuetudines hactenus obtentas, observari faciam temporibus successivis. Et sic
 Vol. I. Mandatum vestrum reverendum, quatenus potuimus, reverenter sumus executi.—Datum Exonie, vicesimo nono die mensis Octobris, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo quarto.

[fol. 179b.] *Dimissorie,—*

—Richard Haukedone, "ad Minores Ordines" (Chudleigh, 16 Dec.).

Withiel ; Symon Wythyel, subdeacon, R.,—

Dispensation : non-residence till Michaelmas, to study in Theology or Canon Law, at Oxford, etc. ; "proviso quod doceat de studio post temporis lapsuni, etc. ; et aliis clausulis consuetis" (Chudleigh, 31 Dec.).

fol. 178b. Exeter Cathedral ; *Nota Mandatum directum Decano et Capitulo, valde necessarium,—*

A.D. Venerabili in Christo Patri ac Domino suo, Domino Johanni, Dei gracia Exoniensi Episcopo, vestri in Christo filii humiles et devoti, Decanus et Capitulum Ecclesie vestre Cathedralis Exonie, obedienciam et reverenciam tanto Patri debitas, cum honore.—Mandatum vestrum reverendum septimo decimo die mensis Decembris proximo preterito recepimus, sub eo qui sequitur tenore verborum,—Johannes, etc., salutem, graciam, et benedictionem.—Quamvis omnia jura id in bonis cuiuslibet dumtaxat decreverint computandum, quod, omni ere alieno deducto, contigerit superesse ; intelleximus, tamen, quod aliqui vestrum, sub specie quadam liciti simulata, bona communia supradicte Ecclesie nostre, ultra vobis debite applicanda, ante deduccionem eris alieni, oneribus eidem incumbentibus minime supportatis, injuriose et periculose prout libet et non licet dividitis, et nonnullis retroactis terminis divisistis. Considerantes, igitur, attencius quam sit justum et omnibus legibus consentaneum unicuique tribui quod est suum ; vobis, tenore Presencium, sub omni pena juris, firmiter inhibemus ne, preter cotidianas distribuciones, quas pretextu vere residencie vestre, et non facte, in ipsa Ecclesia nostra estis, juxta Statuta et Consuetudines ejusdem scriptas et approbatas, rationabiliter percepturi, exnunc divisiones seu dividendas aliquas de pecuniarum summis quibuscumque in Scaccario dicte Ecclesie nostre in fine terminorum forsitan remanentibus facere quomodolibet presumatis, quoisque onera eidem incumbencia debite supportentur, ac vestris et dictae Ecclesie creditoribus quibuscumque, et potissime Ministris ejusdem

fol. 179. inferioribus et magis necessariis, de pecuniarum summis quibuslibet excrescentibus, in quibus eis teneuini, fuerit plenarie satisfactum, et nos de hoc per Literas vestras redditи fuerimus modo debito cerciores. Pecunias, vero, quaslibet tales in Scaccario predicto in fine terminorum, ut premittitur, remanentes, ex causis premissis et aliis que nos movent, donec de debitibus supradictis fuerit, ut predicitur, satisfactum, tenore Presencium sequestramus. Vobis, tamen, per hoc non intendimus inhibere quominus antiqua debita, que, ut quidam vestrum asserunt, Scaccario debentur, pro

Nota de dividendis in fine terminorum, si expedire videritis, residentibus assignetis. Rectoribus Ad hec, cum omnes et singuli habentes Ecclesiasticas Parochiales Curatas, a

nullo alio Beneficio Ecclesiastico dependentes, omissis residenciis voluntariis, immo pocius voluntariis, in Ecclesiis hujusmodi residenciam personalem debitam facere teneantur, vestrum quemlibet Ecclesiam Curatam in nostra Diocesi optinentem, tenore Presencium, monemus, primo, secundo, tertio ac peremptorie, et per vos, Decane supradicte, personaliter moneri volumus pari modo, quod in Ecclesia sua Parochiali residenciam personalem, sub pena juris, exnunc faciat, ut tenetur ; exceptis quadraginta sex diebus omni termino, quibus residendi in Ecclesia nostra Cathedrali predicta liberam ex gratia nostra habeat facultatem. Inhibemus, eciam, vobis ne Ecclesiarum hujusmodi Rectoribus et Concanonicis vestris, pro diebus in quibus ipsis in dictis Ecclesiis suis Parochialibus volumus, ut premittitur, residere, quicquam de

A.D.
1354.5. vestris et Ecclesie nostre predicte bonis communibus, quocumque quesito
colore, distribuere presumatis. Et, ut tam perniciose quam voragine
pestis, in Ecclesia nostra predicta, ex non usu, vel potius abusu, Statutorum
ejusdem provide et laudabiliter a Predecessoribus nostris editorum, et a
nobis innovatorum, hactenus inolute, radices, quantum cum Deo possumus,
extirpemus; vobis, in virtute Obedientie qua Deo et dictae Ecclesie, et nobis,
tenemini, et sub omnibus penis juris et in eisdem Statutis expressis, injun-
gimus firmiter et mandamus quatinus Statuta hujusmodi, et presertim duo
Statuta, inter cetera, nunc necessaria et utilia,—iu quorum uno continetur
quod prefata Ecclesie nostre Firmarii, pro firmis suis Seccario ejusdem
suis terminis non solventes, ab omni jure sibi in firmis hujusmodi compe-
tentia cadant ipso facto; in alio, vero, quod ille dumtaxat Canonicus pro
residente in ipsa Ecclesia, quo ad percepcionem cotidiane distribucionis, tan-
tummodo habeatur qui Matutinis et Majori Misso, et in mensa, vel Hore
Prime et Vesperis, atque mense, personaliter interfuerit,—ex quorum potis-
sime abusu dicta Ecclesia nostra et ejus Ministri dispendia gravia atque
scandala sunt perpessi, de cetero stricte observetis, et faciatis a singularibus
Personis quibuscumque, dictae Ecclesie nostre Canonicis, inviolabiliter obser-
vari. Scientes indubie quod contra vos, et vestrum quemlibet, nobis in
premissis aut premissorum aliquo non parentem, quantum a jure permit-
titur ad penalia procedemus. De die, vero, recepcionis presentis Mandati
nostrri, quod, ad perpetuam rei memoriam, sigilli nostri appensione fecimus
communiri, et penes vos volumus et precipimus in posterum custodiri;
necnon, de omnibus et singulis que feceritis et facere decreveritis in pre-
missis et singulis premissorum, nos, citra instans Festum Epiphanie Domini
[6 Jan.], per Literas vestras patentes, harum seriem et nomina ac cognomi-
na omnium et singulorum ad residendum in Ecclesiis suis Parochialibus,
auctoritate Presencium per vos, Decane supradicte, personaliter monitorum,
vel eciam monendorum, dilucide continentem, reddatis modo debito cerciores.
— Datum in Manorio nostro de Chuddeleghe, quinto decimo [die] mensis
Decembris, Anno Domini Millesimo CCC^m quinquagesimo quarto, et Con-
secrationis nostre vicesimo octavo.—Vestre, igitur, Paternitati reverende
significamus quod, quantum ad Sequestrum ac observacionem Statutorum
et aliorum in dicto Mandato vestro contentorum, juxta antiquas Consue-
tudines laudabiles et approbatas, quantum nobis possibile est, ut teneamur
paruimus et parebimus reverenter; Literasque vestras supradictas custodiri
faciemus. Egoque, Decanus supradictus, ipsum Mandatum in Capitulo
nostro, coram Concanonicis nostris capulariter congregatis, legi et publicari
feci; ac, auctoritate et vigore ejusdem, Venerabiles viros, Magistros Othonem
de Northwode, Robertum Hurewarde, Adam Murimouthe, Willelmum de
Nassyngtone, Stephanum Penpel, Ricardum Noreys, Jacobum de Moltone,
ac Dominos Willelmum de Westone et Nicholaum Pynnoke, dictae Ecclesie
vestre Canonicos et Confrates nostros, in ipsa Ecclesia ad presens per-
sonaliter residentes, ac Ecclesias Parochiales Curatas, a nullo alio Beneficio
Ecclesiastico dependentes, in vestra Diocesi, obtinentes, singulariter singulos,
personaliter insimul apprehensos, dictis vestris Literis in eorum presencia,
ut premittitur, recitatis, monui, modo et forma in eisdem injunctis, ad faci-
endum residenciam in Ecclesiis suis hujusmodi extunc personalem, ut
tenantur de jure; exceptis, omni termino seu quarterio anni, quadraginta
sex diebus in dicto Mandato expressatis et limitatis. Et sic hujusmodi
Mandatum vestrum et contenta in eodem, quatenus potuimus, reverenter
sumus executi.—Datum in Domo nostro Capitulari Exonie, septimo die
Januarii, Anno Domini Millesimo CCC^m quinquagesimo quarto.

fol.
179b. Stipendiary Priests; *Ad monendum Presbiteros stipendiarios ut
consuetis stipendiis contententur,*—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Officiali nostro Principali, necnon
Archidiaconis omnibus et singulis Ecclesie nostre Cathedralis Exonie,

A.D. eorumve Officialibus, salutem, graciam, et benedictionem.—Dudum Reve-
 1354-5. rendissimus in Christo Pater et Dominus, Dominus Symon [de Islepe], Dei
 Vol. I. gracia Cantuariensis Archiepiscopus, Tocius Anglie Primas, et Apostolice
 Sedis Legatus, per sue sollicitudinis ministerium Sacerdotum moderni
 temporis, qui, ut voluptuosius, immo dishonestius, ut mercenarii, non ut Pres-
 biteri vicitent, Ecclesiis Parochialibus et Collegiatis ac eciam animarum
 curis spretis penitus et omissis, ad peccularia et questuaria se conferunt
 obsequia, laicorum scilicet et mercatorum, effrenatam cupiditatem legis
 coartare volens remediis, laudabiliter statuit et ordinavit ut Presbiteri non
 beneficiati, cujuscumque alterius quam Curatorum obsequiis insistentes, ad
 deserviendum Ecclesiis Parochialibus, Capellis Perpetuis, et Prebendis
 Curatis, in animarum cure exercicio, pro una marca ultra id quod eis solutum
 fuit hactenus ministrari a Locorum Diocesanis, quo ciens opus esset, per
 Censuras Ecclesiasticas Canonice artarentur; Annivellarii, vero, et ceteri
 Presbiteri privatorum obsequiis insistentes, contenti forent stipendio con-
 sueto; prout dicti Patris Litere duplices inde facte, et nobis transmisse,
 plenius continebant; per quas nobis, ut ceteris Suffraganeis sue Cantuari-
 ensis Provincie, mandavit ut contenta in eisdem, ad compescendum Pres-
 biterorum hujusmodi insaciabilem avariciam et nephandom proprie voluntatis
 seu voluptatis libidinem, striccius exequi curaremus. Et, licet Literas
 supradictas, adjectis comminacionibus aliquibus, ad terrem, per nostram
 Diocesim, temporibus et locis congruis, fecimus repetitis vicibus adeo solem-
 niter publicari quod nullus subditorum nostrorum ignoranciam probabilem
 pretendere poterit earundem, multorum, tamen, insinuaciones querule et
 clamose ad nostram deduxerunt noticiam quod nonnulli nostre Diocesis,
 nomen Presbiteri inaniter differentes (*sic*), set tanti nominis affectu inmeriti,
 prochdolor, et indigni, omissis animarum curis et Ecclesiis Parochialibus et
 Collegiatis, propter que ad tantum Ministerium ordinati sunt principaliter
 et assumpti, ad Annualia celebranda et obsequia laicorum, mercatorum
 potissime juxta portus marinos, ubi calices exhaustire fecundiores presup-
 ponunt, infeliciter se convertunt, conviviis et tabernis communiter gaudentes
 pocius quam Ecclesiis vel Divinis Officiis interesse. Quorum exempla per-
 niciosa populum, quem nedum Ewangelii predicacione set vite integritate
 exhortari deberent ad salutem, ducunt, quod dolenter referrimus (*sic*), ad
 ruinam; et, cum ad continuandum vitam tam insolenter inceptam stipendia
 sufficere non poterunt consueta, prefati Presbiteri Annivellarii, quibus sex-
 ginta solidi ad plus, juxta consuetudinem in nostra Diocesi hactenus obser-
 vatam, solebant pro annuali stipendio ministrari, sex marcas ad minus, ut
 de majori excessu taceamus ad presens; Presbiteri, vero, Parochiales, qui
 de quinque marcis, modo simili, contentari solebant indifferenter, septem vel
 octo, et aliqui, ut aliquociens audivimus, decem marcas, stipendiiorum
 nomine recipiunt annuatim; ubi operas suas carius locare poterunt jugiter
 explorantes. Et sic, Spiritum Sanctum, Patri Consustancialis, Qui in
 confeccione Sacratissimi Corporis et Sanguinis Christi adesse dinoscitur, non
 sine labe simoniace ac heretice pravitatis, pro questu peccunie vendentes, pro-
 ditori qui Filium Dei vend[id]it non ambigimus comparandos. Cum, igitur,
 Presbiterorum hujusmodi insolencias et excessus tam nephando non sit
 nobis liberum sub dissimulacione ulterius pertransire, sicuti absque gravi
 offensa conscientie non valemus, vobis injungimus firmiter et mandamus
 quatinus vos, Officialis noster Principalis in Consistorio nostro Exoniensi,
 vos, vero, Archidiaconi, vestrive Officiales, in singulis Capitulis per vos
 proximo celebrandis, presens Mandatum nostrum solemniter publicantes,
 moneatis publice omnes et singulos Presbiteros nostre Diocesis stipendiarios
 quatinus de stipendiis minoratis, juxta Presencium et supradicti Patris pre-
 dictarum continenciam Literarum, de cetero sint contenti, sub pena Excom-
 municacionis Majoris, quam nobis in premissis non parentes poterunt verisi-
 militer formidare. Ad hec, vobis Archidiaconis, vestrisve Officialibus supra-
 dictis, injungimus et mandamus quatinus de Presbiteris hujusmodi stipen-

A.D. diariis omnibus et singulis Curis deservientibus, videlicet ultra sex marcas,
 1354-5. Annivellariis, vero, et ceteris Presbiteris obsequiis laicorum insistentibus ul-
 Vol. I. tra quinque marcas sterlingorum, in Diocesi nostra, nomine stipendii, annua-
 tim, directe vel indirecte capientibus, singuli vestrum singulariter, prout vobis
 subsunt, inquiratis sollicite veritatem; et nos de eorum nominibus et cog-
 nominibus et personis, ac eorum quibus deserviunt et in quo officio, una
 cum die receptionis, et tenore, modo, et forma execucionis Presencium, citra
 fol. 180. instans Festum Cathedre Sancti Petri [22 Feb.] certificetis, et quilibet
 vestrum certificeat, vestris suisve Literis patentibus, sigillo autentico con-
 signatis. Quis, vero, vestrum presens Mandatum nostrum primo receperit,
 retenta sibi copia, id alteri transmittat celeriter exequendum.—Datum in
 Manerio nostro de Chuddeleghe, duodecimo die mensis Januarii, Anno
 Domini M^o. CCC^{mo} quinquagesimo quarto, et Consecrationis nostre vicesimo
 octavo.

Plympton Priory; *Compositio inter Priorem et Conventum Plymp-*
tonie et Vicarium de Lannou [St. Kew, Cornwall],—

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis ad quos presentes Litere pervenerint
 Johannes, etc., salutem, cum benedictione et gracia Salvatoris.—Universitatibus
 vestre innotescimus, per Presentes, quod, cum inter Religiosos Viros, Pri-
 orem et Conventum Plymptonie, Ordinis Sancti Augustini, nostrorum Pa-
 tronatus et Diocesis, Ecclesiam Parochiale et Curatam de Lannou, dicte
 nostre Diocesis, in usus proprios obtinentes, ex parte una, et Dominum
 Henricum Tresorner, dicte Ecclesie Perpetuum Vicarium, ex parte alia,
 super invencionem et sustentacionem unius Capellani in eadem Ecclesia, pro
 Domino nostro, Rege Anglie, Progenitoribus et Successoribus suis, Anglie
 Regibus, perpetuo celebraturi; qui, eciam, dicto Vicario in Divinis Officiis
 assidue, et animarum cure exercicio quoque opus esset, assisteret; suborta
 fuisset materia questionis; prefatis Religiosis Viris asserentibus invencionem
 seu sustentacionem dicti Capellani ad dictum Vicarium et onus Vicarie sue
 hujusmodi pertinere debere, ipsumque ad subeundum illud onus cogendum
 fore racionaliter et artandum; dictoque Vicario contrarium asserente,
 pro eo quod Porcio Vicarie sue predice, quam in manso et sanctuario que
 ipse, et predecessores sui ibidem Vicarii, habet et habebant, necnon in
 altilagio tocius Parochie de Lannou, excepto eo quod de dominico dictorum
 Religiosorum, per eosdem exculto vel alias occlusis, provenit annuatim,
 solummodo consistere pretendebat, insufficientem fore notorie ad ipsius
 Vicarii et unius Capellani sustentacionem, juraque Episcopalia et Archi-
 diaconalia persolvenda, ac cetera onera sibi incumbencia supportanda; ac nos
 super premissorum veritate voluissemus in figura judicii, servato juris ordine,
 informari, ut sic, omni ambiguitate sublata, fecissimus utriusque Parti justicie
 complementum; Partes supradicte, Prior videlicet et Conventus per Domi-
 num Nicholaum Wellesforde et Ricardum Fairwode, dicti Monasterii Canoni-
 cos et eorundem Prioris et Conventus Procuratores, per suas certi tenoris
 Literas, sigillo eorum communi sigillatas, ad infrascripta sufficienter consti-
 tutos; dictus, vero, Vicarius personaliter, in aula Manerii nostri de Chudde-
 legh, xvij^o die mensis Januarii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quinqua-
 gesimo quarto, coram nobis pro tribunal sedentibus comparentes, et, ut
 dixerunt, anfractus licium execrantes, super dissensione et discordia supra-
 dicta, per viam transactionis et paccionis initiarum inter eos, per modum qui
 sequitur concordarunt; videbat, quod dictus Vicarius, et successores sui
 ibidem futuri Perpetui Vicarii, Capellanum de quo superius fit mencio, ad
 celebrandum et deserviendum, ut predictur, in Ecclesia memorata, inveniet
 et invenient imperpetuum, suis sumptibus et expensis. Item, dicti Vicarii
 onus construcionis, reparacionis, et confectionis Cancelli Ecclesie supradicte,
 et invenctionis Librorum per Loci Rectorem ibidem de jure vel consuetudine
 inveniendorum, quod ad dictos Religiosos spectare hactenus consuevit; nec-
 non, onera ordinaria et extraordinaria quecumque, supradicte Ecclesie et ejus

A.D. nomine Reectori Loci incumbencia, de cetero in solidum supportabunt, et
 1354-5 ipsorum quilibet suis temporibus supportabit. In subsidium, vero, inven-
 Vol. I. cionis et sustentacionis dicti Capellani, ac supportacionem ceterorum onerum
 predictorum, memoratus Vicarius ac successores sui antedicti decimas majores
 quarundam terrarum, infra limites predicte Parochie de Lannou situatarum;
 videlicet, decimas majores terrarum de Bethbolghe, Tywartheny, Croppynge,
 Hille, Tretheven, Dale, Nywetone, Redsmythe, et Penlengarou, ultra
 mansum, sanctuarium, et altilagium, que, ut prefertur, idem Vicarius qui
 nunc est, et precessores et predecessores sui, illius Loci Vicarii, percipere
 consueverant ab antiquo, recipient imperpetuum et habebunt. Et, ut pre-
 missa omnia coram nobis judicialiter confessata, et in Scriptis, eciam, re-
 citata, perpetuis futuris temporibus inviolabilem optinerent roboris firmi-
 tatem, Partes supradicte a nobis cum instance petiverunt ut eisdem nostrum
 consensum prebere nostramque Pontificalem auctoritatem apponere dignare-
 remur. Nos, itaque, Johannes, Exoniensis Episcopus antedictus, cupientes
 inter Partes supradicatas, sicuti inter quoscumque subditos nostros, pacis et
 quietis vincula confovere, ac licium quarumcumque subtra[h]ere strepitus
 et fomenta, compositionem et transaccionem supradicatas, ut reales fiant,
 perpetuis temporibus durature, ad petitionem dictarum Parcium, ut pre-
 mittitur, nobis porrectam, auctoritate nostra Pontificali approbamus, auctori-
 zamus, ac, tenore Presenciu[m], confirmamus.—*Tenor, vero, Literarum de*
quibus superius fit mencio sequitur, in hec verba,—

—*Procuratorium Prioris et Conventus Plymptonie, ad componendum super*
Vicaria de Lannou,—

Pateat universis per Preseates quod nos, Prior et Conventus Monasterii Apo-
 stolorum Petri et Pauli Plymptonie, Ordinis Sancti Augustini, Exoniensis
 Diocesis, Ecclesiam Parochialem de Lannou, dicte Diocesis, in usus proprios
 obtinentes, dilectos nobis in Christo, Dominos Nicholaum Wellesforde et
 Ricardum Fayrwoode, Concanonicos nostros, ordinamus et constituimus nos-
 tros veros et legitimos Procuratores et Nuncios speciales, conjunctim et
 divisim, et utrumque eorum in solidum; ita quod non sit melior condicio
 occupantis, set quod unus eorum incepit alius prosequi valeat et finire.
 Dantes et concedentes eisdem, et eorum utrique, potestatem in solidum et
 mandatum speciale ad tractandum, nomine nostro et Monasterii nostri supra-
 dicti, cum Henrico Tresodorne, supradicte Ecclesie de Lannou Perpetuo
 fol. Vicario, super invencione cuiusdam Capellani ibidem perpetuo celebraturi;
 180b. neenon, super construccione, refectione, ac reparacione Cancelli dicte Ec-
 clesie, et aliis oneribus, tam ordinariis quam extraordinariis, eidem Ecclesie
 incumbentibus, per eum et successores suos, prefate Ecclesie futuros Vicarios
 perpetuo supportandis, ac eciam pro supportacione onerum hujusmodi et
 invencione dicti Capellani, assignandum et concedendum decimas quarun-
 dam terrarum, infra fines Parochie de Lannou existencium, in augmenta-
 tionem Porcionis Vicarie sue, videlicet decimas majores terrarum de
 Bethbolghe, Tywartheny, Croppynge, Hille, Tretheven, Dale, Nywetone,
 Redsmythe, et Penlengarou, sibi, et successoribus suis ibidem Vicariis,
 imperpetuum; ac omnia alia et singula faciendum et expediendum que in
 premissis, et circa ea, necessaria fuerint seu quoniodolibet oportuna, eciam
 si Mandatum exigant speciale; ratum et gratum perpetuis temporibus
 habituri quicquid iidem Procuratores nostri, aut eorum alter, fecerit seu
 gesserit in premissis seu alio premissorum, sub ypotheca omnium bonorum
 nostrorum; non intendentis per presens Procuratorium nostrum Pro-
 curatoria quecumque per nos prius facta aliqualiter revocare. In quorum
 omnium testimonium sigillum nostrum commune Presentibus est appen-
 sum.—Datum Plymptonie, in Domine nostro Capitulari, sexto decimo die
 mensis Januarii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} quinquagesimo quarto.—
 In quorum omnium et singulorum testimonium, etc.—Datum in dicto
 Manerio nostro, xvij^o die dicti mensis Januarii, sub Anno Domini supra-
 dicto; Consecrationis, vero, nostre vicesimo octavo.

A.D. Landewednack [Ecclesia Sancti Wynwolay, MS.]; Sir Peter
1354-5. Crugou (*margin*, Crogou), priest, R.,—

Vol I *Dispensation*: non-residence for a year, to study in England, etc. (Chudleigh,
26 Jan.).

*Appointment of Confessors; Mandatum ad eligendum Confessores
in singulis Archidiaconatibus,—*

Venerabili in Christo Patri, etc., Johanni, etc., suus filius humilis et devotus,
Officialis Archidiaconatus Tottoniensis, obedienciam et reverenciam debitas
tanto Patri, cum omni honore.—Mandatum vestrum reverendum nono die
mensis Februarii subscripti recepi, sub eo qui sequitur tenore,—Johannes,
etc., Archidiaconis in Ecclesia nostra Exoniensi quibuscumque, eorumve
Officialibus, salutem, graciam, et benedictionem.—Cupientes, juxta Officii
nostrri debitum Pastorale, Constitucionem Sinodalem et Concilia Provin-
cialia in sequentibus salubriter edita, que per incuriam hactenus sunt
neglecta per nostram Diocesim, imposterum observari, et eo avidius quo
animarum saluti per ipsa uberiori et commodius providetur, vobis, et
vestrum singulis, injungimus firmiter et mandamus quatinus vestrum
quilibet in singulis Decanatibus sui Archidiaconatus unum vel duos eligat
Confessores, quos ad hoc scienza et moribus reputaverit magis idoneos et
discretos; quorum quilibet, vice nostra, Rectorum, Vicariorum, et ceter-
orum Beneficiatorum ac Curatorum quorunquamque, nobis inmediate
subjectorum, Decanatus in quo ipse consistit, sibi confiteri volencium, in
quibuscumque casibus, preterquam in casibus nobis, aut Superiori nostro,
quomodolibet reservatis, audire valeat Confessiones, eosque absolvere, et
pro commissis hujusmodi confessatis injungere, prout secundum Deum
expedire perspexerit, Penitencias salutares, ut in Constitutionibus et
Provincialibus Conciliis hujusmodi continetur. Et nos de nominibus et
cognominibus, et personis ad premissa auctoritate Presencium electis, citra
Diem Dominicam in Quinquagesima [15 Feb.], cum die receptionis et
tenore Presencium, ac forma executionis eorundem, redditis, et quilibet
vestrum reddat, per Literas vestras suasve patentes modo debito cerciores.
Proviso quod quis vestrum presens Mandatum primo receperit, retenta
inde sibi copia, id alteri transmittat celeriter exequendum.—Datum in
Manorio nostro de Chuddeleghe, primo die mensis Februarii, Anno Domini
M^o. CCC^{mo} quinquagesimo quarto, et Consecrationis nostre vicesimo
octavo.—Cujus auctoritate Mandati vestri reverendi, in singulis Decanatibus
Archidiaconatus Tottoniensis; videlicet,—

De Mortone, Dominum Philippum [de Trevalde], Vicarium Ecclesie Parochialis
de Wydecombe;

De Ipplepenne, Dominum Johannem Page, Rectorem Ecclesie de Devenebery;

De Tottone, Dominos Benedictum [Richel], de Brete, et Galfridum [Jolyf],
de Hurbertone [Harberton] Ecclesiarum et Locorum Vicarios;

De Wodeleghe, Dominum Willelmum Gylayn, Rectorem Ecclesie de Alyng-
tone [East Allington], et Magistrum Johannem Colrigge, Vicarium de
Alvyngtone [West Alvington];

De Plymptone, Dominum Willelmum Wolveye, Rectorem Ecclesie de
Hywysche [North Huish], et Dominum Willelmum Loccombe, Vicarium
Ecclesie de Holbotone;

De Tamertone, Dominum Walterum [de Aysscheforde], Archipresbiterum de
Byr [Bere Ferrers];

De Tavystoke, Dominos Ricardum Barren, Rectorem de Lyftone, et Willel-
mum de Cloubery, Vicarium de Stowe Sancte Marie [Marystowe];

De Hallesworthy, Dominos Rogerum [Croucke], de Hallesworthy [Hols-
worthy], et Ricardum de Miltone [Daumarle], Ecclesiarum Rectores;

De Okampton, Magistrum Johannem Allewillie, Rectorem Ecclesie de Brode-
wodekelly, et Dominum Willelmum [de Cannokbury], Vicarium Ecclesie

A.D. de Hatherleghe ; quos sciencia et moribus reputavi magis idoneos et
 1354-5. discretos, elegi, ut mandatur, Confessores. De cognominibus, autem,
 Vol. I. quorundam per me electorum Paternitatem vestram reverendam, propter
 brevitatem temporis, ad presens non potui certificare.—Datum Exonie,
 xii^o die mensis Februarii predicti, Anno Domini supradicto.

Hartland Abbey ; *Professio Fratris W. Beaumonde, Abbatis de Hurtilonde,*—

Secundo die mensis Februarii, in camera principali Manerii Episcopalis de Chuddeleghe, Frater Willelmus Beaumond, Abbas de Hertilonde, coram Domino personaliter constitutus, fecit Professionem suam, sub hac forma,—
 Ego, Frater Willelmus Beaumond, electus Abbas de Monasterio de Hertilonde,
 fol. 181. Exoniensis Diocesis, Subjecionem, Reverenciam, et Obedientiam a Sanctis Patribus constitutam, secundum Regulam Sancti Augustini, vobis, Reverendo in Christo Patri, Domino Johanni, Dei gratia Exoniensi Episcopo, vestrisque Successoribus Canonice substituendis, et Sancte Exoniensi Ecclesie, salvo Ordine meo, perpetuo me exhibituru promitto.—Et subsequenter prestitit Domino Fidelitatis et Obedience Canonice juramentum, et Professioni sue supradicte subscripsit Signum Crucis. Et Dominus decrevit eundem fore actualiter inducendum in corporalem possessionem Monasterii supradicti ; presentibus omnibus hiis,—Magistris Benedicto de Pastone, R. de Inkepenne, T. Tuggel, Notario Publico, et aliis. Et emanavit Litera Inductionis, in hec verba,—Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Archidiacono Barnastapolie, vel ejus Officiali, salutem, etc.—Cum Frater Willelmus Beaumond, Canonicus Monasterii de Hurtilonde, Ordinis Sancti Augustini, nostre Diocesis, in Abbatem ejusdem Monasterii sit electus, et per certos nostros Commissarios, in hac parte specialiter deputatos, confirmatus ; sitque munus Benediccionis eidem auctoritate nostra impensum, in forma Ecclesie legitima et fieri consueta ; vobis committimus et mandamus quatinus eundem Fratrem Willelum in corporalem possessionem dicti Monasterii, cum suis juribus et pertinenciis universis, ad Abbatem ejusdem Monasterii de jure vel de consuetudine spectantibus, inducatis ; facientes eidem Stallum in Choro et Locum in Capitulo, juxta juris exigenciam et ipsius Monasterii Regularis Disciplinam, assignari. De die, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nos, expedito negocio, certificetis Literis vestris patentibus, habentibus hunc tenorem.—Datum apud Chuddeleghe, tercia die Februarii, Anno Domini M°. CCC^m quinquagesimo quarto, et Consecrationis nostre vicesimo octavo.

Penitentiaries ; Deputacio Penitenciariorum in Archidiaconatu Exoniensi,—

Venerabili, etc., Domino Johanni, etc., suus humilis et devotus filius, Officialis Archidiaconi Exonie, obedienciam [et] reverenciam tanto Patri debitas et devotas.—Mandatum vestrum reverendum, tenorem continens infrascriptum, nono die mensis Februarii, Anno Domini infrascripto, recepi,—Johannes, etc.—Nuper, propter quorundam excessus notabiles, et ex aliis causis nos moventibus, Commissionis nostre Literas quascumque Religiosis ad audiendum Confessiones subditorum nostrorum, in casibus de consuetudine vel de jure, seu alias, nobis reservatis, antea factas, per nostras certi tenoris Literas, quas per nostram Diocesim publicari fecimus, revocavimus ; prout in Literis hujusmodi revocatoris seriosius continetur. Nolentes, tamen, quod animarum cura per revocationem hujusmodi quomodolibet negligatur, ad audiendum Confessiones subditorum nostrorum dicti Archidiaconatus Exoniensis eosque absolvendum, et eis pro commissis confessatis salutares penitencias injungendum, eciam in casibus nobis reservatis, infrascriptis dumtaxat exceptis, viros judicio nostro providos et discretos, videlicet Dominum Johannem, Ministrum Ecclesie nostre Collegiate Sancte Marie de Otery, et Magistrum Walterum Blakebrom, Rectorem Ecclesie

A.D.
1354-5. Parochialis de Wayshfelde, Penitenciarios nostros decrevimus deputandos;
 committentes utrique eorum vices nostras ad ministerium hujusmodi ex-
 Vol. I. quendun; absolucione eorum qui perjurium in causa sanguinis vel exhe-
 redacionis alicujus, aut in causa matrimoniali, coram quibuscumque Judici-
 bus solempniter incurrerint, seu qui nobis et Ecclesie nostre Exoniensi
 dampnum, injuriam, aut violenciam intulerint, aut jura vel libertates
 Ecclesiasticas infregerint, vel manus violentas in clericos, in casu a jure non
 permisso, publice injecerint, nisi pueri fuerint vel mulieres; necnon, usura-
 riorum omnium et singulorum sub contractus fraude vel specie, quorum
 numerus, hiis diebus, dampnabiliter pululat et accrescit, cum inter eos
 numerentur indubie qui species quaslibet pro dilacione solucionis limitati
 precii concedenda carius vendunt quam contractus tempore comode vendi
 possunt; item, qui ex causa mutui intensi vendiciones rerum simulant
 quarumcumque, ut contra illud quod dicit Dominus, *Date mutuum, nichil inde sperantes*, coloribus fraudulenter exquisitis, lucrum pro mutuo illicitum
 valeant adipisci, cum certa positivis et intencio vera prejudicent simulatis;
 nobis specialiter reservata. Quocirca vobis injungimus et mandamus qua-
 tinus, presens Mandatum nostrum in singulis Capitulis vestris in dicto
 Archidiaconatu per vos proximo celebrandis solempniter publicantes, et
 facientes per Locorum Curatos in ipsorum Ecclesiis, Diebus Dominicis et
 Festivis, modo simili publicari, injungatis, auctoritate nostra, supradictis
 vices nostras gerentibus ut sollicitudinem eis in hac parte commissam
 taliter exequi studeant et eciam adimplere, quod in districto examine
 Extremi Judicii eterne retribucionis denarium percipere valeant pro labore.
 Proviso quod neuter eorum, quorum utrique presentis Mandati nostri copiam
 sub sigillo vestro per vos fieri et liberari volumus et mandamus, potestatem
 sibi in hac parte commissam ad casus non contentos presumat extendere vel
 personas; ne Fidelium anime, ad quarum salutem presens adhibetur provisio,
 per extensionem illicitam dampnabiliter sint decepte. Volentes, insuper,
 supradictis Penitenciariis nostris ad profectum animarum suarum uberioris
 providere, ipsorum singulis indulgemus, de gracia speciali, ut, durante eorum
 officio memorato, in casibus sibi commissionis, singulos discretos et ydoneos in
 foro penitenciali sibi eligere valeant Confessores, qui eos absolvendi potesta-
 tem habeant et ligandi; Presentibus per annum tantummodo duraturis.
 Attendant, eciam, sane tam Confessores quam confitentes quod generales
 Confessionum Litere annuales, biannuales (*sic*), vel triennales, solite concedi
 per Venerabilem Patrem, Dominum Cardinalem, Domini nostri Summi Pon-
 tificis, aut ejus, locum tenentem, non prejudicant Locorum Diocesanis, nec
 se ad casus extendunt Episcopis, vel per Episcopos, reservatos, eo quod in
 hujusmodi Literis de hujusmodi casibus specialis mencio non habetur. Nec,
 eciam, decipientur per falsas questorum cedulas et predicaciones erroneas, set
 eos dumtaxat audiant et intelligent sicut in nostris Literis et per nos annexis
 cedulis continentur. Nec ulterius, sub pena Excommunicationis, quicquam
 predicare aut dicere permittantur. Quod si contrarium presumpserint, nobis,
 cum eorum nominibus et cedulis, remittantur, prout justum fuerit puniendo.
 De die, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nos, citra
 Dominicam in medio Quadragesime [15 March], redditis per vestras patentes
 Literas, harum seriem ac modum et formam execucionis earundem dilucide
 contintent, modo debito cerciores.—Datum in Manerio nostro de Chudde-
 leghe, sexto die mensis Februarii, Anno Domini Millesimo CCCmo quinqua-
 gesimo quarto, et Consecrationis nostre vicesimo octavo —Quod, quidem,
 Mandatum, vestrum, juxta vim, formam, et effectum ipsius, prout mandatur,
 in omni sui parte plenarie et reverenter sum executus.—Datum Exonie,
 xij^o die mensis Marcii, Anno Domini supradicto.—Eisdem die et loco
 emanarunt consimiles Litere Archidiaconis Cornubie, Tottonie, et Barne-
 stapolie, vel eorum Officialibus, pro personis ad Penitenciariam in forma qua
 supra deputatis in eisdem Archidiaconatibus, ut inferius continetur,—

In Archidiaconatu Cornubiensi; Magister Johannes Raufe, Rector Ecclesie

A.D. Parochialis de Rame, Magister Willelmus Boys, Rector Ecclesie Parochialis
 1351-5. de Poutone [*St. Breoke*], Magister Radulphus Kerneke, Rector Ecclesie
 Vol. I. Sancti Ermetis [*St. Erme*], Dominus Ricardus de Gomersale, Prepositus, et
 in ejus absencia Dominus Willelmus de Tregony, Sacrista, Ecclesie Colle-
 giate Sancti Thome, Martiris, Glasneye; necnon, Frater Johannes Sanctus
 Conventus Fratrum Minorum Bodminie, pro illis de Cornubia qui linguam
 noverunt utramque; et Frater Rogerus Tyrel, Ordinis Fratrum Predica-
 torum Conventus de Trufru [*Truro*], pro mere Cornubicis qui Anglicam
 non noverunt.

In Archidiaconatu Tottoniensi; Frater Robertus Gyrard, Canonicus Monasterii
 de Plymptone, et Dominus Willelmus, Vicarius Perpetuus Ecclesie Parochi-
 alis de Stokinhamme.

In Archidiaconatu Barnestapoliensi; Magister Walterus de Mertone, Rector
 Ecclesie Parochialis de Magna Toritone [*Great Torrington*], et Magister
 Johannes Yestecolompe.

Appointment of Confessors; *Deputacio Confessorum ad audiendum
 Confessiones Curatorum Archidiaconatus Exoniensis, in casibus
 non reservatis Episcopo*,—

Johannes, etc., Archidiacono Exonie, vel ejus Officiali, salutem, etc.—Cupientes,
 juxta Officii nostri debitum Pastoralis, Constitucionem Sinodalem et Concilia
 Provincialia in subsequentibus salubriter edita, que per incuriam hactenus
 sunt neglecta, per nostram Diocesim in posterum observari, et eo avidius
 quo animarum saluti per ipsa uberior et commodius providetur; ad
 audiendum in foro penitenciali Confessiones Rectorum, Vicariorum, et
 ceterorum Beneficiatorum ac Curatorum quorumcunque dicti Archidiacon-
 natus Exoniensis, nobis inmediate subjectorum, qui absque Licencia nostra
 sibi eligere nequeunt Confessores; eosque absolvendum, et eis pro commissis
 Penitencias salutares, prout secundum Deum expedire videbitur, injungen-
 dum, preterquam in casibus nobis, aut nostris Superioribus, quomodolibet
 reservatis; singulos viros in singulis Decanatibus dicti Archidiaconatus ad
 Mandatum nostrum per vos electos, et nobis per Literas vestras relativas
 discretos et ydoneos nominatos; videlicet,—

In Decanatu Christianitatis Exonie, Dominum Andream Lappelode, Rectorem
 Ecclesie Beate Marie Majoris Exonie;

In Decanatu de Ken, Dominum Rogerum [de Saresbiria], Vicarium de
 Kentone;

In Decanatu de Dunesforde, Dominum Johannem Bedeforde, Rectorem
 Ecclesie de Teyngtone Drew [*Drewsteignton*];

In Decanatu de Cudebery, Dominum Willelum Seche, Vicarium Ecclesie
 Nywetone Sancti Circii;

In Decanatu de Tyvertone, Magistrum Johannem Ferendone, Rectorem Ecclesie
 de Ufcolumpe;

In Decanatu de Plymptre, Dominum Petrum Moleys, Vicarium Ecclesie de
 Columptone;

In Decanatu de Dunkesville, Dominum Willelum Ocham, Rectorem Ecclesie
 de Hemyoke;

In Decanatu de Honytone, Dominum Ricardum Lillishulle, Rectorem Ecclesie
 de Uffwille [*Offwell*]; et

In Decanatu de Ayllesbeare, Dominum Rogerum Slake, Vicarium Ecclesie de
 Clystone [*Broadclyst*],—

Confessores, tenore Presencium, deputamus; committentes cuilibet eorum,
 pro Beneficiatis et Curatis Decanatus in quo ipse consistit, vices nostras, ad
 ministerium hujusmodi exequendum. Quocirca vobis injungimus et man-
 damus quatinus, presens Mandatum nostrum in singulis Capitulis vestris per
 vos in dicto Archidiaconatu proximo celebrandis solemniter publicantes,
 et facientes per Locorum Curatos in ipsorum Ecclesiis, Diebus Dominicis et
 Festivis, modo simili publicari, injungatis, auctoritate nostra, supradictis

A.D. Confessoribus, seu vices nostras gerentibus, ut sollicitudinem eis in hac
 1354-5. parte commissam taliter exequi studeant et eciam adimplere, quod in dis-
 Vol. I. tricto examine Extremi Judicii eterne retribucionis denarium percipere
 fol. 182. valeant pro labore. Proviso quod nullus eorum,—quorum cuilibet presentis

Mandati copiam, sub sigillo vestro, per vos fieri et liberari volumus et
 mandamus,—potestatem sibi in hac parte commissam ad casus non contem-
 totos presumat extendere vel personas; ne fidelium anime, ad quarum
 salutem presens adhibetur provisio, per extensionem illicitam dampnabiliter
 sint decepte. Volentes, igitur, supradictis, vices nostras gerentibus, ad
 profectum animarum suarum, uberiori providere, ipsorum singulis indul-
 gemus, de gracia speciali, ut, durante eorum Officio memorato, in casibus sibi
 conimmissis, singulos discretos et ydoneos in foro penitenciali sibi eligere
 valeant Confessores, qui eos absolvendi potestatem habeant et ligandi;
 Presentibus per annum tantummodo duraturis. De die, vero, receptionis
 Presencium, et quid feceritis in premissis, nos, citra Dominicam in medio
 Quadragesime [15 March], reddatis per vestras patentes Literas, harum
 seriem ac modum et formam execucionis earundem dilucide continentes,
 modo debito cerciores.—Data apud Chuddeleghe, sextodecimo die mensis
 Februarii, Anno Domini M^o. CCC^m quinquagesimo quarto, et Consecra-
 cionis nostre vicesimo octavo.

—xvij^o die mensis Februarii supradicti, apud Chuddeleghe, emanavit con-
 similis Litera Archidiacono Tottonie, vel ejus Officiali, pro personis quorum
 nomina subsequntur, ad audiendum Confessiones Beneficiatorum in
 Archidiaconatu Tottonensi, in singulis Decanatibus, deputatis, ut sequitur;
 videlicet,—

[Here follows the List as given above (page 1143), omitting the names of the
 V. of Brent, the Rectors of East Allington and North Huish, the V. of
 Marystow, and the R. of Holsworthy.]

—xxij^o die mensis Februarii predicti, apud Chuddeleghe, Dominus per
 Literas suas, directas Archidiacono Cornubie, vel ejus Officiali, sub tenore
 quo supra, deputavit Personas infrascriptas ad audiendum Confessiones
 Beneficiatorum Cornubie, in singulis Decanatibus ejusdem Archidiaconatus,
 ut infra continetur,—

In Decanatu de Kerier, Dominum Willelmum Trelul, Rectorem Ecclesie
 Sancti Rumoni Magni [St. Ruan-Major];

In Decanatu de Penwythe, Dominum Reginaldum [de Sancto Austolo],
 Rectorem Ecclesie Sancti Justi [St. Just-in-Penwith];

In Decanatu de Pydre, Dominum Johannem [de Tregona], Vicarium Ecclesie
 Sancte Neuline;

In Decanatu Minoris Trygge, Dominum Andream Giffard, Rectorem Ecclesie
 de Hellaund;

In Decanatu Majoris Trygge, Dominum Ricardum Bordevyle, Vicarium Ecclesie
 de Stratton;

In Decanatu de Est Wevelschire [East], Dominum Henricum Couke, Rectorem
 Ecclesie de Southulle;

In Decanatu de Weste, Dominum Johannem, Vicarium Ecclesie de Tallan
 [Talland]; et

In Decanatu de Poudre, Domiuum Radulphum Treythike, Vicarium Ecclesie
 de Elerky [St. Veryan], et Dominum Benedictum Tresuswal, Archipresbi-
 terum Ecclesie Sancti Michaelis de Penkevel.

[fol. 182b.] *Georgeham [Hamme, MS.]*; Master John Derworthy, R.,—

Dispensation: non-residence, to study at Oxford, etc. (Chudleigh, 24 Feb.).

fol. 182. A Case of heretical pravity; *Contra Radulphum de Tremur*,—
 Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Officiali nostro Principali, neconon
 Decano Ecclesie nostre Cathedralis Exonie, ac omnibus et singulis Archi-
 diaconis in eadem Ecclesia nostra, eorumve Officialibus, salutem, etc.—Non
 siue vehementi cordis tristitia proferimus quod, prout a multis accepimus

- A.D. fide dignis, et ipsi pro parte certis indicis experti sumus, quidam infelici-
 1354-5. mus patris mendacii filius, erroris magister, Radulphus de Tremur vulgariter
 Vol. I. nuncupatus, de Diocesi nostra, quod non sine verecundia dicimus, oriundus,
 a diu, sicuti ad presens, profugus et vagus, tremulus re et nomine ut alter
 Caym, in Ordine Diaconali constitutus; qui, facto more dementis, tam in
 dicta nostra Diocesi quam in aliis diversis Regni Anglie Partibus, multis
 retroactis temporibus dolose circuiens, suadente, neconon in eo loquente,
 diabolo, in tantam doloris perfidiam est prolapsus quod de preciosissimo ac
 dulcissimo verissimoque Sacramento Corporis et Sanguinis Domini nostri
 Jhesu Christi, omnium aliorum Sacramentorum completivo, perfectivo, et
 confirmativo, quo cotidie populus Christianus, ne in via deficiat, spiritualiter
 recreatur: quo, eciam, non posset excogitari dignius nec saluti humane
 congruencius, cum in ipso corporali Salvatoris invisibili Presencia proficiat
 Plebs Fidelis; dicente Domino, Qui Veritas est, *Caro Mea vere est cibus, et*
Sanguis Meus vere est potus; et iterum, *Nisi manducaveritis Carnem Filii*
Hominis, et biberitis Ejus Sanguinem, non habetis vitam in vobis: qui man-
 ducat Meam Carnem et bibit Meum Sanguinem habet vitam eternam, et Ego
 resuscitabo eum in norissimo die: Quique, post Resurreccionem Suam,
 antequam in Celos corporaliter ascenderet, Discipulis promisit, dicens de
 hoc Sacramento, *Ecce Ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consum-
 macionem seculi,*—aliter seneciat palam, et occulte doceat, quam Sacrosancta
 Catholica et Apostolica Ecclesia credit, predicat, et affirmat; pervertissime
 et heretissime asserens et affirmans panem et vinum in Carnem et Sangui-
 nem Domini nostri Jhesu Christi Consecratione Verborum substancialiter
 non transire; quod est indubitanter et manifeste omnem Fidem Catho-
 licam subvertere, Sacraenta singulariter singula evacuare, et Evangelicam
 penitus destruere Veritatem. Et, quod nequius est omnium, dum prefatus
 demoniacus alias conatur, per invidiam diaboli, secum ad interitum pro-
 ducere, quosdam simplices et indoctos, et Theologice Veritatis ignaros, vel
 ad heresim pronos, obtinuit sibi in errore tam execrabilis secrecius adherere.
 O infelissimus, omnibus retroactis fere hereticis infeliciar, magis ut
 freneticus ypocratis funibus quam rationibus alligandus! O detestabilis
 lingua, omnis rabidi canis venenosior, a medicis Ecclesie et Regiis ministris
 prescidenda, et frustratim per partes laceranda ac porcis et suibus proc-
 enda; qui, cum loqui recte nesciat, non disicit heresim tam execrabilem
 reticere. Cum, igitur, prefatum Radulphum, quem non naturaliter furiosum
 set fide veraciter insanum didicimus, ex causis premissis et quibusdam
 aliis, tam in nostra presencia sepius prolatis quam ex infamia publica ad
 nostrum deductis auditum, silencio ad presens commissis, de heretica
 pravitate violenter non tam suspectum quam infectum multipliciter habe-
 mus; considerantes attente quam sit periculosa communicacio cum per-
 versis, cum quibus eciam boni admixti ut plurimum pervertuntur; et
 propterea volentes, prout ad sollicitudinem nostram pertinet Pastoralem,
 in quantum possimus precavere, ne maledictus Radulphus, qui, quamvis
 mentis instabilitate et verborum loquacitate de cortice quandoque proferat
 Scripturarum, a vera, tamen, intelligentia longe distat, Gregem nobis et
 nostro regimini commissum, sua communione pestifera et persuasionibus
 suis tam horrendis, faciat oberrare; eudem Radulphum, donec emenda-
 tionem suam, juxta Canonicas Sancciones, congrua satisfaccione re et verbo
 monstraverit, et ab errore tam dampnabili resipuerit, vel saltem in hac
 parte innocentem se ostenderit, ab omnibus Christi Fidelibus nostre
 Diocesis fore decrevimus evitandum, ut, primo, virga Apostolica, et post-
 modum ferrea, si ejus hoc exegerit contumacia, confringatur vas inutile et
 perducatur in interitum carnis, ut ejus spiritus salvus fiat. Quocirca vobis,
 et vestrum singulis, injungimus firmiter et mandamus quatinus vos,
 Officialis noster Principalis in Consistorio nostro Exoniensi; vos, vero,
 Decane Ecclesie nostre Cathedralis predicte, aliquibus Diebus Dominicis et
 Festivis proximo sequentibus, intra Missarum Solempnia, cum major Cleri

A.D. 1354.5. et populi multitudo convenerit ad Divina ; et vos, Archidiaconi, vestrige
 Officiales, in singulis Capitulis per vos proximo celebrandis presens Man-
 Vol. I. datum nostrum solemniter publicantes, et ubi oportunum fuerit expo-
 nentes intelligibiliter in vulgari ; neconon, in Ecclesiis Parochialibus quibus-
 libet, prout vobis subsunt, facientes per Locorum Curatos, congruis ad hoc
 temporibus, publicari, modo simili, et exponi, subditis nostris quibus-
 cumque, cuiuscumque condicione existant, inhibeatis, primo, secundo, ac
 tertio et peregrinatio, ne cum dicto pestifero Radulpho, loquendo, sedendo,
 comedendo, bibendo, orando, eumve fovendo, receptando, hospitando,
 deffendendo (*sic*), seu alio quovis communicandi genere communicare presu-
 mant, seu aliqua ministrare eidem que ipsum in errore tam detestabili
 pertinacius refocillent ; set ipsum, de heresi tam dampnabili violenter, ut
 premittitur, suspectum et publice diffamatum, evitent, quousque quod non
 in tenebris ambulet, set in luce, eos certificaverimus nostrarum testimonio
 Literarum ; sub pena Excommunicationis Majoris, in omnes et singulos
 singulariter in premissis nobis non parentes, culpa et mora suis exigentibus,
 legitima Monitione premissa, debite fulminande. Vobis, insuper, et vestrum
 singulis, communiter et divisim, districte precipiendo injungimus et man-
 damus quatinus memoratum Radulphum, quandocumque ad hoc optulerit
 se facultas, eciam post terminum ad certificandum inferius limitatum,
 citetis, seu citari faciatis, peregrinatio, quod compareat coram nobis, vel
 nostris Commissariis, uno vel pluribus, certis die et loco, per illum vestrum
 qui dictum Radulphum citando presens Mandatum nostrum fuerit
 executus limitandis, eidem super premissis sibi, ex Officio nostro, juxta
 Sacrorum Canonum Instituta, obiciendis et exponendis, neconon super
 quibusdam Interrogatoriis premissa concernentibus sibi faciendis person-
 aliter responsurus, et de veritate dicenda juraturus, facturusque ulterius
 et recepturus quod dictaverit ordo juris. De die, vero, receptionis Pre-
 sencium, ac modo et forma executionis earundem, nos, citra instans
 Sanctum Festum Pasche [5 April] ad ultimum, certificetis, et vestrum
 quilibet, cum tenore Presencium, modo debito certificet. Ille, vero, vestrum
 quem dictum Radulphum ad presens Mandatum nostrum citare contigerit,
 per sex dies ante terminum comparacionis quem sibi decreverit assignandum,
 nos de hoc, et aliis supra contentis, debito modo certificare nullatenus
 pretermittat, per suas patentes Literas, harum seriem continentem. Quis,
 vero, vestrum presens Mandatum nostrum primo receperit, retenta inde sibi
 copia, id alteri transmittat celeriter exequendum.—Datum in Manerio
 nostro de Chuddeleghe, septimo die mensis Marcii, Anno Domini M^o. CCC^{mo}
 quinquagesimo quarto, et Consecrationis nostre vicesimo octavo.

fol. 183. Appointment of Confessors ; *Deputacio Confessorum in Archidiaconatu Barnastapoliensi*, —

xij^o die mensis Marcii, apud Chuddeleghe, Dominus, per Literas suas directas
 Archidiacono Barnastapolie, sub tenore quo ceteris Archidiaconis superius
 scripserat, deputavit Personas infrascriptas ad audiendum Confessiones
 Beneficiatorum in Archidiaconatu Barnastapoliensi, in singulis Decanatibus
 ejusdem Archidiaconatus, ut sequitur, —

In Decanatu de Chulmeleghe, Dominum Henricum Wille, Rectorem Ecclesie
 de Northtautone ;

In Decanatu de Toritone, Dominum Ricardum Kylacrew, Rectorem Ecclesie
 de Mertone ;

In Decanatu de Hertilond, Dominum Johannem Gyllescote, Rectorem Ecclesie
 de Alwyngtöne ;

In Decanatu de Schirewille, Dominum Willelmum Besta, Rectorem de Ilfrede-
 combe, et Dominum Edmundum atte Hole, Rectorem Ecclesie de Parre-
 combe ;

In Decanatu Barnastapoliensi, Walterum atte More, Rectorem Ecclesie de

A.D. Filleghe, et Dominum Johannem Lykericz, Vicarium Ecclesie Parochialis
1354-5 Barnastapolie ; et

Vol. I In Decanatu de Moltone, Dominum Radulphum Sampson, Rectorem Ecclesie
de Stodleghe, et Dominum Reginaldum Gyrarde, Rectorem Ecclesie de
West Wolryngtone.

Exeter Cathedral ; Ne Canonici Ecclesie Exoniensis recipiant ad
privata obsequia Ministros Ecclesie ; et ut Decanus Ministros
hujusmodi per substraccionem stipendiorum compellat predicte
Ecclesie debite deservire,—

Venerabili, etc., Johanni, etc., vestri in Christo filii humiles et devoti, Decanus et Capitulum Ecclesie vestre Cathedralis Exonie, obedienciam et reverenciam debitas tanto Patri, cum honore.—Mandatum vestrum reverendum vicesimo quarto die mensis Marcii proximo preterito receperimus, sub eo qui sequitur tenore verborum,—Johannes, etc., Decano et Capitulo, etc., salutem, graciā, et benedictionem.—Notum est omnibus Fidelibus, et precipue Clericis re et non tantum nomine,—quales, heu, plures sunt hodie,—quod quanto meritorium est Deum colere et Ejus Cultum augere, tanto nepharium est et dampnabile Ejus Cultum, et maxime debitum, diminuere vel fraudare. Unde non sine vehementi cordis diplicencia et tristitia, intelleximus quod labor noster et diligencia circa Officium Divinum in Ecclesia nobis indignissimis commissa, jam per viginti septem annos pro viribus adhibiti, per vestram precipue, Domine Decane, et aliorum consequentem Concanonicorum negligenciam, ita, hiis diebus, plus solito in ceremoniis et observanciis ad Ecclesian Cathedralem pertinentibus debitibus et consuetis deficere incipiunt et perire, quod, nisi Deus advertat, successive in brevi, more rurali pocius quam Cathedrali officiabitur, vel verius contempnetur. Et, ut de in multis que, juxta morem nostrum, diligenter exploravimus, aliqua referamus, multis aliis ad presens omissis, ista duximus recitanda ; videlicet, quod ad Matutinas, Lecciones, Responsoria, et Antiphone, que legi, cantari, et inchoari deberent in Secunda Forma, fere omnia fiunt in Superiori Gradu. Item, Lecciones que cotidie post Primam in Capitulo deberent legi,¹ vix quandoque leguntur in ebdomada per quatuor vel tres dies. Lecciones, insuper, et Responsoria que deberent legi novem Leccionum, et quandoque in Festis Duplicibus ; prout in Festo Sancti Gregorii, Pape, proximo preterito, didicimus contigisse. Quo, quidem, facto, Lecciones j^{ma}, ij^{da}, iiij^a, iiiij^{ta}, et v^{ta}, ex eadem parte Chori legebantur. Item, frequenter contigit quod, uno Secundario dumtaxat presente, et secundam Lectionem legente, Responsorium incipitur ab uno de Vicariis, et Versus Responsorii cantatur vel ab ipso Secundario qui legit, vel a Vicario qui Responsorium inchoavit. Que omnia, indubitanter, et nonnulla alia enormia de quibus subticemus ad presens, ex eo contingere dinoscuntur, quod vos nedum vestram ad libitum subtrahitis presenciam, set dicte Ecclesie Ministros, et potissime Secundarios, in vestris obsequiis privatis et peculiaribus adeo assidue et communiter occupatis et insistere facitis, quod ab Officiis Divinis, diurnis pariter et nocturnis, culpa vestra impulsiva mediante, immo verius causam dante, penitus avocantur ; recipientes, nichilominus, tam indebitate quam sacrilegio, ab Ecclesia nostra predicta stipendia consueta. Cupientes, igitur, ut tenemur, et ut pro viribus extat nobis cordi, quod Divinum Obsequium, in dicta Ecclesia nostra per incuriam et negligenciam, ut de malicia taceamus ad presens, miserabiliter collapsum, per nostre cooperacionis ministerium reformetur ; vobis, et vestrum singulis, in virtute juramenti Obedience nobis prestite et jurate, et sub pena maledictionis eterne ; quam, nisi

¹ The following words occur here, but are marked for omission—*ra . . cat*,—“ et cantari, hinc inde, ex utraque parte Chori, leguntur et cantantur ex

una et eadem parte, non solum in feriis et diebus profestis, set eciam multociens in Diebus Dominicis et Festis,”

A.D.
1354-5. feceritis quod injungimus, poteritis non inmerito formitare ; ne exnunc
Ministrum aliquem, et potissime Secundarium, in Ecclesia nostra predicta,
Vol. I. ad obsequia vestra aliqua privata, in Civitate nostra Exoniensi vel extra,
recipere de cetero presumatis. Ad hec, quia ad vos, Decane predicte, et ad
Officium vestrum, sub nobis, immediacius pertinet reformare taliter oberrata,
vobis injungimus firmiter et mandamus quatinus Vicarios, et inferiores
Ministros dicte Ecclesie, ad deserviendum eidem in Divinis, diurnis pariter
et nocturnis Officiis, ut tenentur, per subtractionem comodi diurni, juxta
antiquas Consuetudines et Statuta Predecessorum nostrorum, in hac parte
salubriter edita, et auctoritate nostra Pontificali postmodum innovata, viis
et modis omnibus compellatis ; ne, urgente nos conscientia, ad penalia
procedamus. Et, ut occurramus murmurantibus seu conquerentibus de
insufficiencia stipendiorum Secundariorum, excusacionem querentibus in
peccatis, constat quod temporibus predecessorum vestrorum, Decane supra-
dicte, tam ante tempus pestilencie quam citra, Secundarii dicte Ecclesie
nostre de suis consuetis stipendiis contenti, gratis debiteque, prout ad eos
pertinuit, deserviebant eidem. Ceterum, quia Annivellarii sepedicte
Ecclesie nostre in consueto numero plurimum oneroso, propter raritatem
Presbiterorum, nequeunt reperiri, expediret—prout vobiscum sepius tracta-
vimus—quod tantum duodecim sint Annivellarii et totidem Secundarii ;
quorum stipendia de redditibus Annivelliorum subtracta, quantum visum
fuerit oportunum, supplerentur. Et, quia numerus Vicariorum ejusdem
Ecclesie nostre remanet incompletus, quod maliciam aliquorum et vestrarum
arguit negligenciam, de quo pluriuum verecundamur ; cum, tam in Ecclesiis
Cathedralibus quibuscumque Regni Anglie quam in Collegiatis nostre
Diocesis, solitus Ministrorum numerus habeatur ; vobis, districte precipi-
endo, injungimus et mandamus quatinus ut dictus numerus celeriter com-
pleatur curetis studiose et sollicite providere ; facientes presentes Literas
nostras in Domo Capitulari dicte Ecclesie nostre, coram Vicariis et ceteris
Ministris ejusdem Ecclesie, ne sanguis vester de nostris manibus requiratur,
publicari solemnitate et exponi. De die, vero, receptionis Presencium, et
quid feceritis seu facere decreveritis in premissis, nos, citra Octabas Pasche
[12 April], per vestras patentes Literas, harum seriem ac modum et formam
execucionis earundem dilucide continentis, reddatis modo debito cerciores.—
Datum in Manerio nostro de Chuddeleghe, vicesimo tercio die mensis Marcii,
Anno Domini M°. CCCmo quinquagesimo quarto, et Consecrationis nostre
vicesimo octavo.—Vestre Reverencie et Paternitati devote significamus
quod, convocatis Capitulariter Canonicis ad presens residentibus, Vicariis,
et aliis dicte Ecclesie vestre Ministris, in Domo Capitulari dicte Ecclesie
vestre, dictum Mandatum vestrum publicari solemptiter fecimus et exponi,
et injunctis nobis in eo, quatenus ad nos attinet communiter vel divisim,
parere cupimus et parebimus modo decenti et debito, ac, annuente Domino,
vobis grato. Et numerum, similiter, Vicariorum deficiencium in ea supplere
avide cupimus, et supplebimus si et quamcicius se offerat ad id facultas. Et
sic Mandatum vestrum, quatenus potuimus, reverenter sumus executi.—
Datum Exonie, in Domo Capitulari supradicta, octavo die mensis Aprilis,
Anno Domini M°. CCCmo quinquagesimo quinto.

—Relaxacio. Sequestri in peccunia remanenti in Scaccario Exoni-
ensi interpositi,—

Johannes, etc., Decano et Capitulo Ecclesie nostre Cathedralis Exonie, salu-
tem, etc.,—Licet nuper, considerantes quam sit justum unicuique tribui
quod est suum, vobis inibiuerimus ne, preter cotidianas distribuciones vere
residentibus et non ficte, juxta Statuta et Consuetudines probabiles supra-
dicte Ecclesie, ministrandas, extunc divisiones seu dividenda aliquas de
peccuniarum summis quibuscumque in Scaccario ejusdem Ecclesie nostre
in fine terminorum forsitan remanentibus facere presumeretis, quoisque
onera eidem Ecclesie nostre incumbencia supportarentur, ac yestris et dicte

A.D. Ecclesie nostre creditoribus quibuscumque, et potissime Ministris ejus
 1355. magis necessariis, de peccuniarum summis in quibus eis tenemini fuerit
 Vol. I. satisfactum ; sequestrantes peccunias tales in fine terminorum in dicto
 Scaccario remanentes ; quia, tamen, vestrum aliqui, magis ad presentem
 quam ad eternam mercedem attenti, per hoc nimium reputant se gravari,
 cum residere in dicta Ecclesia nostra absque sumptibus gravibus nequeant
 et expensis ; magis forte ad proprium quam ad Divinum honorem spectan-
 tibus (quod Ejus judicio Qui non fallitur committimus), supplicacionibus
 vestris condescendentes, vobis, hac vice, permittimus et concedimus ut
 peccuniam, tam in fine jam instantis quam precedentis quarterii, ultra
 cotidianas distribuciones vestras et onera eidem Ecclesie nostre incumbencia,
 in dicto Scaccario forsitan remanentem, dividere inter vos pro rata tem-
 poris residencie vestre libere valeatis, non obstantibus Inhibicione et
 Sequestro nostro hujusmodi ; quod, quantum ad peccuniam hujusmodi
 modo ut premittitur dividendam, omnino relaxamus. Proviso quod opus
 Fabrice Ecclesie nostre predice per hoc in processu aliqualiter non tar-
 detur ; nec creditoribus vestris, mortuis aut vivis, prejudicium quomodolibet
 generetur. [Undated.]

[Mutatio Annī Incarnationis Domini.]

Anno Domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto.

A.D. *Dismissorie,*—

1355. Walter Levenant, accolite, "ad Ordines Subdiaconatus et Diaconatus, ad
 titulum Prioris Conventus Plymptonie, penes Registrum residentem," etc.
 (Chudleigh, 13 April).

Bosham ; *Ne Canonici de Bosham cuquam ibidem visitare volenti
 intendant, nisi Domino, vel Cancellario Regis,*—

Johannes, etc., Libere Capellarie Regie de Boseham Capellanus Regius, ac
 Prebendarum ejusdem Ordinarius, Collator unicus et inmediatus, dilectis in
 Christo filiis, Canonicis Prebendatis ac eciam Ministris quibuscumque Capel-
 larie predice, salutem, etc.—Cum Capellaria Regia supradicta ac Canonici et
 Ministri ejusdem, qui nobis inmediate subiciuntur, sint, et fuerint a tempore
 de cuius contrario memoria hominum non existit, ab omni Jurisdiccione aliena
 immunes penitus et exempti ; vobis, et vestrum cuiilibet, inhibemus primo,
 secundo, et tertio ac pereemptorie, ne cuicunque preter nos aut Domini
 nostri Regis Cancellerium, dictam Capellariam, vos, aut vestrum aliquem
 visitare, aut Jurisdiccionem aliquam in ipsam Capellariam, aut vos, quomodo-
 libet contra exemptionem hujusmodi exercere in aliquo satagenti quo-
 vismodo pareatis, vel eciam in aliquo intendatis per quod libertati et
 fol. 184. exemptioni hujusmodi, sive juri Regio aut nostro, in hac parte poterit
 derogari ; sub pena Excomunicacionis Majoris, quam in vos, et in vestrum
 quemlibet nobis et Inhibicione nostre hujusmodi, legitime sibi facte, non
 parentem, mora et culpa sua exigentibus, ferimus in hiis Scriptis ; celebra-
 cionemque Divinorum, nichilominus, in Choro Capellarie predice hac
 instanti die Lune in crastino Invencionis Sancte Crucis [4 May], auctoritate
 qua fungimur in hac parte, interdicimus per Presentes. In quorum omnium
 testimonium has Literas nostras sigilli nostri appensione fecimus com-

¹ Ordained subdeacon by the Bishop of Winchester, in the Chapel of Southwark Manor, 30 May, 1355 (*Register Edyndone*, fol. FF.)—per *Dismissorias*,

"ad titulum quem Episcopus Exoniensis dixit se habere penes se."—F.J.B.

A.D. muniri.—Data apud Tautone, vicesimo quarto die mensis Aprilis, Anno
 1355. Domini M°. CCC^{mo} quinquagesimo quinto, et Consecrationis nostre xxvij^o.
 Vol. I. St. Just-in-Penwith ; *Appropriacio Ecclesie Sancti Justi—Glas-*
ney,—

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis, etc., Johannes, etc.,—Etsi cunctorum desideria que ad Superna mentes erigunt Fidelium sint oportunitatis favoribus prosequenda, illa, tamen, sunt incomparabiliter studiosius amplectenda per que Ministrorum Ecclesie, Deo in Officio suo, diurno pariter et nocturno, assidue famulancium, inopie consultur, et ipsorum numerus ad Divini Cultus augmentum per recreacionem temporalis subsidii ampliatur. Hoc, siquidem, dilectus in Christo filius, Dominus Johannes de Belloprato, Miles, devocione fretus laudabili, considerans et advertens, et quod Ministri Ecclesie nostre Collegiate Sancti Thome, Martiris, Glasneye, nostrorum Patronatus et Diocesis, Vicarii nuncupati, de consuetis stipendiis, sive portionibus suis, propter pestilenciam nuper contingentem, inmutacionem temporum, et maliciam semper excrescentem, victimum congruum non poterunt optimere ; et propterea cupiens, per sue cooperacionis ministerium, ad honorem Dei et Gloriose Virginis Marie, Matris Sue, et incliti Martiris Sui supradicti, ex caritatis fervore eorundem Ministrorum supplere stipendiorum inopiam, et, ad Divine Landis incrementum, numerum ampliare, Advocacionem Ecclesie Parochialis et Curate Sancti Justi in Penwythe, sui Patronatus nostreque Diocesis, dilectis in Christo filiis, Domino Ricardo de Gomersale, nunc Preposito, et Magistris Stephano de Penpel, Willelmo de Heighe, et Domino Johanni de Aldestowe, supradicte Ecclesie nostre Collegiate nunc Canonicis, ad finem infrascriptum contulit et donavit ; et nobis cum instance supplicavit quatinus eandem Ecclesiam Preposito et Collegio Ecclesie nostre predice, in usus infrascriptos et supportacionem onerum inferius descriptorum, concedere, unire, et annexare dignaremur. Nos, igitur, interiori studio revolentes quam puro devotionis affectu idem Dominus Johannes de Belloprato, qui, dum in carne militat, feliciter cogitat de Supremis, suum in hac parte laudabile et sanctum desiderium cupiat adimplere, tam salubri supplicationi sue votivis affectibus inclinati, dilectos filios, Decanum et Capitulum Ecclesie nostre Cathedralis Exonie, ad tractandum communiter una nobiscum super Appropriacione predice Ecclesie Sancti Justi, propter et ad premissa et alias Canonice facienda, et ejus causis, mandavimus et fecimus ad certos competentes locum et terminos sepius convocari. Habitatis, itaque, super hiis cum dictis Decano et Capitulo tractatu frequenti, diligenti, qui requiritur, et solemni deliberacione, ac cause cognitione, debitibus atque plenis ; quia comperimus quod, propter premissa, super quibus plena informacionem recepimus, per quam reperimus ea sufficienter esse probata, evidens necessitas et manifesta utilitas requirunt quod procedat Appropriatio sic petita, eadem decrevimus Canonice faciendam ; et demum, de Licencia Domini nostri Regis, et unanimi collaudacione, consilio, et assensu dictorum Decani et Capituli, ac omnium et singulorum quorum interest ; concurrentibus, etiam, omnibus et singulis de jure requisitis ; prefatam Ecclesiam Sancti Justi, cum omnibus suis juribus et pertinenciis, Ecclesie Collegiate nostre supradicte et Preposito et Collegio ejusdem, reservata primitus congrua porcione de fructibus et proventibus ipsius Ecclesie pro sustentacione Perpetui Vicarii ibidem, ad Presentacionem eorundem Prepositi et Collegii per nos et Successores nostros instituendi, et oneribus supportandis per eundem, auctoritate Pontificali appropriamus, concedimus, anneximus perpetuo et unimus ; ita quod, cedente vel decedente dilecto in Christo filio, Domino Reginaldo de Sancto Austolo, Ecclesie predice Sancti Justi nunc Rectore, prefati Prepositus et Collegium, per se, alium, vel alios, ejusdem Ecclesie Sancti Justi possessionem libere apprehendere, ipsiusque fructus, redditus, et proventus, in usus dumtaxat et secundum modum et ordinem infrascriptos, libere convertere possint ; nostra vel Successorum nostrorum, aut aliorum quorum-

A.D. cumque, Licencia minime requisita ; juribus nostris et Ecclesie nostre
 1355. Exoniensis predicte in omnibus semper salvis. Modum, autem, per quem,
 Vol. I. et in quos usus, fructus, redditus, et proventus dicte Ecclesie Sancti Justi,
 salva dicti Vicarii porcione, converti debeant, Presentibus annotamus. In
 primis, namque, duo Presbiteri, qui, ad nominacionem prefati Domini
 Johannis de Belloprato, statim cum, vigore presentis Unionis, dicti Pre-
 positus et Collegium possessionem dicte Ecclesie Sancti Justi nacti fuerint,
 et fructus primi anni perceperint, per eosdem Prepositum et Collegium
 recipiendi in prefata Collegiata Ecclesia erunt, ultra numerum consuetum,
 Presbiteri de Beaupre ibidein futuri et eciam nuncupandi, et pro salubri
 statu prefati Domini Johannis de Belloprato et Margarete, uxoris sue, dum
 vixerint, et pro animabus eorundem, postquam ab hac luce eos subtrahiri
 contigerit, neconon pro animabus parentum, antecessorum, et heredum
 ejusdem Domini Johannis de Belloprato imperpetuum, Missas cum Officiis
 celebrabunt secundum modum inferius annotatum, annuatim percipient,
 de fructibus et obvencionibus ejusdem Ecclesie Sancti Justi, octo libras,
 tresdecim solidos, et quatuor denarios sterlingorum, inter se equaliter divi-
 dendos. Et prestabant dicti Presbiteri prefato Preposito, et successoribus
 suis futuris Prepositis, postquam admissi fuerint et approbati, secundum
 consuetudinem Ecclesie predicte, obediencie Canonice juramentum. Item,
 tresdecim Vicarii dicte Ecclesie nostre Collegiate, quorum unus, per Pre-
 positum ejusdem Ecclesie singulis ebdomadis nominandus, pro salubri statu
 dicti Domini Johannis et Margarete, quoad vixerint, et pro animabus suis
 cum defuncti (*sic*) fuerint, neconon pro animabus antecessorum, parentum, et
 heredum ejusdem Johannis, ut continetur inferius, Missas cum Officiis cele-
 brabit, quatuor libras, sex solidos, et octo denarios sterlingorum, inter se
 equaliter dividendos, annuatim percipient de fructibus et proventibus
 supradictis. Item, iidem Vicarii facient, omni die per annum, per ipsorum
 aliquem, pro salubri statu nostro et dictorum Domini Ricardi, Magistrorum
 Stephani de Penpel, Willelmi de Heighe, Willelmi de Carslake, et Domini-
 norum Johannis de Aldestowe et Willelmi Tregony, quam diu vixerimus, et
 pro animabus nostris postquam ab hac luce subtracti fuerimus, ac eciam
 pro anima Magistri Johannis de Stoke, quondam Canonici ejusdem Ecclesie
 nostre Collegiate, parentum, amicorum, et benefactorum suorum, omnium-
 que fidelium defunctorum, unam Missam de die vel [de] Requiem, prout
 magis fuerit consentaneum celebrari ; et percipient de dictis fructibus et
 proventibus, in augmentacionem porcionis eorundem, preter superius
 ordinata, annuatim, quatuor libras, sex solidos, et octo denarios sterling-
 orum, inter se porcionibus equalibus dividendos. Item, duo Clerici de
 Secunda Forma, qui a tempore nacte possessionis dicte Ecclesie Sancti
 Justi, auctoritate presentis Appropriacionis, in augmentacionem numeri
 Ministrorum dicte Ecclesie nostre Collegiate, erunt ibidem, Clerici de
 Beaupre nuncupandi, in Officiis Divinis, diurnis pariter et nocturnis, in
 gradu suo Deo et Ecclerie servituri, lxix solidos et quatuor denarios de
 dictis fructibus percipient annuatim ; uterque, videlicet, singulis ebdo-
 madis, octo denarios sterlingorum. Item, duo Choriste, qui a tempore
 predicto die et nocte servient, ut ad eos convenit, in Ecclesia nostra
 Collegiata predicta, Choriste de Beaupre nuncupandi, triginta quatuor
 solidos et octo denarios sterlingorum de dictis fructibus percipient annua-
 tim ; uterque, videlicet, singulis ebdomadis, quatuor denarios sterling-
 orum ; quorum unus ministrabit predictis Presbiteris in predictis Missis
 celebrandis. Item, dicti Prepositus et Collegium, a tempore possessionis
 dicte Ecclesie Sancti Justi, ut premittitur, adepte, solvent pro Obitu
 Stephani Haym, quondam Canonici dicte Ecclesie nostre Collegiate, in ex-
 onerationem Episcopii nostri, annuatim, septem solidos sterlingorum,
 qui de Manorio nostro Episcopali de Penryn solvi consueverant. Item,
 statuimus quod prefati Prepositus et Collegium, in die Sancti Francisci,
 pro salubri statu dicti Domini Johannis de Belloprato et Margarete,

fol.
183b.

A.D.
1355. uxoris sue, dum vixerint, et post mortem ipsorum pro animabus eorundem,
singulis annis, a tempore nacte possessionis predicte Ecclesie et fructum
ejusdem, ut premittitur, perceptorum, unam Missam cum nota facient
celebrari, et solvent octo solidos sterlingorum, sicuti in Obitibus cuiuslibet
Canonicorum dicte Ecclesie hactenus fieri consuevit. De modo, vero, et
ordine per quos supradicti Presbiteri, de Beaupre nuncupandi, et Vicarii
per Prepositum singulis ebdomadis, ut premittitur, deputandi, in Obsequiis
Divinis observare perpetuis temporibus tenebuntur, statuimus et statuimus
sub hac forma,—In primis, videlicet, quod omni die, statim in ortu solis,
unus eorum unam Missam de Beata Maria Virgine; aliis, vero, post Horam
Prima, Missam de Requiem; et tertius, videlicet Vicarius per Prepositum
singulis ebdomadis, ut predicitur, nominandus, unam Missam de die post
Sacrificium Alte Misce, preterquam in Majoribus Duplicibus Festis, quibus
diebus dicta Missa de die dicetur, hora tercia in Capella Beate Marie Vir-
ginis, in ala de Beaupre nominanda celebrabunt.—Item, Capellanus ille qui
una ebdomada Missam celebrabit de Beata Virgine Maria, ebdomada
sequentia Missam celebrabit de Requiem, et econtra.—Item, supradicti duo
Presbiteri Chorum in habitu, ut ceteri Vicarii, continue sequi debebunt in
Divinis Officiis et Horis, diurnis pariter et nocturnis, preter illum qui
Missam de mane celebrabit; quem ad interessendum Matutinis pro illa
ebdomada statuimus non teneri. Dicti, insuper, Presbiteri et Clerici de
distribucionibus Obituum, sicut ceteri dicte Ecclesie nostre Collegiate
Vicarii et Clerici, percipient et habebunt. Statuimus, insuper, et eciam
ordinamus quod, cedentibus vel decedentibus supradictis Presbiteris, vel
ipsorum altero, prefati Prepositus et Collegium, infra octo dies, dictum
Dominum Johannem, vel heredes suos, in Manerio suo de Dygombrid
[Degembri, in St. Newlyn], de hoc teneantur prenumire; et idem Dominus
Johannes et heredes sui, infra xl dies a tempore prenumacionis hujusmodi,
Capellam ydoneum, seu Capellanos ydoneos, cedenti vel decedenti, cedentibus
vel decedentibus hujusmodi subrogandos, prefatis Preposito et Collegio
nominabunt; alioquin Prepositus et Collegium supradicti, infra alios quad-
raginta dies inmediate sequentes, de Capellano ydoneo seu Capellanis
ydoneis hujusmodi providebunt. Et, si contingat quod dicti Prepositus et
Collegium de Capellanis hujusmodi non providerint, ut premittitur, infra
quadraginta dies, ad nos et Successores nostros devolvatur hujusmodi pro-
visio, illa vice.—Item, dictus Dominus Johannes de Belloprato prefatis
duobus Presbiteris Libros, Calicem, Vestimenta, tuellas, et cetera singula
Ornamenta pro Matutinis et Missis hujusmodi necessaria, primo inveniet,
ac domos pro eisdem Presbiteris in solo ejusdem Ecclesie Glasneye, sum-
ptibus suis propriis, erget competentes; et dicti Prepositus et Collegium,
ac eorum successores, extunc, onera invencionis Librorum, Calicis, Vesti-
mentorum, tuellarum, et aliorum pro Missis et Matutinis predictis neces-
sarium, ac eciam construcionis et reparacionis domorum hujusmodi, im-
perpetuum sustinebunt et agnoscent, de fructibus Ecclesie predicte Sancti
Justi.—Item, cedente vel decedente aliquo, vel aliquibus, de Presbiteris
prenominatis, prefati Prepositus et Collegium statim invenient unum
Vicarium ad celebrandum loco cedentis vel decedentis, cedencium vel
decedencium hujusmodi, quoque de alio vel de aliis ibidem perpetuando
vel perpetuandis contigerit provideri; qui de dictis fructibus pro rata
temporis recipiet prout Capellanus cedens vel decedens foret, si viveret,
percepturus.—Item, statuimus quod Sacrista Ecclesie nostre Collegiate pre-
dicte, qui pro tempore fuerit, Presbiteris de Beaupre supradictis, pro Missis
per eosdem, ut predicitur, celebrandis, panem, vinum, et luminaria invenire
teneatur; qui, pro onere hujusmodi absque gravamine supportando, de
fructibus supradictis a memoratis Preposito et Collegio quatuor solidos
sterlingorum recipiat annuatim. Residuum, vero, si quid fuerit, ultra
onera suprascripta, inter Canonicos residentes, juxta Consuetudinem in
Ecclesia Collegiata predicta hactenus usitatam, dividatur. Item, dicti Pre-

A.D. 1355. positus et Collegium dictum Dominum Johannem de Belloprato habebunt in omnibus benefactis et oracionibus specialiter comendatum, sicut aliquem unquam de Collegio predicto. In quorum omnium et singulorum testimonium atque fidem presentes Literas sigilli nostri appensione fecimus communiri.—Data in Domo Capitulari nostre Exoniensis Ecclesie supradicte, xv^{to} die mensis Aprilis, Anno Domini M^o. CCC^{mo} quinquagesimo quinto, et Consecrationis nostre vicesimo octavo.—Et nos, Decanus et Capitulum Ecclesie Exoniensis predicte, habito super premissis omnibus et singulis cum dicto Venerabili Patre tractatu diligenti, ut premittitur, et solempnui, dicte Appropriacioni, Unioni, et Annexioni, necnon omnibus et singulis supradictis actibus habitis atque gestis, consensum nostrum concordem prebemus, consilium, et assensum; et in fidem ac testimonium eorundem sigillum nostrum commune, una cum sigillo dicti Venerabilis Patris, fecimus hiis apponi.—Data die, mense, loco, et Anno Domini supradictis.—Et ego, eciam, Johannes de Belloprato supradictus, sigillum meum Presentibus apposui, in fidem ac testimonium omnium predictorum.—Data, quoad appositionem sigilli mei, in Manerio meo de Lanestly [Gulval], primo die mensis Maii, Anno Domini supradicto.

Hartland Abbey ; *Ordinacio Monasterii de Hertylonde*,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Abbatи et Conventui Monasterii de Hertylonde, Ordinis Sancti Augustini, nostre Diocesis, salutem, etc.—Nuper, ex Officii nostri debito, vos et Monasterium vestrum predictum, jure nostro Diocesano, per certos nostros Commissarios, ad hoc specialiter deputatos, fecimus visitari; qui, rite et legitime procedentes, nonnulla erronea in hujusmodi Visitacione comperta, correccione debita indigencia, utiliter inmutarunt et salubriter reformatarunt, circa ea de remedio congruo, ut sequitur, providentes,—In primis, videlicet, quia diverticula privata non convenient Regularibus, quibus vivere precipitur in communi, fuit in dicta Visitacione nostra laudabiliter ordinatum et districte inhibitum ne Abbas fieri permitteret; vos, vero, aut aliquis vestrum, faceretis aut faceret, commissaciones aut potaciones alias cum Claustralibus aut Secularibus in quadam domuncula *Priorisacavet* vulgariter nuncupata, nec in domuncula illa cuius clavem Dominus Ricardus de Chuddebroke, unus vestrum, tunc habuit in custodia sua, nec in aliquo alio diverticulo privato, seu herbario, infra vel prope cepta (*sic*) Monasterii vestri situatis, ut antea inepte fieri consuevit, sub pena Excommunicacionis Majoris in Abbatem et vestrum quemlibet contumacem in hac parte quomo^dlibet, seu rebellem, legitime fulminate.—Item, quia Sacrorum Canonum Instituta multociens striccius observantur cum fuerint penarum adjeccione vallata, inhibitum fuit in Visitacione nostra hujusmodi ne Abbas, vel aliquis vestrum, venacionibus aut aucupacionibus interesset, nec canes venaticos, per se vel per alios, tenere presumeret, prout aliqui tenuerunt, nec a familiaribus vobiscum commorantibus infra cepta vel clausuras Monasterii vestri permetteres quomodolibet sustentari, sub pena Excommunicacionis Majoris in Abbatem et vestrum quemlibet facientes contrarium rite late.—Item, statutum fuit et ordinatum in Visitacione nostra predicta, quod nullus officiariorum vestrorum equum aliquem, Monasterii vestri sumptibus, extunc teneret; set pro negotiis Domus Abbas ipsis officiariis equitaturam ministraret, De ab- De senta- De Canoni- De equis. quociens opus esset.—Item, cum compertum fuisset in Visitacione nostra hujusmodi, quod Abbas qui tunc fuerat nimis erat facilis ad concedendum singularibus Fratribus vestrum licenciam absentandi, cuius pretextu Divicorum. num Officium in Ecclesia vestra Conventuali ut decebat non dicebatur aliquibus temporibus, inhibitum fuit laudabiliter et decretum ne Abbas extunc vestrum alicui, absque causa rationabili atque vera, licenciam concederet taliter absentandi, nec aliquem vestrum terrarum cultibus intendere permetteret seu vacare, aut parentes vel amicos suos sepius vel diurnius visitare, et in hujusmodi absencia, tanquam presens, aliquid recipere, sub

De ele
mosi-
nis.

pena Excommunicacionis superius annotate.—Item, cum compertum fuisse
set in Visitacione nostra predicta, quod elymosina, que esset, juxta morem
in dicto Monasterio vestro a tempore Fundacionis ejusdem firmiter observatum,
inter pauperes integraliter distribuenda, fuisse tempore Abbatis tunc
existentis variis modis diminuta pariter et subtracta, et inter operarios
diversos, videlicet cementarios, agricultores, et alios qui stipendia suffici-
encia capiunt vel capere deberent aliunde, indebita distributa, inhibitum
fuit Abbati predicto et Domus vestre Elimosinario, et suis successoribus
in dignitate et officio, in personis eorundem, ne quicquam extunc Abbas
fieri permetteret, aut Elimosinarius id faceret, sub quocumque colore, quod
in diuinacionem elimosine communis tenderet supradicte.—Item, inhibitum
fuit et utiliter ordinatum ne Abbas Monasterii vestri alienaciones aliquas
imperpetuum, vel ad terminum vite alicujus, de terris aut tenementis
vestris quibuscumque alicui facere presumeret, nisi vestro communicato
consilio preacedente. Verum, quia Ordinaciones quantumcumque notabiles,
seu Decreta, modicum proderunt, si in processu temporis per incuriam
dissimulata fuerint vel neglecta, supradictas Ordinaciones et Statuta vobis
et vestrum cuilibet, quantum ad vos attinet, communiter et divisim, tenore
Presencium mittimus, inviolabiliter observanda ; vobis, insuper, auctoritate
nostra Pontificali, nichilominus, et sub pena juris et maledictionis eterne,
firmiter inhibentes ne corrodia aut perpetuaciones alias, ad onus vel pocius
dilapidacionem Monasterii vestri, nobis et Successoribus nostris inconsultis,
contra Constituciones Legatorum et Sanctorum Patrum in hac parte salu-
briter editas, exnunc facere quomodolibet presumatis. Unde vobis, et
vestrum unicuique, in virtute Sancte Obedience et sub penis superius
contentis, injungimus firmiter et mandamus quatinus Ordinaciones, In-
hibiciones, et Decreta memorata ; quodlibet, videlicet, in suo casu ; cum
summa diligencia et alacri studio observare curetis, et curet quantum ad
eum pertinet quisque vestrum ; scituri quod vestrum quemlibet nobis in
aliquo premissorum rebellem, cum de hoc nobis constiterit, pena Canonica
feriemus [This Document remains unfinished ; space (about five
lines) was left for its completion].

[*Dimissorie*,—

Master William de Trevelles was ordained deacon by the Bishop of Win-
chester, in the Chapel of Southwark Manor, 30 May, 1355 ; “ad titulum
Abbatis et Conventus de Tavestoke” (*Register Edyndone*, fol. FF.).

Thomas Mercoke was ordained priest by Abp. Islepe, in his Chapel at Maid-
stone, 30 May, 1355 ; “ad titulum Abbatis et Conventus Monasterii Buc-
festrie” (*Reg.*, fol. 315b).—F.J.B.]

John Chalener, “ad Ordinem Presbiteratus ; . . . ad titulum Abbatis et
Conventus de Forde,” (Chudleigh, 30 May).

Ottery St. Mary ; *Ne celebretur in Capella Sancti Salvatoris de
Otery, preterquam certis temporibus*,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Custodi et Collegio Ecclesie nostre
Collegiate Sancte Marie de Otery, salutem, etc.—Docente¹ nos Apostolo, in
quo Christus loquebatur, didicimus angelos Sathanse se in lucis Angelos
transfigurare, ut sub specie boni animas decipiat imperitorum, eas subtilius
in erroris foveam deducendo, dum per colorem indiscrete, vel pocius fiche
et fatue, devocionis a cultu vere et Ecclesiastice institutionis subtrahat ;

This Inhibition begins with the follow-
ing sentence, which has been cancelled
—“*va . . . cat*,”—Intenta piis operi-
bus sollicitudo Pastoralis, sicuti pia
et religiosa vota benigno favore prose-
quitur, sic supersticiosos conatus ho-
minum insolencium merito detesta-

tur, ne visionibus fantasticis inheren-
tes malignus spiritus, subspecies sancti-
tatis seu pietatis ymagine, truculenter
iuvadat, a veraque religione deviare
compellat et ydolorum cultibus deser-
vire.”

A.D. ad quod malignius perficieendum mentes eciam Ministrorum Ecclesie pro
 1355. lucro temporali inficit et inducit. Unde, licet in locis dumtaxat rite
 Vol. I. Deo per Pontifices consecratis Divina debeant tractari ministeria, nec locus
 alius ad hoc congruere valeat sine evidenti et necessaria causa ; nonnulli,
 tamen, fide, prochdolor, instabiles, Ecclesiis Collegiatis vel Parochialibus
 derelictis, ad capellas sepe seu oratoria prophana, nendum pro Divinis
 audiendis set, quod dampnabilis est, Ecclesiasticis Sacramentis tractandis,
 hiis temporibus, quod displicerter dicimus, nimis voluntarie se convertunt,
 prout in nostra Diocesi locis variis experti sumus sepius contigisse ; propter
 quod quasdam capellas, nostre Diocesis, nobis insciis fabricatas, suspendi
 fecimus et aliquas funditus demoliri. Volentes, igitur, in quantum pos-
 sumus, preavere ne consimilis error in Capella quam super Pontem de
 Otery noviter erigi fecimus iuvalescat, aut quod juri vel honori Matricis
 Ecclesie Loci, occasione ejusdem Capelle, in aliquo, futuris temporibus,
 derogetur, aut ipsius Ecclesie parochiani ab ordinata devocione quam habere
 tenentur ad eandem quomodolibet retrahantur ; vobis inhibemus ne in dicta
 Capella Missam cum nota, nisi in eandem cum processione vos oporteat
 declinare, nec sine nota nisi in ebdomada semel aliqua die feriata, non in
 Dominica vel Festo, faciatis aut permittatis in posterum celebrari. Per hoc,
 tamen, non intendimus prohibere quin Christi Fideles universi, volentes
 ex devocationis fervore ad dictam Capellam, auctoritate nostra Episcopali
 constructam, et in hoc a capellis aliis prophanis differentem, ita quod tem-
 poribus debitibus ab ipsorum Ecclesii Matribus per hoc nullatenus avocentur,
 nec honori subtrahatur earundem, personaliter valeant declinare, et ad
 laudem et honorem Sancti Salvatoris eandem, prout eis devotum fuerit,
 honorare. Has, vero, Literas, quas sigilli nostri appensione fecimus com-
 muniri, inter Ordinaciones et Statuta Ecclesie nostre supradicte, ad per-
 petuam rei memoriam, volumus et precipimus custodiri.—Data in Manerio
 nostro de Chuddeleghe, primo die mensis Junii, Anno Domini M°. CCC^{mo}
 quinquagesimo quinto, et Consecrationis nostre vicesimo octavo.

[fol. 186^{ta}.] The War with France ; *Breve ad deprecandum pro Rege : Mandatum Regis pro Processionibus faciendis,*—

Edwardus, Dei gracia Rex Anglie, etc., Johanni, eadem gracia Exoniensi Epi-
 scopo, salutem.—Recognitantes in amaritudine spiritus tribulaciones multas
 et malas, ac onera gravia, que per guerras varias et earum discrimina, quibus
 fuimus hactenus involuti, subditus nobis Populus pro nobis subiit tam
 gratanter, graves nimirum ex hoc in corde gerimus puncciones ; et ideo, ut
 eorum consuleremus commodis et quieti, et effusionem vitaremus sanguinis
 Christiani, quantum decuit pacem inquisivimus, et plures vias pacis pluries
 optulimus, eciam cum detimento non modico juris nostri ; et demum, cum
 in tractatu, prope Calesiam, inter nos et Adversarii nostri Francie
 Nuncios, ad hoc specialem potestatem habentes, pridem habitu, fuisse sub
 certa forma de pace finaliter concordatum, et propter hoc iuxta formam
 dicte Concordie, fide media mutuo roborato, missemus, bona fide, ad
 presenciam Domini Summi Pontificis, pro confirmacione dicte Concordie,
 solemnes Nuncios, paratos quantum ad nos attinet facere que sic fuerant
 concordata ; Pars adversa, vulpina calliditate, unum agens et aliud simulans,
 ad faciendum nobis guerram pro viribus se paravit ; mittens in dolo Nuncios
 ad dictum Dominum Summum Pontificem, ut sic videretur parere con-
 dictis ; qui Nuncios nostros illuc inaniter aliquamdiu protrahentes, et nos
 sumptibus gravibus exponentes, demum in elacione spiritus cum violacione
 fidei, dictam habere Concordiam recusarunt. Nos, itaque, dictis Nunciois
 nostris ad nos redeuntibus, vacuis et delusis, videntes maliciam per Partem
 adversam, in nostri et nostrorum confusionem, subdolam, conspiratam, et
 imminentem in foribus, nisi Deus advertat et nos cicius et potentius occur-
 ramus, ac sperantes de dulcedine Divine clemencie, que deceptis compatitur
 et resistit decipientibus et superbis, guerram resumere nostram compellimur
 ad defensam. Verum, cum triumphus non sit ex homine, set ex Deo, Qui

A.D. quos vult deprimit et quibus vult victoriam impertitur, sit auxilio confi-
 1355. dendum, et auxilium hujusmodi plerumque peccata prepediant, set oraciones
 Vol. I. Fidelium et alia pie devocationis opera illud excitent et festinent; velitis,
 petimus, pro nobis et felici expedicione nostra, devotis oracionibus et aliis
 pietatis officiis jugiter intendere, ac propter hoc predicaciones et processiones
 devotas fieri facere, et quibus presidetis Cleruni et populuni salutaribus
 mandatis et monitis inducatis, et induci efficaciter faciat, ut ipsi, per
 veram penitenciam et vite mundiciam Domino complacentes, ad Ipsum pro
 nobis et nostris intercedant et orent, et alia opera misericordie humiliter
 exerceant; ut sic quod nostris meritis non debetur, vestris et eorum, ac
 aliorum Christi Fidelium nobis intercessione donetur.—Teste meipso, apud
 Westmonasterium, ix die Junii, Anno Regni nostri Anglie vicesimo nono;
 Regni, vero, nostri Francie sextodecimo.

fol. Manumission ; *Manumissio T. Knollynge*,—

183. Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Thome Knollynge, nato Willelmi
 Knollynge, nativi nostri in Manerio nostro Episcopali de Asshpertone, salu-
 tem, etc.—Cum, in etate quinquagenaria constitutus, uxorem adhuc aut
 prolem non habeas de corpore tuo legitime procreatam, et facultatibus adeo
 sis insufficiens quod de labore proprio te oporteat vicitare, nullamque
 artem aliam preter navalem noveris nec a juventute didiceris, te libertati
 naturali restituere nobis aut Ecclesie nostre Exoniensi dampnosum minime
 reputamus. Unde, ut liberius pro victu et vestitu cotidiano per navigium
 querendo laborare valeas, te, cum bonis et catallis quibuscumque per te
 occupatis quomodolibet seu possessis, tuo, et a te procedencium si quos te
 procreare contigerit, patrocinio nobis et Successoribus nostris ac Ecclesie
 nostre predicte specialiter reservato, premissorum consideracione et pietatis
 intuitu, quantum ad nos attinet, manumittimus, et naturali libertati reddi-
 mus, per Presentes. In cuius, etc.—Data in Mauerio nostro de Chudde-
 leghe, duodecimo die mensis Junii, Anno Domini M°. CCC^{mo} quinquagesimo
 quinto, et Consecrationis nostre vicesimo octavo.

Hemyock ; *Confirmacio donationis unius messuagii*, xiiijs. et vjd.,
jacte Canturie Sancte Katerine de Hemyoke,—

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis, Christi Sanguine precioso redemptis,
 Johannes, etc., salutem in Domino sempiternam.—Vota religiosa atque
 pia tanto favorabilioribus sunt prosequenda studiis quo per ea animarum
 quies procuratur salubrius et Cultus Divinus firmius collocatur. Sane
 dudum dilectus, dum viveret, filius, Dominus Petrus de Ouvedale, Miles,
 et Domina Margareta, ejus uxor legitima, volentes diem terribilem peri-
 grinacionis extreme spiritualibus presidiis prevenire, considerantesque quod
 Oblacio Corporis et Sanguinis Domini in Altari et oratio Sacerdotum pre-
 cipue prestant suffragia resolutis, perpetuum Presbiteratus Officium, regen-
 dum per secularem Presbiterum et non alium, in Capella Sancte Katerine
 de Hemyoke, pro animabus ipsorum Petri et Margarete, necnon pro anima-
 bus patris et matris ejusdem Margarete et omnium Fidelium defunctorum,
 de bonis sibi a Deo collatis, videlicet terris, redditibus, et possessionibus
 quibusdam, de Licencia Illustrissimi Principis et Domini nostri, Domini
 Regis Anglie, ac omnium et singulorum quorum interest consensu et
 assensu, intervenientibus omnibus requisitis de jure, fundarunt pariter
 et donarunt; ut in Literis dictorum Petri et Margarete inde confectis
 plenius est expressum. Quas, quidem, Fundacionem et donationem pre-
 fata Domina Margareta, post decessum dicti conjugis sui, cuius votum tam
 laudabile concupivit intenso perficere desiderio, auctoritate nostra Pontificali
 obtinuit confirmari. Cumque, dierum crescente malicia et mundo in deteriora
 jugiter prolabante, fructus, redditus, et possessiones hujusmodi adeo essent
 extenuate quod ad sustentacionem dicti Presbiteri et onera sibi incumbencia
 non sufficienter ut deceret, nec esset spes quod in omnem eventum sufficere
 poterant in futuro, dicta Domina Margareta, cupiens dicto Presbitero, et

A.D. ejus successoribus, ut ipsorum Officium perpetuo foret duraturum, per-
 1355. feccius et copiosius providere, unum messuagium et quatuordecim solidatos
 Vol. I. et sex denariatus annui redditus, cum pertinenciis, in Churistantone, de
 Licencia Domini nostri Regis supradicti, predictis Presbitero et ejus success-
 oribus, ac eorum Officio, in subsidium sustentacionis eorundem et onerum
 incumbencium supportacionem, in perpetuum contulit et donavit, ac eciam
 incorporavit eisdem; nobis humiliter supplicando quatinus donacioni et
 incorporacioni predictis nostre confirmacionis robur impendere dignaremur.
 Considerantes, igitur, quam pie devocationis affectu ipsa Domina Margareta
 suum in hac parte laudabile propositum cupiat adimplere, donacionem et
 incorporacionem memoratas de predictis messuagio, quatuordecim solidatis
 et sex denariatibus annui redditus predicti, auctoritate Episcopali, qua,
 Domino permittente, fungimur, auctorizamus, et, tenore Literarum nostra-
 rum presencium, confirmamus; quas sigilli nostri appensione, in fidem et
 testimonium premissorum, fecimus communiri.—Data in Manerio nostro
 de Chuddeleghe, octavo decimo die mensis Junii, Anno Domini M°. CCC^{mo}
 quinquagesimo quinto, et Consecrationis nostre vicesimo octavo.

Testamentary ; Acquietancia Executorum Domini Henrici de Wylyngtöne,—

Pateat universis per Presentes quod, auditio per nos, Johannem, etc., finali
 compoto dilectorum in Christo filiorum, Domine Isabelle, reliete dilecti
 quondam filii, Nobilis Viri, Domini Henrici de Wylyngtöne, Militis, Johannis
 Tryvet, Militis, et Gregorii de Grave, Executorum Testamenti sive bonorum
 Administratorum dicti Domini Henrici ex Officio nostro deputatorum; quia
 comperimus eosdem bona dicti defuncti (*sic*) bene et fideliter, juxta formam
 juramenti per eos, in Commissione Administracionis bonorum hujusmodi eis
 facta, prestiti, administrasse, dictamque Isabellam de bonis suis propriis
 creditoribus prefati defuncti, ultra quam bona que tempore mortis sue
 habuit se extendeant, satisfecisse; eam et coexecutores suos supra nomina-
 tos ab omni onere calculandi de bonis supradictis, quatenus ad Officium
 nostrum attinet, salvo jure cujuscumque, absolvimus per Presentes. In
 cuius rei, etc.—Data in Manerio nostro de Chuddeleghe, duodecimo die
 mensis Julii, Anno Domini supradicto.

fol. 186b. Rome ; *Procuraciones Episcopi Elnensis [Perpignano] et Abbatis Cluniacensis,—de libra quadrans,—*

*Memorandum quod, receptis, apud Chuddeleghe, Literis Domini Michaelis [de Northburghe], Dei gracia Electi Londoniensis Ecclesiecon firmati, conti-
 nentibus transumptum quarundam Literarum Apostolicarum et Reverendi
 in Christo Patris, Domini Symonis [de Islepe], Dei gracia Cantuariensis
 Archiepiscopi, Tocius Anglie Primatis, et Sedis Apostolice Legati, Domino
 Exoniensi Episcopo directis, ad levandum, seu levari et colligi faciendum,
 singulos quadrantes de singulis libris omnium Beneficiorum et bonorum
 Ecclesiasticorum quoruncumque, tam exemptorum quam non exemptorum,
 in Diocesi sua existencium, juxta effectum Literarum predictarum pariter
 et tenorem, pro procuracionibus Reverendi Patris, Johannis, miseratione
 Divina Episcopi Eluensis, et Fratris Andryny, Abbatis Monasterii Cluniacensis,
 Masticonene Diocesis [Mascon], Sedis Apostolice Nunciorum, pro
 quibusdam arduis negotiis per Dominum nostrum Summum Pontificem
 in Angliam destinatorum; dictus Dominus Exoniensis, ex certis causis
 ipsum moventibus, in Certificatorio hujusmodi Literarum predicto Archie-
 piscopo transmisso seriosius expressatis, pro procuracionibus hujusmodi
 per manus Magistri Nicholai de Braybroke, Londoniis solventis et inde
 acquietanciam recipientis, de suo proprio satisfecit, et per suas patentes
 Literas prefatum Dominum Archiepiscopum certificavit, hoc modo,—*

—Litera missa Archiepiscopo pro solucione dictarum procuracionum,—

Reverendo, etc., Symoni, etc., Johannes, etc., reverenciam et obedienciam tam
 spontaneas quam devotas.—Literas Venerabilis Viri, Domini Michaelis.

A.D. 1355. eadem gracia Ecclesie Londoniensis Electi confirmati, quarundam Literarum vestrarum contentarum in eisdem tenorem habentes, xij^o die mensis Vol. I. Julii receperimus, in hec verba,—Venerabili, etc., Johanni, etc.—Considerantes, igitur, difficultates que circa levacionem et collectionem expensarum hujusmodi in nostra Diocesi ad presens imminent, tum propter instans tempus messium, tum quia per adventum Domini Principis et exercitus sui Clerus et populus inibi multipliciter oneratur; volentes, insuper subditos nostros, hac vice, a Censurarum preservare periculis, quibus nonnullos fol. 187. nostre Diocesis porcionem eis contingentem in casu consimili, ex non advertencia et simplicitate limitatis sibi terminis non solventes, pro modico novimus hactenus involutos, pro eisdem subditis nostris, et eorum quolibet, qui ad expensas antedictas conferre tenentur pro singulis libris Beneficiorum suorum singulos quadrantes, de proprio solvere, ut alias fecimus, integraliter decrevimus et ad plenum. Sicque peccunie summam nos et Clerum nostrarum Civitatis et Diocesis in hac parte contingentem, que ad centum solidos et duos denarios sterlingorum tantummodo se extendit, prout per Matriculas¹ et Registra nostra dilucide comperimus, per Nuncium nostrum, expensisque nostris, Londonias misimus, prefato Domino Roberto, Ecclesie Sancti Gregorii Londoniarum Rectori, vestro in hac parte receptori speci aliter, ut premittitur, deputato, integraliter persolvendam. Et sic vestre Paternitatis Mandata, ac eciam Apostolica, supradicta sumus efficacius et compendiosius quo potuimus executi.—Data in Manorio nostro de Chudde leghe, vicesimo septimo die mensis Julii, Anno Domini M^o. CCC^{mo} quinquagesimo quinto, et Consecrationis nostre vicesimo octavo.

—*De procuracione R. Pelegrini,—*

[fol. 187b.] [Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Archidiaconis singulis in Ecclesia nostra Cathedrali Exonie, eorumve Officialibus, salutem, etc.—Literas Venerabilis Viri, Domini Remundi (*sic*) Pelegrini, Domini nostri Pape Capellani, et Sedis Apostolice Nuncii, pro quibusdam negociis sibi per Sedem commissis eandem in Angliam destinati, quarundam Literarum Apostolicarum tenorem habentes, dudum receperimus; continentes in effectu quod prefato Nuncio, cui de sex florenis, pro expensis suis quamdui fuerit in prosecuzione negotiorum hujusmodi, Sedes ipsa voluit diebus singulis provideri, viginti quatuor florenos auri, vel eorum valorem in moneta currente, pretextu more sue in Anglia pro dictis negociis prosequendis, et ultra id salarium Notarii sui, supradictas Literas suas nobis destinatas scribentis, et eciam cuiusdam Nuncii sui nobis deferentis easdem, pro nobis et Clero nostrarum Civitatis et Diocesis, per Nuncium nostrum fidelem, nostris eciam periculo et expensis, Londonias mitteremus. Ad que ommnia, per nos Londonias mittenda, ut premittitur, et solvenda, inter nos et Beneficiatos nostrarum Civitatis et Diocesis, exemptos et non exemptos, tam Seculares quam Regulares, dividendum rationabiliter et taxandum, ac eciam juxta taxationem hujusmodi levandum et colligendum, dictus Nuncius Apostolicus per easdem Literas suas nobis commisit, cum cohercione Canonica, protestatem. Literas, insuper, Venerabilis Viri, Domini Michaelis, Londoniensis Ecclesie Electi confirmati, quas vobis, et vestrum singulis, mittimus transcribendas, et, ipsarum vera copia penes vos retenta, nobis celeriter remittendas, pridie receperimus, habentes in summa quod expensas Venerabilium in Christo Patrum, Dominorum Dei gratia, Johannis, Episcopi Elmensis, et Andrenini, Abbatis Monasterii Cluniacensis. Masticonene Diocesis, nuper Sedis Apostolice in Anglia Nunciorum (de quibus expensis in Literis hujusmodi plenior fit mencio), a viris Ecclesiasticis nostrarum Civitatis et Diocesis, quatenus expense hujusmodi ipsorum bona et Beneficia Ecclesiastica contingunt, exigi faceremus et colligi ac levari, et Londonias per nostrum fidelem Nuncium destinari. Cum, igitur, expensas et procuraciones supradictas, tam dicti Domini Reymundi quam Venerabilium Patrum predictorum, una

¹ Catalogus, descriptio.—D'Arnis.

A.D. cum salariis et expensis Notariorum et Nunciorum suorum, pro Beneficiatis
 1355. nobis subditis quibuscumque, ne ipsi, in terminis siti in hiis Literis et
 Vol. I. Processibus assignatis ex inconsiderancia non solventes, pericula gravia
 incurrent Censuraram, integraliter de proprio pre manibus solverimus,
 easdemque per Nuncios nostros Londonias miserimus, nostris periculis
 et expensis, non debet cuiquam displicere quod nos, qui subditorum
 nostrorum negotia tam utiliter gessimus, recipere decrevimus quod est
 nostrum; set de beneficio impeuso creditoris gratias retribuere convenit
 mutuantes et Domino benivolo resolvere mutuata. Quocirca vobis, et
 [fol. 188.] vestrum singulis, Auctoritate Apostolica in hac parte nobis data, com-
 mittimus et mandamus quatinus, pro expensis supradictis, videlicet prefati
 Domini Reymundi, Notarii et Nuncii suorum, que, una cum porcione nos
 concernente, ad quatuor libras et octodecim solidos se extendunt, de sin-
 gulis libris Beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque, tam exemptorum
 quam non exemptorum, prout taxantur ad Decimam, singulos quadrantes,
 et tantudem pro expensis dictorum Venerabilium Patrum, Notarii et
 Nuncii eorundem, juxta supradictarum continebant Literarum, vestrum
 singuli a Beneficiatis singulis infra fines Archidiaconatus sui constitutis,
 honestiore modo quo poteritis et civili, ac sine Censuris aliquibus, levetis et
 colligatis, seu levare et colligi faciatis; nichil pro acquietancia ab aliquo pro
 tam modico recipientes, seu recipi permittentes. Peccuniam, vero, in hac
 parte per vestrum quemlibet colligendam nobis, citra Festum Sancti Luce,
 Evangeliste, proximo faturum [18 Oct.], integraliter persolvatis, et vestrum
 quilibet persolvat, quicquid eum, auctoritate Presencium, recipere con-
 tigerit et levare. Nos, etiam, citra dictum Festum, de die receptionis,
 modo, et forma execucionis Presencium, certificetis, et certificet quisque
 vestrum, per vestras suasve patentes Literas, harum seriem et non sol-
 vencium nomina et cognomina specifice continentem. Quis, vero, vestrum
 presens Mandatum nostrum prius receperit, retenta sibi inde copia, id
 alteri restituat cum diligencia debita exequendum.—Datum apud Chudde-
 legh, vicesimo septimo die mensis Julii, Anno Domini M°. CCC^{mo} quin-
 quagesimo quinto, et Consecrationis nostre vicesimo octavo.

[fol. 191b.] Atherington ; *Dimissorie*,

Henry de Duelond, clerk, "ad omnes Ordines, tam Minorum quam Sacros,
 . . . dum, tamen, in Ecclesia de Adrington, [ad quam] per Regem extitit
 presentatus, cuius Rectorem se esse asseruit, Ordinatori suo se docuerit
 sufficienter intitulatum, aut alias titulum sufficientem exhibuerit" (Chud-
 leigh, 2 Aug.).

fol. Bradford ; Sir John Knythe, of Exeter, R.—

[191b.] *Dispensation* : " Licencia se [absentandi] ab Ecclesia sua, insistendo obsequiis
 Nobilis Mulieris, Domine Marie, Comitis de Norffolke et Maresschalle
 Anglie; proviso quod absencie sue dampnum compensetur elemosinarum
 largitione, juxta arbitrium Domini, etc." (same date).

[fol. 191b.] Northmolton ; *Licencia dimittendi ad firmam Ecclesiam de
 Northmoltone*,

"Abbas et Conventus de Lilleshulle, Ordinis Sancti Augustini, Conventrensis
 et Lychefeldensis Diocesis, obtinuerunt Licencem dimittendi Ecclesiam
 de Northmoltone ad firmam, ad terminum quatuor annorum, aliquibus
 Religiosis vel Rectoribus infra Diocesim" (same date).

[fol. 189.] St. German's Priory ; *Licencia eligendi Priorem de Monasterio
 Sancti Germani, in Cornubia*,

*Memorandum quod, octavo die mensis Augusti, cum innotuisset Domino
 quod quondam Frater Ricardus Polgover, Prior dum vixit Sancti Germani,
 in Cornubia, fuisset ab hac luce subtractus, emanavit talis Litera pro futuro
 Priore eligendo,—Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Suppriori et
 Conventui Prioratus Sancti Germani, in Cornubia, nostrorum Patronatus*

D. et Diocesis, Ordinis Sancti Augustini, salutem, graciam, et benedictionem.
 55. —Non sine cordis amaritudine, pridie intelleximus quod dilectus quondam
 pl. I. filius, Frater Ricardus Polgover, dicti Prioratus dum vixit Prior, enjus
 anime propicietur Deus, viam universe carnis est ingressus. Unde, licet, de
 consuetudine laudabili legitime prescripta, ad Eleccionem futuri Prioris,
 quousque per Literas vestras patentes de morte ipsius defuncti nos reddi-
 deritis cerciores, ac Licenciam futurum Priorem vobis et Monasterio vestro
 eligandi a nobis petieritis, procedere minime valeretis; nos, tamen, diutine
 vacacioni ejusdem Monasterii, quod nobis tam in temporalibus quam in
 spiritualibus inmediate subicitur, et ejus incommodis volentes occurrere,
 ut tenemur, eligendi Canonice personam ydoneam in futurum Priorem
 vobis et Monasterio vestro predicto, eo non obstante quod premissa non
 fuerint observata, hac vice, de gracia speciali, Licenciam concedimus mero
 motu; juribus nostris Episcopalibus et Ecclesie nostre Exoniensis dignitate,
 quibus ex hoc prejudicium aliquod nolumus inferri, in omnibus semper
 salvis.—Data apud Chuddeleghe, octavo die mensis Augusti, Anno Domini
 M°. CCCmo lyto, et Consecrationis nostre vicesimo octavo.

—*Deputacio Custodum Prioratui Sancti Germani vacanti,*—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Magistro Benedicto de Pastone,
 Clerico nostro familiari, Suppriori, et Cellerario Prioratus Sancti Germani,
 in Cornubia, nostrorum Patronatus et Diocesis; necnon, Johanni de Lan-
 ladrone, Senescallo terrarum nostrarum in Cornubia, et Johanni Pincerna,
 ballivo Manerii nostri de Cotyngbeke, salutem, etc.—Cum Prioratus pre-
 dictus, nobis tam in spiritualibus quam in temporalibus pleno jure sub-
 jectus, per mortem dilecti quondam filii, Fratris Ricardi Polgover, ultimi
 ejusdem Prioratus Prioris, quod non sine tristitia proferimus, dignoscatur
 jam vacare; ne idem Prioratus, cuius regimen et custodia, durante vaca-
 cione ejusdem, ad nos pertinent tam de consuetudine quam de jure, in
 spiritualibus seu in temporalibus detrimentum aliquod paciatur; vos, de
 quorum fidelitate et industria quamplurimum confidimus, in bonis ejusdem
 Prioratus, tam mobilibus quam immobilibus quibuscumque, Custodes tenore
 Presencium deputamus. Proviso quod de bonis hujusmodi debitam curam
 geratis; ac ea, sustentacione congrua ministrancium ibidem in Divino Cultu,
 et necessarie eorum familie, excepta, quam de bonis hujusmodi deduci
 volumus, sub arto et salvo custodiatis Sequestro, seu faciatis vestro periculo
 custodiri. Ad regendum, vero, dictum Monasterium in spiritualibus, et ad
 faciendum quod Cultus Divinus, durante vacacione hujusmodi, inibi debite
 fiat, et Regula Beati Augustini in Observancia Regulari, ut convenit,
 custodiatur; tibi, Suppriori supradicto, tenore Presencium committimus
 vices nostras, cum cohercionis Canonice potestate.—Data in Manerio nostro
 de Chuddeleghe, octavo die mensis Augusti, Anno Domini M°. CCCmo
 quinquagesimo quinto, et Consecrationis nostre xxvijº.

pl. s7. Exeter Cathedral; *Ut veniant aliqui Canonici Exonienses, ad in-*
formandum Episcopum de quadam violencia perpetrata in Ecclesia
Exoniensi,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Decano et Capitulo Ecclesie nostre
 Cathedralis Exonie, salutem, etc.—Non sine cordis amaritudine, intellexi-
 mus quod, hac feria quarta post Festum Sancti Laurencii, Ecclesia nostra
 supradicta extitit sanguinis effusione polluta; propter quod Divine laudis
 organa in eadem merito suspenduntur. Unde, licet ad reconciliandum
 Ecclesiam ipsam per Presbiterum aliquem in Dignitate constitutum, Epi-
 scopo commode accedere non valente, speciale, sicut scitis, Privilegium,
 quod vobis impetravimus, habeatis; ne, tamen, ex facilitate et celeritate
 improvida medicaminis factum ipsum credatur a popularibus minoris
 criminis sive culpe, et Privilegium hujusmodi contempnatur, non expedit
 precipitanter aut indeliberate ad actum Reconciliacionis hujusmodi per
 personam interpositam prosilire. Vidimus, enim, nuper, in casu consimili,

A.D. quod bone memorie Radulphus [de Stratforde], Londoniensis Episcopus,
 1355. Ecclesiam Sancti Pauli, sanguinis effusione pollutum, licet presens fuerit in
 Vol. I. Palacio suo, eidem Ecclesie contiguo, tempore Parliamenti Regii, quando
 multi Episcopi et Magnates alii fuerunt presentes, per multos dies recon-
 ciliare distulit, ne vilesceret Episcopalis auctoritas et facti enormitatem
 parvipenderent seculares. Visis, igitur, Presentibus, si vos, Decane, ad nos
 accedere commode non poteritis, Cancellarium et Archidiaconum Exonie,
 vel aliquem alium Canonicum Ecclesie nostre predice, cum dicto Can-
 cellario, ad nos celeriter destinatis, qui de circumstanciis violencie perpetrate
 nos valeant dilucide informare. Per quos, ipsorum et nostra deliberacione
 prehabita, quid de premissis fieri debeat remittemus. Potestis, interim, in
 Ecclesia Beate Marie Majoris, si per se Dedicacionem habeat et vobis
 videatur expediens, in Divinis, diurnis pariter et nocturnis Officiis, Omni-
 potenti, prout vobis devotum fuerit, famulari.—Data apud Chuddelegh, xiii^o die mensis Augusti, Anno Domini supradicto, et Consecrationis nostre
 vicesimo octavo. [*Written in the margin, by a later hand, —“Reconciliari
 potest Ecclesia Exoniensis, polluta sanguinis effusione, Episcopo commode
 non valente accedere, per aliquem in Dignitate constitutum, etc.”*].

—*Commissi ad reconciliandum Ecclesiam Exoniensem,*—

Venerabili, etc., Johanni, etc., vestri in Christo filii humiles et devoti, Decanus
 et Capitulum Ecclesie vestre Cathedralis Exonie, obedienciam et reveren-
 ciam debitas tanto Patri, cum omni honore.—Mandatum vestrum reverend-
 dum sextodecimo die hujusmodi mensis Augusti recepimus, sub eo qui sequitur
 tenore verborum,—Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Decano et
 Capitulo Ecclesie nostre Cathedralis Exonie, salutem, graciā, et benedic-
 tionem.—Cum ad reconciliandum Ecclesiam nostram predictam, si, et quando-
 ipsam sanguinis aut seminis effusione violari contigerit, et nostra vel
 Successorum nostrorum presencia commode haberi non poterit, per Presi-
 terum in Dignitate constitutum vobis a Sede Apostolica speciale Privile-
 gium impetraverimus, sicut scitis; sitque, ut non sine cordis amaritudine
 intelleximus, Ecclesia nostra predicta ad presens sanguinis effusione polluta;
 ad quam reconciliandum, hac vice, commode accedere non valemus; no-
 lentes quod in hoc instanti celeberrimo Feste Assumptionis Beate Marie
 Virginis Divine laudis organa in dicta Ecclesia nostra suspendantur; mitti-
 mus vobis aquam specialiter ad hoc per nos beneficiam. Qua recepta, hac
 vice dumtaxat, cum ea dictam Ecclesiam nostram, juxta formam Privilegii

fol.
 187b.
 Nota v
 marcas
 pro Re-
 concilia-
 cione
 Ecclesie
 Exoni-
 ensis.
 vestri predicti, reconciliari modo debito faciat. Proviso quod, ante omnia,
 securitatem de procuracione quinque marcarum, nobis ratione Reconciliaci-
 onis hujusmodi debite persolvenda, recipiatis, prout de eis vestro volueritis
 respondere periculo. Et nos de omni eo quod feceritis in premissis, citra
 Festum Decollacionis Sancti Johannis Baptiste [29 Aug.] reddatis per
 vestras patentes Literas, harum seriem ac modum et formam execucionis
 earundem dilucide continentis, modo debito cerciores.—Data apud Chudde-
 legh, terciodecimo die mensis Augusti, Anno Domini Millesimo CCC^{mo}
 quinquagesimo quinto, et Consecrationis nostre vicesimo octavo.—Cujus
 auctoritate Mandati, volentes ante omnia Reverende Paternitati vestre
 securitatem fieri de procuracione quinque marcarum, ratione Reconciliaci-
 onis hujusmodi debita, fecimus citari Johannem de Stoke et Johannem
 Atteforde, qui hujusmodi violationis causam et occasionem prestiterunt, ad
 comparendum coram Decano nostro, in Domo nostra Capitulari, die Veneris,
 videlicet, in Vigilia Assumptionis Beate Marie [14 Aug.], hora prima, ad
 respondendum super hujusmodi facto pernicioso, et ad satisfaciendum pro
 dampnis illatis per eos Ecclesie nostre antedicta; dictique Johannes et
 Johannes, personaliter citati et debite expectati, coram Decano nostro, die
 et loco supradictis, minime comparere curarunt; dictusque Decanus illos
 reputavit contumaces, et contra illos ulterius processit prout de jure fuerit
 procedendum. Videntes, tamen, in crastino solempe Festum Assump-
 tionis Beate Marie futurum, in quo a Divinis, juxta Mandatum vestrum,

A.D. 1355. cessare non debuimus, prefatam Ecclesiam nostram, recepta primitus aqua per vos benedicta, per Decanum nostrum, die Veneris antedicto, reconciliari Vol. I. fecimus ; et contra delinquentes procedemus ad ulteriora, prout de jure fuerit procedendum. Et sic Mandatum vestrum reverendum, quatenus potius, reverenter sumus executi.—Data in Domo nostra Capitulari Exonie, vicesimo quinto die mensis Augusti, Anno Domini supradicto.

fol. 188. St. Stephen's-by-Saltash,—

Reverendo, etc., Johanni, etc., sui humiles et devoti filii, Decanus de Estwevylschire et Vicarius Sancti Stephani juxta Saltasshe, obedienciam [et] reverenciam tanto Patri debitas, cum honore.—Mandatum vestrum reverendum recepimus, sub eo tenore qui sequitur,—Johannes, etc., salutem, graciā, et benedictionem.—Cum Radulphus Wrothe, clericus, noster notorie subditus, super eo quod ipse, quādam die Lune proxima post Festum Ascensionis Domini, sub anno Domini Regis nostri nunc Regis Anglie illustris vicesimo quarto [10 May, 1350], venisse debuit apud Saltasshe ad domum cuiusdam Johannis Brasyuter, et ibidem felonice furatus fuisse unam ollam eueam, precii quinque solidorum, et unam patellam eueam, precii octo denariorum, ad procuracionem quorundam emulorum suorum, ex odii fomite, ut dicitur, dudum indictatus fuisset, captusque propterea et carceri Lancestonie mancipatus ; et demum, occasione Inquisitionis cuiusdam jurate laicorum, per Justiciarios dicti Domini nostri Regis ad deliberandum carcerem hujusmodi deputatos dampnatos ; idem Radulphus, Privilegio Clericali se protegens juxta Ecclesiasticam libertatem et Regni Anglie consuetudinem, nobis et carceri nostro Exoniensi extitit liberatus. Unde, pro parte ejusdem Radulphi, de criminis supradicto innocentis, ut dicitur, et inimunis, nobis extitit sepius humiliiter supplicatum quatinus ad ipsius Purgacionem super et de premissis, in forma Ecclesie consueta procedere, et alias justiciam facere curaremus. Et, licet dictus Radulphus super criminis furti hujusmodi vehementer suspectus, ut intelleximus, aut diffamatus non fuerit, seu propria confessione convictus, ipsius, tamen, Purgacionem nimis precipitanter aut repente non decrevimus concedendam, ne Purgacionis facilitas, sic concesse, ipsum et alios clericali carectere insignitos ad flagiosa perpetranda impavidos efficeret et audaces ; set in loco delicti, ut pretenditur, perpetrati, de fama, opinione, gestu, et conversacione predicti Radulphi constituimus et mandavimus, amicis suis non premunitis, diligenter inquire. Cumque per Inquisitionem, auctoritate nostra captam in hac parte, comperimus quod prefatus Radulphus sit, et fuerit a tempore quo discreciouem habuit, bone fame, vite, et conversacionis, nec super criminis predicto, aut aliquo alio publico vel privato felonice perpetrato, notabiliter suspectus, aut in aliquo diffamatus, Purgacionem ejusdem in Ecclesia Parochiali de Chuddeleghe, proxima die Juridica post instans Festum Decollacionis Sancti Johannis Baptiste [29 Aug.], recipere decrevimus, in forma Ecclesie legitima in hac parte hactenus usitata. Quocirca vobis injungimus et mandamus quatinus in dicto Loco de Saltasshe, tam in Ecclesia quam in foro ejusdem Loci, et alibi in Locis circumquaque viciniis, ubi et quando expedire videbitur, proclamationem faciat publicam et solemnem quod omnes et singuli qui receptioni dicte Purgacionis contradicere voluerint compareant, et ipsorum quilibet compareat, dictis die et loco, coram nobis, aut vices nostras gerentibus, uno vel pluribus, causam, si quam habeant racionabilem, quare ad Purgacionem supradicti Radulphi procedere minime debeamus, pro termino preciso et peremptorio, proposituri in debita juris forma, facturique ulterius et recepturi quod dictaverit ordo juris ; denunciantes eisdem quod, sive tunc venerint sive non, procedemus prout justum fuerit, eorum presencia seu absencia non obstante. De die, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nos, aut vices nostras gerentes seu gerentem, certificetis, predictis die et loco, per Literas vestras patentes harum seriem ac modum et formam executionis earundem dilucide conti-

A.D. 1355. nentes.—Datum apud Chuddeleghe, octavo die mensis Augusti, Anno Domini M^o. CCC^{mo} quinquagesimo quinto, et Consecrationis nostre vicesimo octavo.
 Vol. I. —Hujus auctoritate Mandati, nos, Decanus et Vicarius antedicti, ad Villam de Saltasshe personaliter accedentes, ibidem, tam in Ecclesia quam in foro, proclamationem publicam et solemptem et denunciaciōnem, prout maudatur, fecimus, et in aliis Locis circumvicinis. Denunciavimus, eciā, si qui recepcioni hujusmodi Purgacionis contradicere voluerint, quod, die et loco in Mandato vestro contentis, comparerent. Denunciavimusque, sive venirent sive non, quod in hujusmodi Inquisicione juxta juris exigenciam procederetur, eorum presencia vel absencia non obstante. Dictum, vero, Mandatum vestrum decimo die mensis Augusti recepimus.—Datum apud Sanctum Stephanum juxta Saltasshe, quartodecimo die mensis Augusti, Anno Domini supradicto.

[fol. 187.] [187.] Manumission ; *Manumissio Mauricii Prigge*,—

Pateat universis per Presentes quod nos, Johannes, etc., de consensu Decani et Capituli Ecclesie nostre Cathedralis Exonie, manumisimus et quietum clamavimus Mauricum Prigge, cum tota sequela sua; ita quod nec nos, nec Successores nostri, aliquid juris vel clamii nayvetatis¹ versus prefatum Mauricum vel sequelam suam habere poterimus in futurum, set ab omni accione simus exclusi imperpetuum. In ejus rei, etc.—Data, in Manerio nostro de Chuddeleghe, penultimo die mensis Augusti, Anno Domini, etc. lv^{to}, et Consecrationis nostre vicesimo octavo.—Et nos, Decanus et Capitulum supradicti, prefate Manumissioni, quantum ad nos attinet, conscentes, sigillum nostrum commune, in testimonium consensus nostri hujusmodi, Presentibus duximus apponendum.—Data, quo ad appositionem signilli nostri, in Domo Capitulari nostra Exonie, ultimo die dicti mensis, Anno Domini supradicto.

[fol. 188.] [188.] Purgation of a Clerk ; *Purgacio Radulfi Wrothe et liberacio ipsius a carcere Episcopali Exonie*,—

Ultimo die mensis Augusti, aperta janua Manerii de Chuddeleghe et facta proclamatione debita, Osbertus Hamely, Johannes Chiverstone, Johannes Rondolfe, Hugo Tresanow, et Rogerus Leonardus, compurgatores supradicti Radulfi Wrothe, in nova domo deambulatorii dicti Manerii de Chuddeleghe, coram Magistro Willelmo de Doune, Commissario Domini verbottenus deputato, una cum dicto Radulfo, personaliter comparentes, prestito per eundem Radulfum juramento quod a crimine furti supradicti sibi imposito fuit, et est, omnino inmunis, jurati singillatim dixerunt se credere ipsum Radulfum verum jurasse. Unde dictus Commissarius pronunciat eum bene purgatum et male diffamatum ; restituens eum pristine fame, et decernens eum a carcere liberandum. Et prefatus Radulfus statim juravit, tacto Libro, quod extunc paratus erit Deo et Ecclesie, juxta ordinacionem et voluntatem Domini, de illis que sciverit et poterit, semper pre ceteris deservire ; presentibus Nicholao Braybroke, Thoma Tuggel, Notariis. Et predictus Commissarius postea decrevit Literas sibi de Purgacione hujusmodi faciendas.

[fol. 189.] [189.] St. German's Priory ; *Acta super negocio Eleccionis Prioris Sancti Germani*,—

Memorandum quod Anno Domini M^o. CCC^{mo} quinquagesimo quinto, Indicione viij^a, Pontificatus Domini Innocencii Pape VI Anno tertio, mensis Augusti die xix^o, coram Venerabili in Christo Patre et Domino, Domino Johanne, Dei gratia Exoniensi Episcopo, in quodam deambulatorio quod vocatur vulgariter Nova Domus, infra Manerium suum Episcopale de Chuddeleghe, Exoniensis Diocesis, constructo, Religiosus Vir, Frater Johannes Prechour, Subprior, ut dicebatur, Prioratus sive Monasterii Sancti

¹ See page 438, note 1.

A.D.
1355. Germani, in Cornubia, Ordinis Sancti Augustini, dicte Exoniensis Diocesis,
in Priorem ejusdem Prioratus electus; neconon, Frater Willelmus de Tre-
Vol. I. skelly, dicti Prioratus Canonicus, et Magister Johannes Godman, clericus,
Procuratores Religiosorum Virorum, Locumtenentis Subprioris et Con-
ventus dicti Prioratus literatorie constituti, comparuere personaliter et se
representarunt. Idemque Procuratores exhibuerunt Literas Procuratorii
sui, sigillo communis dicti Prioratus in pendentibz sigillatas, quarum tenor
inferius describitur; et unam aliam magnam Literam patentem, sub eodem
sigillo in pendentibz similiter consignatam, Decretum Eleccionis de prefato
Fratre Johanne Prechour facte continentem; petentes humiliiter et instanter
ipsam Eleccionem confirmari. Et statim, lecto publice et intelligibiliter,
per Magistrum Nicholaum de Braibroke, Clericum familiarem dicti Patris,
de Mandato ejusdem, Procuratorio supradicto, inspectoque per eundem
Patrem dicte Eleccionis Decreto, et altercacione ac disputacione aliquali
habita super eo; idem Pater usque in crastinum totum negotium continu-
avit; presentibus, dum premissa omnia et singula dicerentur et agerentur
per dictum Venerabilem Patrem et coram eo, discretis viris, Magistris B. de
Pastone, R. de Inkepenne, N. de Braibroke, Clericis familiaribus dicti Patris,
testibus ad hec vocatis; et me, T. Tuggel, Notario Publico infrascripto, ac aliis
in multitudine copiosa. Quo die, videlicet vicesimo die dicti mensis Augusti,
Electo et Procuratoribus supradictis coram prefato Venerabili Patre, in
Manerio suo de Chuddeleghe predicto et loco ubi supra, personaliter com-
parentibus; et petito instanter per dictum Magistrum Johannem Godman,
uno Procuratorum predictorum, proclamacionem publicam juxta formam
Constitutionis Bonefaciane faciendam fore decerni; dictus Pater, volens, ut
dixit, indemnitati dicti Prioratus prospicere, ac dampnis et periculis
occurrere que dicto Prioratui ex diutina vacacione ejusdem maxime tunc
temporis possent verisimiliter imminere, dixit se velle dictum negotium,
quantum juste poterat, maturare; et, petitioni dicti Procuratoris conde-
scendens, decrevit proclamacionem fieri publice et solemniter, tam in Eccle-
sia Conventuali dicti Prioratus Sancti Germani quam alibi in locis vicinis,
ubi et quando expediens videretur, ut omnes qui contra dictam Eleccionem
vel personam Electi quicquam dicere vel obicere vellent, die Jovis extunc
proximo sequenti, coram ipso Patre, vel ejus Commissariis, uno vel pluri-
bus, in dicto Manerio de Chuddeleghe, sufficienter comparerent, objectus
suos pro termino peremptorio proposituri et in forma juris debita probaturi,
et prosecuturi, eciam, cum effectu. Et eundem diem Jovis dictis Electo et
Procuratoribus ad prosequendum negotium Eleccionis hujusmodi, ulteri-
usque faciendum et recipiendum in dicto negocio quod juris fuerit,
assignavit; presentibus, dum hec omnia et singula dicerentur et agerentur
per dictum Patrem et coram eo, me, Notario, et testibus supradictis. Quo
die, videlicet xxvij° die dicti mensis Augusti, Electus et Procuratores
antedicti comparuere personaliter coram predicto Venerabili Patre; aper-
tisque valvis porte dicti Manerii de Chuddeleghe; vocatis, eciam, et pre-
conizatis publice et in genere, alta voce, omnibus et singulis qui contra
Eleccionem ipsam vel personam Electi aliquid dicere vel obicere volebant, et
nemine comparente, dictus Pater omnibus viam quicquam ulterius in ea
parte opponendi contra personam Electi vel Eleccionis formam preclusit
per Decretum. Et demum Eleccionem supradictam, juxta tenorem cuius-
dam Cedule papiree, qui inferius describitur, quam pro tribunal sedens in
manibus suis tenuit et publice legit, invocato Christi Nomine, confirmavit;
et eidem Fratri Johanni Prechour, Electo, curam et regimen dicti Prioratus,
tam in temporalibus quam in spiritualibus, commisit, eumque in corporalem
possessionem dicti Prioratus, jurium eciam et pertinenciarum ejusdem,
inducendum fore decrevit. Et dictus Frater Johannes Prechour, tactis
Sacrosanctis, dicto Patri Fidelitatis et Obedience juramentum prestitit,
sub hac forma,—Ero fidelis et obediens vobis et Ministris vestris, in licitis
et Canonicis; sic me Deus adjuvet, et Sancti Dei Ewangelia. Statimque

A.D. dictus Reverendus Pater prefato Fratri Johanni, in virtute Obedientie
 1355. et juramenti tunc prestiti per eundem, inhibuit ne, sine Licencia sua,
 Vol. I. alienaciones faceret vel perpetuitates concederet. Presentibus, dum hec
 omnia et singula per dictum Venerabilem Patrem et coram eo fierent,
 prefato Magistro Benedicto de Pastone, Magistris Stephano Penpel,
 Canonicō Exoniensi, Philippo de More, clero, Exoniensis Diocesis supra-
 dicte, testibus ad hec specialiter accersitis; et me, T. Tuggel.—Tenores,
 vero, Procuratorii, Decreti Eleccionis, Certificatorii Proclamacionis, Cedula
 Confirmacionis, de quibus supra fit mencio, necnon Certificatorii Induc-
 cionis, per ordinem subsequntur. Et primo tenor Procuratorii, qui est
 talis,—

—*Procuratorium ad prosequendum negocium Eleccionis Sancti Germani*,—
 Pateat universis per Presentes quod nos, Frater Walterus de Tregodeke, vices
 gerens Subprioris Monasterii Sancti Germani, Subprie ejusdem Loci in
 Priorem electo, et ejusdem Loci Conventus, ordinamus et constituimus
 dilectos nobis in Christo, Fratrem Willelmum de Treskelly, Confratrem et
 Canonicū nostrum, et Magistrum Johannem Godman, clericum, Procura-
 tores et Nuncios nostros speciales, et utrumque eorum insolidum, ita quod
 non sit melior condicio occupantis, set quod alter eorum incepit alter
 prosequi poterit et finire, ad comparendum et se representandum coram
 Venerabili in Christo Patre et Patrono nostro, Domino Johanne, Dei gratia
 Exoniensi Episcopo, aut ipsius in hac parte Commissariis aut Commissario
 quibuscumque, deputandis ab eodem; ad petendum, nomine nostro, Con-
 firmacionem Eleccionis celebrate a nobis de Fratre Johanne Prehour,
 Concanonico nostro, in Priorem Monasterii nostri electo; dantes eisdem
 Procuratoribus nostris, et utrique eorum, plenam, generalem, et liberau-
 potestatem Munita et Instrumenta, testes, instructores, et alia Pro-
 cessum dicte Eleccionis concernencia et quoquo modo contingencia, exhi-
 bendi et producendi; juramentum tam de calumpnia quam de veritate
 dicenda, necnon quodlibet genus licti sacramenti in animas nostras
 prestandi; alium seu alios Procuratorem seu Procuratores loco eorum sub-
 stituendi, et substitutum revocandi, quo ciens eis vel eorum alteri visum
 fuerit expedire; crimina et defectus obiciendi et objectis respondendi;
 provocandi, appellandi, Appellacionum causas, unam vel plures, prose-
 quendi; et omnia alia et singula faciendi que in premissis, et circa ea,
 necessaria fuerint et oportuna. Ratum et gratum promittentes nos in
 omnem eventum habitu, sub ypotheca rerum ad nos pertinencium,
 quicquid predicti Procuratores nostri aut alter eorum in premissis et circa
 fol. 190. ea duxerint, seu duxerit, faciendum.—Datum in Capitulo nostro Conven-
 tuali, sub sigillo nostro communi, die Lune proxima post Festum Assump-
 cionis Beate Marie Virginis [17 Aug.], Anno Domini M°. CCC^{mo} quinqua-
 gesimo quinto.

—*Sequitur tenor Decreti Elccionis*,—
 Venerabili in Christo Patri ac Domino, ac Patrono suo, Domino Johanni, Dei
 gratia Exouensi Episcopo, sui humiles et devoti filii, Frater Walterus de
 Tregodeke, vices gerens Subprioris Monasterii Sancti Germani, etc., obedi-
 enciam et reverenciam tanto Patri tam debitas quam devotas, cum honore.
 —Cum, propter vacacionem diutinam Ecclesie Pastoris solacio destitute,
 gravia in spiritualibus et temporalibus plerumque dispendia paciantur, hinc
 est quod Canonum conditores provida deliberacione statuerunt ut ultra
 tres menses vacare non debeant Ecclesie Regulares. Defuncto, igitur, die
 Veneris proxima post (sic) Festum Sancti Laurencii [14 Aug.],¹ Anno Domini

¹ There is, of course, a clerical error here; for we are told that the Prior was buried two days before his death! The Bishop, writing on the 8th of August (see page 1163) states that

tidings of the death had reached him the day before, on the 7th, i.e., the Friday before the Feast of St. Laurence. For "post" we must read "ante."

A.D.
1355. M°. CCC^{mo} quinquagesimo quinto, bone memorie Domino Ricardo de Polgover, Priore nostro Monasterii Sancti Germani, et ipsius corpore die Vol. I. Mercurii proxima post Festum Sancti Laurencii [12 Aug.] honorifice tradito Ecclesiastice sepulture; ne ipsum Monasterium nostrum viduitatis incommoda dincius deploraret, obtenta a vobis, Reverendo Patre ac Patrono nostro, gracie Licencia nobis Priorem ydoneum eligendi; nos, Fratres Johannes Pechour, tunc Subprior, Walterus de Tregodeke, Philippus Repryna, Johannes de Tredyneke, Willelmus de Treskelly, Robertus Daune, Johannes Colyn, senior, Johannes Eliote, Bernardus Page, et Johannes Colyn, junior, Canonici de Conventu ipsius Monasterii et Prioratus existentes, in dicto Ordine Sancti Augustini expresse Professi, et in Sacris Ordinibus constituti, et ipsum Conventum ut tunc, cum plures Canonici de ipso Conventu non existerent nec adhuc existant, integraliter facientes, die Mercurii proxima post dictum Festum Sancti Laurencii, statim postquam corpus predicti Prioris nostri traditum fuerit Ecclesiastice sepulture, in Capitulo nostro Conventuali Sancti Germani convenientes, diem Veneris proximo sequentem, videlicet diem Veneris in Vigilia Assumptionis Beate Marie Virginis [14 Aug.], cum continuacione et prorogacione dierum sequencium, unanimiter statuimus et assignavimus ad Eleccionem de futuro Priore in eodem Capitulo, in quo Elecciones nostre hujusmodi et tractatus nostri communies, juxta Monasterii nostri consuetudinem laudabilem et prescriptam, fieri ac celebrari consueverant ab antiquo, dante Domino Canonicice celebrandam. Quo die Veneris in Vigilia antedicta, cantata Missa de Spiritu Sancto, et presentibus in eodem Capitulo, hora Capitulari dicti diei, omnibus qui debuerunt, voluerunt, et potuerunt comode interesse, videlicet omnibus et singulis Canoniciis antedictis, Conventum facientibus, ut est dictum; et proposito Verbo Dei, Ympnoque *Veni Creator Spiritus* devocius cantato; ego, Frater Johannes, Subprior antedictus, rogavi, requisivi, et publice protestatus fui ut sequitur,—IN DEI NOMINE, AMEN.—Ego, Frater Johannes, Subprior Monasterii Sancti Germani, de mandato omnium et singulorum de Collegio seu Conventu nostro presencium specialiter michi facto, pro me, et omnibus et singulis jus in Eleccione habentibus, rogo, requiro, et moneo omnes Concanonicos nostros hac vice eligere volentes, ut, si quis vel qui eorum sit, vel sint, suspensus vel suspensi, excommunicatus vel excommunicati, interdictus vel interdicti, vel quovis alio modo prohibitus vel prohibiti, vel in Eleccione jus non habentes, quod de Capitulo nostro recedat et recedant; alios eligere volentes nullatenus impedit vel impedian. Protestaus quod non est intencio mea, nec aliorum jus in Eleccione habencium, eum vel eos admittere tanquam jus vel vocem hac vice habentem in Eleccione, vel habentes, aut procedere vel eligere cum eodem vel eisdem; et si imposterum appareat eos, vel aliquem eorum, non potuisse vel debuisse, de jure vel consuetudine, Eleccioni hujusmodi interesse, quod voces illius, vel illorum, nulli prestant suffragium nec alicui offerant nocumentum; set prorsus pro non habitis et non receptis habeantur omnino. Lectaque postmodum Constitutione Concilii Generalis *Quia propter*, tandem deliberacione habita inter nos diligenti per quam formam esset in hujusmodi Eleccionis negocio procedendum, demum placuit nobis omnibus et singulis, specialiter et singillatim per Subpriorum nostrum predictum requisitis, nullo omnino contradicente seu dissidente, in ipso Eleccionis negocio per viam et formam compromissi Ecclesie et Monasterio nostro Sancti Germani predicto de Priore ydoneo providere. Unde nos omnes et singuli de Collegio sive Conventu Monasterii nostri predicto, nullo penitus discordante sive dissidente, dedimus Fratribus Johanni Prechour, Waltero de Tregodeke, et Johanni Elyote, Concanonicis nostris, plenam, generalem, et liberam potestatem, per dictum diem Veneris in Vigilia Beate Marie antedicta tantummodo duraturam, eligendi nobis Priorem ydoneum, [et] de se vel aliis Canoniciis, de gremio dicti Monasterii, prout eis et Monasterio nostro predicto majus expediens visum fuerit, pro-

A.D. videndi. Ita, tamen, quod, postquam de persona eligenda concordes
 1355. fuerint, unus ipsorum, de mandato aliorum, vice sua et ipsorum ac tocius
 Vol. I. Capituli, personam illam eligat in communi et provideat de eadem. Pro-
 fol. mittentes, eciam, universi et singuli, quod nos ipsam personam recipiemus
 190b. in Priorem et Prelatum nostrum quem ipsi, ut premittitur, duxerint eli-
 gendum, seu de quo duxerint providendum. Qui, quidem, Fratres Jo-
 hannes Prechour, Walterus de Tregodeke, et Johannes Elyote, compro-
 missarii antedicti, hujusmodi potestatem acceptantes, et ad unum angulum
 predicti Capituli, se insimul a ceteris Confratribus suis segregati, se tra-
 hentes, et habitis inter eosdem collacione seu tractatu plurium personarum,
 finaliter prefati Walterus de Tregodeke et Johannes Eliot, compromissarii
 antedicti, simul et concorditer convenerunt in Fratrem Johannem Prechour,
 concompromissarium eorundem, in Priorem eligendum; deditque prefatus
 Walterus de Tregodeke in mandatis prefato Fratri Johanni Eliot, college
 suo, quod ipse, vice sua et ipsius Walteri, ac tocius Capituli, prefatum
 Fratrem Johannem Prechour eligeret in communi in Priorem Monasterii
 antedicti, et eidem Monasterio provideret de eodem. Qui, quidem, Frater
 Johannes Eliot, unus compromissariorum antedictorum, hujusmodi manda-
 tum acceptans, prefatum Fratrem Johannem Prechour, dicto die Veneris ad
 eligendum prefixo, et Loco Capitulari, de quibus premittitur, solemniter in
 Priorem dicti Monasterii elegit, in hunc modum, — IN NOMINE PATRIS, ET
 FILII, ET SPIRITUS SANCTI, AMEN. — Cum, vacante Monasterio Sancti Ger-
 mani per mortem bone memorie Fratris Ricardi de Polgover, nuper Prioris
 ejusdem Monasterii, placuerit omnibus et singulis de Collegio seu Conventu
 ejusdem per formam compromissi dicto Monasterio de Priore providere,
 michique, Fratri Johanni Eliot, et sociis meis, potestatem plenam et
 liberam dederint eligendi et ipsi Monasterio providendi de eodem; nos,
 post diversos tractatus multiplicium personarum, favente Divina gracia, in
 dictum Fratrem Johannem Prechour direximus concorditer vota nostra;
 virum, utique, providum et discretum, castum, pudicum, sobrium, litera-
 rum scientia, moribus, et aliis virtuosis actibus merito commendandum, in
 Ordine nostro Sancti Augustini expresse professum, et in Sacris Ordinibus
 ac legitima etate constitutum, necnon de legitimo matrimonio procreatrum,
 in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectum. Unde ego,
 Johannes Eliote, vice mea ac dicti Fratris Walteri, college mei; vice, eciam,
 tocius Capituli; predictum Fratrem Johannem Prechour eligo in Priorem
 Monasterii Sancti Germani, et eidem Monasterio video de eodem. Que,
 quidem, Eleccio sic Canonice celebrata, et coram omnibus Canonicis nostris
 in Capitulo per me, Fratrem Johannem Eliote, in communi publicata
 quatenus premittitur, unanimiter a nobis omnibus recepta, extitit appro-
 bata. Et, *Te Deum laudamus* solemniter decantando, dictum Electum
 nostrum ad Ecclesiam nostram deportavimus, licet pro viribus reluctan-
 tem; ipsamque Eleccionem Clero et populo per Fratrem Johannem Eliote
 antedictum in Ecclesia nostra Conventuali fecimus incontinenti solemniter
 publicari; ac postmodum Frater Johannes Prechour Eleccioni, ut pre-
 dictitur, de se facte, magnis precibus nostris et instancia devictus, Divine
 nolens resistere Voluntati, quodammodo, ut videbatur, invitus, die Lune
 proxima post Festum Assumptionis Beate Marie Virginis [17 Aug.], Anno
 Domini supradicto, Eleccioni de se facte consensum prebuit et assensum.
 Vestre, igitur, Paternitati reverende humiliter supplicamus et devote
 quatinus Eleccionem predictam, sic solemniter et Canonice celebratam,
 ipsumque Electum dignemini confirmare, ac eidem Electo nostro cetera
 que vestro in hac parte incumbunt Officio favorabiliter in partiri; ut,
 Auctore Domiuo, nobis et Monasterio nostro velud Pastor ydoneus, in hiis
 que ad curam et regimen Ecclesie nostre predicte spectare dinoscuntur,
 preesse valeat et prodesse; nosque, sibi commissi, sub ejus sacro regimine
 possimus coram Deo salubriter militare. Ut, autem, premissa veritate esse
 subnixa vestra Reverenda Paternitas plenius cognoscat, et nos omnes et

A.D. singulos in hanc Eleccionem et petitionem concorditer convenisse, presens
 1355. Decretum, nostris manibus subscriptum sigilloque communi Monas-
 terii nostri, vestre Reverende Paternitati transmittimus consignatum.
 Vol. I. — Datum in Capitulo nostro Sancti Germani predicto, die Lune proxima
 post Festum Assumptionis Beate Marie antedictum, Anno Domini supradicto.—Et ego, Walterus de Tregodeke, Canonicus predicti Monasterii,
 premissis omnibus et singulis consensi et consencio; et, quia scribendi
 pericium non habeo, huic Decreto per Fratrem Johannem Colyn subscribi
 feci.—Et ego, Philippus de Reprina, Canonicus predicti Monasterii, pre-
 missis omnibus et singulis consensi et consencio; et, quia, etc., (*ut supra*).—
 Et ego, Johannes de Trethineke, Canonicus, etc., et quia, etc., (*ut supra*).—
 Et ego, Willelmus de Treskelli, Canonicus, etc.; et huic Decreto manu
 propria scripsi.—Et ego, Robertus Daune, Canonicus, etc.; et, quia pericium
 scribendi non habeo, huic Decreto per Fratrem Willelum de Tre-
 skelly subscribi feci.—Et ego, Johannes Colyn, Cellerarius, Canonicus, etc.;
 et huic Decreto manu mea scripsi.—Et ego, Johannes Eliote, Canonicus,
 etc.; et, quia pericium scribendi non habeo, huic Decreto per Fratrem
 fol. 191. Johannem Colyn subscribi feci.—Et ego, Bernardus Page, Canonicus, etc.;
 et huic Decreto manu mea scripsi.—Et ego, Johannes Colyn, junior,
 Canonicus, etc.; et huic Decreto manu mea subscrpsi.

—*Sequitur tenor Certificatorii Proclamacionis,*—

Venerabili, etc., Johanni, etc., sui humiles et devoti, Decanus de Estwilschire
 et Walterus [Gybyl], Vicarius Ecclesie de Lanrake, obedienciam [et] rever-
 enciam tanto Patri debitas, et honorem.—Mandatum vestrum reverendum
 infrascriptum, die Veneris proxima ante Festum [Sancti] Bartholomei [21
 Aug.], recepimus, sub eo qui sequitur tenore,—Johannes, etc., Decano de
 Estweylschire et Vicario Perpetuo Ecclesie de Lanrake, salutem, etc.—
 Volentes in negocio Eleccionis Monasterii Sancti Germani, in Cornubia,
 nostrorum Patronatus et Diocesis, ad Fratris Johannis Prechour, ipsius
 Monasterii Canonici, in Priorem ejusdem electi, Confirmacionem, juxta
 Sacrorum Canonum Instituta et tenorem nove Constitutionis felicis recorda-
 cionis Bonafacii (*sic*) Pape Octavi super hoc edite, quatenus de jure poter-
 imus et tenemur, cum debita maturitate procedere; ne, per repentinam
 Confirmacionem et contra Doctrinam Apostolicam, cito manus imponere
 videamus Electo, vobis, et utriusque vestrum, communiter et divisim, com-
 mittimus et mandamus quatinus in Ecclesia Conventuali Monasterii ante-
 dicti, ubi memorata Eleccio existit celebrata, et in Ecclesiis vicinis, ubi
 videbitur expedire, per tres vel duo Dies Festivos, intra Missarum Solemp-
 nia, fieri faciatis Proclamacionem publicam et solempnem, ut, si qui sint
 qui se velint opponere contra Eleccionem hujusmodi seu personam Electi,
 peremptorie et sufficienter compareant coram nobis, vel Commissariis
 nostris, uno vel pluribus, in Manerio nostro de Chuddeleghe, die Jovis
 proxima post instans Festum Sancti Bartholomei, Apostoli, oppositiones
 suas hujusmodi in forma juris, pro termino preciso et peremptorio, pro-
 posituri, et eas effectualiter prosecuturi, ulteriusque facturi et recepturi,
 cum continuacione et prorogacione dierum sequencium, quod dictaverit
 ordo juris. Denunciantes eisdem quod, sive venerint sive non, ad expedi-
 cionem dicti negotii procedemus, quatenus de jure fuerit faciendum.
 Hunc, autem, terminum peremptorium, vicinitate locorum variisque per-
 iculis quibus Monasterium supradictum ex diutina vacacione verisimiliter
 subiceretur pensatis, ex certa scientia, tempore messium non obstante,
 duximus taliter moderandum. De die, vero, receptionis Presencium, et
 quid feceritis in premissis, nos, dictosve Commissarios nostros, dictis die
 et loco, reddatis per vestras patentes Literas, harum seriem ac modum
 et formam executionis earundem dilucide continentis, modo debito
 cerciores.—Datum in Manerio nostro de Chuddeleghe, vicesimo die mensis
 Augusti, Anno Domini M°. CCC^{mo} quinquagesimo quinto, et Consecra-
 cionis nostre vicesimo octavo.—Hujus auctoritate Mandati, in Ecclesiis

A.D. Sancti Germani antedicti ac de Lanrake, ac aliis Ecclesiis vicinis, per
 1355. duos Dies Festivos, intra Missarum Solempnia, Proclamacionem publicam
 Vol. I. et solempnem fecimus, et per alios simili modo fieri fecimus, si qui sint
 qui se velint opponere contra Eleccionem hujusmodi vel personam Electi,
 quod, die et loco in dicto Mandato vestro contentis, compareant coram
 vobis aut Commissariis vestris, oppositiones suas hujusmodi in forma juris,
 pro termino preciso et peremptorio, proposituri, et eas effectualiter prose-
 cuturi; facturique ulterius et recepturi quod idem Mandatum in se exigit
 et requirit. Denunciavimusque eisdem [quod], sive venerint sive non, in
 dicto negocio procedetur prout de jure fuerit procedendum.—Datum apud
 Sanctum Germanum, vicesimo quinto die mensis Augusti, Anno Domini
 supradicto.

—*Sequitur tenor Cedula Confirmacionis,—*

IN DEI NOMINE, AMEN.—Examinato et sufficienter rimato ac discusso per
 nos, Johannem, etc., negocio Eleccionis nuper celebrate in Monasterio
 Sancti Germani, Ordinis, etc., de dilecto in Christo filio, Fratre Johanne
 Prechour, dicti Monasterii Subprior, in Priorem ejusdem electo; quia
 invenimus ipsam Eleccionem, observata forma Concilii Generalis *Quia propter*, in concordia celebratam ac Canonicam per omnia existere et
 extitisse, nichilque ipsi Electo obesse de Canonis Institutis; concurrentibus,
 eciam, omnibus et singulis que in hac parte de jure requiruntur;
 Christi Nomine invocato, dictam Eleccionem auctoritate nostra Pontificali
 in hiis Scriptis confirmamus; curam et regimen dicti Prioratus, tam in
 spiritualibus quam in temporalibus, prefato Fratri Johanni, Electo, in
 Domino committentes; juribus nostris Episcopalibus et Ecclesie nostre
 Exoniensis dignitate in omnibus semper salvis.

—*Sequitur tenor Certificatorii Inducionis,—*

Venerabili, etc., Johanni, etc., sui humiles et devoti in Christo filii, Officialis
 sue Pecculiaris Jurisdictionis in Cornubia, et Willemus de Polgover,
 Rector Ecclesie Parochialis Sancti Dominici [*St. Dominick*], obedientiam
 et reverenciam tanto Patri tam debitas quam devotas, cum onni honore.—
 Mandatum vestrum reverendum in hec verba recepimus.—Johannes, etc.,
 Officiali nostre Pecculiaris Jurisdictionis in Cornubia, et Magistro Willemo
 de Polgover, Rectori Ecclesie Parochialis Sancti Dominici, nostre Diocesis,
 salutem, graciam, et benedictionem.—Quia in negocio Eleccionis nuper
 celebrate in Ecclesia Conventuali Prioratus sive Monasterii Sancti Germani,
 in Cornubia, Ordinis, etc., de Fratre Johanne Prechour, dicti Prioratus
 sive Monasterii Subprioris, in Priorem ejusdem Canonice electo, rite per
 omnia procedentes, concurrentibus omnibus requisitis de jure, dictam
 Eleccionem, quam de persona ydonea invenimus Canonice per omnia cele-
 bratam, auctoritate nostra Pontificali confirmavimus; curam et regimen
 dicti Prioratus, tam in spiritualibus quam in temporalibus, cum suis
 juribus et pertinenciis universis dicto Fratri Johanni in Domino com-
 initentes; vobis committimus et mandamus quatinus eundem Fratrem
 Johannem in corporalem possessionem dicti Prioratus, cum omnibus suis
 juribus et pertinenciis universis, ad Priorem Loci de jure vel de consuetu-
 dine spectantibus, inducatis; facientes eidem Stallum in Choro et Locum
 in Capitulo, juxta juris exigenciam, assignari. Injungentes, nichilominus,
 omnibus et singulis ejusdem Prioratus Canonis quod eidem Fratri Jo-
 hanni, ut vero eorundem et ipsius Prioratus Priori, in hiis que ad discipli-
 nam Regularem pertinent humiliiter et devote pareant et intendant. De
 die, vero, receptionis Presencium, et quomodo presens Mandatum nostrum
 fueritis executi, nos, expedito hujusmodi negocio, reddatis per vestras
 patentes Literas, harum seriem ac formam execucionis dilucide continentes,
 modo debito cerciores.—Datum in Manerio nostro de Chuddeleghe, vicesimo
 septimo die mensis Augusti, Anno Domini M°. CCC^{mo} quinquagesimo
 quinto, et Consecrationis nostre vicesimo octavo.—Cujus auctoritate Man-
 dati vestri reverendi, per nos die Jovis proxima ante Festum Nativitatis

A.D. Beate Marie Virginis [3 Sept.] recepti, predictum Fratrem Johannem in
 1355. corporalem possessionem predicti Prioratus, cum omnibus suis juribus et
 Vol. I. pertinenciis universis ad Priorem Loci de jure vel de consuetudine spec-
 tantibus, induximus; fecimus, eciam, eidem Stallum in Choro et Locum in
 Capitulo, juxta juris exigenciam, assignari; et injunximus omniibus et
 singulis ejusdem Prioratus Canonicis quod eidem Fratri Johanni, ut vero
 eorundem et ipsius Prioratus Priori, in hiis que ad Disciplinam Regularem
 pertinent, humiliter et devote parerent et intenderent. Et sic Mandatum
 vestrum reverendum reverenter sunus executi.—Datuni apud Sanctum
 Germanum, xvij^o die mensis Septembris, Anno Domini supradicto.

[fol. 198.] The War with France; *Pro processionibus et precibus fundendis
 pro pace,*—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Decano et Capitulo Ecclesie nostre
 Cathedralis Exonie, singulisque Archidiaconis in eadem Ecclesia nostra,
 eorumve Officialibus, salutem, etc.—Ad noticiam vestram, nedum vestram
 set publicam, novimus pervenisse quomodo, post tractatus pacis multiplices
 cum Domini nostri Regis et Regni Anglie adversariis de Francia habitos, et
 vias pacis racionabiles nuper per dictos adversarios, ut dicitur, recusatas,
 illustris et prepotens Vir, Dominus Edwardus, dicti Domini nostri Regis
 primogenitus, Princeps Wallie, Dux Cornubie, et Comes Cestrie, una cum
 Comitibus Warwechie, Saresbirie, Oxonie, et Southfolchie, aliisque multis
 Regni Nobilibus, pro defensione hujus Regni, terrarum, jurium, et sub-
 ditorum ejusdem Domini nostri Regis Anglie, cum exercitu valido, de
 consilio ejusdem Domini Regis et Procerum dicti Regni, versus Vasconiam
 est profectus, ut coadunatis viribus sevicia adversariorum, sub Divine
 miserationis fiducia, compescatur, et eciam communatis periculis occurratur.
 Set, quia de effusione sanguinis Christianorum, quos Unigenitus Dei
 Filius per proprium redemit sanguinem, a cunctis Fidelibus Suis est non
 mediocriter condolendum, affectareque tenemur, juxta Apostolicam Doctri-
 nam, quantum ex nobis est, cum omnibus hominibus, si fieri potest, pacem
 habere, credimusque et speramus quod presens maris transitus et mediacio
 dicti Domini Principis, cum sibi assistentibus, utilis et honeste pacis ac
 concordie inter Partes supradictas erunt, per Dei graciam, plurimum
 inductiva; vobis, et vestrum singulis, injungimus firmiter et mandamus
 quatinus, predicta considerantes, preces humiles et devotas Altissimo
 effundatis, et devotis jejuniis et oracionibus, aliisque misericordie et pietatis
 operibus insistatis, ut Ipse Qui est Auctor Pacis et Amator spiritum sani
 consilii et pacis cordibus infundat Parcium predictarum, dictum Dominum
 Principem ejusque suorum progressum salubriter dirigat et ab omnibus
 tueatur adversis, eos cum salute et gaudio reducendo. Vestrum, eciam,
 quilibet Clerum et populum infra sue Jurisdiccionis limites constitutum
 consimilia Divine placacionis officia exhortetur et faciat devotis mentibus
 exercere. Ut, autem, Christi Fideles ad premissa allективis Indulgenciarum
 muneribus propensius excitentur, de Dei Omnipotentis gratia Ejusque
 immensa misericordia, ac Beate et Gloriose semper Virginis Marie, Gene-
 tricis Sue, necnon Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Ejus, Patronorum
 nostrorum, Omniumque Sanctorum meritis et precibus confidentes, omni-
 bus nobis jure Diocesano subjectis, et aliis quorum Diocesani hanc nostram
 Indulgenciam ratam habuerint pariter et acceptam, de peccatis suis vere
 penitentibus et confessis, qui, et quociens, pro dicto Domino Principe,
 necnon pro predictis Comitibus et aliis Nobilibus eidem in presenti viagio
 assistentibus, et specialiter pro Comite Saresbirie et ejus germano, apud
 Deum, ut premittitur, intercesserint, quadraginta dies Indulgencie de
 injunctis sibi penitenciis, auctore Domino, concedimus per Presentes. De
 die, autem, receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nos, citra
 [Festum] Apostolorum Simonis et Jude, redditatis, et quilibet vestrum
 reddat, per vestras suasve patentes Literas, harum seriem ac modum
 et formam executionis earundem dilucide continentis, modo debito

A.D. 1355. cerciores. Quis, vero, vestrum presens Mandatum prius receperit, retenta
 inde copia sibi, id transmittat alteri non habenti.—Data, sub sigilli nostri
 Vol. I. testimonio, in Manerio nostro de Chuddeleghe, undecimo die mensis
 Septembris, Anno Domini M^o. CCC^{mo} quadragesimo quinto, et Consecra-
 cionis nostre vicesimo octavo.

[fol. 188b.] Concerning Exchanges of Benefices and Licences of non-residence ;

*Ne Beneficiati Literas Magnatum pro Permutacionibus faciendis
 et Licenciis non residendi habendis quovismodo procurent, sub
 pena Excommunicacionis, —*

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Magistro Stephano de Penpel, Officiali
 nostro Principalis, et collegis suis, Commissariis Visitacionis nostre Archidiaconatus
 Tottoniensis, singulisque Archidiaconis in Ecclesia nostra
 Cathedrali Exonie, eorumve Officialibus, salutem, etc.—Licet, juxta Sacro-
 rum Canonum Instituta, animarum curam habentes, presertim quibus
 Claves Ecclesie committuntur, velut Pastores solliciti, supra Gregem sibi
 commissum vigilare et noctis custodire vigilias teneantur ; in nostra,
 tamen, Diocesi, quod dolenter dicimus, tam grandis effebuit insolencia
 hujusmodi Curatorum quod vix eorum aliqui velint, ut tenentur, in suis
 Beneficiis personaliter residere, set pocius exquisitis coloribus ad Magnatum
 et aliorum Dominorum obsequia, aliquociens ipsorum Ordini non conveni-
 encia, se convertunt ; immo, quod detestabilius est, quandoque non vocati
 ad obsequia hujusmodi se ingerunt et assumi procurant, ut vitam ducere
 pro libito valeant dissolutam ; alii, vero, Beneficiis obtentis pro ipsorum
 sustentacione competenter sufficientibus non contenti, Permutaciones varias
 et illicitas, ex ambitionis improbitate, precibus et preciis satagunt procurare ;
 quibus prevenire nos conantur, ut nostrum ad hoc consensum valeant
 extorquere. Unde sepius contigit ut, cum ipsorum libidini perniciose
 reluctante conscientia non adquiescimus, Procerum et aliorum Dominorum
 Regni indignaciones graves incurrimus et offensas. Volentes, igitur,
 prout ad Officium nostrum pertinet Pastorale, abusionibus tam nephandis,
 et animarum periculis que inde sequuntur, in futurum, quantum cum Deo
 possumus, obviare ; vobis, et vestrum singulis, injungimus firmiter et
 mandamus quatinus vos, Officialis noster Principalis, in Consistorio nostro
 Exoniensi ; vos, eciam, vestrive college predicti in Visitacione nostra pre-
 dicta et singulis sessionibus ejusdem ; vos, vero, Archidiaconi, vestrive
 Officiales, in singulis Capitulis per vos proximo celebrandis, presens Man-
 datum nostrum in presencia Cleri et populi adeo solemniter et intelligi-
 biliter proclamantes quod nullus Beneficiatus, nostre Diocesis, probabilem
 ignoranciam pretendere valeat in hac parte ; inhibeatis Beneficiatis
 hujusmodi quibuscumque ne pro nostris assensu et consensu quorum-
 cumque Beneficiorum Permutacionibus adhibendis, aut pro non residendi
 Licenciis obtainendis, Literas alias quorumcumque Magnatum nobis dirigi
 procurent, sub pena Excommunicacionis Majoris in contravenientes debite
 fulminande. De die, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis in
 premissis, citra Festum Sancti Andree, Apostoli [30 Nov.], nos modo debito
 certificetis, et singuli vestrum, prout ad vos communiter vel divisim
 pertinet, modo debito certificant, per vestras suasas patentes Literas, harum
 seriem ac modum et formam execucionis earundem dilucide continentis.
 Quis, vero, vestrum presens Mandatum nostrum primo receperit, retenta
 inde sibi copia, id alteri transmittat celeriter exequendum.—Datum apud
 Chuddeleghe, vicesimo tercio die mensis Septembris, Anno Domini M^o.
 CCC^{mo} quinquagesimo quinto, et Consecrationis nostre vicesimo octavo.
 [Duplicate copies of this Mandate will be found on folios 191b and 198b.]

fol. 191b. Ludgvan [Ludvon, MS.] ; Sir James Treverbyn, priest, R.—
 Licence of non-residence for a year, to study, “proviso quod in XI^a redeat
 ad Ecclesiam suam, etc.” (Chudleigh, 23 Sept.).

A.D. Ringmore [Rydmore, MS.]; William Ferrers, deacon, R.—
 1355, Licence of non-residence to study in Theology or Canon-Law, “um clausulis
 Vol. consuetis, et quod doceat de studio” (Chudleigh, 25 Sept.).
 I.

[Mutatio Anni Consecrationis Domini.]

Anno Domini ut supra, et Consecrationis dicti Venerabilis
 Patris vicesimo nono.

fol. 192. Suffragan-Bishop; *Commissio facta Cumanagiensi Episcopo ad
 crismandum parvulos, et ad audiendum Confessiones,*¹—

Venerabili, etc., Johanni [Ware], Dei gratia Cumanagiensi Episcopo, Johannes,
 etc., salutem, et fraternam in Domino caritatem.—Cum ad presens, ex
 certis causis veris et legitimis, ad exequendum ea que ad Officium nostrum
 pertinent Diocesim nostram circuire personaliter nequeamus †; ad crismandum
 pueros nostre Diocesis et neophitos; vasa, insuper, et ornamenta
 Ecclesiastica benedicendum; necnon, Altaria in Ecclesiis Fratrum Minorum
 non dedicata, si qua fuerint, dedicandum vice nostras; Confessiones,
 insuper, quorumcumque subditorum nostrorum, vobis in foro penitenciali
 peccata sua secreta confiteri volencium, audiendum, eosque absolvendum,
 et eis pro commissis salutares penitencias, prout secundum Deum expedire
 prospexeritis, injungendum, eciam in casibus nobis reservatis, infrascriptis
 Notacula-dumtaxat exceptis; vos nostrum Suffraganeum, tenore Presencium, depu-
 sus re-
 servatos tamus; Absolucione eorum qui nobis et Ecclesie nostre Exoniensi damp-
 nun, injuriam, aut violenciam intulerint, seu jura vel libertates Ecclesiasti-
 cas infregerint, aut perjurium in causa sanguinis vel exheredacionis alicujus,
 vel quovis alio modo, coram quibuscumque Judicibus, Ecclesiasticis vel
 Secularibus, sollempniter incurserint, vel manus violentas in clericos, in
 casu a jure non permisso, publice injecerint, nisi pueri fuerint vel mulieres;
 necnon, usurariorum quorumcumque, sub quacumque specie vel ingenio,
 ultra sortem vel verum valorem rei mutuate, vel flete in fraudem legis
 vendite recipiencium; illorum, insuper, qui aliquem ad vindictam coram
 quibuscumque Judicibus, Ecclesiasticis vel Secularibus, nequiter et mali-
 cione diffamando accusant, vel accusando diffamant, nobis specialiter reser-
 vata. Presentibus usque ad Festum Purificacionis Beate Marie proximo
 sequens [2 Feb.] tantummodo** duraturis. In Jhesu Christo feliciter §§
 valeat vestra Paternitas reverenda!—Data apud Chuddeleghe, duodecimo
 die mensis Decembris,¹ Anno Domini M^o. CCC^{mo} quinquagesimo quinto, et
 Consecrationis nostre vicesimo nono.

A.D. Combe-in-Teignhead; *Deputacio Curatoris Rectori de Combe in
 1355- Tynhicle,*—

fol. 192b. *Memorandum quod, vicesimo nono die mensis Januarii, Anno Domini supra-
 dicto, Dominus, in Manorio suo de Chuddeleghe, deputavit Dominum Heliam
 Knyght, presbiterum, presentem, et Dominum Robertum [de Exebrigge],
 Vicarium Perpetuum Ecclesie Parochialis de Seyntemarychurche, absentem,*

¹ It would seem that this Commission was delayed for more than a month; for it is followed by a Copy, headed “Super eodem,” in identical terms except for the date and the few variations which are here noted. ||† ad presens . . . legitimis] omitted. ||‡ Diocesim . . . nequeamus] Dio-

cesim circuire personaliter multociens nos contingat, ex causis arduis et legitimis, impediri. §§ necnon . . . nostra] omitted. **usque . . . tantummodo] ad nostrum beneplacitum. §§ feliciter] diu et feliciter. Duo-decimo . . . Decembris] vicesimo nono die mensis Januarii.

A.D. Curatores seu Coadjutores Domino Reginaldo de Clyfforde, Rectori Ecclesie
 1355-6. de Combe in Thynhyde (*sic*), sensuum discrecione et viribus corporis
 Vol. I. destituto. Et idem Helias juravit, tactis Sacrosanctis, tam de bonis in
 manu predicti Domini Reginaldi existentibus quam proventuris fidele
 Inventarium confidere, et de fideli calculo reddere, cum super hoc fuerit
 requisitus. Et habuerunt super hoc Commissionem de data dicte diei.

fol. St. Columb-Major; *Quod Rector Sancte Columbe Majoris non*
 193. *molestetur pretextu non residencie in eadem Ecclesia, de tempore*
transacto,—

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Magistro Roberto Hereward, Rectori
 Ecclesie Parochialis et Curate Sancte Columbe Majoris, nostre Diocesis,
 salutem, etc.—Licet ad residendum in Ecclesia tua predicta, juxta juris
 exigiam, per nostras certi tenoris Literas, sub certa forma in eisdem et
 earum certificatorio clarius expressata, dudum te moneri fecimus; de
 gracia, tamen, nostra, tibi, quantum in nobis est, concedimus speciali, quod
 pretextu non residencie tue in eadem Ecclesia tua, pro tempore jam tran-
 saucto, per nos, aut alios auctoritate nostra, non molesteris in aliquo seu
 graveris. Quinimmo, de tuis, si que fuerint, inobedientia et contumacia in
 hac parte contractis, te, quantum ad Officium nostrum attinet, absolvimus
 per Presentes; ita, tamen, quod exnunc, certis anni temporibus, et pre-
 sertim aliquo tempore Quadragesime, singulis annis, ad Ecclesiam ipsam
 personaliter te conferas et in eadem resideas, ut teneris; ut parochianis
 tuis ibidem, qui regimine Pastoris providi non modicum indigent, ad
 animarum suarum salutem salubriter consulere ipsosque verbo instruere
 valeas pariter et exemplo.—Data in Manerio nostro de Chuddeleghe, quinto
 die mensis Februarii, Anno Domini M°. CCC^{mo} quinquagesimo quinto, et
 Consecrationis nostre vicesimo nono.

Moreton-Hampstead; *Ordinacio inter Rectorem et parochianos de*
Mortone,—

Universis Christi Fidelibus presentes Literas inspecturis, Johannes, etc.,
 salutem in Domino.—Cum inter dilectos in Christo filios, Dominum Philip-
 pum de Valletorta, Rectorem Ecclesie Parochialis et Curate de Mortone,
 nostre Diocesis, partem ream pretensam, ex parte una, et Willelmum Smythe,
 Warinum Baillife, Willelmum Carwesleghe, Ricardum Carwysleghe, Willel-
 dum Thommas, Johannem Whyte, Alanum Suttore, Henricum Gardyner,
 Ricardum Stonyng, et Johannem Parlebien, ceterosque parochianos dictae
 Ecclesie de Mortone, partem denunciantem et promoventem, ex parte
 altera, super et de Mortuariorum indebita vendicacione, ac eciam pro
 Matrimonio solempnizandis et Purificacionibus mulierum facieudis peccuni-
 arum injusta exaccione, quas dictus Rector inter parochianos suos predictos
 et a nonnullis eorundem pretendit extorsisse, gravis dissencionis et litis
 fol. materia nuper suborta fuisset, lisque hujusmodi, in Consistorio nostro venti-
 193b. lata aliquamdiu et eciam agitata; tandem, die Veneris proxima post Festum
 Epiphanie Domini, videlicet octava die mensis Januarii, Anno Domini infra-
 scripto, dictus Rector, personaliter, pro se, ac parochiani sub nominibus
 propriis superius designati, personaliter, pro se, et Procuratorio nomine,
 cum caucione judicatum solvi pro ceteris parochianis predictae Ecclesie de
 Mortone, coram nobis in Manerio nostro de Chuddeleghe, dictae nostre
 Diocesis, comparentes, ac licium strepitus et voragine, ut asseruerunt,
 execrantes, et pacis pulcritudinem ac quietis in Domino affectantes, super
 litibus et controversiis supradictis, ac eciam dissensionibus quibuscumque
 inter eosdem premissorum occasione antea subortis, nostris Ordinacioni,
 Diffinicioni, et Decreto se, in omnibus et per omnia, submiserunt, ac
 eisdem se parere velle juramenti vinculo astrinxerunt. Quibus ad audiendū
 et recipiendū Ordinacionem et Diffinicionem nostram in premissis,
 loco supradicto, diem Jovis extunc proximo sequentem assignavimus, tunc

A.D. ibidem ; presentibus, dum hec omnia et singula, ut premittitur, agerentur
 1355-6. et fierent, dilectis in Christo filiis et Clericis nostris familiaribus, Magistris
 Vol. I. Benedicto de Pastone, Nicholao de Braibroke, testibus, et Thoma Tuggel,
 Notario Publico et Scriba nostro, ad premissa specialiter accersitis. Et
 subsequenter, dicto die Jovis, videlicet quartodecimo die dicti mensis
 Januarii, predictus Rector personaliter, supradicti, vero, parochiani, omnes
 et singuli, per prefatum Willelmum Smythe, Procuratorem eorum ad
 infrascripta omnia et singula sufficienter et literatorie constitutum, coram
 nobis, in dicto Manerio nostro de Chuddeleghe, comparuerunt ; dictusque
 Procurator pro se, et nomine Procuratorio, parochianorum hujusmodi pre-
 dictam submissionem ratificavit et eciā approbavit. Unde nos, Johannes,
 Exoniensis Episcopus supradictus, tunc ibidem, in continenti, in presencia
 Parcium, Notarii, et testium predictorum, pro tribunali sedentes, Christi
 Nomine invocato, statuimus et ordinamus super litibus et dissencionibus
 supradictis quibuslibet in hunc modum ; prout, eciā, ex habundanti,
 tenore Presencium, statuimus, diffiniimus, et eciā ordinamus ; videlicet,
 quod prefatus Rector, et successores sui futuri Rectores ibidem, juxta con-
 suetudinem laudabilem inibi hactenus usitataē, de qua fidei signorum testi-
 moniosum legitime informati, a parochianis (*sic*) ejus a quibus Domino Loci
 herietum debetur, seu deberi contigerit, et ab ipsisorum quolibet, et non ab aliis
 aut alio, Mortuarium recipiat et recipient, habeat et habeant, sine contra-
 dicione ac resistencia qualicumque. Item, Institutis Canonum inherentes,
 ordinamus et diffiniendo statuimus quod dictus Rector, aut successores sui
 ibidem Rectores qui pro tempore erunt, ab aliquo parochianorum suorum,
 occasione Matrimonii sollempnizandi seu alterius Sacramenti Ecclesiastici
 cujusecumque ministrandi, peccuniarum summas aliquas, ante vel post, ex
 certa convensione inter eos inita per exaccionem aliquam non recipiat seu
 recipient ; nec Sacrementum quocumque parochianis suis pro hujusmodi
 peccunia extorquenda deneget seu denegent, presumat vel presumant
 denegare ; set recipiat ac recipient quod parochiani sui postea duxerint
 spontanee offerendum. In quorum omnium et singulorum testimonium
 presentes Literas, seu presens Publicum Instrumentum, per Notarium
 Publicum et Scribam nostrum infrascriptum scribi et publicari mandavimus,
 nostrique sigilli fecimus appensione muniri. Acta sunt hec Anno ab Incar-
 nacione Domini, secundum cursum et computacionem Ecclesie Anglicane,
 M°. CCCmo quinquagesimo quinto, Indicione nona, Pontificatus Domini
 Innocencii Pape VI^{ti} Anno quarto, mense, diebus, et loco predictis ; presenti-
 bus testibus et Notario memoratis.—Data, quo ad appositionem sigilli nostri,
 in Manerio nostro de Chuddeleghe, sexto die mensis Februarii, Anno
 Domini supradicto, et Consecrationis nostre vicesimo nono.—T. TUGGEL.

—Sequitur tenor Mandati Procuratoris supra memorati,—

Pateat universis per Presentes quod nos, Warinus Baillife, Alanus Wrey,
 Adam Masson, Henricus Roggedone, Johannes Kingesville, Willelmus
 Casleghe, Johannes Wytha, Willelmus Thommas, Willelmus Bouryng, et
 ceteri parochiani Ecclesie Parochialis de Mortone, Exoniensis Diocesis,
 dilectum nobis in Christo Willelmum Smythe, et Johannem Parlebien,
 Procuratores nostros et negotiorum Gestores ac Nuncios speciales ordi-
 namus, facimus, et constituimus per Presentes. Dantes et concedentes
 eisdem Procuratoribus nostris, conjunctim, divisim, et in solidum ; ita
 quod non sit melior condicio occupantis, sed quod unus eorum incepit
 alter prosequi valeat et finire ; consensu nostro unanimi et assensu con-
 cordi, potestatem generalem et mandatum speciale nomine nostro coram
 Venerabili in Christo Patre ac Domino nostro, Domino Johanni, Dei gracia
 Exoniensi Episcopo, comparendi, in quodam voluntarie submissionis sive
 amicabilis compositionis negocio super quibusdam dissencionibus et con-
 troversiis inter Philippum de Vallettorta, dicte Ecclesie de Mortone Rec-
 torem, et nos, parochianos (*sic*) antedictos, subortis, occasione exaccionum et
 percepcionum Mortuariorum per mortem parochianorum Ecclesie supra-
 dicte, nullam terram servilem, cum manso, a Domino ejusdem Loci dum

A.D. vixerint tenencium ; necnon, quarundam peccunie summarum pro solempnizacione Matrimonii inter parrochianos ejusdem Ecclesie Matrimonium Vol. I. contrahere volentes, et Purificacione mulierum facienda post Matrimonium fol. 194. solempnizatum, aliarumque injuriarum per prefatum Dominum Philippum antea de facto attemptarum, minus juste, in memoratum Venerabilem Patrem nostrum per cundem Dominum Philippum, ex parte sua, et quosdam comparochianos nostros, ex parte nostra, ante datam Presencium sub quibuscumque modo et forma facte, ac hujusmodi submissionem nomine nostro ratificandi,--eandemque submissionem, nichilominus, sponte et bona fide ratificamus ratamque habemus et acceptam per Presentes,—faciendo ulterius in dicto submissionis negocio, expediendi et exercendi omnia et singula que necessaria fuerint seu nobis quomodolibet oportuna, ac recipiendi, in singulis premissorum et ea quomodolibet tangentibus, que idem Venerabilis Pater ac Dominus noster duxerit statuenda, precipienda, diffinienda, sive ordinanda qualitercumque ; juramenta de calumpnia et de veritate dicenda, necnon quodlibet aliud genus licti sacramenti, in animas nostras prestandi et prestari petendi ; alium Procuratorem loco eorum substituendi, substitutum revocandi, et Procuratorium Officium reassumendi, quo ciens et quando sibi videbitur expedire. Pro dictis, vero, Procuratoribus nostris, substitutis ab eisdem seu substituendis, rem ratam haberi et judicatis solvi, cum omnibus suis clausulis, sub hypotheca rerum nostrarum promittimus et exponimus cauciones. In quorum omnium et singulorum testimonium sigillum Decani Decanatus de Mortone, ad nostrum rogatum personalem et communem, Presentibus est appensum.—Datum in Ecclesia Parochiali de Mortone predicta, decimo die mensis Januarii, Anno Domini M°. trecentesimo quinquagesimo quinto.

Collectors of Alms in the Diocese forbidden to preach ; *Ne questores admittantur ad predicandum,*—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Officiali nostro Principali, necnon Archidiaconis quibuscumque in Ecclesia nostra Exonieusi constitutis, ipsorumve Officialibus et eorum Commissariis, salutem, etc.—Quamvis, propter nephendorum questorum abusus dampnabiles et excessus detestabiles, Catholicorum auribus abhorrendos, vobis omnibus, per nostras certi tenoris Literas, Statutis Canonum et Sanctorum Patrum Constitutionibus inherentes, hactenus publice et solempniter fecerimus inhiberi ne elimosinarum quoscumque questores, aut quoruncumque sub quocumque colore qui peccuniarum questi solum operam impudenter impendunt, et non profectum animarum querunt ; set, quod dolenter dicimus, more solito salutem impedirent animarum ; ad predicandum vel exhortacionis officium per seipso excercendum admitteretis aut admittereant, seu cedulas vel brevettas, privilegia facta et indulgencias alias quam Literis nostris in ea parte testimonialibus annexas, aut ipsarum tenorem de verbo ad verbum dumtaxat habentes, Curatis parochianis suis exponendas committere, aut ipsi Curati eas sic exponere presumeretis aut presumerent, sub penis et Censuris gravibus injungendis ; nos, tamen, non sine gravi cordis inquietudine, ex querelis, denunciacionibus, et clamoribus plurium et facti quasi notorietaete, intellexerimus, et in parte ex inspeccione cedularum hujusmodi experti sumus, quod vos, Archidiaconorum Officialis, vestrive Commissarii et Registrarii, seva cupiditate dampnabiliter execcati, peccunie sic collecte vel verius seductoris totam¹ vobis, pro iniquo labore, sub colore infidelis feodi reser vanties, questores hujusmodi tam Hospitalis Sancti Spiritus, Sancti Johannis, quam aliorum privilegiatorum, ut dicunt, nedum Fratres aut Clericos set multociens laicos aut conjugatos, ipsorum negotia diebus solemnis, intra Missarum Solempnia, predicandi officio, [quod] non inferioribus diaconibus est permisum, tenore presumpto publice exponere non tantum permittitis

¹ *Tota, pro tolta,*—Exaccio que per vim fit ; quod contra jus tollitur.—D'Arnis.

A.D. 1355-6. set ipsis nephandissime assistitis, consulitis, et favetis. Qui abusiones de-
 testabiles et perniciosas, pravitatem hereticam indubie sapientes, ac Privilegia
 Vol. I. abrogata et in ultimo Concilio Viennensi provide, tamquam suspecta, revoca-
 ta, ad gravem animarum depcionem, subjecto nobis populo predican et
 exponunt ; de usura et rapina absque satisfacione debita, in casibus eciā
 Episcopo et suis Superioribus reservatis, et aliquocieus a pena et a culpa,
 ut eorum verbis utamur, pro denario aut obolo quietant ipsorum questui con-
 ferentes indifferenter et absolvunt, vel saltem Curatis et Presbiteris Parochi-
 alibus hujusmodi potestatem talem a Sede Apostolica indultam pro tempore
 insane collecccionis eorum, in ejusdem Sedis scandalum et infamiam, men-
 daciter asseverant. Vos, eciā, Archidiaconorum Officiales, Commissarii,
 et Registrarii antedicti, falsas et fabricatas cedulas seu brevettas, abusiones
 supradictas et alia nonnulla enormia et Catholice Fidei contraria continentis,
 non absque heresis reatu, perjurii, et Clavium Ecclesie contemptus (super
 quibus contra vos, prout justum fuerit, ad penalia pro congruis loco et tem-
 pore procedere intendimus), Curatis hujusmodi, pro peccuniis fraudulenter
 et mendaciter extorquendis, committitis, ipsorum parochianis vulgariter
 exponendas, in offensam Canonum et Sanctorum Patrum, tam Apostoli-
 carum quam Provincialium et Synodalium Constitutionum, ac Prohibicio-
 num nostrarum et nostri manifestum contemptum. Sicque prefati ques-
 tores, per nostram Diocesim pervagantes, vestris opere et auxilio et favore
 suffulti indebito, populum simplicem et indoctum seducunt et, quantum
 in eis est, fallunt spiritualiter et deceptant. Unde vobis mandamus, in virtute
 Obedience firmiter injungentes, quatinus vos, Officialis noster Principalis,
 in Consistorio nostro Exoniensi, vos, vero, Archidiaconi, vestre Offi-
 ciales seu Commissarii predicti, in singulis Capitulis per vos proximo
 celebrandis presens Mandatum nostrum publicantes solemnitate, inhibeatis,
 seu inhiberi faciat, vestrum videlicet quilibet Rectoribus, Vicariis,
 et ceteris Curatis infra sue Jurisdiccionis limites constitutis, prout
 vobis et ipsis exhabundanti interdicimus per Presentes, ne elimosinarum
 questores Hospitalium Sancti Spiritus, Sanctorum Johannis et Antonii,
 alteriusve cuiuscumque, ad exhortacionis officium exercendum aut ques-
 tum aliquem colligendum, nec ad Privilegia vel Indulgencias predicandum
 vel exponentum, nisi quatenus Literas nostras super hoc exhibu-
 erint testimoniales, de cetero admittere. Nec vos, Archidiaconi, vestre Officiales,
 aut Commissarii et Registrarii predicti, cedulas seu brevettas alias
 quam Literis nostris, ut premittant, annexas, seu copiam earundem, nichil
 penitus immutato, habentes, predictis Curatis, parochianis suis exponendas,
 committere, aut ipsi eas recipere et exponere, presumatis quomodolibet seu
 presumant, sub pena Excommunicacionis Majoris, quam vos et ipsi, nobis
 in premissorum aliquo non parentes, poteritis non immitto formidare. De
 die, vero, receptionis Presencium, et quomodo presens Mandatum nostrum
 fueritis executi, nos, citra Dominicam in Passione Domini [22 March], cer-
 tificetis per vestras suasve patentes Literas, harum seriem ac modum et
 formam executionis earundem dilucide continentis. Proviso quod quis
 vestrum presens Mandatum nostrum primo receiverit, retenta inde sibi
 copia, id transmittat celeriter alteri exequendum.—Datum in Manorio nostro
 de Chuddeleghe, quarto die mensis Marcii, Anno Domini M°. CCC^{mo} quin-
 quagesimo quinto, et Consecrationis nostre vicesimo nono.

The case of Ralph de Tremur; *Epistola missa Episcopo Londoni-ensi contra Radulphum de Tremur* (see page 1147).—

Venerabili in Christo Patri, Domino, et amico, Domino Michaeli [de North-
 burghe], Dei gracia Londoniensi Episcopo, suus in Eodem conservus et
 frater, Johannes, indignus Exoniensis Ecclesie Sacerdos et inutilis Minister,
 utriusque hominis salutem, cum oracionum suffragio consueto.—Quamvis,
 ut vestra novit Paternitas reverenda, gemina prepollens sciencia, meritorium
 sit quandoque proprias tollerare injurias ; Divinas, tamen, pacienter ferre

A.D. aut blasphemias obaudire non, tamen, impium est et crudele quam hereticis
 1355-6. consentire. Unde Caritati vestre, quam non nescimus Catholica subnixam
 Vol. I. Veritate, per Presentes intimamus qualiter quendam simulate freneticum,
 set revera hereticum, Radulphum de Tremur, qui eo est perniciosior et ad
 decipiendum pericior quo literacior, Magister in Artibus quondam acer, in
 Grammatica doctior, Lingua quadruplici, Latina, Gallica, Anglicula, et Cor-
 nubicaque et Britannica, garrulus et disertus, per nostras duximus coher-
 cendum Literas, et tanquam pestiferum a Grege commisso sequestrandum,
 et, ne inficiat, evitandum. Quod, eciā, specialiter vestram non expedit
 latere aut dissimilare prudenciam, eo quod idem pestifer nugis, ut dicitur,
 et ludis noxiis vestre filios Ecclesie, ut nostros assolet, dissolvat, ac simplices
 quosdam vel minus in Fide doctas, utriusque sexus, serpentinis clandestine
 sibilis inficere non desistat. Et, ut aliqua ex multis certa vesanie ipsius et
 perfidie prelibemus indicia, ex quibus vera apparent sequentia, hec a testi-
 bus accepimus fide dignis. Nephandus ille ac blasphemus, Fidei exprobando
 Catholice coram pluribus probis viris, ausus est prorumpere in hec verba,—
 Opus manuum vestrarum fantasticē adoratis. Quid, enim, presbiter aliud
 facit nisi quod in modicum panem oscitat et anelat. Item, subsannando
 Beatum Petrum, unum malum cavum fuisse rusticum asserebat. Item,
 Beatum Johannem, Evangelistam, falsum testem et mendacem vocavit,
 quia de seipso dixit *Discipulus ille quem diligebat Jhesus*; et *Hic est Disci-
 pulus qui testimonium perhibet de hiis, et scimus, etc.* Et, quod hiis omnibus
 execrabilis est et auribus piis horribilis, Pixidem cum Corpore Christi
 clam de Ecclesia surripiens et ad aulam deferens, extractum Sacramentum
 projecit in ignem, secum Pixidem asportando. Hiis et multis aliis ejus
 sacrilegiis et blasphemisiis, tain ex clamore populari quam denunciacione
 solemptni, ad nostras deductis aures, ultra nequeentes dissimulare tam
 horrenda flagicia, quamvis mendaciter sub colore frenetico perpetrata; quia
 idem nepharius in circuitu ut impius ambulans apprehendi certitudinaliter
 non valebat, Literas nostras certi tenoris, quarum copiam Paternitati vestre
 Presentibus mittimus interclusam, per totam Diocesim nostram decrevimus
 publicari. Et, nisi epistole morem excederet, qualiter infelix iste primo bene-
 ficiatus et in Diaconum ordinatus Beneficium Curatum voluntarie dimiserit,
 et alia flagicia commiserit, ac post aliquot annos in idem Beneficium se
 violenter intruserit, et Rectorem institutum omnibus bonis spoliaverit, do-
 mosque ejus incenderit; et tandem, per Curiam Cantuariensem, Domino
 nunc Archiepiscopo tunc Officiali Cantuariensi, excommunicatus, sub specie
 vesanie usque nunc in sua pertinencia duraverit, seriosius explicarem.
 Minimum, tamen, predictorum sufficit, ut vestra novit utroque insignita
 fol. 195. Jure Paternitas, ad ejusdem degradacionem et ulteriore Canonum execu-
 tionem. Videat, ergo, et judicet vestra Discrecio quid nobis, qui Profes-
 sores et Executores constituti sumus Canonum, expediat, ne pariter invol-
 vamur. Ego quod potui feci; et Reverendo Patri ac Domino, Domino
 Cantuariensi, pro parte sufficienter premissa studui intimare. Et, nisi
 ulterius vos quod justum fuerit exequamini, animam meam liberabo, Sedi
 Apostolice denunciando; ne in penas Canonicas, et specialiter, ut nostis,
 in casum Concilii Generalis, ex remissione vel negligencia incidamus; vel,
 quod ultimum est omnium terribilium, in tenebras mittar exteriores, ubi
 est fletus et stridor dencium, et ignis nou extinguitur, nec vermis conscientie
 morietur. A qua generacione conservet et custodiat nos Dominus in
 eternum, Amen. — Scripta apud Chuddeleghe [the date is omitted]. — Sequi-
 tur subscriptio Domini Literae suprascripte, —

Pater, tam venerabilis michi quam amabilis. Licet predicta ipsem dictando
 propria scripserim manu; tamen, quia ita erant deformata¹ quod aliis patere

¹ Examination of the facsimile, given in Part I, of the rough draft of one of the Bishop's Letters, will shew that

he did not make this confession without cause.

A.D. 1355-6. nolui, et ea per vos communicari vestris Officialibus et Capitulo, necnon
 Gregi vobis commisso; summopere desidero et rogo; per Notarium et
 Vol. I. Registrarium meum rescribi feci et registrari, multiplici causa motus.
 Manu vere vestri

J. Exoniensis.

[The remainder of the page (about two-thirds of it) was left blank; and nothing was written on the dorse of the folio. The Entries which follow,—certain early Documents relating to the Prebend of Teignton in the Cathedral Church of Salisbury, and not connected, in any way, with the other Entries in this part of the Register,—were, of course, inserted for purposes of reference only.]

[A.D. Kingsteignton ; *De prebenda de Teyngtöne Regis,*—

1224.] fol. 196. Honorius [III] Episcopus, Servus servorum Dei, Venerabili Fratri, Episcopo Saresburiensi,¹ salutem et Apostolicam benedictionem.—Solet annuere Sedes Apostolica piis votis et honestis Potencium precibus favorem benignum impertiri. Ex tua sane relacione didicimus quod, cum proventus possessionum ad communam Ecclesie Saresburiensis spectancium usque adeo essent exiles quod ad cotidianam distribucionem residencium in eadem Ecclesia non sufficerent Ministrorum; tu, Cultus consideracione Divini, residentibus, qui portant pondus diei et estus, cupiens, cum plurimum id expediret Ecclesie, providere, de unanimi tui assensu Capituli, statuisti Prebendam de Teyngtöne, quam in Exoniensi habeat Diocesi Ecclesia supradicta, consensiente (*sic*) Loci Diocesanō,² in usus ipsorum residencium convertendam. Nos, igitur, tuis devotis supplicationibus inclinati, quod a te super hoc pie et provide factum dinoscitur,—dum, tamen, minui non contingat certum qui esse dicitur in prefata Ecclesia numerum Prebendarum,—Auctoritate Apostolica confirmamus et presentis Scripti patrocinio communimus. Nulli, ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre Confirmacionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis, autem, hoc attemptare presumpserit, indignacionem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Ejus, se noverit incursum.

Data Laterani, viij Idus Junii, Pontificatus nostri Anno viij^o [6 June, 1224].—Innocencius [IV] Episcopus, Servus servorum Dei, Venerabili Fratri Episcopo,³ et dilectis filiis Capitulo Saresburiensi, salutem et Apostolicam benedictionem.—Hiis que pro Divini cultu Nominis statuuntur libenter adicimus Apostolici muniminis firmitatem. Porrecta, siquidem, nobis ex parte vestra Peticio continebat quod, cum Predecessor tuus, Frater Episcope, considerato prudenter quod proventus possessionum ad communam Ecclesie Saresburiensis spectancium forent adeo tenues et exiles quod ad cotidianam distribucionem non sufficerent Ministrorum residencium in Ecclesia supradicta, de assensu vestro, filii Capitulum, ad augmentandum cultum Divini Nominis statuisset; ita, videlicet, ut Prebenda Ecclesie de Teyngtöne, quam eadem Ecclesia in Exoniensi Diocesi optinebat, dum, tamen, ad id Loci Diocesani consensus accederet, converti, cum vacaret, deberet in usus proprios residencium eorundem; idque postmodum pie memorie Honorius Papa, Predecessor noster, dummodo in hoc diminui non continget certum Prebendarum prefata Ecclesie Saresburiensis numerum, confirmavit; quia Prebenda ipsa tunc temporis non vacabat, per Venerabilem Fratrem nostrum, Exoniensem Episcopum, Loci Diocesanum, nobis consentientibus, fuerit deliberacione provida ordinatum ut, cum dicta Prebenda pinguis existaret, quedam pars ipsius, quam primo eam vacare contingeret, in usus cederet residencium predictos, prout in ejusdem Exoniensis Episcopi Literis confectis inde dicitur plenius contineri. Et, licet postmodum, ex promocione

¹ Richard le Poore (1217-1228).

³ Robert de Bingham (1229-1247).

² William Briwere (1224-1244).

A.D. Fratris nostri, Bathoniensis Episcopi, tunc dicte Saresbiriensis Ecclesie
 1355-6. Precentoris,¹ Prebenda vacaverit supradicta ; quia, tamen, eadem Andree,²
 Vol. I. nepoti nostro, ipsius Ecclesie Precentori, fuit, sicut eam alias pre-
 decessor ejus possederat, cum integritate collata, eadem Ecclesia non-
 dum est ex Statuto, Confirmacione, ac Ordinacione hujusmodi, emolu-
 mentum aliquod consecuta. Ne, igitur, dicto Precentore cedente vel de-
 cedente, fieri de Prebenda ipsa contingat imposterum illud idem, nobis
 humiliter supplicastis ut quod per memoratum Episcopum factum est, in
 hac parte, curaremus Apostolico munimine roborare. Nos, autem, id ratum
 et gratum habentes, illud Auctoritate Apostolica confirmamus, et presen[ti]s
 Scripti patrocinio communimus ; dummodo Precentori predicto nullum ex
 hoc gravamen vel prejudicium generetur ; Literarum predictarum tenorem
 de verbo ad verbum inseri Presentibus facientes ; qui talis est.—Omnibus
 Christi Fidelibus ad quos presens Scriptum pervenerit, Willelmus, misera-
 cione Divina Exoniensis Episcopus, salutem eternam in Domino.—Noverit
 Universitas vestra quod nos, inspecta Indulgencia felicis memorie Honori
 Pape Tercii, Venerabili Patri, Episcopo Saresburiensi, et ejusdem Loci Capi-
 tulo, super Prebenda de Teyngtone, quam habuit Ecclesia Saresburiensis, in
 nostra Diocesi, iu usus perpetuos commune Saresburiensis, concessa, de
 Capituli nostri Exoniensis assensu unanimi et communi, necnon de consensu
 unanimi Venerabilis Patris et Domini, Saresburiensis Episcopi et ejusdem
 Loci Capituli, dicte Prebende Patronorum, Ordinacioni nostre sponte se
 subiciencium ; dampno Ecclesie nostre Exoniensis, et necessitate Ecclesie
 Saresburiensis, ex Concessione hujusmodi, sc̄ut decuit, ponderatis ; com-
 municato discretorum et Deum timencium consilio ; de Ecclesiis ad dictam
 Prebendam spectantibus, invocata Spiritus Sancti gracia, ordinavimus in
 hunc modum,—Videlicet, quod dicta Ecclesia de Teyngtone, cum Capella
 de Teyngnewyke, et Ecclesia de Ealmintone [Yealmpton], cum Capella sua,
 et omnibus bonis ad dictas Ecclesias et Capellas spectantibus, de cetero sint
 Prebendarie, et eas Episcopi Saresburienses qui pro tempore fuerint, cum
 vacaverint, futuris et perpetuis temporibus conferant ut Patroni. Ita,³
 tamen, quod nobis et Successoribus nostris representetur, et a nobis et
 Successoribus nostris instituatur is cui collata fuerit Prebenda supradicta ;
 salvis competentibus Vicariis. Ecclesie, vero, de Kentone et Alfyngtone
 [West Alvington], cum earum Capellis et proventibus et bonis quibuscumque
 ad eas spectantibus, et decime de Evetrue, in commune Saresburiensis per-
 petuos usus cedant ; salvis competentibus Vicariis. Ecclesie, vero, de
 Hurbertone, cum Capellis ejusdem, et proventibus et bonis quibuscumque
 ad eas spectantibus, cedat in perpetuos usus cotidiane distributionis
 Canonicorum Exoniensis Ecclesie, pro recompensacione multiplicis lesionis
 quam sustinet Ecclesia nostra Exoniensis ex Concessione supradicta. Et,
 ut hec Ordinacio nostra rata et stabilis et inconcussa permaneat imper-
 petuum, presenti Scripto sigillum nostrum, una cum Venerabilis Patris,
 Episcopi Saresburiensis, et Capitulorum Saresburiensis et Exoniensis sigillis,
 apponi fecimus.—Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre
 Confirmacionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis, autem,
 etc.—Data Lugduni, iij Nonas Maii, Pontificatus nostri Anno secundo [5
 May, 1245].

[A.D.
 1298.] —*Copia Dimissionis habite coram Commissario Episcopi Exoniensis,*
Memorandum quod, die Jovis proxima post Festum Sancte Katerine, Vir-
ginis [27 Nov.], Anno Domini M^o. CC^m nonagesimo octavo, in Ecclesia
Majori Beate Marie Virginis Exonie, coram nobis, J. de Middelton, Venera-

¹ Roger de Saresbria (Bishop of Bath, 1244-1247).

² Le Neve says no more than that "Andrew was Precentor of Sarum in 1252," and he places Walter Scammel

before him. It seems, however, that he immediately succeeded Roger, and that he was the Pope's nephew.

³ Bishop Grandison has written in the margin, here,—“Ita : Nota.”

A.D. 1355-6. bilis Patris Domini Thome [de Byttone], Dei gracia Exoniensis Episcopi, Commissario Generali, Ricardus de Worthe, Procurator Venerabilium Vol. I. Virorum, Dominorum Decani et Capituli Sarresburie, comparuit, cum Mandato Procuratorio sufficienti, eidem a prefatis Dominis directo; lectisque Literis certificatoriis Officialis Domini Archidiaconi Exonie, per quas innotuit evidenter prefatos Dominos ad predictos diem et locum legitime fuisse vocatos, ad respondendum super sibi obiciendis ex Officio dicti Patris, et ad faciendum et recipiendum ulterius super eisdem quod juris fuerit et racionis, prout in eisdem Literis plenius continetur, quarum tenor inferius annotatur,—dictus Procurator, cum Dominis suis supradictis in personam ipsius, ex Officio dicti Patris, objecerimus quod Jura et Munimenta, si que haberent Domini supradicti, super Appropriacione Ecclesie de Kentone in medio exhiberet, respondebat se illa Jura et Munimenta, quibus Dominos suos predictos tueri poterit, ad diem ad manus non habere; prefiximus eisdem Dominis, in personam dicti Procuratoris, secundum diem Juridicum post Festum Epiphanie Domini, coram dicto Patre, suove Commissario, ad exhibendum Jura et Munimenta quibus se tueri valeant super Appropriacione Ecclesie supradicte, faciendum et recipiendum ulterius, juxta naturam et qualitatem ipsius negotii, quod postulaverit ordo juris, loco quo prius. Quo die secundo Juridico adveniente, coram nobis, J. de Middelton, predicto loco prescripto pro tribunali sedentibus, et auctoritate Commissionis nostre a dicto Patre nobis facte in Causis, negotiis, et correccionibus suam ultimam contingentibus Visitacionem cognoscensibus, dictus Procurator proposuit quod, cum Domini sui memorati ad exhibendum Jura et Munimenta sua super Appropriacione Ecclesie de Kentone prediche, ad certos diem et locum coram dicto Patre essent ad judicium evocati; quibus die et loco, ipsis Dominis legitime comparentibus, et pro se super Appropriacione Ecclesie prediche sufficienter Jura et Munimenta exhibentibus, essentque virtute ipsorum exhibitorum judicialiter dimissi, tanquam sufficienter muniti in hac parte; quare petiit idem Procurator, nomine Procuratorio, pro Dominis suis supradictis, facta fide de premissis in forma juris, prefatos Dominos suos fuisse judicialiter dimissos tanquam sufficienter munitos super Appropriacione Ecclesie de Kentone prediche pronunciari, et ipsos ab instancia judicij absolviri in hac parte, eisdemque et sibi justiciam exhiberi; exhibitoque quodam Instrumento per dictum Procuratorem sigillo nostro signato, per quod apparuit evidenter prefatos Dominos ad certos diem et locum fuisse vocatos, ad ostendendum titulos Appropriacionum Ecclesiarum de Kentone et Alfyngtöne, ac Capellarum earundem; quibus die et loco exhibita quadam Ordinacione bone memorie Willelmi, quondam Exoniensis Episcopi, per quam innotuit manifeste prefatos Dominos super Appropriacione dictarum Ecclesiarum sufficienter esse munitos; ipsosque, juris ordine quem negotium ipsum requirebat in hac parte observato, ipsis Ordinacionis pretextu ab instancia judicij, tanquam sufficienter munitos in premissis, fuisse absolutos et dimissos; nos, dicto Instrumento, sigillo nostro signato, quod in sua prima apparuit figura non rasum, non abolitum, nec in aliqua sui parte viciatum, fidem adhibentes, prefatos Dominos judicialiter fuisse dimissos, tanquam sufficienter super Appropriacione dictarum Ecclesiarum munitos, pronunciamus in hiis Scriptis, ipsosque ab instancia judicij in hac parte absol vimus et dimittimus per Presentes.

Tenor, vero, dictarum Literarum Certificatoriarum talis est,—

Venerabili, etc., Thome, Dei gracia Exoniensi Episcopo, suus humilis et devotus, Officialis Domini Archidiaconi Exonie, salutem cum omni obedientia, reverencia, et honore.—Mandatum Reverende Paternitatis vestre recepi, formam continens infrascriptam,—Thomas, etc., dilecto in Christo filio, Officiali Domini Archidiaconi Exonie, salutem, etc.—Cum nuper, nobis ex debito Officii nostri Archidiaconatum Exoniensem visitantibus, quedam invenerimus reformanda, que, nostro judicio, digna correccione existunt, eaque, justicia exigente, justicia noviter corrigeret intendimus, Domino con-

A.D. cedente ; vobis committimus et mandamus, in virtute Obedientie firmiter
 1355-6. injungentes, quatinus Decanum et Capitulum Saresburie peremptorie
 Vol. I. citetis quod compareant coram nobis, vel nostris Commissariis aut Com-
 missario, in Ecclesia Beate Marie Majoris Exonie, die Jovis proxima post
 Festum Sancte Katerine, Virginis, ad respondendum super sibi obiciendis
 ex Officio nostro, et ad faciendum et recipiendum ulterius super eisdem
 quod juris fuerit et racionis. Et quid super hiis duxeritis faciendum,
 nobis, seu Commissariis nostris, circa Festum Sancti Edmundi Regis
 [20 Nov.], constare faciat per Literas vestras patentes, harum seriem
 continentibus.—Datum apud Nymyntone Episcopi [*Bishopsnympton*], iij^o
 Nonas Novembbris [3 Nov.], Anno Domini M^o. CC^m nonagesimo octavo.—
 Quod, quidem, Mandatum reverende Paternitatis vestre reverenter sum
 executus.—Datum Exonie, xij Kalendas Decembbris [19 Nov.], Anno
 Domini supradicto. In quorum omnium fidem et testimonium Memorando
 presenti sigillum nostrum est appensum.

A.D. Provincial Council (of London); *Pro Concilio et Congregacione*
 1355. 6. *faciendis Londoniis*,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Archidiaconis singulis in Ecclesia
 nostra Cathedrali Exonie constitutis, eorumve Officialibus, salutem, etc.,
 Literas . . . Domini Michaelis, Dei gratia Londoniensis Episcopi, tenorem
 cuiusdam Mandati . . . Domini Simonis, Dei gratia Cantuariensis Archie-
 piscopi, etc., continentibus, recepimus, in hec verba,— . . . Mandatum . . .
 Simonis, etc., recepimus continens hunc tenorem,—Simon, etc., Domino
 Michaeli, etc., salutem et fraternalm in Domino caritatem.—Sacrorum
 [Patrum] Canones, tradiciones, arduaque negotia manifestam Ecclesie
 necessitatem concernencia, de quibus Fraternitati vestre ceterisque Contra-
 tribus et Suffraganeis nostris, pro Parlimento nuper apud Westmonasterium
 ultimo convenientibus, innotescit ad plenum, nos vehementer excitant et
 compellunt ut, absque more dispendio, quantum congrue poterimus, de
 fol. 197b. Dei misericordia, opere, et gracia confisi, Provinciale Concilium celebremus.
 Quocirca Fraternitati vestre committimus et mandamus quatinus citetis,
 seu citari faciat, peremptorie, Venerabiles Fratres, Coepiscopos et Suffra-
 ganeos nostros Provincie nostre Cantuariensis universos, et per eos Abbates,
 Priores, Electivos, eciam exemptos, saltem quorum Monasteria Ecclesiastica
 Beneficia in ipsa nostra Provincia habuerint non exempta, Decanos, Pre-
 positos Cathedralium et Collegiarum Ecclesiarum, et Archidiaconos suarum
 Diocesis, quod personaliter; Collegia, vero, sive Conventus Locorum
 hujusmodi, singula per singulos, et Clerus cujuslibet Diocesis per duos
 sufficentes et ydoneos Procuratores, sextodecimo die mensis Maii jam
 futuri; proximo, videlicet, die Juridico post completam terciam Ebdo-
 madam Pasche Sollempnitatis proximo jam sequentis; cum continuacione
 et prorogacione dierum tunc sequencium quatenus opus fuerit in hac
 parte, coram nobis, in Ecclesia Sancti Pauli Londoniarum, compareant et
 sint presentes, Concilium tunc ibidem nobiscum, juxta Sacrorum exig-
 enciam Canonum, celebraturi, ac super hiis que communem Ecclesie, necnon
 eorum, necessitatem et utilitatem concernunt, tunc exponendis coram
 eis, consilium suum providum impensuri; facturi et recepturi quod ipsum
 Sacrum Concilium, Divina assistente Providencia, duxerit ordinandum.
 Intimantes eisdem quod contra absentes in forma Canonica procedemus,
 nullius sic absentis excusacionem penitus admissuri, nisi quatenus ad hoc nos
 arbitraverint Canonice Sancciones; presertim cum ad idem Concilium de
 communi consensu nostrum omnium sic, ut premittitur, conveniendum,
 diligenti tractatu super hoc inter nos prehabito deliberatoque consilio,
 visum fuerit procedendum. Denunciantes, seu denunciari facientes, in
 genere, ceteris omnibus qui se gravatos senserint, quod in casibus illis
 quorum correccio seu reformacio ad Concilium hujusmodi pertinere dinos-
 citur, audiencia efficax per Diviuam clemenciam eis, in forma debita,

A.D. concedetur, et fiet in omnibus justicie complementum. Vos, eciam, presens
 1355-6. Mandatum, quatenus ad vos et Decanum atque Capitulum vestrum, necnon
 Vol. I. Religioscs, seu alios superius nominatos, ac Archidiaconos et Clerum vestre
 Diocesis attinet, curetis in omnibus adimplere, prout convenit. De die,
 vero, recepcionis Presencium, et quid in premissis feceritis; de modo,
 necnon, et forma quibus presens Mandatum nostrum executi fueritis, nos,
 dictis die et loco, certificetis per Literas vestras patentes, harum seriem con-
 tinentes. Vobis, eciam, ut supra, injungimus et mandamus quod omnibus et
 singulis Suffraganeis nostris predictis injungatis, seu vestris Literis injungi
 faciat; et singuli eorum, quatenus pertinet ad eosdem, nos dictis die
 et loco, per Literas eorum patentes, vestrarum Literarum tenorem ac
 citatorum, eciam, nomina continent, certificant, ut est moris.—Datum
 apud Otteforde, xvij^o Kalendas Februarii [15 Jan.], Anno Domini M^o.
 CCC^{mo} quinquagesimo quinto, et Consecrationis nostre septimo.—Cujus
 auctoritate Mandati, tenore Presencium peremptorie vos citamus quod
 personaliter compareatis coram predicto Domino Archiepiscopo, xvij^o die
 mensis Maii jam futuri; proximo, videlicet, die Juridico [*etc., ut supra—*
reciting the terms of the Mandate.]—Datum apud Wykham, v Kalendas
 Februarii [28 Jan.], Anno Domini supradicto, et Consecrationis nostre
 primo.—Auctoritate, igitur, nobis in hac parte commissa, vos, Archidiaconos
 predictos, tenore Presencium, injungimus quatinus, dictis die et loco, coram
 prefato Domino Archiepiscopo personaliter compareatis, facturi ibidem,
 quantum ad vos attinet, in omnibus et per omnia, quod dictum Mandatum
 exigit et requirit. Vobis, insuper, Archidiaconis, vestrisve Officialibus,
 auctoritate qua supra committimus, firmiter injungendo, quatinus vestrum
 singuli, in Archidiaconatibus suis, eciam tam in nostra quam alterius cuius-
 cumque Pecculari Jurisdiccione, omnia et singula in dicto Mandato con-
 tenta, quantum nos et nostram concernunt Diocesim et nobis demandantur
 exequenda, tam premuniendo, seu alias quomodolibet faciendo, juxta vim,
 formam, et effectum ejusdem Mandati, vice nostra execucioni celeriter
 demandetis. Proviso quod nos de omnibus et singulis que feceritis, seu
 facere decreveritis, in hac parte, citra instans celebre Festum Pasche [24
 April], ubicumque fuerimus in nostra Civitate vel Diocesi, distiucte et
 aperte certificetis, et quilibet vestrum certificet, per vestras suasve patentes
 Literas, harum seriem, ac modum et formam execucionis earundem, necnon
 citatorum seu premunitorum per vos nomina dilucide continent. Quis,
 vero, vestrum, etc. (*ut supra*).—Datum in Manerio nostro de Chuddeleghe,
 vicesimo primo [die] mensis Marcii, Anno Domini M^o. CCC^{mo} lv^o, et Con-
 secrationis nostre vicccimo nono.—Nomina citatorum seu premunitorum in
 Cedula, Certificatorio Domino Archiepiscopo transmisso annexa, fuerunt
 inserta. Et hoc modo fuit certificatum,—Quas, quidem, Literas, ac omnia
 et singula contenta in eisdem, citando seu premuniendo, et alia quecumque
 faciendo que heedem (*sic*) Litere exigunt et requirunt, sumus, quatenus ad
 nos attinet, in omnibus et per omnia, juxta vim, formam, et effectum
 earundem, plenarie executi.

[Autacio Annī Incarnationis Domini.

Anno Domini M^o. CCC^{mo} Phj^o, et Consecrationis Domini
 xxix^{no.}]

A.D. Canonsleigh Abbey; *Inhibicio pro Canonleghe,*—

1356. Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Archidiacono Exonie, vel ejus Officiali,
 fol. salutem, etc.,—Multorum assercio fide digna, fama vicinie acclamante, non
 198b. sine cordis displicencia ad nostrum deduxit auditum quod in Monasterio
 Sanctimonialium de Canounleghe, nostre Diocesis, secularium personarum

A.D. generaliter nimium et frequenter multitudo recipitur populosa, adeo quod
1356. Ecclesiarum Parochialium circumquaque adjacencium parochiani, insol-

Vol. I. lencii pocius quam devocioni sepius inclinati, Diebus Dominicis maxime et Festivis, quibus Ecclesias suas Parochiales de Canonum et Sanctorum Patrum precepto frequentare deberent, ad ipsum Monasterium communiter se conferunt, ubi ad Officia Divina, in prejudicium Curatorum Locorum hujusmodi, absque personarum accepcione vel differencia, admittuntur, sique, contra Monachalem modestiam et sexus verecundiam, Monialium hujusmodi conspectibus publice presentantur. Ex quo forsitan contigit aliquando quod votum dissolucionis ingerit, et heedem Moniales, que virtutum Domino integritatem suam voluntate spontanea devoverunt, lasciviendi opportunitate non sublata, corda sua et corpora in sanctimonia non custodiunt illibata; prout in aliquibus locis hactenus novimus contigisse. Parochiales, eciam, Ecclesie predice, in Festis sollempnibus, quod gravius est, populo destitute, desolate remaient et deserte, suisque juribus et libertatibus, in animarum grave periculum, defraudate. Unde, Sacrorum Canonum vestigiis inherentes, huic morbo, juxta Officii nostri debitum, mederi quantum possumus per modum decrevimus infrascriptum. Quocirca vobis injungimus et mandamus quatinus, ad Monasterium supradictum personaliter inclinantes, prefatis Religiosis Mulieribus, auctoritate nostra, palam et expresse inhibeatis, prout per Presentes, quas ipsis in Domo sua Capitulari publicari volumus in vulgari, duximus inhibendum, ne de cetero quarumcumque Ecclesiarum parochianos, ipsarum familiaribus dumtaxat exceptis, pro Divinis audiendis, maxime Diebus Dominicis et Festivis, vel aliis temporibus quibus in Ecclesia sua Parochiali eos convenit interesse, Ecclesiam Conventualem earundem, absque causa racionabili, ingredi quovismodo permittant; nec personas aliquas inhonestas, aut eciam honestas, sine causa consimili et licencia que requiritur preobtenta, inter easdem admittant. Denunciantes eisdem [quod], si nobis in premissis, vel aliquo premissorum, quantum ad eas attinet, non paruerint cum effectu, contra eas ad penalia, juxta juris exigenciam, procedemus. De die receptionis Presencium, et quid in premissis feceritis, nos, citra instans celebre Festum Pasche [24 April] certificetis per Literas patentes, harum seriem dilucide continentest.—Datum apud Chuddeleghe, tertio die mensis Aprilis, Anno Domini M°. CCC^{mo} quinquagesimo sexto, et Consecrationis nostre vicesimo nono.

fol. Rome ; *De Conservatoribus*,—

199. Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Officiali nostro Principali et nostrarum Pecculiarium Jurisdictionum in Devonia et Cornubia, singulis Archidiaconis in Ecclesia nostra Exoniensi et eorum Officialibus, salutem, etc.—Licet, Catholici et Apostolici juris providencia, Privilegiorum Sedis Apostolice Conservatores adeo restrictam habeant potestatem et certis limitibus terminatam quod super aliis quam manifestis injuriis et violencie tueri nequeant sue defensioni commissos, aut ad alia que Judicialem requirunt indaginem suam extendere facultatem, nec vices suas, citationibus et suarum denunciationibus dumtaxat exceptis, aliis committere, nisi ex beneficio Literarum dicte Sedis id eis expresse et specialiter sit indulatum; clamosa, tamen, et frequens subditorum nostrorum insinuacio, facti notorietate suffulta, non sine mentis compassione, ad nostrum deduxit auditum, et nos, eciam, in parte experti sumus, quod nonnulli, se Subconservatores Privilegiorum a Sede Apostolica indultorum dicentes, de quorum commissione et auctoritate, aut eorum sigillis, penitus ignoratur, subditos nostros nedum pro levissima injuria, conficta vel vera, set quandoque pro sola displicencia et vexacione redimenda, in casibus qui Judicialem requirunt indaginem, per tres, quatuor, quinque, pluresve dietas¹ a fine nostre Diocesis, ad instanciam privilegiatorum quorundam,

¹ *Dieta*,—iter quod una die conficitur, vel quodvis iter.—D'Arnis.

A.D. quos ad presens specifice designare deferimus, suis injuriosis, fabricatis,
 1356. et conflictis Literis, contra provisionem, quinimmo in offensam gravem
 Vol. I. et contemptum Constitutionis Apostolice, de Conservatoribus et Sub-
 conservatoribus ipsorumque potestate restringenda provide ac laudabiliter
 edite in hac parte, pro libito citare demandant, ac non comparentes,
 quamvis legitime citati non fuerint nec per contumaciam absentes, de facto
 excommunicant, et excommunicatos denunciari per suas injuriosas Literas
 et iniquas precipiunt incensate (*sic*) ; et, tamen, de commissione et auc-
 toritate pretensis, ad peticionem quorum interest, exhibere non curant
 quomodolibet aut docere. Unde sepe contingit quod simplices, juris ignari,
 penitus innoxii, vexacionem corporum injustam, non sine gravi animarum
 sibi commissarum periculo ac rerum suarum dispendio et jactura per
 excessus tam detestabiles et abusus, juxta vota privilegiatorum hujusmodi
 redimere compelluntur; in ejusdem Sedis, ut predictitur, elusionem et
 scandalum manifestum. Cum, igitur, Officii nostri debitum exigat ut sub-
 ditorum nostrorum, in quorum quiete quiescimus et fovemur, onera
 excuciamus indebita remediis oportunis, ac secundum utriusque Juris
 Sancções mandatum Judicis de cuius commissione et auctoritate legitime
 non constat nemo exequi sit cogendus, vobis injungimus et mandamus
 quatinus vos, Officialis noster Principalis in Consistorio nostro Exoniensi;
 vos, vero, Officiales nostrarum Pecculiarium Jurisdiccionem; vos, Archi-
 diaconi vestrve Officiales, in singulis Capitulis et Sessionibus per vos
 proximo celebrandis presens Mandatum nostrum sollempniter publicantes,
 inhibeatis ac inhiberi publice et sollempniter faciatis, prout juste tenore
 Presencium inhibemus subditis nostris quibuscumque, cujuscumque condi-
 cionis fuerint sive gradus, sub pena Excommunicationis Majoris, quam, si
 Inhibicioni nostre hujusmodi contrarium in aliquo fecerint, poterunt non
 inmerito formidare; ne, cum sint nostro regimini commissi, ad voces
 alienorum, non Pastorum set loporum, qui, multiplicati super numerum
 hiis diebus veniunt et seducunt multos, aures nimia facultate inclinent,
 nec mandata sub nomine Conservatorum hujusmodi concepta, tam erronea
 ac prefate Constitucioni notorie derogancia, citando seu denunciando, in
 Diocesi nostra exequi quoquomodo presumant, quoisque tam de Privilegiis
 quam, eciā, auctoritate et commissione pretensis, nobis, et eis quibus
 hujusmodi Literæ diriguntur, prout et in quantum Canonice Sancções
 dictaverint effectualiter exhibitum fuerit et ostensum. De die, vero,
 recepcionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nos, citra Festum
 Sancti Michaelis, Archangeli, certificetis per vestras, et quilibet vestrum
 certificet per suas patentes Literas, harum seriem ac modum et formam
 ejecucionis earundem dilucide continentest.—Datum in Manerio nostro de
 Chuddeleghe, vicesimo tercio die mensis Julii, Anno Domini M°. CCC^{mo}
 quinquagesimo sexto, et Consecrationis nostre vicesimo nono.

fol. 199b. The procurations of the Nuncio, etc.; *Procuracio Simonis de Sudbury, Nuncii Pape*,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Officialibus nostre Pecculiaris Juris-
 diccionis in Devonia et Cornubia, salutem, etc.—Literas . . . Domini
 Michaelis, Dei gratia Londoniensis Episcopi, Mandatum . . . Simonis, Dei
 gratia Cantuariensis Archiepiscopi, etc., ac quarundam Literarum Apostoli-
 carum, necnon Venerabilis viri, Magistri Simonis de Sudburya, Cancellarii
 Ecclesie Cathedralis Saresbirie, Domini nostri Pape Capellani, et dicte Sedis
 Nuncii in Angliam destinati, in dicto Mandato contentarum, copiam sive
 transumptum habentes, pridem recepimus; continentest quod de singulis
 quadraginta solidis Beneficiorum Ecclesiasticorum nostre Diocesis quo-
 rundam, tam exemptorum quam non exemptorum, prout taxantur ad
 Decimam, singulos quadrantes, pro expensis dicti Magistri Simonis pro
 tempore more sue in Anglia, levari et colligi faceremus, nostrisque periculo
 et expensis, citra instans Festum Sancti Jacobi, Apostoli [25 July], London-

A.D. 1356. ias mitteremus. Verum, quia pro tam modico per se tunc levando subditos nostros nolumus subito fatigari, nec penis aut Censuris aliquibus limitatis terminis forsitan non solventes involvi aut periculose ligari, colleccionem et levacionem hujusmodi quoque alia contingeret duximus differendam, et supradictas expensas pro Beneficiatis nostre Diocesis quibuscumque, quorum Beneficia taxantur ad Decimam, de proprio pre manibus solvimus et Londonias misimus, receptori in hac parte deputato plenarie persolvendas. Cum, eciā, dilecti in Christo, Magistri Johannes Wlyet, Cancellarius, [et] Stephanus Penpel, Canonicus Ecclesie nostre Cathederalis Exonie, ad interessendum et comparendum in Provinciali Concilio Londoniis nuperime celebrato, vice et nomine Cleri nostre Diocesis Procuratores per ipsum Clerum electi, expensas eundo et redeundo et ibidem morando, racionabiliter et moderate factas, ab ipso Clero, exigente justicia, recipere debeant pro labore; expensas ipsas, una cum expensis Nuncii Apostolici supradicti, simul nunc colligendas fore decrevimus et levandas, easdem simul adunatas ad denarium de singulis viginti solidis omnium Beneficiorum hujusmodi Ecclesiasticorum, debita deliberacione primo moderantes. Quocirca vobis, et vestrum utrique, tam Auctoritate Apostolica nobis in hac parte demandata quam nostra Pontificali, injungimus et mandamus quatinus, pro expensis Nuncii Apostolici et Procuratorum predictorum, de singulis libris Beneficiorum Ecclesiasticorum nostre [Diocesis] quorūcumque, tam exemptorum quam non exemptorum, que taxantur ad Decimam, singulos denarios; vos, videlicet, Officialis noster in Devonia a Beneficiatis in Devonia quibuscumque, cujuscumque Jurisdictionis existant; vos, vero, Officialis noster in Cornubia modo simili in Cornubia, levari et colligi, ac nobis, aut receptori nostro, integraliter persolvi, citra instans Festum Sancti Michaelis, Archangeli, faciatis. De die, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nos, citra dictum Festum Sancti Michaelis, certificetis per vestras, et certificet quilibet vestrum per suas patentes Literas, harum seriem ac modum et formam execucionis earundem, ac non solvencium nomina et cognomina, dilucide continentes. Proviso quod quis vestrum, etc. (*ut supra*).—Datum apud Chuddeleghe, xxij^o die mensis Julii, Anno Domini M^o. CCC^{mo} quinquagesimo sexto, et Consecrationis nostre vicesimo nono.

fol. 200. Ottery St. Mary; *De Otery*,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Officiali nostro Principali, singulisque Archidiaconis in Ecclesia nostra Cathederali Exonie, et eorum Officialibus, salutem, etc.—Licet quamplura et varia Loca ubi Ecclesie in honore Beattissime semper Virginis et Matris patrocinia sunt petenda et speranda, ubi ejus laudes et preconia constat devocius, festivius, et frequencius exerceri; unde bone memorie Dominus Papa Clemens Sextus, volens ejusdem Gloriosissime Virginis Ecclesiam, scilicet Sancte Marie de Otery, nostre Exoniensis Diocesis, quam, cum domiuico tocius Ville, Beatus Edwardus, Rex ac Christi Confessor, eidem Benedictissime Virgini pro peccatorum suorum contulit remissionem, prout ejusdem Sancti Regis Carta sigillata testatur, ibidem integre reservata a devoto populo eidem Dei Genetrici specialiter affecto, spiritualiter honorari, omnibus Christi Fidelibus ad dictam Ecclesiam in Festis ejusdem Virginis, et per Octavas, ac Dedicacionis ejusdem Ecclesie, neconon in Festo predicti Sancti Edwardi, Regis, causa Peregrinacionis accendentibus, et eciā Benefactoribus dicte Ecclesie et Ministrorum suorum non modicas concessit Indulgencias, per Literas Apostolicas bullatas, quarum tenores inferius per ordinem describuntur,—Clemens Episcopus, Servus servorum Dei, universis Christi Fidelibus presentibus Literis (*sic*) inspecturis, salutem et Apostolicam benedictionem.—Licet Is de Cujus munere venit ut Sibi a Fidelibus Suis digne ac laudabiliter serviatur, de abundancia pietatis Sue, que merita supplicum excedit, et vota bene servientibus ac pie tribuentibus propria multa majora retribuat quam valeant promereri; nichilominus, tamen, desiderantes reddere Domino populum acceptabilem ac beatorum operum sectatorem, Fideles Christi ad complacendum et quasi

A.D.
1356. quibusdam alliectis muneribus, Indulgenciis, videlicet, et remissionibus,
1356. invitamus, ut exinde reddantur Divine gracie apiores. Cupientes, itaque,
Vol. I. ut Ecclesia Sancte Marie de Otery, Exonieisis Diocesis, que sub vocabulo
prefate Beate Marie ac ejusdem reverencia et honore, necnon Beati Edwardi,
Confessoris, est constructa, congruis favoribus prosequatur, et ut a Christi
Fidelibus eo libencius eidem Ecclesie ipsiusque sequitoribus caritativa sub-
sidia largiantur, quo uberius dono Celestis gracie ibidem conspexerint se
refectos, de Omnipotentis Dei misericordia, et Beatorum Petri et Pauli,
Apostolorum Ejus, auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et con-
fessis, qui Ecclesie prefate, seu Ministris ejus, de bonis sibi a Deo collatis
manus suas porrexerint adjutrices, subsidia caritatis eisdem conferendo,
unum annum et unam quadragenam de injunctis eis penitenciis miseri-
corditer relaxamus. Presentes, autem, Literas mitti per questuarios dis-
triicius inhibemus ; eas, si secus actum fuerit, carcere viribus decernentes.
—Data apud Villam Novam, Avinionensis Diocesis, ij Nonas Julii, Ponti-
ficatus nostri Anno secundo [6 July, 1343].—Clemens Episcopus, Servus
servorum Dei [*etc., ut supra*].—Splendor Paterne Glorie, que sua mundum
illuminat ineffabili claritate, pia vota Fidelium de clementissima Ipsius
Majestate speranda tunc precipue benigno favore prosequitur cum devota
ipsorum humilitas Sanctorum precibus et meritis adjuvatur. Cupientes,
igitur, ut Ecclesia Sancte Marie de Otery, Exonieisis Diocesis, que sub
vocabulo prefate Beate Marie ac ejusdem reverencia et honore, necnon
Beati Edwardi, Confessoris, est constructa, congruis honoribus frequentetur,
et ut Christi Fideles eo libencius, causa devocationis, confluant ad eandem
quo ibidem uberius dono Celestis gracie conspexerint se refectos, de Omni-
potentis Dei misericordia, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Ejus,
auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in singulis
Beate Marie Virginis ac Beati Edwardi, Confessoris, predictis, necnon
Dedicacionis ejusdem Ecclesie Festivitatibus, centum ; illis, vero, qui per
Octabas Festivitatum ipsarum prefatam Ecclesiam, causa devocationis, visita-
verint annuatim, quadraginta dies de injunctis sibi penitenciis ; singulis
videlicet, Festivitatum et Octobarum (*sic*) ipsarum Diebus, quibus Eccle-
siam ipsam devote visitaverint, ut prefertur, misericorditer relaxamus.—
Data apud Villam Novam, Avinionensis Diocesis, [*a blank space*],
Pontificatus nostri Anno secundo.—Nos, igitur, ad ea libenter intendentes
que ad animarum salutem, potissime Populi nobis commissi, et ad
prefate Ecclesie Collegiate Sancte Marie de Otery, que de nostra
Fundacione existit, honoris et commodi cedere poterunt incrementum, de
Dei Omnipotentis gracia Ejusque immensa misericordia, ac Beate et
Gloriose semper Virginis Marie, Genitricis Sue, necnon Petri et Pauli,
Apostolorum Ejus, Patronorum nostrorum, Omniumque Sanctorum meritis
et precibus confidentes, omnibus parochianis nostris, et aliis quorum Dio-
cesani hanc nostram Indulgenciam ratam habuerint pariter et acceptam, de
peccatis suis vere penitentibus et confessis, qui Ecclesiam nostram Collegiatam
predictam, temporibus suprascriptis, Perigrinacionis causa, de-
vote visitaverint, aut eidem Ecclesie vel ejus Ministris caritativa subsidia
contulerint, quadraginta dies de injunctis sibi penitenciis, Auctore Domino,
concedimus per Presentes. Et, quia per divulgacionem Indulgenciarum
hujusmodi animarum salutem salubriter procurari putamus, vobis, et
vestrum singulis, injungimus firmiter et mandamus quatinus vos, Officialis
noster Principalis, sollempniter in Consistorio nostro Exoniensi ; vos, vero,
Archidiaconi, vestre Officiales, in singulis Capitulis, Sessionibus, et Con-
gregacionibus vestris per vos proximo celebrandis, publice et vulgariter
preseus Mandatum nostrum, Indulgencias, et cetera contenta in eodem adeo
clare et seriose exponatis quod ad noticiam publicam valeant et debeant
rationabiliter devenire ; vobis, Archidiaconis, vestrisve Officialibus, nichilo-
minus, demandantes quatinus vestrum quilibet in Ecclesiis Collegiatis et
Parochialibus infra Archidiaconatus sui ambitum constitutis, per Locorum

A.D. Curatos, easdem Indulgencias, Dominicis et aliis Diebus Festivis, intra
 1356. Missarum Sollempnia, citra instans Festum Assumptionis Beate Marie
 Vol. I. (15 Aug.) publicari et intelligibiliter exponi faciat in vulgari. De die, vero,
 receptionis Presencium, et quid in premissis feceritis, nos, citra idem
 Festum Assumptionis Beate Marie, certificet per vestras, et certificet
 quilibet vestrum per suas patentes Literas, harum seriem ac modum et
 formam execucionis earundem dilucide continentes. Proviso quod quis
 vestrum, etc.—Datum in Manerio nostro de Chuddeleghe, vicesimo tercio
 die mensis Julii, Anno Domini M^o. CCC^m lvj^{ta}, et Consecrationis nostre
 vicesimo nono.

[fol. 199.] France ; *Litera Domini Regis super capcione Regis Francie*,—

Edwardus, Dei gracia Rex Anglie, etc., Venerabili in Christo Patri, Johanni,
 eadem gratia Episcopo Exoniensi, salutem.—Justus et mirabilis in operibus
 Suis, Deus, in perscrutabili sapientia cuncta disponens, vota Suorum que
 preveniendo aspirat gratis plerumque prosequitur successibus et eventibus
 graciosis, quod nobiscum humiliter recognoscimus pluries fore factum ;
 nam, Regno Francie dudum ad nos jure successorio devoluto, illud sub
 timore Dei, sicut nobis fuisse credimus inspiratum, agnovimus, jus nobis
 sic delatum prosequi disponentes ; et, quia per tractatus pacificos, quibus
 pluries consensimus, prospicere nequivimus, guerram justam sicut oportuit,
 propter denegatam nobis justiam, assumpsimus, sub spe Celestis auxilii,
 de cause nostre justicia confidentes ; in cuius prosecucione variis nos pre-
 venit graciis et victoriis dominancium Dominus Jhesus Christus ; Qui,
 graciā Suam erga nos in primogenito nostro Edwardo, Principe Wallie,
 super expedicione dicte guerre nostre in dicto Regno Francie jam agente,
 ex habundancia bonitatis Sue continuans, misericordiam Suam gloriose
 mirificavit cum eo. Nam, cum certas Partes dicti Regni more guerrino lus-
 raret, variis et prosperis per Dei graciā gaudens successibus, decimonono
 die mensis Septembbris proximo preteriti, ei prope Civitatem Pittavie Johannes
 [fol. 199b.] de Valesio, ipsius Regni occupator injustus, cum exercitu grandi, valde
 [occurrit], et ibidem congressi sunt exercitus Partis utriusque, et commissum
 est bellum forte ; set, prospiciens de Celo justicia et non permittens inju-
 riā prevalere justicie, dictum Johanum in manu dicti filii nostri conclusit,
 et captus est ibidem, et multi alii Nobiles et Potentes cum eo ; et facta est
 strages non modica aliorum Nobilium armatorum et popularium, cum
 lesionē gentis nostre modica respective. Et, licet in mortalitate hominum
 non letemur, contemplantes, tamen, effusam circa nos et dilectum filium
 nostrum et ejus exercitum miserationis Divine clemenciam, ac sperantes
 ex hoc melioris et celerioris optate pacis graciā invenire, gaudemus in
 Domino, Sibi pro tot et tantis graciārū mueribus nobis divinitus exhibitis
 sacrificium devote laudis humiliter offerentes ; que vobis ad vestri recrea-
 cionem et publicam fidelium nostrorum leticiam nunciamus, corditer vos
 rogantes quatinus ostensam et impensam nobis et dicto Principi consola-
 cionis et succursus dulcedinem devotis velletis attollere et prosequi accionib-
 us graciārū, oracionib- , et aliis pietatis operibus, pro nobis et eodem
 Principe ac aliis nostris fidelibus expedicioni dicte guerre nostre vacanti-
 bus, jugiter, si placuerit, insistentes, et id a subditis vobis Clero et populo fieri
 facientes ; ut, Ipso favente Qui temporalis et eterne felicitatis est largitor,
 spem bonam, quam plenus aptis successibus hujusmodi prosecucionis pro-
 misit aggressus, et quam fortunatus adauxit progressus, continuata pros-
 peritas ad felicem et optatum perducat effectum, utque nobis concedat
 Omnipotens sic Regnum temporale regere, sique incumbencia nostre
 sollicitudini negocia per Sue subvencionis graciā dirigere, quod ad laudem
 Sui Nominis et ad nostrum Regnique nostri commodum cedere valeat et
 quietem, et, post hujus vite cursum, bravium¹ mereamur consequi sempiter-
 num.—Teste meipso, apud Westmonasterium, x die Octobris, Anno Regni
 nostri Anglie tricesimo ; Regni, vero, nostri Francie decimoseptimo.

¹ Victoriae præmium.—D'Arnis.

A.D.
1356. [Anno Mutationis Consecrationis Domini.

Vol. I. Anno Domini M°. CCC^{mo}, lvj^{to}, et Consecrationis Domini
xxx^{mo}.]

fol. 200b France ; *De Processionibus faciendis pro capcione Regis Francie*,—
 Johannes, etc., dilectis in Christo filii, Officiali nostro Principalisi, [et] singulis
 Archidiaconis in Ecclesia nostra Exoniensi, eorumve Officialibus, salutem,
 etc.—Quia Omnipotens Deus, in Cujus manu sunt omnia jura Regnorum,
 Qui humilia respicit et alta a longe cognoscit, superbis resistit, et humilibus
 dat graciam, respiciens ad humilem devocationem et devotam humilitatem et
 mansuetudinem famuli Sui, Domini nostri filii, et amici in Christo precla-
 rissimi ac precarissimi, illustrissimi Domini Edwardi, Principis Wallie, Ducis
 Cornubie, et Comitis Cestrie ; qui, pro jure paterno in remotis agens, ad
 instantissimam Dominorum Cardinalium petitionem, ob Summe Trinitatis
 Fideique Catholice devocationem et Beate Dei Genitricis semper Virginis
 Marie honorem, Sedisque Apostolice reverenciam, inducias seu treugas petitas
 humiliter concessit, et in manu ejus Johannem de Valeys, ipsius Regni
 occupatorem injustum, et quamplures Principes tradidit, reliquosque in
 ore gladii percussit vel in fugam convertit ; unde non inmerito Gens
 Anglorum, que si, in eam tanta strage perpetrata, Parti adverse contigisset
 victoria, graviter attrita fuisse et perpetuo desolata, votivo affectu assur-
 gere tenetur ad exsolvendum Altissimo graciarum humiles acciones ; vobis
 injungimus et mandamus, et in Domino exhortamur, quatinus Sancte et Indi-
 vidue Trinitatis clemenciam pro concessa Celitus Victoria [attollatis] devotis
 laudibus, et id ipsum a subditis nostris fieri, prout et quantum ad vos attinet,
 faciat,—vos, eciam, Officialis noster Principalis, in Consistorio nostro ; vos,
 vero, Archidiaconi, vestrive Officiales, in singulis Capitulis per vos proximo
 celebrandis, presens Mandatum nostrum, et omnia in eo contenta, adeo
 sollempniter publicetis quod ad subditorum nostrorum possint indubitatam
 noticiam devenire ; vos, insuper, Archidiaconi, vestrive Officiales, singulari-
 ter singuli, Abbatibus, Prioribus, Rectoribus, Vicariis, et ceteris Ecclesiarum
 Curatis, infra fines sui Archidiaconatus constitutis, efficaciter suadeatis, et
 auctoritate Presencium injungatis, ut ipsorum quilibet, Die Dominica
 proxima postquam super premissis legitime fuerit premunitus, Processionem
 sollempnem cum Responsorio Summe Trinitati, et Responsorio *Felix namque*
 in redeundo, faciat, et deinde Altam Missam, sicut in Die Sancte Trinitatis
 sollempniter cum Sequencia celebrari ; ipsam Salvatoris clemenciam implo-
 rando, ut signum quod misericorditer nobiscum fecit in bonum, ad Sui
 Nominis laudem populique Sui commodum et quietem, incrementis faciat
 felicibus fecundare. Et, ut mentes Christi Fidelium ad premissa propensius
 excitemus, de Dei Omnipotentis gratia Ejusque immensa misericordia, ac
 Beate et Glorioso semper Virginis Marie, Genitricis Sue, necnon Beatorum
 Apostolorum Petri et Pauli, Patronorum nostrorum, Omniumque Sanctorum
 meritis et precibus confidentes, omnibus parochianis nostris, et aliis quorum
 Diocesani hanc nostram Indulgenciam ratam habuerint pariter et acceptam,
 de peccatis suis vere penitentibus et confessis, qui quantum in eis est
 premissa devote curaverint adimplere, quadraginta dies de injunctis sibi
 penitencialis, preter Indulgencias quas omnibus in statu gracie existentibus,
 et pro salubri expeditione dicti Domini Principis quoicenscumque pia
 mente orantibus alias concessimus, Auctore Domino per Presentes miseri-
 corditer relaxamus. De die, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis
 in premissis, nos, citra Festum Sancti Andree, Apostoli [30 Nov.], certifi-
 cetis, et quilibet vestrum certificet, modo debito, per vestrarum suasve
 patentes Literas, harum seriem ac modum et formam executionis earundem
 dilucide continentibus. Proviso quod quis vestrum, etc.—Datum in Manerio
 nostro de Chuddeleghe, xxvij^o die mensis Octobris, Anno Domini M°.
 CCC^{mo} lvj^{to}, et nostre Consecrationis xxx^{mo}.

A.D. Corrodies ; *De corrodiiis in Domibus Religiosis non concedendis*, —
1356. 7. Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Officiali nostro Principali, ac omnibus

et singulis Archidiaconis in Ecclesia nostra Exoniensi, eorumve Officialibus,
salutem, etc.—Exigit perversa rebellium inobedientia penam adicere delin-
quentibus, cuius formidine a temerariis ausibus refrentur quos prohibicio
sola non compescit, nec virtutum premia ad jurium observacionem induc-
unt. Unde, licet in Conciliis Provincialibus, juri communii consonis, lauda-
biliter editis et publice promulgatis, salubriter fuerit ordinatum quod
Religiosi corrodia seu stipendia laicis aut clericis imperpetuum, vel ad tem-
pus vite, non venderent, nec perpetuitates aliquas facerent aut concederent,
nisi urgens necessitas hoc deposceret, et Diocesani assensus ad id
fol. 201. accederet et consensus ; nonnulli, tamen, nostrarum Civitatis et Diocesis
Religiosi, ut experientia didicimus, corrodia et alias perpetuitates hujusmodi,
non tam voluntarie quam voluntarie, nobis nesciis penitus et inconsultis,
contra Ordinacionem predictam concedunt ; propter quod Domus seu
Monasteria ere alieno quandoque graviter opprimuntur et dispendiis aliis
subiciuntur ; et, quod pejus est omnibus, numerus Deo famulancium ibi con-
stitutus, contra Fundatorum intencionem, diminuitur, et statute elemosiae,
non sine Divine Majestatis offensa et Religionis scando, subtrahuntur.
Cupientes, igitur, circa premissa juxta sollicitudinis nostre Pastoralis debitum
prospicere, ut tenemur, Religiosis nostrarum Civitatis et Diocesis, omnibus
et singulis, nobis subjectis, auctoritate nostra Pontificali, primo, secundo, et
tercio ac peremptorie, tenore Presencium inhibemus ne corrodia, seu consi-
miles perpetuitates aliquas, nobis inconsultis, vendere aut concedere,
contra tenorem Ordinacionis facte, ut premittitur, in hac parte, quocumque
quesito colore, presumant, sub pena Excommunicacionis Majoris, quam in
omnes et singulos contra Prohibicionem nostram hujusmodi vendiciones seu
concessiones perpetuitatum seu corrodiorum scienter facere presumentes,
culpa et offensa suis exigentibus, exnuire prout extunc ferimus in hiis Scrip-
tis. Quocirca vobis, et vestrum singulis, committimus et mandamus quatinus
vos, Officialis noster Principalis, in Consistorio nostro Exonieusi ; vos, vero,
Archidiaconi, vestrive Officiales, repetitis vicibus, in tribus vel duobus Ca-
pitulis seu Sessionibus proximo per vos celebrandis seu faciendis, necnon in
singulis Ecclesiis Conventualibus nostrarum Civitatis et Diocesis prout Juris-
diccioni vestre subsunt, prout melius obtulerit se facultas, adeo sollempniter
publicetis quod nullus Religiosorum predictorum probabilem seu coloratam
ignoranciam pretendere valeant (*sic*) in hac parte. De die, vero, recepcionis
Presencium, et quid feceritis, seu facere decreveritis, in premissis, nos, citra
Festum Cathedre Sancti Petri [22 Feb.], certificetis, et quilibet vestrum cer-
tificet, vestris suisve Literis patentibus, habentibus hunc tenorem.—Datum
apud Chuddeleghe, octavo decimo [die] mensis Januarii, Anno Domini M°.
CCC^{mo} quinquagesimo sexto, et Consecrationis nostre tricesimo.

The Instruction of youths ; *Mandatum pro pueris informandis*, —
Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, singulis Archidiaconis in Ecclesia
nostra Cathedrali Exonie, et eorum Officialibus, salutem, etc.—Non sine
frequenti admiracione ac interiori mentis compassione, ipsimet experti sumus
et cotidie experimur apud puerorum et illiteratorum Magistros sive Instruc-
tores nostre Diocesis, ipsos in Gramatica informantes, modum et ordinem
docendi preposteros et minus utiles, immo supersticiosos, Gentilium magis
quam Christianorum more, observari, dum ipsi scolares suos, postquam
Oracionem Dominicam cum Salutacione Angelica, et Symbolum, necnon
Matutinas et Horas Beate Virginis, et similia que ad Fidem pertinent et
auime salutem, legere aut dicere eciam minus perfecte didicerint, absque eo
quod quicquam de predictis construere sciant vel intelligere, aut dicciones
ibi declinare vel respondere de partibus earundem, ad alios libros magistrales
et poeticos aut metricos ad[d]iscendos transire faciunt premature. Unde
contigit quod in estate adulta, cotidiana que dicunt aut legunt non intelli-
gent ; Fidem, eciam, Catholicam (quod dampnabilis est) propter defectum

A.D. intelligencie non agnoscant. Cupientes, igitur, abusum tam nephandum ac
 1356-7. fatuum, nimis inolitum per nostram Diocesim, viis et modis quibus possu-
 Vol. I. mus extirpare, vobis, et vestrum singulis, committimus et mandamus
 quatinus vestrum quilibet Magistris seu Instructoribus puerorum quibus-
 cumque, Scolis Gramadicalibus (*sic*) infra fines sui Archidiaconatus presi-
 dentibus, auctoritate nostra precipiat et injungat, prout, tenore Presencium,
 districte precipiendo, injungimus et mandamus, quatinus pueros, quos
 recipiunt in Gramadicalibus imbuendos, non tautum legere aut discere
 literaliter, ut hactenus, set, aliis omnibus omissis, construere et intelligere
 faciant Oracionem Dominicam cum Salutacione Angelica, Symbolum, et
 Matutinas, ac Horas de Beata Virgine, et dicciones ibi declinare ac respon-
 dere de partibus earundem, antequam eosdem ad alios libros transire per-
 mittant. Denunciantes eisdem quod pueros aliquos clericali caractere
 insignire nou intendimus nisi per hunc modum reperti fuerint profecisse.
 De die, vero, recepcionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nos,
 citra Dominicam in Medio Quadragesime, certificetis, et quilibet vestrum
 modo debito certificet, per vestras suasve patentes Literas, harum seriem ac
 modum et formam execucionis earundem dilucide continentest. Proviso
 quod quis ex vobis, etc.—Datum in Manerio nostro de Chuddeleghe, tercio-
 decimo die mensis Februarii, Anno Domini M°. CCC^{mo} lvj^{to}, et Consecra-
 cionis [noste] xxx^{mo}.

*Archdeaconry of Totnes ; Licencia Archidiacono exercendi Juris-
 dictionem, pendente Visitacione [in a much later hand],—*

Johannes, etc., dilecto in Christo filio, Domino Petro de Gyldesburgh, Archidiacono Tottonie in Ecclesia nostra Exoniensi, salutem, etc.—Licet nounulli
 articuli, satis periculosi, super et de excessibus tuis, in Visitacione nostra
 ejusdem Archidiaconatus adhuc pendente legitime detectis, contra te pen-
 deant, qui, te absente, non poterunt Canonice terminari ; ad instanciam,
 tamen, quorundam amicorum pro te nobis supplicantium, tibi, ut Capitula
 in dicto Archidiaconatu celebrare, et cetera que sunt Jurisdictionis Archidiaconalis per Officiale tuum valeas exercere, quoisque, ad faciendum et
 recipiendum quod juris fuerit super articulis memoratis, ad nostram valeas
 te conferre presenciam ; dum, tamen, contra Sancções Canonicas et Sancto-
 rum Patrum Constituciones, per te vel ministros tuos, in Archidiaconatu
 predicto aliquid interim non attemptes, nec de dependentibus seu detectis
 in Visitacione nostra hujusmodi intromittas, salvo semper jure nostro, in
 premissis, quantum secundum Sacros Canones possumus et debemus, de
 gracia nostra permittimus speciali.—Data in Manerio de Chuddeleghe,
 xvij^o die Marcii, Anno Domini, etc., lvj^{to}, et Consecrationis nostre xxx^{mo}.

A.D. [Dimissorie,—

1357. —Robert, son of Robert Broun, of Wyke, was ordained accolite by the Bp. of Winchester, in the Chapel of Southwark Manor, 23 Dec., 1357 (*Register Edyndone*, fol. KK).—Ordained deacon in the same Chapel, 21 Dec., 1360, “ad titulum Abbatis et Conventus de Tavystoke” (*ibid.*, fol. NN).

—Robert Asshe was ordained subdeacon on the same day (*ibid.*).—F.J.B.]

[Anno Domini M°. CCC^{mo} lvj^{to}, et Consecrationis Domini
 xxxj^o.]

A.D. Poundstock ; Mandatum ad denunciandum excommunicatos viola-
 1357. tores Ecclesie de Pondestock,—

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Officiali nostro Principalis, neconon
 Decano et Precentori Ecclesie nostre Cathedralis Exonie, singulisque Archi-

A.D. diaconis in eadem Ecclesia nostra, eorumve Officialibus, salutem, etc. Etsi
 1357-8. semper et ubique antiqui hostis invidia, interitum generis humani assidue
 Vol. I. sciciens, ignea sive nequicie tela conetur emittere ; ibi, tamen, vehemensius
 ubi se magis obfuturum estimat. Unde, non sine cordis et spiritus gravi
 dolore ac gemitu, notorietas sceleris perpetrati ad nostram noviter deduxit
 noticiam horrendum flagicium, nostrisque temporibus et hiis Partibus
 inauditum. Quidam namque Sathanus satellites, nostri, ut dicitur, subditi,
 quorum nomina adhuc ignoramus pariter et personas, in tantam tamque
 crudelem furoris proruperunt audaciam quod sacro Dominice Navitatis
 tempore, in die, videlicet, Sancti Johannis, Apostoli et Evangeliste, proxima
 preterita [27 Dec., 1357],—quod scelus nimium aggravat,—ad Ecclesiam
 Parochiale de Poundestoke, nostre Diocesis, cum armatorum multitudine,
 ante incepionem Sollempnis Missae Parochialis accedentes, et in dicta
 Ecclesia usque completa Missarum Sollempnia, non pro Divinis audiendis
 set pro excogitato maleficio horribilium perpetrando, sicut rei declaravit
 exitus, spectantes ; finita vix Missa, Cancellum Ecclesie furiose ingressi,
 quemdam Willelmum Penuon, clericum, et pro clero notorie se gerentem,
 inter Templum et Altare funestis gladiis, tanquam lictores crudelissimi, in-
 humaniter trucidarunt ; quosdam, eciam, ipsius trucidati germanos, ad
 sanguinis effusionem non modicam, immo fere ad intericionem, ibidem
 atrociter vulnerarunt, Vestimentaque et alia Ecclesie Ornamenta sacra
 humano sparso sanguine deturparunt, in contumeliam Creatoris omnium,
 contemptum Ecclesie, subversionem libertatis Ecclesiastice, ac perturbaci-
 onem pacis Regie evidentem ; unde constat omnes et singulos in premissis
 culpabiles Excommunicacionis Majoris Sentencias, nedum Divina set humana
 lege latas et publice promulgatas, dampnabiliter incurrisse. Heu, heu, proch-
 dolor et prochnephias, rabies execranda, et piis auribus horrenda crudelitas,
 loco vel tempori non defers aut persone ! Quis locus munitionis poterit
 esse tutus, quis unquam securitate gaudebit, que domus cuiquam poterit esse
 tutum refugium, si Sacrosancta Ecclesia, Mater nostra, que est Domus Dei et
 Porta Celi, in sua libertate deprimitur, aut ejus filii in sinu suo talibus periculis,
 cedibus, et processibus exponuntur ? Quem Ecclesie filium aut Ortho-
 doxe Fidei zelatorem tanta nequicia non moveret, aut contumelia non tur-
 baret ? Volentes, igitur, cum Divino adjutorio, quod ad Officium nostrum at-
 tinet in hac parte, quantum possumus, licet sufficienter non possumus, impen-
 dere ; vobis, et vestrum singulis, committimus, et in virtute Obedientie nobis
 prestite et jurate, ac sub pena juris districte precipiendo injungimus et
 mandamus, quatinus predictos sacrilegos presumptores, cum eorum auctoribus et fautoribus, ac omnes opem, auxilium, consilium, et audaciam vel
 comitivam eisdem, cum intentione malignandi, prestantes, sic fuisse, et
 esse, excommunicatos et a Sancte Matris Ecclesie Liminibus sequestratos ;
 necnon, cum diabolo et angelis ejus partem, nisi resipuerint, habituros ;
 vos, Officialis noster Principalis, in Consistorio nostro ; vos, vero, Decane et
 Precentor, in Ecclesia nostra Cathedrali predicta ; et vos, Archidiaconi,
 vestrie Officiales, in singulis Ecclesiis Collegiatis et Conventualibus, ac
 Parochialibus, tam nostre et alterius cujuscumque Peculiaris, quam eciam
 Archidiaconalis Jurisdictionis, infra Archidiaconatum vestrorum limites
 constitutis, et precipue in Ecclesiis circumquaque vicinioribus loco ubi
 dictum facinus fuit, ut premititur, perpetratum, singulis Diebus Dominicis
 et Festis citra Quadragesimam, intra Missarum Sollempnia, cum major
 Cleri et populi multitudo convenerit ad Divina, et aliis ad hoc temporibus
 oportunis, Cruce in manu erecta, campanis pulsatis, candelis accensis et
 extinctis in terramque projectis, publice et sollempniter denuncietis, seu per
 Locorum Curatos, si oporteat, faciatis modo simili nunciari. Proviso quod
 quis ex vobis, etc. De die, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis
 in premissis, nos, citra Dominicam Primam in Quadragesima [18 Feb.],
 modo debito certificetis, et quilibet vestrum certificet, vestris suisve pa-
 tentibus Literis, habentibus hunc tenorem.—Datum apud Chuddeleghe

D. nonodecimo die mensis Januarii, Anno Domini M^o. CCC^{mo} [lviij^{to}], et, Consecrationis nostre tricesimo primo.

ol. [Dimissorie,—

- William de Craneforde was ordained subdeacon by John de Shepeye, Bp. of Rochester, in the Conventual Church of Southwark, 17 March, 1357-8; “ad titulum Decani et Capituli Exoniensis.” (*Register of William de Epyndone, Bishop of Winchester*, fol. L.L.)
 - Ordained priest by the Abp. of Canterbury, in the Parish Church of Charing, 22 Sept., 1358. (*Register Islepe*, fol. 317).—F.J.B.]
-

[Anno Domini M^o. CCC^{mo} lviij^o et Consecrationis Domini xxxij^o].

A.D. Shebbear ; Compositio Dedicacionis Capelle de Shiepwash,—

358. Universis Sancte Matris Ecclesie filiis ad quos presentes Litere pervenerint,
fol. 10b.] Johannes, etc., salutem in Domino sempiternam.—Cum nuper, ex parte parochianorum Capelle Curate Sancti Laurencii de Shiepwaysshe, dependentis ab Ecclesia Parochiali de Shieftbeare, nostre Diocesis, quam dilecti nobis in Christo, Religiosi Viri, Abbas et Conventus Monasterii de Torre, Ordinis Premonstratensis, ejusdem nostre Diocesis, se asserunt in usus proprios obtinere, nobis fuisse cum instance supplicatum quatinus, cum Capella predicta parochianos certos et fines distinctos (*sic*) habeat, Baptisteriumque et alia jura et insignia Parochialia, mortuorum sepultura dumtaxat excepta ; ac discrimina viarum et inundaciones aquarum inter Capellam et Ecclesiam memoratas impedimentum sepe prestant quominus dictorum parochianorum decedencium corpora ad Ecclesiam ipsam Matricem, absque nimia difficultate et periculo differi (*sic*) valeant tumulanda, Capellam eandem et Cimiterium adjacens honeste preparatum pro sepultura parochianorum predictorum, dedicare in forma Ecclesie dignaremur ; nos, de suggestis predictis per fidedignos in premissis pleniorum noticiam obtinentes, supradictis Religiosis, neconon Domino Willelmo atte Wayte, dicte Ecclesie Perpetuo Vicario, et aliis de jure vocandis, legitime ad hoc vocatis, Inquisitionem capi fecimus diligentem. Qua transmissa in Cancellariam nostram, ac prefatis Religiosis per Fratrem Georgium de Gremystone, eorum Concanonicum, et Dominum Johannem de Affatone, presbiterum ; dictis, vero, parochianis per Adam atte Wode et Willelmuni Gorkeleghe, ipsorum Procuratores, ad infrascripta sufficienter ac legitime constitutos ; et supradicto Vicario personaliter, in Camera Cancellarie Manerii nostri de Chuddeleghe, vicesimo die mensis Octobris, Anno infrascripto, coram certo Commissario nostro comparentibus ; in presencia et de expresso consensu eorundem, Inquisitionem supradictam fecimus publicari. Cumque, per Inquisitionem hujusmodi causas in suggestione memorata pretensas, quas in jure legitime reputamus, constaret et constet liquido esse veras, Partes memoratae, videlicet Religiosi et Vicarius supradicti, ex parte una, et dicti parochiani ex alia, eisdem die et loco, coram predicto Commissario nostro ut supra constitute, super Dedicacione Capelle et Cimiterii predictorum sub modo et forma sequentibus convenerunt, et unanimiter concordarunt ; videlicet, quod Abbas et Conventus ac Vicarius antedicti concederunt quod, propter viarum discrimina et fluminum pericula inter prefatas Ecclesiam et Capellam frequenter, ut premittitur, existencia, parochiani supradicte Capelle liberam habeant inibi sepulturam, et quod ibidem munus Consecrationis, tam in Capella quam in Cimiterio circumjacente, per nos, vel alium quem ad hoc duxerimus deputandum, sine contradicione ipsorum Religiosorum seu Vicarii, dictorum parochianorum expensis et sumptibus impen-

A.D. datur. Salvis in omnibus, et per omnia, juribus, libertatibus, et consuetudinibus dicte Matricis Ecclesie debitibus, vel ad eam spectantibus quovismodo ;
 1358. Vol. I. quibus, seu eorum alicui, Abbas et Conventus ac Vicarius supradicti per premissa non intendunt, sicut nec possunt, in aliquo derogare. Ita, eciam, [fol. 211.] quod quilibet adultus parochianorum antedictae Capelle, utriusque sexus, semel in anno, videlicet in Festo Sancti Michaelis in Monte tumba [16 Oct.], annis singulis, ob reverenciam et honorem dicte Matricis Ecclesie, et in subjeccionis signum, ad eandem Matricem Ecclesiam accedat, et ibidem unum obulum (*sic*) offerat, vel in Dominica tunc sequenti ; et quod quilibet terram tenens, domiciliu aut larem fovens in parochia ipsius Capelle, sive masculus fuerit sive femina, Die Dedicacionis ipsius Capelle unum obulum offerat in eadem ; quodque, si dicti parochiani ipsius Capelle premissa non fecerint, vel in eorum aliquo defecerint, seu defecerit aliquis eorundem, liceat dictis Religiosis et Vicario, seu eorum alteri, Capellatum in supradicta Capella celebrantem ab eadem Capella removere ad Ecclesiam Matricem ; et ibidem celebrabit, et non in Capella predicta, quounque de duplo illius quod a retro fuero sit plenarie satisfactum ; quodque non liceat quovismodo parochianis dicte Capelle, aut eorum alicui, in hujusmodi Convencionis seu Composicionis elusionem, per Capellatum alium vel alios, eciam propriis sumptibus, in eadem Capella interim Divina facere celebrari. Et, si hoc facere attemptaverint, seu attemptaverit aliquis eorundem, culpabiles seu culpabilis in hac parta, tociens quociens, ad fabricam Cancelli Matricis Ecclesie dimidiā marcam argenti eo ipso solvere teneatur. Quam, quidem, Convencionem seu Concordiam, per quam indemnitati Ecclesie Parochialis ac Religiosorum predictorum, et aliorum omnium quorum interest, sufficienter novimus esse cautum, tanquam rationabilem et juri consonam, ad specialem rogatum Parcium predictarum, auctoritate nostra Pontificali approbamus et tenore Presencium confirmamus ; et, in premissorum omnium ac singulorum testimonium, has indentatas Literas sigilli nostri appensione fecimus communiri.—Data, quo ad appositionem sigilli nostri, in Manerio nostro de Chuddeleghe supradicto, sexto die mensis Novembris, Anno Domini M°. CCC^{mo} quinquagesimo octavo, et Consecrationis nostre tricesimo secundo.

[fol. 209b.] Tavistock ; *Ordinacio seu Taxacio Vicarie Tavystochie*,— Universis Sancte Matris Ecclesie filiis, etc.—Cum inter dilectos in Christo filios, Abbatem et Conventum Tavystochie, Ecclesiam Parochialem Loci in usus proprios obtinentes, ex parte una, et Dominum David Foote, dicte Ecclesie Perpetuum Vicarium, asserentem sibi non esse sufficienter provisum per viam Ordinacionis scripte vel alio modo, de certa porcione pro sua, et successorum suorum futurorum Vicariorum ibidem, sustentacione congrua, et oneribus per ipsos, ratione dicte Vicarie, supportandis, ex parte altera, gravis fuerit, et sit, super hoc dissencionis materia suscitata, et pro parte dicti Vicarii nostris auribus intimata ; nos, cum Ordinacio certa seu Taxacio dicte Vicarie nullatenus habeatur in Scriptis ; et propterea volentes, juxta Officii nostri debitum, per viam Ordinacionis oportune dubietates et discordias in hac parte suscitatas penitus amputare ; Inquisitione plenaria et distincta super et de omnibus et omnimodis fructibus, redditibus, et obvencionibus ejusdem Ecclesie de Mandato nostro capta, nobis transmissa, et per nos intellecta ; habitaque super hoc deliberacione provida cum Partibus supradictis ; de consensu et assensu unanimi eorundem, Vicariam ipsam et ejus porcionem ordinamus et taxamus in hunc modum,—In primis, videlicet, quod dictus Vicarius, et successores sui qui pro tempore erunt ibidem Vicarii, habeant, nomine Vicarie sue, a prefatis Abbatte et Conventu Domum honestam et liberam, cum orto competenti contiguo, ad inhabitandum, continentem ad minus aulam, cameram, celarium, coquinam, et stabulum, sicut decet. Habeant, eciam, Vicarii hujusmodi, et ipsorum quilibet qui pro tempore erit, omni die per annum, liberatam seu corrodium Monachale ; videlicet, duos panes ac servisiam, et carnes vel pisces, quantum et prout

A.D.
1358. unus Monachus est diebus singulis percepturus. Item, habeant dicti Vicarii pro roba sua, in Festo Pasche, annuatim, tresdecim solidos et quatuor Vol. I. denarios sterlingorum. Item, pro prebenda unius equi, annis singulis, duodecim quarteria avenarum et decimam feni crescentis in dominio de Lamertone. Habeant, eciam, dicti Vicarii decimam melioris orti de Villa Tavystochie quam duxerant eligendam. Item, unum vitulum meliorem, unum porcellum, unum caseum, unum butirum, unum agnum, unam aucam, et unum vellus, prout de tota Parochia duxerant eligendum. Habeant, eciam, medietatem denariorum provenientium, de consuetudine, in sollempnizacionibus Matrimoniorum, et in quolibet Festo trium Festorum principalium tres denarios. Item, de dictis Abbatte et Conventu, per liberationem ballivi eorum, focalia ad estimationem sex solidorum et octo denariorum. Item, habeant Capellariam in dicta Ecclesia, sicut dictus Vicarius et predecessores sui hactenus percipere consueverunt; et in singulis Festis Purificacionis Beate Marie, a Sacrista Monasterii Tavystochie, ceram valentem sex denarios sterlingorum; necnon, omni Die Dominica, per annum, unum denarium, cum pane benedicendo offerendum. Et, ut prefato Vicario, et successoribus suis, de porcionibus suprascriptis, absque diminutione seu retardacione aliqua, suis temporibus modo debito satisfiat, statuimus et ordinamus quod, si et quociens fuerit pro parte dictorum Religiosorum in solucione alicujus partis porcionis predice per eos facienda per mensem continuum et cessatum, et Abbas vel Cellerarius, postquam fuerit, pro parte dicti Vicarii qui pro tempore erit, requisitus ut de illis que sic fuerint a retro satisfaciant, per sex dies requisitionem hujusmodi inmediate sequentes de petitis satisfacere distulerint, tociens iidem Religiosi Fabrice Ecclesie Exoniensi viginti solidos sterlingorum solvere teneantur. Dictus, insuper, Vicarius, et successores sui, subeat, et subeant onus Officii Decani Ruralis, quando et quociens nomine dicte Ecclesie fuerit subeundum. Cetera, autem, onera, omnia et singula, tam ordinaria quam extraordinaria, prefati Abbas et Conventus subeant et agnoscant. In cuius rei etc.—Data in Manerio nostro de Chuddeleghe, quartodecimo die mensis Decembris, Anno Domini M°. CCC^{mo} quinquagesimo octavo, et Consecrationis nostre tricesimo secundo.

[fol.
210.] [Dimissorie,—

Peter Perour was ordained accolite by the Bp. of Winchester, in the Chapel of Southwark Manor, 22 Dec., 1358 (*Register Edyndone*, fol. LLb).—F.J.B.]

A.D.
1358. Confessions; *Contra falsos Penitenciarios et Confessores*,—
9. Johannes, etc., dilectis in Christo filii, Officialibus nostro Principali et Pecculariis Jurisdictionis nostre in Devonia et Cornubia, necnon Officialibus fol. 202. Archidiaconorum in Ecclesia nostra Exoniensi, salutem, etc.—Salvator noster, Qui omnia novit antequam fiant, volens populum Suum et oves pascue Sue a seductoribus et luporum dentibus preservare, Apostolis et Discipulis Suis, eorumque Successoribus, quibus specialiter Ecclesiastici curam commisit Ovilis, admonendo predixit,—*Videte, inquiens, ne quis vos seducat; et iterum,—Attendite fermento Phariseorum, quod ypocrisis.* Quales, licet priscis temporibus per varias sectas heresum plures, ut Catholici Doctores in suis tradunt scriptis, apparuerint; istis, tamen, temporibus tales cotidie, non minus quam in codicibus legimus, experimur. Nec mirum; cum Doctor Gencium, Paulus, Propheticō afflatus Spiritu, ad Thymotheum scribat quod *in novissimis diebus*—ad quos forte cepimus venire—*instabunt tempora periculosa, et erunt homines seipso amantes*; et infra habentes, inquit, *speciem, quidem, pietatis; virtutem, autem, ejus abnegantes: et hos devita; quia veritate privati sunt, existimantes questum esse pietatem.* Et idem ad Romanos ultimo, tales expressius denotando, *declinate, ait, ab illis; hujusmodi, enim, Domino non serviunt set ventri suo, et per dulces sermones et benediciones seducunt corda innocencium.* Et sequitur, *Deus, autem, pacis conteret Sathan sub pedibus vestris velociter.* Tot, ergo, et tantis

A.D. auctoritatibus admoniti et premuniti ; cum tales qui querunt cotidie quos
 1358-9. specialiter devorent circuire plus solito senciamus et sciamus ; ne per
 Vol. I. nostram negligenciam aut taciturnitatem sanguis commissi nobis Gregis
 a Summo Pastore de nostris manibus requiratur, injungimus, consulimus,
 et hortamur, ac in virtute Obedientie et sub pena Excommunicacionis man-
 damus omnibus et singulis curam animarum sub nobis ministrantibus, quod
 inter ceteros quos supra generaliter designavimus Antechristi (*sic*) precones
 a triplici specialiter secta scilicet Gerevagorum, qui se heremitas nominant,
 et questorum, qui se pardonistas vocant, et a penitenciariis ac quibuscum-
 que confessoribus aliis, qui se asserunt potestatem a nobis habere specialem
 aut generalem, sollicite precaveant, ac parochianos suos sollicite admoneant
 precavere. Et, quia intelleximus quod aliqui sigillum nostrum cum im-
 pressione anuli confinxerunt, literas eorum congruentes cupidini fabricando,
 inhibemus omnibus Curatis, ac per eorum singulos parochianis suis inhiberi
 precipimus, sub pena superius annotata, ne aliquem heremitam seu ques-
 torem ad questum colligendum, nec penitenciarium seu confessorem quem-
 cumque non ordinarium ad Confessiones audiendum admittant, absque
 Literis nostris manu nostra subscriptis, sigilloque nostro, cum impressione
 anuli in dorso, more solito consignatis ; nec ipsis, aut ipsorum alicui, ultra
 ea que in Literis nostris hujusmodi continentur, fidem adhibeant aliqualem.
 Volentes, igitur, premissa ad omnium et singulorum nostre Diocesis indubi-
 tatam noticiam pervenire, vobis, et vestrum singulis, injungimus et manda-
 mus quatinus vos, Officialis noster Principalis, in Consistorio nostro
 Exoniensi ; vos, vero, nostre Peccularis Jurisdiccionis et Archidiaconorum
 Officiales, in singulis Capitulis per vos proximo celebrandis, presens Man-
 datum ac omnia in eo contenta adeo sollempniter publicetis, ac per
 Locorum Curatos in Ecclesiis suis, prout vobis subsunt, Diebus Dominicis
 et Festivis, horis ad hoc congruis, publicari faciatis, quod nullus subdi-
 torum nostrorum ignoranciam in hac parte pretendere valeat coloratam.
 Proviso quod quis ex vobis, etc. De die, vero, receptionis Presencium, et
 fol. 202b. quid feceritis in premissis, nos, citra Festum Annunciaconis Beate Marie
 [25 March], modo debito certificetis, et vestrum quilibet certificet, Literis
 vestris suisve patentibus, habentibus hunc tenorem.—Datum apud Chudde-
 legh, decimo die mensis Februarii, Anno Domini M°. CCC^{mo} lviij^o, et
 Consecrationis nostre tricesimo secundo.

[Anno Domini M°. CCC^{mo} lir^{to}, et Consecrationis Domini
 xxxij^o.]

A.D. Testamentary ; *De Ultimis Voluntatibus defunctorum*,—
 1359. Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Officialibus nostris, tam Principali
 quam nostre Peccularis Jurisdiccionis in Devonia et Cornubia, salutem, etc.
 —Libertatem extremi decepcionis judicii sicut multa favoris prerogativa
 muniunt legitime sancções, ita ipsius executionem sollicitudo Pastoralis
 defensare tenetur et vigilanter intendere, ut insolencias removeat per quas
 verisimiliter impediri poterit arbitrium defunctorum. Unde, licet Sacris
 Canonibus ac diversorum Sanctorum Patrum Constitutionibus, speciali-
 terque hujus Diocesis Synodalibus, ordinatum fuerit, inter cetera, salubriter
 et statutum, quod Testamentorum Executoribus, antequam Inventarium de
 bonis defunctorum, in fidei signorum presencia noticiam probabilem in ea
 parte obtinendum, confectum fuerit, et Ordinario, ad quem spectat cognitio
 in ea parte, exhibitum, bonorum Administracio nullatenus committatur, nec
 Executores ipsi, ante Administrationem fideliter completam et compotum
 inde redditum, ab onere calculandi per Ordinariorum acquietancias liberen-
 tur ; ne per hoc doli seu fraudis occasio afferatur, et Executoribus hujus-

A.D.
1359. modi ad usurpacionis injuriam audacia ministretur ; frequens, tamen, et assidua multorum querela ad nostrum deduxit auditum quod Archidiaconi Vol. I. in Ecclesia nostra Cathedrali Exonie, et eorum ac aliorum quorumcumque Insinuaciones seu Probaciones Testamentorum in Diocesi nostra obtinencium Officiales seu Commissarii ; quorum Officium indubitanter versari deberet ut Ultimas decedencium Voluntates legitimas adjuvarent et pro viribus tuerentur, probato coram eis Testamento absque factura sepe Inventarii bonorum Testatoris, Administracionem illico committunt Executoribus deputatis, et frequenter sine aliqua calculacione vel necessaria ad hoc dilatione aut deliberacione, eosdem eodem contextu de compoto reddendo per falsas Literas et notorie mendaces, recepta primitus de bonis hujusmodi quota notabili, que juxta dispositionem defuncti pro salute anime sue foret debite convertenda, absolvere non formidarunt ; cujus occasione multipliciter et nequiter impeditur judicium Testatoris. Executores, namque, cupiditatis veneno excecati, bona hujusmodi tanquam sua titulo pro emptore se estimant possidere ; de quibus prout libet extunc ordinant et disponunt. Judices, vero, supradicti, ne quota sibi, ut premittitur, persoluta in usus pios juxta Testatoris convertatur arbitrium, sine dubio, impediunt in effectu. Sicque tam Judices sigillantes quam Executores procurantes, invicem consentes, Sentenciam Excommunicacionis Majoris contra impedientes Ultimas Voluntates defunctorum, secundum diversorum Sanctorum Patrum Constituciones latam, incurrere dinoscuntur. Volentes, igitur, juris vestigiis inherendo, pesti tam dampnabili remedio quali cum Deo possumus resistere, ut tenemur ; vobis, et vestrum singulis, injungimus firmiter et mandamus quatinus vos, Officialis noster Principalis, in Consistorio nostro ; vos, rostre Peccularis Jurisdiccionis Officiales, in Capitulis et Sessionibus per vos proximo celebrandis seu tenendis, ac alibi, ubi et quando expedire videritis, presens Mandatum nostrum sollempniter publicantes, inhibeatis, primo, secundo, et tertio ac peremptorie, sub penis et Censuris in impedientes decedencium Ultimas Voluntates, ut predictur, fulminatis, ne Archidiaconi vel eorum Officiales, seu ceteri Judices prenotati, Administracionem bonorum quorumcumque decedencium, nisi facto primitus Inventario de eisdem, aliquibus seu alicui committere, vel acquietancias, nisi redditio compoto qui in hac parte requiritur, facere vel sigillare presument quovismodo, seu presumat aliquis eorundem. Denunciantes publice et sollempniter quod tam contra Archidiaconos et ceteros Judices predictos, Administracionem bonorum contra Constituciones predictas in hac parte [et] Prohibicionem nostram committentes seu acquietancias facientes, quam, eciam, contra Executores Testamentorum sive bonorum Administratores Administracionem seu acquietancias taliter recipientes, cum nobis de hoc constiterit, ad penalia, quantum de jure possumus, procedemus. De die, vero, etc., nos, citra Festum Ascensionis Domini [30 May], modo debito certificetis, et quilibet vestrum certificet, vestris suisve patentibus Literis, habentibus hunc tenorem. Proviso quod quis, etc.—Datum apud Chuddeleghe, undecima die mensis Aprilis, Anno Domini M°. trecentesimo quinquagesimo nono, et Consecrationis nostre tricesimo secundo.

fol.
203. The Liberties, etc., of the Church ; *De tranquillitate et pace Ecclesie et Regni,*—

Reverendo in Christo Patri ac Domino, Domino Johanni, etc., sui humiles et devoti in Christo filii, Precentor Ecclesie vestre Collegiate Sancte Crucis Crydtonie, Walterus de Bauntone et Nicholaus de Pontesbury, Canonici, necnon Decanus Curatus ejusdem Ecclesie, omnem reverenciam et obedientiam tanto Patri debitas, cum honore.—Mandatum vestrum xxvij^o die mensis Aprilis, Anno Domini M°. CCC^{mo} lix^{no}, recepimus, in hec verba,—Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Precentori, etc., salutem, etc.,—Cum secundum Sacros Canones Sanctorumque Patrum Constituciones diversas legatorias, videlicet Sedis Apostolice, Provinciales, ac eciam hujus Diocesis

A.D. 1539. Synodales, omnes et singuli qui pacem et tranquillitatem Ecclesie, Regis, et Regni Anglie temere perturbare presumunt, vel eciam de domibus, maneriis, grangiis, vel locis aliis, ad Episcopos vel alias Personas Ecclesiasticas pertinentibus, quicquam preter voluntatem aut permissionem Dominorum, vel eorum qui sunt locorum et rerum ibidem existencium custodiis deputati, de locis aut rebus hujusmodi, in prejudicium Ecclesie ipsius libertatem violando, disponere, consumere, auferre, vel eciam contractare, vel Ecclesias suo jure maliciose privare, vel ipsarum libertates quovismodo infringere seu perturbare attemptant, sint, et fuerint, diversis Excommunicacionum Majorum Sentenciarum dampnabiliter involuti, et a Sancte Matris Ecclesie liminibus sequestrati; volentes prospicere, quantum possumus et debemus, ne subditi nostri, pretextu ignorancie affectate, in tam grande periculum et dampnacionem veniendo contra premissa suarum incident animarum, et, nobis tacentibus, ipsorum sanguis de manibus nostris requiratur, vobis communiter et divisim committimus et, firmiter injungendo, mandamus quatinus omnes et singulos pacis Ecclesie, Regis, et Regni Anglie perturbatores, necnon libertatum Ecclesiasticarum violatores, ac jurium Ecclesie privatores, aut in Ecclesiis seu Locis Ecclesiasticis contra ipsarum libertates quicquam violenter disponere presumentes, sic fuisse, et esse, excommunicatos, ac eterni ignis incendiis cum diabolo et ejus ministris, nisi resipuerint, eternaliter deputandos, hac instanti Die Dominicana et ceteris diebus sequentibus, Nundinis proximis ibidem durantibus, tam Festivis quam feriatis, in Ecclesia nostra supradicta, intra Missarum Sollempnia, vel alia hora diei qua populi copia major ad Ecclesiam ipsam convenerit, publice et sollempniter nuncietis; presens Mandatum nostrum exponendo seriosius in vulgari. De die, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nos, primo die Juridico post instans Festum Sancti Johannis ante Portam Latinam [6 May], certificetis Literis vestris patentibus, habentibus hunc tenorem.— Datum in Manorio nostro de Chuddeleghe, xxvij^o die mensis Aprilis, Anno Domini M^o. CCC^m lix^o, et Consecrationis nostre tricesimo secundo. — Cujus auctoritate dictum Mandatum quo ad Denunciacionem et Excommunicacionem, juxta vim, formam, et effectum in dicto Mandato contentas, in omni sui parte sumus reverenter executi. In cuius rei testimonium sigillum Ecclesie vestre predicte Presentibus est appensum. — Datum Cryditonie, die Lune in Festo Sancti Johannis ante Portam Latinam, Anno Domini supradicto.

France ; *Litera ad Processiones pro Rege faciendas*, —

Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Decano et Capitulo Ecclesie nostre Cathedralis Exonie, et singulis Archidiaconis in eadem Ecclesia nostra, salutem, etc. — Cum Dominus noster, Rex Anglie illustris, qui adversariis suis de Francia vias pacis rationabiles frequenter obtulit, sicut scitis, conspiciens dictos adversarios suos nolle eas recipere nec tenere, de Superne Virtutis assistencia potissime confidendo, pro defensione Regni sui, terrarum, jurium, et subditorum suorum, passagium suum ad Partes exteriores, una cum Inclito Viro, Domino nostro et filio in Christo carissimo, Domino Edwardo, primogenito suo, Principe Wallie, Duce Cornubie, Comite Cestrie, ac Nobili Viro, Domino Henrico, Duce Lancastrie, aliisque Regni Proceribus, ordinaverit, quatinus coadunatis viribus sevicia adversariorum sub Divine miserationis fiducia compescatur; ut eorundem Dominorum nostrorum, Regis et Principis, ac suorum, eo felicior sit progressus quo piis apud Deum suffulti fuerint placacionum officiis; vobis, et vestrum singulis, injungimus et mandamus, et obsecramus per viscera misericordie Jhesu Christi, quatinus apud Eum, sine Quo nichil est validum, devotis jejuniis et oracionibus insistatis; et vestrum quilibet Clerum et populum, tam exemptum quam non exemptum, infra sue Jurisdiccionis limites constitutum, ad similia, et ad Processiones devotas temporibus ad hoc magis congruis faciendas, inductat, ut Rex regum et Dominus dominicum dictis Regi et Principi, et Dominis nostris, ac sibi assistantibus Celestis auxilii graciam conferat et

A.D.
1359.

Vol. I. juvamen. Ut, autem, Christi Fideles ad premissa allективis Indulgenciarum muneribus propensius excitemus, de Dei Omnipotentis gracia Ejusque immensa misericordia, ac Beate et Gloriose semper Virginis Marie, Genetricis Sue, necnon Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, Patronorum nostrorum, Omniumque Sanctorum meritis et precibus confidentes, omnibus parochianis nostris, et aliis quorum Diocesani hanc nostram Indulgenciam ratam habuerint pariter et acceptam, de peccatis suis vere penitentibus et confessis, qui premissa vel aliquod premissorum cum debita devocione curaverint observare, quadraginta dies de injuncta sibi penitencia, Auctore Domino, misericorditer tenore Presencium relaxamus. Ratificantes, nichilominus, et, quantum in nobis est, confirmantes omnes alias Indulgencias hujus rei gratia hactenus rite concessas et imposterum concedendas. Diem, autem, receptionis Presencium et execucionis earum formam, nobis, citra instans celebre Festum Omnium Sanctorum [1 Nov.], debite intimetis Literis vestris patentibus, habentibus hunc tenorem. Proviso quod vos, Decanus et Capitulum, cum presens Mandatum receperitis, id alieni Archidiaconorum predictorum celeriter, vobis retenta copia, transmittatis. Et quis ex vobis, Archidiaconis, ipsum Mandatum primo receperit, id alii, retenta sibi copia, transmittat celeriter non habenti.—Datum in Manerio nostro de Chuddeleghe, vicesimo quinto die mensis Septembris, Anno Domini, etc., lix^o, et Consecrationis nostre xxxij^{do}.

—De Processionibus et Mercatis Diebus Dominicis,—

(i) Venerabili, etc. [Johanni], Dei gratia Exoniensi Episcopo, Michael [de Northburghe], Ejusdem miseracione Londoniensis Episcopus, salutem et sincere dilectionis continuum incrementum.—Literas . . . Domini Simonis [de Islepe], Dei gratia Cantuariensis Archiepiscopi, etc., x Kalendas Septembris [23 Aug.] receperimus, in hec verba,—Simon, etc., Michaeli, etc., salutem, et fraternalm in Domino caritatem.—Preceptis salutaribus, Divina institucione fulcitis, jubentur Catholici pro invicem et unanimiter exorare, ut sic pariter omnes salvi fiant, tanto in eterna retribuzione felicius accepturi quanto major fuerit oracionis instancia, et ipsam non sola orantis necessitas set utilitas commendaverit publica, caritasque fraterna. Sane, cum Excellentissimus Princeps, Dominus noster Rex Anglie illustris, pro suo jure recuperando, sit ad Partes exteriores, cum exercitu suo, in proximo prefecturus, dubiis bellorum eventibus, quorum exitus in sola Dei manu sunt, militaliter se exponens ; nos, qui sub defensionis sue clipeo hactenus respiravimus, Divina gratia dulciter arridente, ne, si nos invaserit fortuna, quod absit, contraria, cum majori ignominia tristiori humiliet confusio. ad sancte oracionis presidium, per cuius virtutem creditur frequens nobis invaluisse victoria, tam pro salute cuiusque nostrum singulari quam pro utilitate publica speciali devocione confugere commovemur. Verum, etsi legitimis atque Canonicis Sanctionibus caveatur omnes Dies Dominicis cum omni veneracione debere a vespera in vesperam observari, adeo quod nec mercata nec alie negociaciones, nec Judicia publica nec privata, Ecclesiastica aut Secularia, aut alia opera ruralia fieri valeant in eisdem ; ut sic Fidelis quisque, sue creacionis recognoscens principium, ipsis Diebus saltem ad Ecclesiam suam Parochiale currat reverenter, de commissis suis veniam petiturus, et quod per ebdomadam illicite commiserit, seu negligenter omiserit, iugi contemplacionis instancia suppleturus ; Sancta, quoque, Dei Misteria jugiter honoraret, Mandata Ecclesie ibidem exponenda humiliter addiceret et servaret, atque in ipsis Ecclesiis, tamquam Locis oracioni divinitus consecratis, non solum pro seipsis, verum eciam pro omni gradu tam Ecclesiastice quam secularis milicie, circa preces Deo devote fundendas operam daret sollicitam, omni moda cura seculari postposita et cessante. Ex multorum, tamen, relacione fidedigna, licet cum intenso dolore, accepimus satis clare quod in nonnullis nostre Provincie Partibus perversa detestacio, immo certe dampnabilis, inolevit ; quod, videlicet, Diebus Dominicis, passim et indistincte, Dei honore contempto, mercata seu rerum venalium fora, in

A.D. quibus nedium victualia comparantur set alie diverse negociaciones, que
 1359. communiter absque fraudis et depcionis periculo non pertractantur; con-
 Vol. I. venticule, necnon, et congregaciones illicite fiunt hominum, suis Ecclesiis
 fol. 204. derelictis, alieque perturbaciones varie et malorum occasiones plurime
 perpetrantur, commessaciones et ebrietates miscentur, et multa alia inhon-
 estata et contra Dei reverenciam, et in Ejus injuriam, turpiter committun-
 tur; per que plerumque ad rixas et contumelias, minas et verbora, et quando-
 que homicidia proceditur. Unde et contingit sepius quod ad mercata
 seu fora hujusmodi, in quibus potencia crescit diabolica, confluit tota po-
 puli multitudo, et in Sacrosanctis Ecclesiis, in quibus Deus pacis pacifice
 queritur, Ejus ira facilius mitigatur, et oracioni locus specialiter indicitur,
 ut est dictum, propter absenciam Fidelium cessat Dei et Sanctorum reve-
 rencia, Sacra Misteria nequaquam ut concedet in debita veneracione haben-
 tur, et orancium mutua supportacio nimium subtrahitur et tepescit, et in
 Dei et Sancte Ecclesie irreverenciam, animarum grave periculum, et Precep-
 torum Divinorum, necnon Religionis Christiane contemptum et scandalum
 manifestum. Quocirca vestre Fraternitati, in virtute Obedientie, firmiter
 injungimus et mandamus quatinus subditos vestros, si quos in premissis
 culpabiles inveneritis, absque more dispendio Canonice moneatis et effica-
 citer inducatis, monerive et induci consimiliter faciat, ut a mercatis et
 foris, ceterisque illicitis superius descriptis, de cetero Diebus Dominicis
 abstineant penitus et desistant; atque in ipsis Diebus quicumque discrecio-
 nis annos attigerint ad Ecclesias suas Parochiales confluant et accendant,
 facturi, audituri, et recepturi que, secundum premissa, ejusdem Diei sacra
 reverencia exigit et requirit; contravenientes et vobis in hac parte rebelles
 quoscumque per Censuras Ecclesiasticas, tam in genere quam in specie, si
 necesse fuerit, Canonice compescentes. Injungatis, insuper, et injungi
 faciat Gregi vobis subdito quatinus dictis Diebus, in suis Ecclesiis, et aliis,
 cum eis melius videbitur, inter oracionum suarum suffragia, prefatum
 Dominum nostrum Regem, Regni Proceres, ceterosque quoscumque cum
 eo in suo, ut prefertur, exercitu profecturos, prosperam ipsorum salutem et
 felicem sue profectionis expedicionem Altissimo Deo, Regi regum omnium,
 ex devotissimis precordiorum intimis recommendent, Processionesque binas
 qualibet ebdomada, pro eis et pace Regni, circa Ecclesias suas et Cimiteria
 faciant consuetas. Vobis, insuper, mandamus quatinus Mandatum nostrum
 hujusmodi singulis Fratribus nostris, Coepiscopis et Suffraganeis per nos-
 tram Cantuariensem Provinciam constitutis, cum celeritate possibili intime-
 tis ut ipsi quo ad subditos suos faciant prout superius recitat. Et, ut
 Fidelium mentes ad premissa facienda propensi excitantur, de Dei Omnipotens
 misericordia, Sauctissime Virginis Marie, Matris Sue, Beati Thome,
 Martiris gloriosi Omuiumque Sanctorum meritis et precibus confidentes,
 cunctis Christicolis per nostram Cantuariensem Provinciam constitutis, de
 suis peccatis vere penitentibus et confessis, sicut premittitur orantibus, et
 ab illicitis superius expressatis se abstinentibus, quadraginta dies Indulgen-
 cie concedimus per Presentes. Vosque Confratres nostros predictos in
 Domino hortamur ut, de Thesauro Ecclesie vobis credito, premissa facienti-
 bus et observantibus, ut prefertur, Indulgencias aliquas concedatis. De
 die, vero, receptionis Presencium, modoque et forma execucionis vestre in
 hac parte, nos, citra Festum Omnium Sanctorum proximo nunc futurum,
 certificetis per Literas vestras patentes, harum seriem continentem; dictis-
 que Fratribus nostris specialiter injungatis ut ipsi singulariter, modo simili,
 de facto suo nos curent reddere cerciores.—Datum apud Otterforde, xix^o
 Kalendas Septembbris [14 Aug.], Anno Domini M°. CCCmo lix^o, et nostre
 Consecrationis decimo.—Hujus, igitur, auctoritate Mandati, vobis, Pater
 reverende, denunciamus, et cum ea qua decet reverencia, firmiter injungendo,
 mandamus quatinus omnia et singula contenta in eodem, quatenus vos,
 Civitatem et Diocesim vestras, ac personas earundem concernunt, juxta
 tenorem et formam ejusdem execucioni plenarie demandetis, et faciatis

A.D. effectualiter demandari ; Indulgencias, eciam, aliquas juxta hortacionem
 1359. hujusmodi, concedentes. Certificantes dictum Reverendum Patrem, prout
 Vol. I. in Mandato predicto fieri demandatur.—Datum in Manerio nostro de
 Orsete, v^{to} Kalendas Septembbris [28 Aug.], Anno Domini supradicto, et
 Consecrationis nostre quinti.

[Anno Consecrationis Domini xxxiiij^o.]

[ii] Venerabili, etc., Johanni, Dei gratia Exoniensi Episcopo, suus humilis et
 fol. devotus in Christo filius, Officialis Domini Archidiaconi Cornubie, obedi-
 204b. enciam, reverenciam, et honorem debitos tanto Patri.—Mandatum vestrum
 De reverendum vicesimo die Novembris recepi, tenorem continens subsequen-
 mercata- tem,—Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, Decano et Capitulo Ecclesie
 in Diebus nobis commisse, necnon Officiali nostro Principali, et singulis Archidiaconis
 Domini- in dicta Ecclesia nostra, eorumque Officialibus rite constitutis et juxta Statuta
 nicis. Cousistorii nostri Exoniensis juratis, salutem, etc.—Literas . . . Domini
 Michaelis, Dei gratia Londoniensis Episcopi, recepimus, quarundam tenorem
 Literarum . . . Domini Simonis, Dei gratia Cantuariensis Archiepiscopi,
 etc., duo principaliter et effectualiter habencium, continentes,—Primum,
 videlicet, ut subditos nostros moneri et induci efficaciter faciamus quod a
 mercatis et foris, atque Judiciis Ecclesiasticis et Secularibus operibusque
 ruralibus, Diebus precipue Dominicis de cetero penitus abstineant, et ad
 Ecclesias suas Parochiales, hora congrua, declinet, Divinum Officium
 audituri, formamque recte vivendi ac Mandata Ecclesiastica humiliter recep-
 turi, prout Sacrorum Dierum reverencia exigit et requirit ; culpabiles in
 hac parte et rebelles per Censuras Ecclesiasticas compescendo. Secundum,
 ut pro Domino nostro Rege ac Regni Proceribus, ceterisque quibuscumque
 cum ipsis ad Partes exteriores jam profectis et profecturis, eorumque pros-
 peritate et salute expeditioneque felici devotis precibus ac Processionibus
 Regi regum Altissimo humiliter intercedant. Et, ut ad hoc propensius
 inclinentur, idem Pater et Dominus Archiepiscopus omnibus infra Cantuari-
 ensem suam Provinciam constitutis, sibi et nobis, ceterisque Coepiscopis
 Cantuariensis Ecclesie Suffraganeis, in hac parte devote parentibus, quad-
 raginta dies Indulgencie concessit in forma Ecclesie consueta. Et, licet quo
 ad primum fuerit primitus tam Sanctionibus Canonis quam eciam nostris
 Constitucionibus Sinodalibus in Diocesi nostra provisum ; et quo ad secun-
 dum, sicut scitis, de Mandato nostro preventum : propter Indulgencias, ta-
 men, predictas, et ut premissa omnia cordibus subditorum nostrorum firmius
 sint impressa, ea per nostram Diocesin fore decrevimus publicanda. Quo-
 circa vobis, auctoritate predicta et nostra, injungimus et mandamus quatinus
 vos, Decane et Capitulum, in Ecclesia nostra Cathedrali, congruis ad hoc
 temporibus, et vos, Officialis noster, in Consistorio nostro Exoniensi ; vos,
 vero, Archidiaconi, vestre Officiales, in singulis Capitulis per vos proximo
 celebrandis, presens Mandatum nostrum publicantes et intelligibiliter
 exponentes, premissa satagatis, quantum ad vos attinet, observare, et a sub-
 ditis, prout vobis subsunt, faciatis pro viribus observari. Et, ut devocius
 hoc faciant, omnibus parochianis nostris, et aliis quorum Diocesani hanc
 nostram Indulgenciam ratam habuerint et acceptain, de peccatis suis vere
 penitentibus et contritis, qui ab illic[it]is superius designatis se abstinerint,
 et sicut premittitur oraverint, quadraginta dies de injunctis sibi penitenciis,
 preter alias per nos concessas Indulgencias, de Dei Omnipotentis gracia
 Ejusque immensa misericordia, et Beatissime semper Virginis Marie, et
 Apostolorum Petri et Pauli, Patronorum nostrorum, Onniumque Sanctorum
 meritis et precibus confidentes, Auctore Domino, misericorditer con-
 cedimus per Presentes. Ratificamus, insuper, et, quantum in nobis est,
 approbamus omnes Indulgencias alias a Venerabilibus in Christo Patribus,

A.D. Consufraganeis et aliis Episcopis, hujusmodi rei gracia rite hactenus indul-
 1359. tas. De die receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nos,
 Vol. I. citra Festum Sancti Thome, Apostoli [21 Dec.], vos, Decane et Capitulum,
 per vestras, ceterique vestrum singuli per suas patentes Literas, harum
 seriem et modum ac formam execucionis earundem dilucide continentes,
 reddatis modo [debito] cerciores. Proviso quod quis ex vobis, etc.—Datum
 in Manerio nostro de Chuddeleghe, sextodecimo die mensis Novembris, An-
 no Domini, etc., lix^o, et Consecrationis nostre tricesimotercio.—Quod, quidem,
 Mandatum vestrum reverendum, quatenus Archidiaconatum Cornubiensem
 concernit, in singulis Capitulis per me a tempore receptionis ejusdem
 proximo celebratis, juxta ipsius exigenciam sic reverenter sum executus.—
 Datum Bodminie, decimo die mensis Decembris, Anno Domini supradicto.

Convocation ; Pro Convocatione Londoniis facienda,—

Venerabili in Christo, etc., Johanni, Dei gratia Exoniensi Episcopo, vester
 humilis et devotus filius, Officialis Domini Archidiaconi Totonie, omnimas
 obediencias et reverencias quas poterit, cum omni honore.—Mandatum
 vestrum reverendum sub eo qui sequitur tenore, una cum aliis Literis
 quarum tenores inferius continentur, xxj^{mo} die mensis Decembris, Anno
 Domini infrascripto, recepi,—Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, De-
 cano et Capitulo Ecclesie nostre Cathedralis Exonie ; necnon Officiali nos-
 tro Principali, et singulis Archidiaconis in Ecclesia nostra predicta, eo-
 rumve Officialibus rite constitutis et juratis, salutem, etc.—Literas
 Domini Michaelis, Dei gratia Londoniensis Episcopi, pridie recepimus,
 tenorem quarundam Literarum . . . Domini Simonis, Dei gratia Cantua-
 riensis Archiepiscopi, etc., continentem ; quas vobis, et vestrum cuilibet,
 mittimus inspiciendas, et, retentis penes vos copiis earundem, ipsisque per
 vos, Officiale nostrum, in nostro publicatis Consistorio, nobis illico remit-
 tendas. Quarum auctoritate, vos, Decanum et Capitulum et Archidiaconos,
 citamus, peremptorie, per Presentes, ac per vos, Archidiaconos, seu vestros
 veros Officiales, Abbates et Piores qui Conventum sub se habent non
 exemptos, et Clerum nostre Diocesis, prout vobis subsunt, citari modo
 simili, ac Prelatos quoslibet Ecclesiarum Conventionalium non exemptos pre-
 muniri volumus et mandamus quod vos, Decane et Archidiaconi, compare-
 atis, idemque Abbates et Piores, seu Prelati, exempti et non exempti,
 compareant personaliter ; vos, vero, Capitulum per unum, ac Clerus nostre
 Diocesis per duos Procuratores ydoneos, compareatis seu compareat die et
 loco in Literis supradictis contentis, ad faciendum et recipiendum, in om-
 nibus et per omnia, quod eedem Litere exigunt et requirunt. De die
 receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nos, citra instans
 Festum Sancti Hillarii [13 Jan.], modo debito certificetis ; vos, videlicet,
 Decane et Capitulum, per vestras, et ceteri vestrum singuli per suas patentes
 Literas, harum seriem, et modum et formam execucionis earundem, dilu-
 cide continentem. Proviso quod quis, etc.—Datum in Manerio nostro de
 Chuddeleghe, xv die mensis Decembris, Anno Domini, etc., lix^o, et Conse-
 cracionis nostre xxxiijo.—*Tenor, vero, Literarum de quibus supra fit mencio-
 talis est.*—[The Bishop of London to the Bishop of Exeter, reciting the
 Archbishop's Letter directed to himself, to the following effect].—

Quamvis a tempore quo Cantuariensi Ecclesie, Domino disponente, prefici-
 mus, licet inmeriti et indigni, corditer optassemus Prelatos et Clerum dicte
 nostre Provincie a laboriosis et sumptuosis Convocationibus et vexacionibus
 preservare, ipsisque in quiete fovere, ut Altissimo Regi regum possent
 liberius deservire ; urgencia, tamen, et grandia pericula, que timeri poterunt
 Regno Anglie et Ejus Ecclesie, in absencia Regis nostri et Majorum et
 Procerum suorum, verisimiliter pervenire, nisi festino et salubriori remedio
 tam Cleri quam populi in Regno remanentis consulcius succurratur, multi-
 pliciter licet anxios nos compellunt Prelatos et Clerum nostre Cantuariensis
 Provincie, quorum tam communiter quam singulariter in hac parte interesse

A.D.
1359. vertitur, propterea specialiter convocare. Ad hoc, eciam, Literas Regias
Vol. I. Dominus Hibernie, . . . Simoni, eadem gracia Cantuariensi Archiepiscopo,
etc., salutem,—Considerantes gravia pericula que tam per invasiones Sco-
torum quam aliorum inimicorum nostrorum, nobis extra Regnum nostrum
Anglie existentibus, tam Sancte Ecclesie quam dicto Regno evenire veri-
similiter formidantur, ac volentes hujusmodi in quantum poterimus pre-
cavere; vos rogamus quod, attentis hujusmodi periculis, Episcopos et Clerum
vestre Provincie, tam exemptos quam non exemptos, ad cicius quo poteritis
loco competenti convocare, et inter vos et ipsos de aliquo salubri remedio,
pro conservacione Ecclesie et defensione et Regni predictorum contra
pericula predicta ordinare curetis, ut ex hoc tam vobis quam dicto Clero in
vestris agendis teneamur specialius in futurum. Et hoc, sicut nos et
honorem nostrum, ac salvacionem et defensionem Ecclesie et Regni pre-
dictorum diligitis, nullatenus omittatis. Nolumus, enim, quod id quod sic
ad rogatum nostrum feceritis cedat vobis aut dicto Clero in prejudicium aut
libertatis Ecclesiastice lesionem, vel trahatur in consequenciam in futurum.
— Teste Thoma, filio nostro carissimo, Custode Anglie, apud Westmonas-
terium, xxij^{do} die Novemboris, Anno Regni nostri Anglie tricesimo tercio;
Regni, vero, nostri Francie xx^{mo}.—Quocirca Fraternitati vestre committimus
et mandamus, in virtute Sancte Obedientie firmiter injungentes, quatinus
Venerabiles Fratres nostros, Episcopos, omnes et singulos, dicte nostre Pro-
vincie Suffraganeos nostros et Electos confirmatos, si qui fuerint, et absen-
cium hujusmodi Vicarios in Spiritualibus Generales, et Custodem nostrum
Spiritualitatis in Civitate et Diocesi Conventrensis et Lichefeldensis, Sede
ibidem vacante, Generalem, citetis peremptorie; et, per eos, Decanos et
Priores Ecclesiarum Cathedralium, ac singula Capitula earundem, Archi-
diaconosque; Abbates et Priores Conventus sub se habentes; et alias
Ecclesiarum Prelatos, exemptos et non exemptos; Clerumque cuiuslibet
Diocesis nostre Provincie antedictae citari peremptorie et premuniri
volumus, et mandamus quod iidem Episcopi, Electi, Vicarii Generales,
ac Custos noster predictus, Decani, Priori hujusmodi Ecclesiarum Cathe-
dralium, Archidiaconi, Abbates et Priori, ac ceteri Ecclesiarum Prelati,
tam exempti quam non exempti, personaliter, et quodlibet Capitulum Eccles-
iarum Cathedralium predictarum per unum, Clerusque cuiuslibet Diocesis
nostre Provincie antedictae per duos sufficientes Procuratores, compareant
coram nobis, aut nostris in hac parte locum tenentibus seu Commissariis, si nos
tunc, quod absit, impediri contigerit, in Ecclesia Sancti Pauli Londoniarum,
die Lune proxima post Festum Purificacionis Beate Marie proximo futurum
[3 Feb.], ad tractandum nobiscum, cum continuacione et prorogacione dierum
tunc sequencium et locorum, super hiis que (*sic*) in dictis Literis Regii fit
mencio, et aliis arduis et urgentibus negotiis Ecclesiam Anglicanam et Clerum
hujusmodi concernentibus, ibidem seriosius expediendis; suaque consilia et
auxilia super eis imposituri, et ad consciendum hiis que ibidem ex deli-
beracione communi ad honorem Dei et Ecclesie Sue, et utilitatem Regni et
tocius [rei] publice, ut speramus, contigerit concorditer ordinari; facturi
ulterius et recepturi quod justum fuerit et hujusmodi negotiis qualitas et
natura exigunt et requirunt. Vos, eciam, dictum Mandatum, quatenus vos
et Diocesim vestram Londoniensem concernit, exequi per omnia faciatis, et
eidem nostro Mandato in omnibus pareatis cum effectu. Tenore, eciam,
Presencium peremptorie vos citamus quatinus eisdem die et loco compare-
atis coram nobis, seu nostris in hac parte Commissariis, una cum aliis
nostris Suffraganeis, ut premittitur, tractatueros; facturos, neconon, et recep-
tueros, quatenus ad vos attinet, prout superius continetur. Prelatis, eciam,
Ecclesiarum exemptarum, non mendicantibus, vestre, ac aliorum Coepisco-
porum dicte nostre Provincie Diocesum, cuiuslibet fuerint Ordinis, per vos
et dictos Confratres nostros, prout vos et unumquemque eorum concernit,
volumus intimari, ut, prefatis die et loco, absque suorum privilegiorum

A.D. 1359. in hac parte prejudicio, quibus per hoc derogari nolumus, nobiscum intersint ; facturi, in premissis et ea tangentibus, quod superius est expressum.

Vol. I. Verum, quia Confratrum et Coepiscoporum nostrorum predictorum, et aliorum Prelatorum dicte nostre Provincie, aliqui se a Provinciali nostro Consilio ultimo celebrato absentarunt voluntarie et absque causa, quorum presenciam fuisse non ambigitur profuturum ; volumus et mandamus quod intimetis, seu denunciari faciatis, dicte nostre Provincie Coepiscopis et Fratribus, ac Vicariis hujusmodi, Decanis, Abbatibus, Prioribus, et ceteris Ecclesiarum Prelatis supradictis, quod eos a personali comparicione in hujusmodi Congregacione, dictis die et [loco] per nos, seu nostra auctoritate, Deo annuente, celebranda, habere non intendimus excusatos ea vice, nisi ex causa necessaria tunc ibidem alleganda et probanda ; set, eorum contumacia si qui forsitan absentes fuerint, secundum juris exigenciam Canonice punientur. Vobis, eciam, ut supra, injungimus et mandamus quod omnibus et singulis dictis nostris Suffraganeis, Vicariis, et Electis nostris hujusmodi predictis, ac dicto nostro Custodi, injungatis, seu faciatis injungi, ut singuli eorum, singillatim, de facto suo in hac parte, quatenus pertinet ad eosdem, nos, seu loca nostra tenentes seu Commissarios antedictos, dictis die et loco, per Literas eorum patentes, citatorum nomina eciam continentis, distincte et aperte certificant, ut est moris. De die, vero, receptionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nos, nostrosve locum tenentes et Commissarios predictos, eisdem die et loco, modo debito certificare curetis per Literas vestras patentes, harum seriem, et citatorum nomina vestre Diocesis in hac parte, in cedula separata Literis certificatoriis vestris annexa, plenius continentis.—Datum apud Otteforde, vij^o Kalendas Decembris [25 Nov.], Anno Domini M^o. CCC^{mo} lix^o, et Consecrationis nostre x^{mo}.—Vos, igitur, cum reverencia qua decet, citamus peremptorie, et per vos ceteros in dicto Mandato contentos, non exemptos, citari, exemptisque intimari volumus et mandamus quod compareatis personaliter et compareant, die et loco in dicto Mandato contentis, facturi quod ejusdem Mandati tenor exigit, continet, et requirit. Intimantes vobis, et per vos citandis per vos, eciam, intimari mandantes, quod comparicione personali, dictis die et loco, excusari non poteritis, nec poterunt, nisi prout in eisdem Literis eciam continetur. Certificetis, insuper, dictum Venerabilem Patrem, eisdem die et loco, cum citatorum nominibus, ut mandatur. Conservet Paternitatem [vestram] Altissimus ad regimen Ecclesie Sue Sancte !—Datum in Manerio nostro de Hodlam, Kalendis Decembris [1 Dec.], Anno Domini supradicto, et nostre Consecrationis quinto.—Cujus auctoritate Mandati vestri reverendi, omnes et singulos Abbates et Piores in Archidiaconatu constitutos, sub se Conventum habentes, exemptos et non exemptos ; videlicet, Abbatem Monasterii Bucfestrie, Abbatem Monasterii de Torre, Abbatem Monasterii de Tavystoke, Priorem Monasterii de Plymptone, et Priorem Monasterii de Tottenesse, ac eciam Clerum dicti Archidiaconatus, juxta vim, formam, et effectum dicti Mandati vestri, michi semper reverendi, ut mandatur citavi et premunivi.—Datum Exonie, xj die Januarii, Anno Domini supradicto, sub sigillo Decani Christianitatis Exonie, ad mei rogatum appenso.

[fol.] Notary Publick ; *Creacio Andree de Fawy in Notarium Publicum,*—

Ultimo die [29th] mensis Februarii, Anno Domini M^o. CCC^{mo} quinquagesimo nono, Indicione tercia decima, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Domini Innocentii, Divina Providencia Pape VI^{ti}, Anno octavo, Dominus, in Camera sua principali infra Manerium suum de Chuddeleghe, auctoritate cujusdam Facultatis sibi a Sede Apostolica concesse, cujus tenor inferius describitur, creavit Andream de Fawy in Notarium Publicum ; clericum Exoniensis Diocesis, non conjugatum, nec in Sacris Ordinibus constitutum ; ipsumque de Tabellionatus Officio presencialiter investivit per tradicionem penne, calamarii, atque carte. Qui, tunc, jura-

fol.
206.

A.D.
1359-60.

A.D. 1359-60. mentum prestitit corporale, prout in Bulla hujusmodi Gracie continetur. Presentibus tunc, ibidem, Magistris Benedicto de Pastone, Rogero de Inke-
 Vol. I. penne, Willelmo de Braibroke ; neconon, me, T. Tuggel, Notario Publico. Et
 habuit prefatus Andreas Literas super hoc sub magno sigillo ; quas ego,
 manu propria, per modum Instrumenti Publici scripsi et subscripsi, ac
 signo meo solito consignavi. Quarum tenor talis est,—Johannes, etc.,
 dilecto in Christo filio, Andree de Fawy, nostre Diocesis, Clerico nostro
 familiari, salutem, etc.—Olim felicis recordacionis Dominus Clemens Papa
 VIIth, volens nobis illa concedere per que possemus nos aliis reddere graci-
 osos, creandi tres clericos ydoneos in Tabelliones et Notarios Publicos
 Auctoritate Apostolica nobis contulit Facultatem, per suas Apostolicas
 Literas ; quas recepimus in hec verba,—Clemens, etc. . . . [The Letter
 and the Form of the oath are here set forth at length ; but it is unnecessary
 to repeat them, as they correspond with those of Pope John XXII., dated
 in 1331 ; see page 140, No. 4.] . . . Datum Avinione, Idus Julii, Pontifi-
 catus nostri Anno octavo [15 July, 1349].—Volentes, igitur, personam tuam,
 quam ex diutina in nostris obsequiis conversacione tua, et impensis per te
 nobis serviciis, habilem et ydoneam esse novimus ad Tabellionatus Officium
 exercendum, favore prosequi gracioso, ut eo liberius et facilius crescas
 de virtutibus in virtutes, et aliis magis fructuosus esse valeas, quo te
 majoris gracie conspexeris prerogativa munitur ; te, non conjugatum, nec
 in Sacris Ordinibus constitutum, qui de dicto numero ternario in predictis
 Literis Apostolicis contento tertius ultimusque existis ; recepto a te
 primitus juramento, juxta formam in ipsis Literis annotatam, Auctoritate
 earuudem Literarum creamus in Notarium Publicum, ac de Tabellionatus
 Officio presencialiter investimus per tradicionem penne, calamarii, atque
 carte, ut exnunc hujusmodi Officium prudenter ac fideliter ubilibet exe-
 quaris, et ad te, cum necesse fuerit, super hiis que ad Officium ipsum
 pertinent fiducialiter recuratur. In quorum omnium testimonium atque
 fidem presentes Literas, seu presens Publicum Instrumentum, per Thomam
 Tuggel, de Tuvertone, clericum, Publicum Auctoritate Apostolica Notarium
 et Scribam nostrum infrascriptum, scribi et publicari mandavimus, nos-
 trique sigilli fecimus appensione muniri.—Data et acta in Manorio nostro
 de Chuddeleghe, ultimo die mensis Februarii, Anno ab Incarnatione Domini,
 secundum cursum et computacionem Ecclesie Anglicane, M°. trecentesimo
 quinquagesimo nono, Indicione tercia decima, Pontificatus Sanctissimi in
 Christo Patris et Domini nostri, Domini Innocencii, Divina Providencia
 Pape VIIth, Anno octavo, et Consecrationis nostre tricesimo tertio. Pre-
 sentibus discretis viris, Magistris Benedicto de Pastone, Rogero de Inke-
 penne, Clericis nostris familiaribus, Norwyensis et nostre Exoniensis
 Diocesum, Willelmo de Braibroke, domicello nostro, Wyntoniensis Diocesis,
 testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.—*Sequitur Subscriptio*,—
 Et ego, Thomas Tuggel, de Tuvertone, clericus, Exoniensis Diocesis, Pub-
 licus Auctoritate Apostolica Notarius, ac Venerabilis in Christo Patris et
 Domini, Domini Johannis, Dei gratia Exoniensis Episcopi supradicti, Scriba,
 dicti Notarii creationi, juramenti prestacioni, penne, calamarii, atque carte
 tradicioni ac Investiture, omnibusque aliis et singulis ut premittitur factis,
 habitis, atque gestis, sub Anno, Indicione, Pontificatu, mense, die, et loco
 predictis, una cum prenominatis testibus, presens fui, eaque omnia et
 singula sic fieri vidi et audivi, ac de Mandato dicti Venerabilis Patris scripsi,
 et tenorem dictarum Literarum Apostolicarum, de verbo ad verbum, Pre-
 sentibus fideliter inserui, et in hanc publicam formam redegii, signoque
 meo consueto signavi iu fidem et testimonium premissorum.

T. TUGGEL.

fol. 206. Assizes not to be held in Lent,—

As honurables hommes et sages, Mounsire Willeam de Shareshulle et Mounsire
 Johan de Stouforde, et R. de Burtone, Justices nostre Seignour le Roi,
 Johan, par la miseracion de Dieu Evesque Dexcestre, salutz, reverences, et

A.D. honurs.—Come par les Seyntz Estatutz de Seynte Eglise, ordynnez et
 1359-60. establiez de longe temps passeez en diverses Coucils Generals, soit defendu
 Vol. I. qe en le Seynt Temps de Karesme, par Dieu et ne mye par homme establi,
 seculers pleez, quez ne sount mye appurtenantz a salutz des almes, soient
 tenuz, ne Crestiens, qui deyvent en cel Temps especialment entendre as
 oreysons et devocions, soient arteez en meisme le Temps de jurer sur le
 Lyvre ; en quel Temps bons Crestiens devant juner et ne mye jurer,
 comment qe autres temps ne seyt mye peche de char mauger ne jurer ;
 queles choses noz Predecessours, et nous en nostre temps, sovent avaunt ces
 heures avoms fait notefier as Justices qui adonques furent, come ascuns de
 vous bien scievent ; et eymes entenduz qe vous soietz en purpos de seer a
 Excestre y ceo Vendredy proscheyn, et illoeques plees seculers dassizes tenir,
 et noz subgetz arter a jurer encontre les leys de Seynte Eglise et Estatutz
 susdites, en offense de Dieu et peril de voz almes ; vous prioms devoutement
 et counsoloms bonelement et enyoignems fermemente, qe sanz especiale
 Licence de Seynte Eglise ne tenez en cest Seynt Temps tieux seculers pleez,
 ne faceez noz ditz subgetz jurer sur Lyvre, come desuy est dit, come vous
 voleez escheure la indignacion de Dieu, et les peynes ent ordynnez par les
 leys de Seynte Esglise. Treschers Sires, nostre Seignur Jhesu Crist vous
 doynt toudiz grace de bien faire a Soun honur et meryte de voz almes.
 Escrist a Chuddeleghe, le primer jour de Marcz.—*Item subscriptio manu
 Domini*,—Eydez pur Dieu et charite le feble Persone et povere et symple
 de Wytherugge, contre le riche et orgoylous Hospiteler. Scriptum est iu
 Biblia, Ecclesiasten iiiij^{to}, *Omnia tempus habent*. [Sir John Perour resigned
 the Rectory of Witheridge in 1361 (*Reg. vol. iii., fol. 140^b*). The Prioress
 and Convent of Cannington, in Somerset, were the Patrons of the Benefice].

As honourables hommes et sages, Mounsires Johan de Stouforde et Richard de
 fol. Burtone, Justices nostre Seignour le Roi, Johan, par la miseracioun de Dieu
 206b. Evesque Dexcestre, salutz, reverences, et honurs.—Pur ceo qe a noz Letres,
 par quelles nous vous consaillasmes et enyoignasmes qe, saunz especiale
 conge de Seynte Eglise, ne deussez en cest Seynt Temps tenir seculers
 pleez, vous nous avez remaunde qe vous volez bonelement estre obeisaantz a
 les Ordinaunces et Estatutz de Seynte Eglise, come a ceo faire fermemente
 estes tenuz ; nous, eiaantz regarde a la bone devocioun et humilité queles
 nous trovoms en vous, vous otryoms et graumonts, pur taunt come en nous
 est, qe en touz pleez queux ne sount mye en prejudice de Seynte Eglise
 pieussez tenir voz pleez, et noz subjez faire sermente a dire verite et toutes
 autres choses faire appurtenantes a vostre Office. Et pur ceo qe le siecle
 quest en les gentz si est mout en nostre temps chaunge qe ascuns point
 quyder qe nous facems ore ascunes noveleteez en cestes choses, nous vous
 envoyem a regarder les Registres de noz Predecessours et les noz ; et autre
 ceo vous purrez veer, si vous plest, les auncientes Councils et Decreeez ent
 ordynnez. Treschers Sires, le Seynt Esprit vous doynt touz diz grace de
 bien faire, a Soun honur et meryte de voz almes. Escriptes a Chuddeleghe,
 le iii^j jour de Marcz.

fol. 207. Penitentiaries ; *De falsis Confessoribus*,—

Venerabili etc., Johanni, etc., suus humilis et devotus in Christo filius, Officialis Archidiaconi Exonie, obedienciam et reverenciam tanto Patri debitas
 et devotas, cum omni honore.—Mandatum vestrum reverendum, ex trans-
 missione Officialis vestri Principalis, xv^o die mensis et Anni Domini infra-
 scriptorum, sub eo qui sequitur tenore verborum, recepi,—Johannes, etc.,
 dilectis in Christo filiis, Officiali nostro Principali, et singulis Archidiaconis
 in Ecclesia nostra Exoniensi, vel eorum Officialibus, salutem, etc.—Cum
 ex frequenti et fidelidigna relacione intelleixerimus, et nos ipsi quamsepe, non
 sine compassionie et dolore cordis, experti sumus, quod nonnulli habit
 Religiosi, nostre Diocesis, mendicantes, non que Jhesu Christi set que sua
 sunt querentes, obtentu questus peccuniarii a subditis nostris colligendi,

A.D. 1359-60. se nostros fore Penitenciarios aut Confessores per nos deputatos mendaciter asseverant, et subditos nostros a quibuscumque peccatis, eciam in casibus Vol. I. quibuslibet nobis specialiter et quandoque Sedi Apostolice reservatis, in elusionem et contemptum Clavium Ecclesie ac gravem animarum decepcionem, indifferenter absolvunt; volentes excessus tam dampnabiles et execrando, tanquam presumptuosas temeritates, prout ex injuncto tenemur Officio, refrenare; vobis, omnibus et singulis, injungimus et mandamus quatinus vos, Officialis noster, in Consistorio nostro; vos, vero, Archidiaconi, vestre Officiales, in singulis Capitulis per vos proximo celebrandis, presens Mandatum nostrum sollempniter publicantes et intelligibiliter exponentes, inhibeatis subditis nostris quibuscumque, prout vobis subsunt, et faciat per Locorum Curatos parochianis suis modo simili inhiberi, ne Penitenciarium seu Confessorem quemcumque non ordinarium, se a nobis potestatem generalem aut specialem habere asserentem, ad Confessiones audiendas admittant, absque Literis nostris manu nostra subscriptis, sigilloque nostro, cum impressione anuli nostri in dorso, more solito consignatis; nec ipsis, aut alicui eorundem, in foro anime communicent, seu ultra ea que in Literis nostris hujusmodi continentur fidem adhibeant aliqualem. De die receptionis Presencium, et quo modo presens Mandatum nostrum fueritis executi, nos, citra Festum Sancti Gregorii Pape [12 March], modo debito certificetis, et quilibet vestrum certificet, vestris suisve patentibus Literis, fol. 207b. habentibus hunc tenorem.—Datum in Manerio nostro de Chuddeleghe, xij die mensis Februarii, Anno Domini M°. CCC^{mo} lix^o, et Consecrationis nostre xxxiij^o.—Quod, quidem, Mandatum vestrum, tam publicando, exponendo, inhibendo, omnia et singula faciendo et expediendo, prout dictum Mandatum vestrum in se exigit et requirit, plenarie et reverenter sum executus. Originale Mandatum vestrum, retenta michi primitus copia ejusdem, Officiali Archidiaconi Tottonie transmisi. Et sic Mandatum vestrum reverendum plenarie sum executus.—Datum Exonie, quarto die mensis Marcii, Anno Domini supradicto.

[Mutatio Annī Incarnationis Domini.]

Anno Domini Millesimo CCC^{mo} sexagesimo, et Consecrationis supradicti Patris tricesimo tertio.

A.D. 1360. Knowstone; *Citacio pro violenta manuum injeccione in clericum*,—Johannes, etc., dilecto in Christo filio, [Domino Johanni Bussel], Vicario Ecclesie Parochialis de Knoudestone, salutem, etc.—Supplicavit nobis Jordanus Hugyn, subditus noster, quatinus eum a Sentencia Excommunicacionis Majoris, quam, pro eo quod manus violentas in Dominum Henricum, presbiterum, in Capella de Mollonde celebrauent, ad sui defensionem in casu inevitabili, ut asserit, injecerat, se timet incurrisse, absolvere dignaremur. Volentes, igitur, informari an suggestio per eum facta in hac parte veritati nitatur, cum dicta violencia dicatur publice perpetrata, tibi injungimus et mandamus quod cites, seu citari facias, peremptorie, predictum Dominum Henricum quod compareat coram nobis, in Manerio nostro de Chuddeleghe, hac instanti die Lune proxima post Dominicam in Ramis Palmarum [30 March], depositurus veritatem quam noverit in hac parte, et quare non debeamus prefatum Jordanum in forma petita absolvere, ut extunc saluti anime ipsius Jordani salubrious consulamus, in forma debita, si voluerit, propositurus; facturusque ulterius et recepturus quod justicia suadebit. De die receptionis Presencium, [et] quid feceritis in premissis, nos, dictis die et loco, debite certificetis tuis Literis patentibus, habentibus hunc tenorem.—Datum apud Chuddeleghe, xxv^{ta} die mensis Marcii, Anno Domini M°. CCC^{mo} sexagesimo, et Consecrationis nostre tricesimo tertio,

A.D. Convocation ; the expenses of the Proctors,—

1360. Johannes, etc., dilectis in Christo filiis, singulis Archidiaconis in Ecclesia nostra

Vol. I. Cathedrali Exonie, eorumve Officialibus, salutem, etc.—Cum Procuratores Cleri nostrarum Civitatis et Diocesis ad comparendum et occupandum pro eodem in Convocatione Prelatorum et Cleri Cantuariensis Provincie, per Reve-rendum, etc., Simonem, Dei gratia Cantuariensem Archiepiscopum, etc., Londoniis nuper facta, concorditer ordinati (de quorum personis et nominibus vobis satis constat), expensas fecerint oportunas ; nos, considerantes quod nemo tenetur propriis stipendiis militare ; attentis diligenter ipsorum Procuratorum dietis, eundo, redeundo, et Londoniis moram trahendo factis racio-nabiliter, hac de causa ; de singulis marcis bonorum et Beneficiorum quorumcunque Beneficiarum dicti Cleri nostre Diocesis que ad Decimam taxantur [prout] solvere consueverunt, singulos obolos pro expensis hujusmodi colligendos fore decrevimus et levandos. Ad quas, quidem, expensas, ut premit-titur moderatas, levandum et colligendum, vestrum cuilibet, infra ambitum Archidiaconatus cui preest, cum cuiuslibet coercionis Canonice potestate, committimus potestatem. Volumus, eciam, quod Prelatis et Clero nobis subditis intimetis quod sex marcas, quas, pro procuracionibus Dominorum Nunciorum Sedis Apostolice in dicta nostra Diocesi colligendas, ut sub-ditos nostros a Censurarum preservaremus periculis, nuper de proprio per-solvimus, adhuc levare non decrevimus ; pro eo quod onera satis gravia aliunde imminere conspicimus noviter imponenda. Vobis, igitur, injungendo mandamus quatinus, premissa efficaciter exequentes, peccuniam per eos in hac parte colligendam dictis Procuratoribus citra instans Festum Sancti Johannis Baptiste [24 June] integraliter libertis. Et nos de omnibus et siugulis que feceritis in premissis certificetis, et vestrum quilibet certificet per Literas suas patentes, diem receptionis et tenorem Presencium, ac peccuniarum summas in hac parte collectas, dilucide continentis.—Datum in Manorio nostro de Chuddeleghe, octavo die mensis Maii, Anno Domini Mo. CCC^{mo} lx^o, et Consecrationis nostre xxxiij^o.

[fol.] Clyst-St. Gabriel ; *De Cantaria de Clist,—*

210. Jhesu Christi, Domini nostri, precioso Sanguine redemptis, tam presentibus quam futuris omnibus, Johannes, etc., salutem quam Se diligentibus repro-misit.—Cum sit humana natura futurorum ignara, Sacra testante Pagina quod soli Deo omnia reserventur futura nobis incerta ; unde nonnunquam plura, que obtutibus vel sensibus mortalium apparent profutura, sequens temporum ac rerum experientia in contrarium cedere probat ; ideoque non debet reprehensibile judicari si Statuta nostra, aut Predecessorum nostrorum, que ex variacione temporum seu causarum non prodesse conspicimus, Divina cooperante gracia, in melius reformemus. Dudum, siquidem, recolende memoria Primus Walterus [Bronescombe], Predecessor noster, inter quam-plura sua pietatis opera, laudabiliter ordinavit quod duo Presbiteri in Capella Sancti Gabrielis, infra predium nostrum de Clyste situata, quam idem, cum toto Manorio, construxerat et Ecclesie Exoniensi adqui-siverat, pro sua, Predecessorum et Successorum suorum, Exoniensium Episcoporum, et omnium Fidelium defunctorum animabus, Divina per-petuo celebraturi, sustentacionem suam de fructibus et obvencionibus Ecclesie Parochialis de Farendone, nostrorum Patronatus et Diocesis, perciperent et haberent. Postea, vero, bone memorie Secundus Wal-terus [de Stapeldone], mediatus Predecessor eciam noster, provide con-siderans quod in Villa Pontis de Clyste, infra dominium partim Manerii nostri situata, frequencior patet ad Civitatem transitus fidelium popu-lorum, provide statuendo decrevit quod dicti Presbiteri in Capella Sancti Gabrielis, in predicta Villa per eum constructa, ipsorum Officium, ut per hoc cresceret devocio Fidelium, perpetuis temporibus exercerent, et pro ipsorum sustentacione duodecim marcas sterlingorum de fructibus et obven-cionibus Ecclesie de Farendone supradicte reciperent annuatim ; residuo

A.D.
1360. fructuum et obvencionum hujusmodi ipsius Ecclesie Curato, pro sustentacione sua et oneribus per ipsum supportandis, integraliter remanente.

Vol. I. Quamquam, igitur, premissa pie et laudabiliter pro tempore fuerint ordinata; quia, tamen, redditus et proventus ejusdem Ecclesie adeo sunt, hiis diebus, et a diu fuerunt, notorie tenues et exiles, prout legitime nobis constat, quod ad sustentacionem proprii Curati et duorum Presbiterorum predictorum, ac onerum ipsi Curato incumbencium supportacionem, non sufficient quovisnodo, nec est spes quod nostris temporibus sufficere poterunt aut debebunt; ad reformandum Ordinacionem supradictam natura rei et ipsa miserabilis necessitas nos inducunt. Habito, igitur, super premissis cum dilectis filiis, Decano et Capitulo Ecclesie nostre Cathedralis Exonie, tractatu diligenti et frequenti; de ipsorum, ac eciām dilecti in Christo filii, Domini Johannis Pely, Curati Ecclesie Parochialis supradicte, per nos instituti, consensu uanimi et assensu; statuimus et ordinamus quod prefati Presbiteri, in subsidium sustentacionis eorundem, habeant et percipiāt, annis singulis, de fructibus et obvencionibus Ecclesie de Farendone supradicte, quadraginta solidos, per Curatum Loci ad quatuor anni terminos principales porcionibus equalibus persolvendos, et non ultra quicquam, quoisque fructus et obvenciones hujusmodi notabiliter excreverint, et per nos, aut Successores nostros, fuerit aliter ordinatum. Et, quia Presbiteri ceci vel debiles, et ad celebrandum impotentes, qui, ex Ordinacione et Fundacione predicti ultimi Walteri Episcopi, pro anima bone memorie Thome [de Byttone], Episcopi, cuius ipse erat Executor, de bonis defuncti, in dicta Capella, in numero duodenario ali et sustentari deberent, tempore proxime pestilencie pro majori parte decesserunt, nec extunc inveniuntur tot et tales qui velint loco deficiencium subrogari; statuimus et ordinamus quod, de redditibus pro dictorum debiliū Presbiterorum alimonia ordinatis, deceni marce sterlingorum dictis duobus Presbiteris, annis singulis, interim ministrentur, loco novem marcarum de fructibus et obvencionibus dicte Ecclesie de Farendone superius subtractarum; et quod quilibet dictorum Presbiterorum debiliū duodecim denarios ebdomadatim percipiat, quoisque eorum numerus suppleatur. De residuo, vero, dictorum reddituum et proventuum tot Presbiteri potentes, in Capella predicta pro animabus Fundatorum ejusdem et animabus omnium Fidelium defunctorum celebrantes, quot poterunt de hujusmodi residuo commode sustentari, et de quinque marcis annuis voluerint contentari, cieius quo haberi poterunt, sustententur; quoisque impotencium Presbiterorum numerus suppleatur. In cuius rei testimonium presentes Literas sigilli nostri appensione fecimus communiri.—Datum in Manerio nostro de Chuddeleghe, penultimo die mensis Septembbris, Anno Domini M^o. CCC^{mō} lx^{mō}, et Consecracionis nostre tricesimo tercio.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

PART I.

Page 303, note 3.—Mr. Macray (writing from the Bodleian Library), suggests that *caballus* is used here in its ordinary sense. The grasping Archdeacon complains that he has got nothing at all. The Bishop tells him that, by heaping up small grains of gain, he has accumulated the largest possible *horse-load*.

Page 315, note 3.—Unwarily following Dr. Oliver (*Lives of the Bishops of Exeter*, page 76), I took it for granted that “Hugo, Episcopus Aurasiensis” was Hugh, Bishop of *Orleans* (“*Aurelianensis*”). *Roger le Fort* was Bishop of Orleans from his Consecration in 1321 till his Translation to Limoges in 1328. Our Bishop’s Colleague was Hugh, Bishop of *Orange*. And “Hugo Michaeli de Besaçon” was Bishop of Paris (1326-7—1332). The footnote must be deleted.

Page 340, note 1.—Mr. Beecham (of Pen-y-gelli, N. Wales) has kindly reminded me that the County of Notts formed part of the Diocese of York in Bishop Grandisson’s time and for centuries afterwards. So “Scrubbi” cannot be Scrooby. The letters “c” and “t” are interchangeable in the MS. ; and he suggests that I should have read “Strubbi,” i.e., Strubby, near Alford, in the County and Diocese of Lincoln.

Page 565, note 2.—Another obliging friend, Mr. Wainwright, of Barnstaple, tells me that there can be no doubt that Crideho (Criderolda in the Exeter Domesday) is the place now known as Croyde, in the Parish of Georgeham.

PART II.

- Page 618, line 2 ; *For Junii read Julii.*
- “ 623, note 1 ; *For 186 read 1186.*
- “ 675, line 14 ; *For Jantonie read Tantonie.*
- “ 682, note 1 ; *For 257 read 256.*
- “ 761, „ *For 24 read 240.*
- “ 792, line 8 ; *For serviciam read seviciam.*
- “ 800, „ 2 ; *For die read dei.*
- “ 857, „ 6 ; *For Ricardus read Rogerus.*
- “ 865, „ 29 ; *For exhiberi read exhiberi.*
- “ „ „ 55 ; *For Civitatum et Diocesium read Civitatis et Diocesis.*
- “ 1081, margin ; *For 1348-9 (bis) read 1349.*
- “ 1175, line 2 ; *For um clausulis read cum clausulis.*

LIST OF NEW SUBSCRIBERS TO THIS WORK.

His Royal Highness, the Prince of Wales, etc., etc., *Sandringham*.

Bolitho, R. F., *Ponsandane, Penzance*.

Chanter, C. E. R., *Broadmead, Barnstaple*.

Dalton, J. R., *Canon of Windsor, the Cloisters, Windsor Castle*.

Fluch, Wm. (Rev.), *The Monks, Chaddesleigh-Corbett, near Kidderminster*.

Gibson, Marsden, *the Rectory, Chulmleigh*.

Hebblethwaite, E. P., *the Vicarage, Poundstock, near Stratton*.

Lambeth Palace Library.

Pitts, Mrs., No. 1, *Queen's Gate, Plymouth*.

Rogers, Capt., R. E., *Penrose, near Helston*.

Vining, F. W., *Kenn Rectory, near Exeter*.

Ward, L. Talbot, *the Vicarage, Holcombe-Rogus, near Wellington*.

964 v 06



BQX 2108 .A3 v.4 I.M.S.

Episcopal Registers
Diocese of Exeter

John de Grandisson
A.D. 1331-1360

